R-6739
10

Tomus

OPERVM

FRANCISCI

Petrarchæ Florentini, V. C.

Tomus Secundus, in quo continentur quæ uersa pagella recitantur.

R-6739

Tomus 2 10

OPERVM

FRANCISCI

Petrarchæ Florentini, V. C.

Tomus Secundus, in quo continentur quæ uersa pagella recitantur.

prefacio. pagi. 631.

Epistolarum de Rebus familiaribus, p. 636. Lib. VIII.
Epistolarum ad uiros quosdã ex ueteribus illustriores, Lib. unus. pag. 780.
Epistolarum sine titulo, pagi. 786. Lib. unicus.
Epistolarum de Rebus Senilibus, pag. 812. Lib. XVI.
Epistolarum uariarum, pagi. 1070. Lib. unicus.
De sui ipsius & multorum ignorantia, pag. 1141. Lib. unus.
Galli cuiusdam anonymi in authorem Inuectiua, pagi. 1169.
Apologia authoris contra calumnias Galli. pagi. 1178.
In medicum quendam Inuectiuarum, pag. 1199. Lib. IIII.

Notha quæ in alijs æditionibus falso
authori tribuuntur.

Stephani Columnensis & Simonis electi Mediolanensis,
Epistolæ III. pagi. 1233.
Nicolai Tribuni Romani, Oratio I. pagi. 1238.
Propositum factum coram Rege Vngariæ. pagi. 1244.

FRANCISCI PE-
TRARCHÆ V. C. IN EPISTO-
LAS FAMILIARIVM RERVM
ad Socratem suum,

Præfatio.

Vidi uerò nunc agimus frater? ecce iam ferè omnia tẽptauimus, & nusquam requies, quando illam expectamus? ubi eam quærimus? tempora (ut aiunt) inter digitos effluxerunt, spes nostræ ueteres, cum amicis sepultæ sunt M. CCC. XLVIII. annus est, qui nos solos atque inopes fecit. neque enim ea nobis abstulit, quæ Indo aut Caspio Carpathioue mari restaurari queant, irreparabiles sunt ultimæ iacturæ, & qdcunque mors intulit, immedicabile uulnus est. unũ est solamẽ, sequemur & ipsi quos præmisimus, quæ quidẽ expectatio, quã breuis futura sit, nescio, hoc scio, quod longa esse non potest, quantulacunque sanè est, non potest esse non molesta. sed à querelis saltem in principio temperandum est. Tibi frater quænam tui cura sit, quid de teipso cogites ignoro, ego iam sarcinulas compono (& quod migraturi solent) quid mecum deferam, quid inter amicos patiar, quid ignibus mandem circumspicio, nihil enim uenale mihi est, sum sanè ditior (seu uerius) impeditior quàm putabam, multa mihi scriptorum diuersi generis suppellex domi est, sparsa quidem & neglecta, perquisiui situ iam squallentes arculas, & scripturas cariæ semesas puluerulentus explicui, importunus mihi mus nocuit, atque edacissimum tineæ uulgus, & Palladias res agentem, inimica Palladis turba uitaranea. sed nihil est quod non frangat durus & iugis labor. Confusis itaque circumuentus literarum cumulis, & informi papyro obsitus, primum quidem cœpi impetum cuncta flammis exurere, & laborem inglorium uitare, deinde (ut cogitationes è cogitationibus erum punt) & quid, inquam, prohibet uelut è specula fessum longo itinere uiatorem, in terga respicere, & gradatim adolescentiæ tuæ curas metientem recognoscere? uicit hæc sententia. sicut enim non magnificus, sic non inamœnus labor uisus est, quid, quo tempore cogitassem, recordari, sed temerè congesta, nullo ordine uersanti, mirum dictu, quàm discolor & quàm turbida rerum facies occurrerit, ut quædam non tàm specie illorum, quàm intellectus mei acie mutata uix ipse cognoscerem, alia uerò, sine uoluptate quadam, retroacti temporis memoriam excitarent, & erat pars soluto gressu libera, pars frenis Homericis astricta (quoniam Isocratis habenis raro utimur) pars autẽ mulcendis uulgi auribus intenta, suis & ipsa legibus utebatur, quod genus apud Siculos (ut fama est) non multis ante sæculis renatum, breui per omnem Italiam ac longius manauit, apud Græcorum olim ac Latinorum uetustissimos celebratum, siquidem & Romanos uulgares rythmico tantùm carmine uti solitos accepimus. Hæc itaque uariarum rerum tanta colluuies, aliquot me diebus occupatum habuit, & licet dulcedine non parua, atque amore ad proprias inuentiones insito retraherer, uicit tamen charitas maiorum operum, quæ iam diutius interrupta, non sine expectatione multorum de manibus meis pẽdent, uicit recordatio uitæ breuis, timui (fateor) insidias, quid enim, quæso, fugatius uita est? quid morte sequatius? subijt animum quæ iecissem fundamenta, quid mihi laborum uigiliarumq; restaret, temeritas (immò uerò insania) uisa est, in tàm breui & incerto tempore, tot longos certosq; labores amplecti, & uix ad singula sufficturum ingenium, in diuersa distrahere, præsertim cum (ut nosti) labor alius me maneat, tantò præclarior, quãtò plus solidæ laudis est in auctoribus quàm in uerbis, quid multa? Incredibilem fortè rem audies, ueram tamen, mille uel eo amplius, seu omnis

generis ſparſa poëmata, ſeu familiares epiſtolas, non quia nihil in eis placuiſſet, ſed quia plus ne gotij quàm uoluptatis inerat, Vulcano corrigendas tradidi, non ſine ſuſpirio quidẽ, quid enim molliciem fateri pudeat? ſed occupato animo, quãuis acri remedio ſuccurendũ erat, & tanquã in alto prægrauata nauis releuãda pretioſarũ etiam iactu rerum, cæterum illis ardentibus, pauca quidẽ animaduerti in angulo iacentia, quæ uel caſu magis quàm conſilio ſeruata, uel pridem à familiaribus trãſcripta, cuncta uincenti ſenio reſtiterãt. pauca dixi, uereor ne lectori multa, ſcriptori aũt longè nimia uideantur. His ego indulgentior fui, uiuere paſſus ſum, non illorum dignitati, ſed labori meo cõſulens, nihil enim negotij præferebãt. Ea uerò duorũ amicorum libranti ingenia, hac lance partiri uiſum eſt, ut proſa tibi, carmẽ Barbato noſtro cederet, ſic enim & uos olim optare ſolitos, & me pollicitũ eſſe meminerã. Itaq; cuncta paſſim occurſantia, uno impetu uaſtãti, & nehis quidẽ ut tunc erat animus parſuro. ueſtrum alter ad lęuã, alter ad dexterã adeſſe uiſus, & apprehenſa manu, ne fidẽ meã & ſpes ueſtras uno igne cõſumerẽ, familiariter admonere. hæc illis euadendi præcipua cauſa fuit, alioquin (crede mihi) cum reliquis arſiſſent. hæc ergo, quæ nunc tibi de uirili reliquarum illarum parte obuenerunt, qualiacunque ſunt, non ſolum æquo, uerum etiam auido animo perleges. non audeo illud Apuleij Madaurenſis in cõmune iactare, Lector intende, lætaberis. unde enim mihi id fiduciæ? ut lectori delectationem læticiamſue pollicear, leges tamen iſta Mi Socrates, & ut es amantiſsimus tuorum, fortaſsè lætabere, cuiuſq; animum probas, delectaberis ſtylo. quid enim refert quanta ſit forma, non niſi amantis ſubitura iudicium? ſupuacuo comitur, quæ iã placet, ſi qd hic ſanè meũ placet, nõ id meum fateor, ſed tuũ hoc eſt nõ ingenij mei, ſed amicitię tuę laus eſt. nulla hic eqdẽ magna uis dicẽdi, qppè quæ nec mihi adeſt, & quã ſi planè afforet, ſtylus iſte nõ recipit, ut quã nec Cicero ipſe, in ea facultate præſtantiſsimus, Epiſtolis ſuis inſeruit, certè nec libris, in quib. eſt æquabile quod dã (ut ipſe ait) & tẽperatum, orationis genus. eximiã illã uim lucidumq; & rapidum, & exundans flumen eloquentiæ, in orationibus ſuis exercuit: quo genere, pro amicis ſæpè aduerſus Rẽpub. ſuoſque hoſtes uſus eſt Cicero, quo pro alijs ſæpè, pro ſe quater, & quadragies Cato, quod quidẽ genus inexpertum mihi eſt: nam & à Reipub. muneribus abfui, & fama mea, tenuit murmure forſan interdum, & ſibilis laceſsita clandeſtinis, nullum hactenus, quod ulciſcerer, uel ultarem, iudiciarium uulnus excepit, & uerbalem ferre opem alienis uulneribus, non eſt noſtræ profeſsionis. neque enim aut tribunal ambire, aut locare linguam didici, aduerſante penitùs & reluctante natura, quæ me ſilentij ac ſolitudinis amatorem fecit, fori hoſtem, pecuniæ cõtemptorem, ſed benè habet, quando me eius rei non egentem fecit, cuius fortè inopem feciſſe egerem. omiſſa igitur illa oratoria dicendi ui, qua nec egeo nec abundo, & quã ſi exuberet, ubi exerceam non habeo, hoc mediocre, domeſticum & familiare dicendi genus, Amice leges ut reliqua & boni conſules, his quibus in communi ſermone utimur, raptum accommodatumq; ſententijs. Sed non omnes tales iudices habeo, neque enim aut idem omnes ſentiunt, aut ſimiliter amant omnes, quomodo aũt omnibus placerem, cui placere paucis ſemper ſtudiũ fuit? Triplex eſt profectò, ueri iuditij uenenum. Amor, Odium, Inuidia, illud autem uide, ne nimium nos amando uulgare coëgeris, quæ melius latuiſſent, ut enim tibi amor, ſic alijs fortè aliud officiet, Inter amoris autem & inuidiæ cęcitatem, cauſa quidẽ plurimum, effectu nihil intereſt. odium quod medio loco numeraueram, nec mereor certè nec metuo, ſed fieri poteſt, ut nugas meas tibi habere, tibi legere, nilq; in eis aliud quàm noſtros ac noſtrorum caſus meminiſſe cogites, in quo rem mihi pergratam feceris. ſic enim & petitio tua non neglecta uidebitur, & fama mea tua erit, alioquin nihil ſuperuacuo noſmetipſos fauore decipimus, quon'am modo amicum, licet niſi ſit idem, alter ego, lecturum hæc ſine faſtidio arbitremur? diuerſa inuicem & aduerſa, in quibus non idem ſtylus, non una ſcribentis intentio, quippè cum pro uarietate rerum uariè affectus animus illa dictauerit, raro quidem lætus, mœſtus ſæpè. Epicurus Philoſophus uulgò infamis, ſed maiorum iuditio magnus, epiſtolas ſuas duobus aut tribus inſcripſit, Idomeneo, Polyeno, & Metrodoro. totidem penè ſuas Cicero, Bruto, Attico & Ciceronibus ſuis, Fratri ſcilicet ac filio. Seneca perpaucas, præterquàm Lucilio ſuo ſcribit. promptum opus, & fœliciſsimi ſucceſſus, noſſe collocutoris ſui animum, unius aſſueuiſſe ingenio, ſcire quid illum audire iuuet, quid te loqui deceat, mihi autem ſors longè alia, nempè cui uſque ad hoc tempus uita penè

uita penè omnis in peregrinatione tranſacta eſt, ulyxeos errores erroribus meis cõferẽ, profectò ſi nominis & rerũ claritas una foret, nec diutius errauit ille nec latius, ille patrios fines iã ſenior exceſsit, cum nihil nulla ætate longum ſit, omnia ſunt in ſenectute breuiſsima. ego in exilio genitus, in exilio natus ſum, tantò matris labore, tantoq; diſcrimine, ut non obſtetricis modo, ſed medicorum iuditio diù exanimis haberetur, ita periclitari cœpi, antequã naſcerer, & ad ipſum uitæ limen auſpicio mortis acceſsi. Meminit haud ignobilis Italiæ ciuitas Aretium, quo pulſus patria, Pater magna cum bonorum acie confugerat, inde menſe ſeptimo ſublatus ſum, totaque Tuſcia circumlatus, prævalidi cuiuſdã adoleſcentis dextera, qui (quando iuuat laborũ diſcrimi numq; meorũ tecum primitias recordari) linteo obuolutum, nec aliter quàm Methabus Camil lam, nodoſo de ſtipite pendentẽ, ne contactu tenerum corpus offenderet geſtabat, is in tranſitu Arni fluminis lapſu equi effuſus, dum onus ſibi creditum ſeruare nititur, uiolento gurgite propriè ipſe perijt. finis Tuſci erroris Piſæ. Vnde rurſus ætatis anno ſeptimo diuulſus, ac maritimo itinere tranſuectus in Gallias, hybernis aquilonibus, haud procul Maſſilia naufragium paſſus, parũ abfui, qn ab ipſo rurſus nouæ uitæ ueſtibulo reuocarer, ſed quo raptor, oblitus propoſitiꝰ inde nimirũ uſq; ad hanc ætatẽ, aut nulla prorſus, aut rariſsima ſubſiſtendi reſpirandiq; facultas fuit, & quot inter errandum periculorum ſie ſpecies pertulerim, præter me unum nemo te melius nouit, quæ idcirco memorare nunc libuit, ut memineris me inter pericula natum, inter pericula ſenuiſſe (ſi modo iam ſenui) & non graviora mihi in ſenio reſeruantur. Hæc autẽ & ſi cõmunia ſint omnibus. intrantibus in hanc uitam (neq; enim militia ſolum, ſed pugna eſt uita hominis ſuper terrã) ſunt tamen alia alij, & longè diuerſum pugnæ genus, & quamuis quemq; ſua prægrauent, tamen reuera, inter eas quibus præmimur ſarcinas, multum refert. in his ergo uitæ tẽpeſtatibus (ut ad rem redeam) nullo portu ancoram longũ in tẽpus iaciens, quot ueros amicos neſcio (quorũ & iuditium anceps & penuria ingens eſt) notos aũt innumerabiles quæſiui. multis itaq;, multumq; animo & conditione diſtantibus, ſcribere contigit tam uariè, ut ea nunc relegens, interdum pugnantia locutus ipſe mihi uidear, quod propemodum coactum me feciſſe fatebitur, quiſquis in ſe ſimile aliquid expertus eſt. prima quidem ſcribentis cura eſt, cui ſcribat attendere, una enim, & quid, & qualiter, cęteras q; circumſtantias intelliget. aliter uirum fortem, aliter ignauum decet alloqui, aliter iuuenem inexpertum, aliter uitæ muneribus functũ ſenem, aliter proſperitate tumidum, aliter aduerſitate contractũ, aliter deniq; ſtudioſum literisq; & ingenio clarum, aliter uerò non intellecturum ſi quid altius loquaris. infinitæ ſunt uarietates hominum, nec maior mentium ſimilitudo quàm frontium, & ſicut nõ diuerſorum modò, ſed unius ſtomachum, non idem cibus omni tẽpore delectat, ſic idẽ animus non unõ ſemper nutriendo ſtylo eſt, ut geminus ſit labor, cogitare quiſnam ille ſit, cui ſcribere propoſitum eſt, qualiterue tunc affectus, cum ea quæ ſcribere inſtituis, lecturus eſt quibus ego difficultatibus, multum à meipſo differre cõpulſus ſum, quod ne mihi ab iniqs iudicibus uitio uerteretur, partim beneficio ignis obtinui, partim tu mihi præſtiteris, ſi clanculum ſuppreſſoq; nomine iſta poſſederis: quæ ſi inter paucos ſuperſtites amicos occultare nõ potes (quoniã linceos oculos habet amicitia, nilq; amicorum uiſui imperuium eſt) admone, ut ſiqd horum apud eos ſubſiſterit, quã primũ abijciãt, ne qua in eis rerũ aut uerborũ mutatione turbentur, ita enim accidit, ut qui hæc in unã congeriẽ redigi, nunquã aut tibi, ut peteres, aut mihi ut aſſentier, uęturum in animũ ſuſpicabar, laborẽ fugiens, paſsim in una dictũ epiſtola, in altera repeterẽ, meisq; (ut aiꝰ Terentius) pro meis uterer. Nouiſsimè eũ multis annis edita, & ad diuerſas mundi plagas ire iuſſi, unũ in tẽpus locumq; cõueniſſent, facilè deformitas uniti corporis apparuit, quæ per mẽbra tegebatur, & uerbũ q ſemel in una Epiſtola poſitũ delectabat, in toto ope ſæpius repetitũ, faſtidio eſſe cœpit, uni itaq; relinquendũ, de reliquis eradendũ fuit. Multa quoq; de familiaribus curis, tũc fortè dũ ſcriberẽtur, cognitu nõ indigna, nunc quãuis cupido lectori, grauia detraxi, memor in hoc irriſum à Seneca Ciceronẽ, quãquã in his Epiſtolis, magna ex parte Ciceronis, potiùs quã Senecæ morẽ ſequar. Seneca enim qcqd mortalitatis in omnibus ferè libris ſuis erat, in epiſtolis cõgeſsit, Cicero aũt philoſophica in libris agit, familiaria & res nouas ac uarios illius ſęculi rumores, in epiſtolis includit: de qbus quid Seneca ſentiat, ipſe uiderit, mihi, fateor, peramœna lectio eſt, relaxat enim ab intentione illa rerũ difficiliũ, quæ perpetua quidẽ, frangit animũ, intermiſſa delectat. Nã Sidonij temeritatẽ admirari uix ſufficio, niſi forte temerarius ipſe ſim, q temerariũ

illũ dicã, dũ fales eius, ſeu tarditatis meæ, ſeu illius ſtyli obice, ſeu fortaſsis (nã unumquodq; poſ
ſibile eſt) ſcripturæ uitio nõ ſatis intelligo, unũ utiq;, nõ me fugit irriſum & à Sidonio Cicero-
nem libertas, ne ſi dicã audacia, quos temeritatis nomen offendit, exaſperẽ. inuẽtum eſſe ho-
minẽ Latinũ, qui non dico aliqd, ut (& Senecã, & iã hinc meipſum excuſem, uix eſt enim huma
num (omni reprehẽſione caruiſſe, ſed eloquentiã aut ſtylũ aut omnino dicẽdi genus Ciceronis
irrideat, atq; hoc Sidonius auſus eſt? Aluernus orator, non Latiosè fingere, fratrẽ ut ait ille (quod
ipſum ſatis erat audaciæ) ſed æmulũ, & (quod eſt grauius (irriſorẽ, atq; illi detrahere, cui omnes
deferunt, præter paucos illius coẽtaneos ac conuiuas, quos præſentiũ comes haud dubiè torſit,
& in uoces cõpulit inuidia, quã nec Sidonio cauſam locus, nec tẽpus indulſerat, quò magis ma
gisq; animum uiri miror. ut cõtra indubitatum eloquẽtiæ Principẽ, eloquẽtiæ ſtudioſus inſur
geret, alio ſæculo atq; alio natus orbe. & ſanè cuncta uerſanti, nihil occurrit quò uel docti homi
nis ignorantiã accuſare poſsim, uel iniuriã excuſare, nihilq; quod ſuſpicer, peruerſitatẽ fuiſſe iu
dicij, nõ naturæ, falli tamẽ in hoc poſſum (ut in multis) in eo certè nõ fallor, uel ſi fallor, cũ mul
tis longeq; clariſsimis falli iuuat, quod ſolutæ facundiæ principatus, cõtradictoribus latè uictis,
unius Ciceronis eſt proprius, quo luce clarior fit, uel morum uel intellectus obliquitas contra
rium aſſerẽtis. Ille tamẽ adducit, neſcio quẽ Iulium Titianũ, & neſcio quos Frõtonianos, ſuæ ir-
riſionis auctores, quibus ego ſimulq; omnibus idè ſentiẽtibus, una uoce reſpõdeo hoc ſolum, ſi
cut equidẽ uerum eſt illud Senecæ, quoniã quicqd habet Romana facundia, quod inſoléti Gre
ciæ aut opponat aut præferat, circa Ciceronẽ effloruit, uerumq; illud Quintiliani, ubi inter mul
ta & glorioſa præconia uiri huius, dono quodã prouidentiæ gentiũ dicit, in quo totas uirtutes
ſuas eloquẽtia experiretur. & poſt multa, quib. hoc probat. Quare, inquit, nõ immeritò ab omni
bus ætatis ſuæ regnare in iudicijs dictus eſt, apud poſteros uerò id eõſecutus, ut Cicero iam nõ
hominis nomẽ, ſed eloquentiæ habeatur, hîc igitur ſpectemus, hoc propoſitum nobis exem-
plũ ſit. ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero ualdè placebit. ſicut hæc, inquã, uera ſunt, ſic illud quo-
que ueriſsimũ, qbus diſpliceat Ciceronis oratio, uel nõ noſſe uerã perfectãq; facũdiã uel odiſ-
ſe. hãc ergo calũniam indiſcuſſam tranſire nõ potui, quanquã ualdè feſtinẽ, ad rem credo. Mul-
ta igitur hic familiariter ad amicos, inter quos & ad ipſum ſcripta cõperies, uſic de publicis
priuatiſq; negotijs, nũc de dolorib. noſtris, quæ nimis crebra materia eſt, aut alijs de reb. quas
caſus obuias facit, nihil quaſi aliud egi, niſi ut animi mei ſtatus, uel ſi quid aliud noſſem, notũ
fieret amicis. Probatur enim mihi, q̃ prima ad Fratrem epiſtola Cicero idẽ ait, eſſe Epiſtolæ pro
prium, ut is ad quẽ ſcribitur, de his rebus quas ignorat certior fiat, atq; ea mihi tituli fuit occa-
ſio, de quo aliquãdo cogitanti, quãuis epiſtolarũ nomen conſentaneũ rebus eſſet, quia tamen
& multi ueterũ eo uſi erant, & ipſe ego uariũ carmen ad amicos, de quo paulò ſuprà mẽtio inci-
dit, eodẽ prænotabam, his cò uti piguit nouuũq; ideò placuit nomen, ut familiariũ rerũ liber di
ceretur. in quo pauca ſcilicet admodũ exquiſitè, multa familiariter, deq; rebus familiarib. ſcrip-
ta erãt. Et ſi interdũ exigẽte materia, & ſimplex & inelaborata narratio, quibuſdã interiectis mo-
ralibus, quod & ab ipſo Cicerone ſeruatum eſt. Et hæc tàm multa quidẽ, de tã parua re loqui cẽ-
ſorũ præmordacium iubet metus, qui nihil ſcribẽtes, quod indicari queat, de aliorũ iudicant
ingenijs, impudẽtiſsima temeritas, quæ ſolo ſilentio tuta eſt. cõploſis in littore manibus ſedẽti,
facilè eſt ferrè quã uelut de gubernatoris arte ſententiã, aduerſus hãc propter uiã latebris, ſaltem
tuis horridula, hæc atq; improuidè nobis elapſa defendito, illam uerò nõ Phidiæ Mineruã (ut
ait Cicero) ſed qualecũq; animi mei effigiem, atque ingenij ſimulachrũ, multo mihi ſtudio de-
dolatũ, ſi unquã ſupremã illi manum impoſuero, cũ ad te uenerit, ſecurè qualibet in arce con-
ſtituito. hæc hactenus. Illud libentius ſi liceret ſilentio tegerem, ſed ingens morbus, non facilè
occultatur, erumpit enim & indicio ſuo proditur, pudet uitæ in mollitiem dilapſæ. ecce enim
(quod epiſtolarum ordo ipſe teſtabitur) primo mihi tempore ſermo fortis ac ſobrius, benè ua
lentis animi fuerat, adeò ut nõ ſolum, ſed ſæpe alios cõſolaret, frequentia indies fragiliora atq;
humiliora ſunt, neque ſat uirilibus referta querimonijs. illa præcipuè, ut occultare ſtudeas pre
cor, quid enim alij dicerent, cum ipſe relegens erubeſcã? ergo ego in adoleſcẽtia uir fui, ut in ſe
nectute puer eſſem? infœlix & execranda peruerſitas fuit, animũ uel mutare ordinem, uel ſub
trahere tibi penitus iſta quæ damno nentro circumuenire poſſe uiſus eras, qui & flebilium ex-
empla, & omnium cum Conſule diem teu es, ad excuſationum igitur arma confugio, laſſauit
me longo

me longo & graui prælio; dum ſpiritus, dumq; animus fuit, ipſe reſtiti & ad reſiſtendum alios
cohortatus ſum, ubi hoſtis uiribus atq; impetu, labare mihi pes atq; animus cœpit, excidit con-
feſtim ſermo ille magnificus, & ad hæc, que modò diſplicent, lamenta deſcendi, qua in re excu-
ſet me forſitan amicorum pietas, quibus ſaluis, ad nullum fortunæ uulnus ingemui, eiſdẽ mox
unà penè omnibus ruina obrutis, & mundo inſuper moriente, inhumani potius quàm fortis
uiſum eſt non moueri. Ante hoc tempus quis me unquam de exilio, de morbo, de iuditio, de
comitijs, de ullis fori turbinibus, quis me de paterna domo, de fortunis perditis, de gloria im-
minuta, de pecunia dilata, de abſentia amicorum flebiliter agentem audiuit? quibus quidem in
moleſtijs, tam molliter agit Cicero, ut quantum ſtylo delector, tantum ſæpè ſententia offendar.
Adde litigioſas epiſtolas, & aduerſus clariſsimos, atque ab eodem pauloantè laudatiſsimos ui-
ros iurgia, ac probra mira, cum animi leuitate, quibus legendis delinitus pariter & offenſus,
temperare mihi non potui, quo minus ira dictante, ſibi tanquam coëtaneo amico, familiarita-
te quæ mihi cum illius ingenio eſt, quaſi temporum oblitus ſcriberem, & quibus in eo dictis
offenderer, admonerem, quæ mihi cogitatio principium fuit, ut & Senecæ tragœdiam, quæ in
ſcribitur Octauia, poſt annos relegens, parili impetu eidem, & quoque ac deinde uaria occur-
rente materia, Varroni Virgilioque atque alijs ſcriberem, è quibus aliquas in extrema parte hu-
ius operis inſerui, quæ niſi præmonitum lectorem, ſubita poſſent admiratione perfundere, quę
dam in illo publico incendio periẽre. qualis ille uir tantus in doloribus ſuis fuit, talis ego in
meis fueram, hodie (ut ſcias præſentem animi mei habitum, neque enim inuidioſum fuerit,
id mihi tribuere, quod imperitis euenire ait Seneca) factus ſum ex ipſa deſperatione ſecurior,
quid enim metuat quę totiens cum morte luctatus ſit?

Vna ſalus uictis nullam ſperare ſalutem.

Animoſius indies agere uidebis, animoſius loqui, & ſi quid fortè ſtylo dignũ ſe obtulerit, erit
ſtylus ipſe neruoſior, multa ſane ſe offerent. ſcribendi enim mihi uiuendíque unus (ut augu-
ror) finis erit. Sed cum cætera ſuos fines aut habeant aut ſperent, huius operis quod ſparſim
ſub primum adoleſcentiæ tempus incœptum, iam ætate prouectior recolligo, & in libri for-
mam redigo, nullum finem amicorum charitas ſpondet, quibus aſsiduè reſpondere compel-
lor, neque me unquam hoc tributo, multiplex occupationum excuſatio liberat, tum demum
& mihi immunitatem huius muneris quæſiram, & huic operi poſitum finem ſcito, cum me de
functum, & cunctis uitæ laboribus abſolutum noueris, interim iter incœptum, ſequar, non
prius uiæ quàm lucis exitum operiens & quietis mihi loco fuerit dulcis labor. Cæterum (quod
& rhetores & bellorum duces ſolent) infirmioribus in medium coniectis, dabo operam, ut ſi-
cut prima libri frons, ſic extrema acies, uirilibus ſententijs firma ſit, uel eò amplius, quò ui-
uendo magis ac magis induxiſſe uideor, contra impetus atque iniurias fortunæ. denique
quis inter experimenta rerum ſum futurus, profiteri minimè auſim, ſed hoc animo ſum, ut
nulli amplius rei ſuccumbam.

Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.

Ita me Maronis Flacciq; ſententijs armatum ſcito, quas olim lectas & ſæpe laudatas, nunc tan-
dem in extremis caſibus, meas facere, ipſa ineuitabilis fati neceſsitate didici. Dulce mihi collo
quium tecum fuit, cupideq; & quaſi de induſtria protractum, uultum enim tuum retulit, per
tot terras & maria, teq; mihi præſentem fecit, uſque ad ueſperam, cum matutino tempore cala
mum cœpiſſem, diei iam & epiſtolæ finis adeſt. Hæc igitur tibi frater, diuerſi coloribus (ut ſic
dicam) licijs texta dicauerim, cæterum ſi ſtabilis ſedes, & fruſtrà ſemper quæſitum otium con-
tigerit (quod iam hinc oſtendere ſe incipit) nobiliorem & certè uniformem telam, tuo nomi-
ne meditor ordiri. uellem ex his paucis eſſe, qui famam promittere poſſunt & præſtare, ſed ipſe
ui propria in lucem uenies, alis ingenij ſubuectus, nihilq; auxilij mei egens, pro-
fectò tamen, ſi inter tot difficultates aſſurgere potuero, tu olim Ido
meneus, tu Atticus, tu Lucilius meus eris. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARUM de Rebus Familiaribus, Liber I.

Fran. Petrarcha Thomæ Messanensi, S.

Famam ante mortem non esse appetendam.

QVerelam publicam nemo sapiens suam facit; satis quisque priuatarum querelarum domi habet, satis dixi, nimis dicere debuerã, nulli'ne hoc unquam accidisse reris? falleris. nulli uerò contrarium accidit, uix superstite qui fecerat, cuiusquam scripta uel gesta placuerunt, laudes hominũ mors inchoat. scis quare? quia cum corpore moritur inuidia, uiuitq; cum corpore. Multorum, inquis scripta laudãtur, quæ si gloriari licet, nõ pergis ulterius, sed (qui indignantibus mos est) suspensum linquens auditoris animum, sermone præteruolans inexpleto, uerum enimuerò fugientem consequor mentis augurio, scio qd uelis. multorũ scripta laudãtur, quæ tuis admota, carere nõ tantũ laudatore, sed etiam lectore debuissent, cum tua interim nullius attingat, recognosce in uerbis meis indignationem tuam, quæ iusta esset, nisi illam de communi omnium aceruo, in usus proprios traduxisses omnium, in quam, quos hic scribendi seu amor, seu morbus tenuit omnium ue quos tenebit. respice enim in primis quorum sunt illa quæ laudantur, quære auctores, certè pridem in cinerem uersi sunt: uis & tua laudari? morere. à morte hominis uiuere incipit humanus fauor, & uitæ finis principium est gloriæ, que si ante cœperit, singularis quædam & intempestiua res est. Plus dicam, dum eorum qui tecum uixerunt, quisquã superfuerit, cumulatè quidẽ quod appetis non habebis, cũ omnes pariter urna cõcluserit, ueniẽt qui sine odio & sine inuidia iudicent, ferant itaq; de nobis qualibet sententiam præsens ætas, si æquam, feramus æquo animo, si iniquam, ad æquiores iudices, hoc est apud posteros prouocemus, quando ad alios nõ licet. delicatissima res est, iugis conuersatio, minimus offenditur, & famæ semper inimica præsentia est, multaq; admirationi hominũ familiaritas detrahit, frequẽsq; conuictus. Vides ne tu hos scholasticos, genus hominũ uigiliis ac ieiunio squalidũ? crede mihi, nihil ad lucubrandũ durius, nihil mollius ad iudicandũ, cũ multa laborioſissimè legerint nihil examinant, & qd in re sit dedignantur inquirere, cum hominẽ ipsum nosse uideantur. itaq; omnium una lex est. cũcta enim ex æquo quorũ auctores, uel semel aspexerint, scripta fastidiũt. Hæc, inquies, paruis accidit ingeniis, magna enim & ualida, p obstantia quælibet erũpunt. redde mihi Pythagorã, reddam tibi illius ingenij contẽptores. redeat in Græciam Plato, renascatur Homerus, reuiuiscat Aristoteles, reuertatur in Italiam Varro, resurgat Liuius, reflorescat Cicero nõ modo segnes laudatores inueniẽt, sed mordaces etiã & liuidos detractores, q; quisq; suis tẽporib. expertus est. quid Virgilio maius habuit lingua Latina? Reperit tamen ille qui nõ Poëtã sed raptorẽ alienarũ inuẽtionum & translatorem dicerent, ipse autem & ingenij fiduciam, & iudice fretus Augusto, alto animo inuidorum uerba despexit. tibi quidem magnam ingenij conscientiã esse scio, sed ubi Augustum iudicẽ inuenies, quem enixè admodum atq; omnibus modis ingeniis sui temporis fauisse compertum est? nostri reges de saporibus epularũ, de uolatu auiũ iudicare possunt, de ingeniis hominum non possunt. quod si forte præsumpserint, superbiæ tumor

tumor aperire oculos aut flectere, & in uerum figere non sinit. Itaq; ne quid suæ ætatis suspicere uideantur, mirantur ueteres, quos nouere contemnunt, ut defunctorum laus, uiuentium contumelia non tacet. inter hos iudices uiuendũ moriendũq; nobis est & (quod est durius) tacendum, ubi enim ut dixit Augustum iudicem quæremus. Vnum habet Italia, immò uerò terrarum orbis unum habet, Robertum Siculum regem, fortunata Neapolis, quæ unicũ sæculi nostri decus incomparabili fœlicitate sortita es. fortunata, inquam, & inuidiosa Neapolis, literarum domus augustissima, quæsi Maroni quondam dulcis uisa es, quantò nunc dulcior uideris, ubi ingeniorum ac studiorum æquissimus extimator habitat, ad te confugiat quisquis ingenio fidit. Neq; uerò differendum putet, suspecta mora est, deuexa enim est ætas, & mũdus iam pridem eò carere, & ipsa ad meliora regna transire meritus, uereorq; ne multa ipse mihi seræ pœnitentiæ materiam prolatando quã sierim, omnis quidem pulchræ rei dilatio turpis, & omnis de honesto deliberatio longior inhonesta est, rapiẽda est occasio, confestim q; faciendum, quod antè tempus fieri nõ potest. quod ad me attinet, currere & properare propositũ est (ut quod de Iul. Cæsare, in epistola quadam ait Cicero) omnia mea studia in istum conferã. ego uerò ardenti quidem studio, ac fortasse efficiam, quod sæpè uiatoribus cum properant euenit, ut si serius quàm uoluerint fortè surrexerint, properando etiam citius, quàm si de nocte uigilassent, perueniant quò uelint. sic ego, quoniam in isto homine colendo, tàm indormiui diù, cursu corrigam tarditatem. Tibi autẽ tuo foro uti necesse est, quãdo ad eum regem aspirare, nõ tàm freti quàm belli obice prohiberis, patria enim tua, cuius nemo amantior ciuis est, inimici regis imperio subiacet, dicerem tyranni, nisi quia timeo aures tuas offendere. ad hæc & magna res est, neq; nostris calamis discernenda, sed illorum gladijs. Igitẽ ad inceptum redeo. si hæc tibi exempla de illustrissimis electa nõ sufficiunt, alia ex alio grege hominum adijciam, & ætate recentiora & sanctitate clarissima, quãtis olim æmulos Augustinus noster, quãtos Hieronymus, quantos habuit Gregorius, donec spectata uirtus, & literarum diuina & admirabilis ubertas inuidiam uinceret? uix horum quisquã integrũ famæ præconium, nisi ab ipso die mortis accepit. unum æmulo ac reprehensore carentẽ, unum plena & indecerpta laude decoratum Ambrosium, cuius ne inuentis quidẽ famam mordax liuor attigerit, apud quosdam inuenio, quod fortè ad puram eius ac simplicem doctrinã, omnis ambigui expertẽ referendum est, nam apud Paulinũ qui Ambrosij uitã & obtrectatorũ eius nomina legimus, & uindictam diuino irrogatã, pfer igit iam sine lamentis, q; summis ingenijs cõtigisse uides. Videris autẽ quadã in parte tuarũ literarũ, hoc ipsum cõqueri, q; multos noueris, magnum in uita nomen assecutos, & hoc quo q; si me audire uolueris, magnificè cõtemnes. scis enim quib. hoc euenit? his equidẽ solis, qui famã suam, q̃niam calamo nequeunt, clamore defendunt. aspice istos purpuratos, qui ingenti strepitu, populorum in se ora conuertunt, qui se sapientes dici uolunt, & quos sapientes uulgus appellat, singulis ciuitatibus ascribens sapientum greges, cum tamen illa florens olim studiorum mater Græcia, non amplius quàm septem sapientum nominibus glorietur, quod ipsum posteris importunæ nomen arrogantiæ uisum est, sed qui eos excusant, aiunt nõ id eis cognomen proprio iudicio, sed populorum suffragijs obtigisse. Vnus ex omnibus sæculis Epicurus sapientẽ se profiteri ausus, intolleranda superbia, seu potius ridiculosa demẽtia. cuius secũdo de finibus bonorũ & malorum meminit Cicero, hodie in nostrorum causidicorum grege, furor ille uulgaris est. respice & hos, qui in altercationibus & cauillationibus dialecticis totum uitæ tempus expendunt, seq; inanibus semper quæstiũculis exagitant, & præsagiũ meũ de omnib. habeto, omnium nempe cum ipsis fama corruet, unum sepulchrum nomini ossibusq; sufficiet. cum enim mors frigidam linguam stare coëgerit, non modò ut sileant necesse est, sed ut de his etiam sileant, possem exemplis affluere, teq; ipsum in multis testem facere, quot lo quacissimas picas agnouimus in oculis insanæ multitudinis perstrepentes, quorum repente uox cecidit, nisi longa & apud quosdam superstitũ odiosa fortè narratio esset? sed de his & sæpè alias, & nũc quod res ipsa poscebat diximus. neq; enim ut eos monerem sermo mihi institutus, sed ut tibi satisfacerem, cuius omnino diuersa conditio est, tunc enim maximè resonabis,

cum iam loqui amplius nequiueris. Cæterum ualdè impatientis animi est, breuissima expectatione torqueri, expecta paululũ, eris uoti cõpos, cum obstare tibi ipse desieris, id ex parte, lõgæua forsan absentia, ad plenũ mors sola præstabit. reduc ad memoriã ex omnibus sæculi illustres uiros Romanos, Græcos, Barbaros cuius nõ præsentia famæ nocuerit, tibi (si recentiore memoria est) plures fortè ex historijs occurrent. Ego id uni omnium Aphricano tributum memini, ut scilicet & fama mirabilis, & præsentia mirabilior haberetur. idẽ sacris in literis tribuitur Salomoni, quære alium, fortè noninuenies, & si Virgilius immodico studio, Aeneam suum exornandi, hoc adeũ gloriæ genus trãsferre cõtendat, sed immobile uerum est, excusant tamen quasi non Aeneã, sed sub Aeneæ nomine, uirũ fortẽ perfectum q; describat. dedit idẽ Oratorũ uni duntaxat, is qui hoc sicut uerius usurpasset, præillustris scilicet oratorũ princeps M. Tullius, uni quoq; Poëtarum idẽ tribuit, Aulo Licinio Archiæ, sed uereor ne id amore iuditium obliquante, præceptori suo mediocris ingenij uiro tribuat, quod nec Homero tribuit, nec Virgilio tribuisset. Cæterum ut ad te reuertar, nihil ex omnib. quæ dixi, quod tibi iustã indignãdi materiã præstare possit inuenies, nemo enim se antefert ab uno uel à paucis ægrefert, nisi qui gloriæ principatũ pertinaci sibi mente constituit, patère (ut cæterarũ rerũ) sic ingenij tui sortẽ, nominisq; fortunã, putabas eam in solis diuitijs ius habere; humanarum rerũ omnium, excepta uirtute domina est, illã quoq; sæpè oppugnare, sed nunquam expugnare permittitur. famam certè, qua nihil est leuius, facilè rotat, ac uentosis suffragijs circũuoluit, à dignis eam transferens ad indignos, nihil quidem mobilius, nihil iniquius uulgari iuditio, super quo fama fundata est, itaq; mirũ nõ est, si assiduè quatitur, quæ tàm tremulis inititur fundamentis. hæc sanè non nisi in uiuos regnum habet, mors hominem eximit ab imperio fortunæ. cessant exinde ludibria, hæc uelit ipsa uel nolit uirtutem fama, seu solidum corpus umbra consequitur. Habes ergo (ni fallor) gloriandi potius causam, quàm indignandi, si cum omnibus ferè præstantibus atque clarissimis uiris cõmunis tibi tua sors est, quoq; etiã nunc æquiore animo sis, Aphricanũ ipsum, quẽ ex hac acie segregare uisus erã, in cõmune restitutam, cui quãuis quod rarissimũ est, ut dixi, præsentia nõ noceret, nocuit tamẽ (ut cæteris hominũ inuidia, quã tantis uirtutibus nõ potuit extinguere, incẽdit q; potius & inflãmauit, nocuit (q; sine indignatione non possum meminisse) cõuersatio lõgior & nascẽs ex familiaritate cõtemptus. unde aũt hæc elicíam percõtabere, nolo me aliquid immutasse suspiceris: Ipsa T. Liuij clarissimi scriptoris uerba ponã, qui orta cõtentione dignitatis honorũq; inter Scipionẽ Aphricanũ Titũq; Flaminiũ, in qua succubuisse Scipionẽ refert. Maior, inqt, gloria Scipionis, & quo maior, eò ppior inuidiæ. & statim postea. Accedebat, inqt, & aliud, Sipio Aphricanus iam propè annũ decimũ, assiduus in oculis hominũ fuerat, q̃ res minus uerẽdos magnos homines ipsa satietate facit, & hæc quidẽ ille. tu uerò (ut iam finem faciã) fortunam tuam, tanto comite solabere, expectabisq; tranquillius, memor uetus apud Flaccum uerbum esse, quod ut uina, sic poëmata meliora dies reddit. apud Plautum aliquanto uetustius. ille enim ait:

Qui uiuntur uino uetere sapientes puto:
Et qui lubenter ueteres inspectant fabulas:

Quod non minus ipsi Flacco bilem commouisse suspicor, quàm tibi tãtam esse uetustatis reuerentiam, ac crimen longo sermone purgandũ sibi fuerit, Lucilium reprehendisse. postremò tecum cogita, quid est hoc, pro quo tàm sollicitè torqueamur, Vẽtus est fama quã sequimur, fumus est, umbra est, nihil est, itaq; facillimè recto atq; acri iuditio contemni potest. quod si fortè (quoniam generosos animos familiaris hæc pestis insequi solet) appeti tum hunc extirpare radicitus non potes, excrescentem rationis saltem falce compescere, parendum tempori, parendum rebus est. deniq; (ut sententiæ meæ summam breuius expediam) uirtutem cole, dum uiuis, famam inuenies in sepulchro. Vale.

Fran. Petrarcha Raymundo Superantio, S. II.

Hominum uitam floscul o similem esse.

VEreri mihi (nec immeritò) uisus es, ne (quod ferè omnibus adolescẽtibus accidit) ætatis flore decipiar, nõ pollicebor tibi Pater animũ solidũ ac stabilẽ, omnisq; uanitatis exortem

exortem (quod in hac ætate difficillimum, & potiùs diuinæ gratiæ quàm humanæ uirtutis arbitror) sed mente haud quaquam suæ conditionis ignaram spondeo, sentio me, mihi crede, nunc dum maximè florere uideor, maximè ad arescendum pergere. quid in re celerrima segnibus uerbis utor? immò uerò properare, immo currere, immò (ut loquor propriè) uolare. uolat enim ætas, ut ait Cicero, & omnino nihil est aliud tempus uitæ huius, quã cursus ad mortẽ. in quo, ut ait Augustinus, nemo uel paulò stare uel aliquanto tardius ire permittitur, sed urgentur omnes pari motu, nec diuerso impelluntur accessu. neq; enim cuius uita breuior fuit, celerius diẽ duxit, quã ille cui lõgior, sed cũ æqualiter æqualia momenta raperentur ambobus. alter abijt propius, alter remotius, quo nõ impari uelocitate ambo currebant. aliud est enim amplius uiæ peregisse, aliud tardius ambulasse. qui ergo usq; ad mortem productiora spatia temporis agit, nõ lentius pergit, sed plus itineris conficit. eccè quanti duo uiri uelocitatẽ uitæ mortalis describẽtes, uolare eã & currere asserũt. quotiens uerò Virgilius fugere tempus ait? quid si omnes tacerent? quid etiã si negarent? nunquid ideò segnius fugiẽs curreret aut uolaret? Neq; uerò me talia sũmis labijs locutũ putes (qq; coëtaneis meis est mos) per auctorũ uireta captare floscu los, q; uiro turpè ait Seneca, nobis ita permissum putant, ut nihil uideatur adolescẽtia formosius. Ego me non nego floscu los interdũ legere, quib. inter seniorũ choros (si res tulerit) uti queã, sed ita adoptatã senectutem merita cũ laude peruenià, ut ego magis omnia ad uitã extimẽ, quàm ad eloquentiã referendam. & quamuis (ut est usus, ut est ingenij, ut est animus, ut est ætas) eloquẽtiæ studio delecter, tamen & dum aliorũ benè dicta recenseo, & si quãdo mihi aliquid fortè sonantius excidit, utrobiq; magis meditor, ut quicquid id est uitæ prosit, adolescentiæq; me malis expediat, quã ut uerbis ornatioribus iuuenilis lingua lasciuiat. summæ quidẽ demẽtiæ uidetur, in id niti, ad quod fortè nunq; sis uenturus, & quod paucis accidit, quod q; cum adeptus fueris, modicũ prosit fortasis, & multũ noceat, illud uerò negligere, quod & omnibus prõptum, præ omnibus utile, damnosum q; nunq; esse possit. Scimus aũt magnorũ auctoritate hominũ experimẽto q; rerũ edocti, quoniã paucis benè loqui, benè uiuere aũt omnibus datũ est, & tamẽ plures illud amplectunt, hoc fugiunt, ita est natura hominũ, difficultatibus incũbere & ea cupidius appetere, q̃ laboriosius parant. Ego quidem (& si mihi fidem ætas deroget) teste tamen cõscientia lego, non ut eloquentior aut argutior, sed ut melior fiã. & quod de morali Philosophiæ parte dixit Aristoteles, ad omnes traho, quanquam si uterq; fructus sequeretur infortunatiorem me laborum nõ negarem. tibi aũt pater gratias ago, q; me paternè mones, & oro ut idem sæpè facias. sed hic habeto, me iã hinc cœpisse cognoscere cursum meũ, & pericula numerare, & multos nosse decrepitos, me altius humi fixos ac tenacius inhærentes. multũ me tãgit illud Domitiani principis iam senescentis. Nil, inquit, gratius decore, nil breuius. & illud Catonis senis apud Tullĩũ: Quis est tàm stultus, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum ad uesperum esse uicturũ? & illud Virgilij, tunc iuuenis iuueniliter dictum, sed uerè, sed grauiter, sed maturè.

Colligè uero rosas, dum flos nouus & noua pubes.
Et memor esto, æuum sic properare tuum.

Ego uerò memor sum, & quãuis nondũ plenè possim, nitor. cogito tamẽ ut possum, & indies & pfundius possim, nitor. cogito nõ quid aljs uideor, sed quid sum, & ætatẽ hanc & qualẽcunq; formã corporis, & reliqua (unde mihi forsan ab aljs inuidetur) sentio data mihi ad periculũ, ad exercitiũ, ad laborem. deniq;, ut breuiter concludam, scio me ascẽdere ut descendam, uiuere ut arescam, ut senescam adolescere, uiuere ut moriar. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnensi, S. III.

Germaniam Rhenũq; ripas se peragrasse narrat.

GAllias ego nuper, nullo quidem negotio, ut nosti, sed uisendi tantum studio, & iuuenili quodam ardore peragraui, Germaniam tandem Rhenũq; ripas attigit, contemplatus sollicitè mores hominũ, & aspectu telluris incognitæ delectatus, ac singula cũ nostris cõferẽs, & licet multa utrobiq; magnifica uiderim, me tamẽ Italicæ originis nõ pœnitet, immò, ut uerũ fatear, quò latius peregrinor, eò maior Itali soli subit admiratio. q; si gratias agebat Plato dijs, ut uerbo eius utar, immortalibus, inter multa q; Græcũ eum & non

alieni-

alienigenam, edidisset, quid nos prohibet, pro eodem quoq; gratias agere, ortusq; nostri Deum auctorẽ recognoscere? nisi forte nobilius est Græcum nasci quàm Italicum, quod si quis dixerit, dicat idem & seruũ esse nobiliorem quàm dominum. atq; nullus hoc Græculus, quantumlibet procax impudensq; dicere audebit, dum meminerit diù antè Vrbem conditam, ante partum & auctum uirtutibus imperium, denicq; ante

Romanos rerum dominos gentemq; togatam,

Non Italiã, sed quotã Italiæ partẽ, eo tẽpore desertã & uacuam Græcis habitatoribꝰ possessam, magnamq; Græciã nũcupatam. quæ enim tũc magna uisa est, quã maxima, quàm immensa uideri potuit, post euersam Corynthũ, post uastatam Aetholiã, post Argos & Mycenas cæterasq; urbes triumphatas, post Macedoniæ reges captos, Pyrrhumq; deuictum, & madentes iterũ Asiatico cruore Thermopylas, credo neminem negaturũ, aliquanto clarius Italicũ esse quàm Græcũ. sed de hoc forte alibi: Nũc in Gallias reuertamur, Parisiorũ ciuitatem regni caput, quæ auctorem Iul. Cæsarem prætendit introitꝰ, non aliter animo affectus, quàm olim Thessaliæ ciuitatem Hypatã dum lustrat Apuleius, ita enim sollicito stupore suspensus, & cuncta circunspiciens, uidendi cupidus explorandiq; uera'ne an ficta essent, quæ de illa ciuitate audieram, non paruũ in ea tempus absumpsi, & quotiẽs operi lux defuit, noctem super addidi. demum ambiendo & inhiando, magna ex parte didicisse uideor, quis in eadẽ ueritati, quis fabulis locus sit, quæ (quoniam longa narratio est, neq; hoc loco satis explicabilis) differenda est, donec ex me omnia coràm audies. Gandauum quoque (ut media sileam) eodẽ conditore superbum uidi, & cæteros Flandriæq; Brabãtiæ populos, lanificos atq; textores. uidi Leodium insignem clero locum, uidi Aquensem Caroli sedem, & in templo marmoreo uerẽdum barbaris gentibus illius principis sepulchrum, ubi fabella audiui, non inamœnam cognitu, à quibusdam templi sacerdotibus, quàm scriptam mihi ostenderunt, & postea apud modernos scriptores accuratius etiam tractatã legi, quàm tibi quoq; ut referam incidit animus, ita tamen, ut rei fides non apud me quæratur, sed ut (aiunt) penes auctores maneat Carolũ Regem quem magni cognomine æquare Pompeio & Alexandro audent, mulierculam quandam perditè & effictim amasse memorant, eius blanditijs eneruatum, neglecta fama (cui plurimum inseruire consueuerat) & posthabitis regni curis, aliarum rerum omnium & postremo suiipsius oblitum, diu nulla prorsus in re, nisi illius amplexibus acquieuisse, summa cum indignatione suorũ ac dolore. tandem cum iam spei nihil superesset (quoniam aures regias salutaribus cõsilijs insanus amor obstruxerat) fœminam ipsam malorũ, insperata mors abstulit, cuius rei ingens primum in regia, sed latens gaudium fuit. deinde dolore tantum priore grauiore, quantũ fœdiori morbo, correptũ regis animũ uidebant, cuius nec morte lenitus furor, sed in ipsum obscœnũ cadauer, & exangue trãslatus est, q; balsamo & aromatibus cõditũ, onustũ gemmis, & uelatum purpura, diebus ac noctibus tàm miserabili quàm cupido fouebat amplexu. dici nequit quàm discors & quàm malè se cõpassura cõditio est amantis ac regis, nisi profectò cõtraria sine lite iunguntur, quid est aũt regnũ, nisi iusta & gloriosa dominatio? cõtrà quid est amor, nisi fœda seruitus & iniusta? citaq; cũ certatim ad amantẽ (seu rectius, ad amentẽ Regem, pro summis regni negotijs legationes gentiũ pfectiq; & prouinciarũ pses cõuenirent, is in lectulo suo, miser omnib. exclusis, & obseratis foribꝰ. amato corpusculo cohærebat, amicã suã crebro, uelut spirantẽ respõsuramq; cõpellãs, illi curas laboresq; suos narrabat, illi blandũ murmur & nocturna suspiria, illi semp amoris comites lachrymas instillabat (horrendũ miseriæ solamen) sed q; unum est ex omnib. Rex alioquin, ut aiunt, sapientissimus elegisset. addũt fabulæ, q; ego nec fieri potuisse, nec narrari debere arbitror. erat ea tẽpestate in aula Colonien̄sis Antistes, uir, ut memorãt, sanctitate & sapiẽtia clarus, necnõ comitatus & cõsilij Regij prima uox, q; domini sui statũ miseratus, ubi animaduertit humanis remedijs nihil agi, ad Deum uersus illũ assiduè precari, in illo spẽ reponere, ab eo finẽ mali poscere, multo cũ gemitu, quod cũ diù fecisset nec desiturus uideret, die quodam illustri miraculo recreatus est. siquidẽ ex more sacrificanti, & post deuotissimas preces pectus & aram lachrymis implẽti, de cœlo uox insonuit, sub extinctæ mulieris lingua, furoris

furoris Regij causam latere. quo lætior mox peracto sacrificio, ad locum ubi corpus erat sẽ proripuit, & iure notissimæ familiaritatis regiæ introgressus, os digito clã scrutatus, gemmam perexiguo anulo inclusam, sub gelida rigentiq; lingua repertam, festinabundus auexit. nec multo post rediens Carolus, & ex consuetudine adoptatum mortuæ congressum properans, repente aridi cadaueris spectaculo concussus, obriguit exhorruitq; cõtactum, auferri eam quantotius ac sepeliri iubens, inde totus in Antistitem conuersus, illum amare, illum colere, illum indies arctius amplecti, denique, nihil nisi ex sententia illius agere, ab illo nec diebus nec noctibus auelli. quod ubi sensit uir iustus ac prudens, optabilem forte multis, sed onerosam sibi sarcinam abijcere statuit, ueritusq; ne si uel ad manus alterius peruenirent, uel flammis consumeretur, domino suo aliquid periculi afferret, anulum in uicinæ paludis prærealtam uoraginem demersit. Aquis forte tum rex cum proceribus suis habitabat, ex eoq; tempore cunctis ciuitatibus sedes illa prælata est, in ea nil sibi palude gratius, ibi assidere, & illis aquis mira cum uoluptate, illius odore uelut suauissimo delectari. postremò illuc regiam suam transtulit, & in medio palustris limi, immenso sumptu, iactis molibus, palatium templumq; construxit, ut nihil diuinæ uel humanæ rei eum inde abstraheret, postremò ibi uitæ suæ reliquum egit, ibiq; sepultus est. cauto prius, ut successores sui primam inde coronam & prima imperij auspicia capescerent, quod hodie quoq; seruatur, seruabiturq; quàm diù Romani frena imperij, Theutonica manus aget. longior fui in hac narratione, quàm debui. sed quoniam peregrinatione longinqua, librorum solatio destituta est, & in perpetuo motu facilius est multa cogitare, quàm grandia, iustũ epistolæ modum implere seriis non ualens, eam (ut uides) obuijs quibusq; confartio. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. IIII.

Coloniæ Agrippinæ urbis descriptio.

AQuis digressum, sed prius unde ortum oppidi nomen putant, Aquis Baiano more tepentibus ablutum, excepit Agrippina Colonia, quæ ad sinistrum Rheni latus sita est, locus & situ & flumine clarus & populo. mirũ in terra barbarica, quanta ciuilitas, quæ urbis species, quæ uirorum grauitas, quæ munditiæ matronarum. Fortè Ioannis Baptistæ uigilia erat, dum illuc applicui, & iam ad occidentem sol uergebat, confestim amicorũ monitu (nam & ibi amicos prius mihi fama pepererat, quàm meritum) ab hospitio traducor ad fluuium, insigne spectaculum uisurus est. Nec fallebar. Omnis enim ripa præclaro & ingenti mulierum agmine tegebatur, obstupui, dij boni, quæ forma, quæ facies, quis habitus, amare potuisset, quisquis eò non præoccupatum animum attulisset. in loco paulum altiore constiteram, unde in ea quæ gerebantur intenderem, incredibilis sine offensione cõcursus erat, uicissimq; alacres, pars herbis odoriferis incinctæ, reductisq; post cubitum manicis, candidas in gurgite manus ac brachia lauabant, nescio quid blandum peregrino murmure colloquentes. uix nunquam clarius intellexi, quod Ciceroni placet, & ueteri prouerbio dici solet. Inter linguas incognitas, omnes propemodum surdos ac mutos esse. unum mihi solatium grauissimorum interpretum non deerat. nam & hoc inter cuncta mirabere, cœlum illud spiritus pierios alere. Itaq; dum miratur Iuuenalis, quod:

Gallia causidicos docuit facunda Britannos:

miretur itidem:

doctos quod argutos aluit Germania uates.

At ne me auctore fallaris, scito ibi nullũ Maronem esse, Nasones plurimos, ut dicas uerum fuisse præsagium, quod in fine libri Metamorphoseos, multum uel posteritatis gratiæ, uel ingenio suo fidens ponit. si quidem qua Romana potentia (seu uerius) qua Romanum nomen domito orbe se porrigit, plausibiliter nunc fauentis populi ore perlegitur. his ego comitibus, ubi quid audiendum seu respondendum incidit, pro lingua & pro auribus usus sum. Vnum igitur ex eo numero admirans, & ignarus rerum percontatus Vergiliano illo uersiculo:

Quid uult concursus ad amnem, quidue petunt animæ?

Responsum accepi: Peruetustũ gentis ritum esse, uulgo persuasum, præsertim fœmineo, omnem

omnem totius anni calamitatẽ imminentẽ, fluuiali illius diei ablutione purgari, et deinceps lætiora succedere, itaq; lustrationẽ esse annuã, inexhausto semper studio cultam colendãq;. ad hæc ego subridens. O nimium fœlices, inquam, Rheni accolæ, quorũ ille miserias purgat, nostras quidem nec Padus unquam ualuit purgare, nec Tyberis. uos uestra mala Britannis Rheno uectore transmittitis, nos nostra libenter Afris, atq; Illyrijs mitteremus, sed nobis (ut intelligi datur) pigriora sunt flumina. cõmoto risu, serò tãdem inde discessimus. Proximis aliquot diebus à mane ad uesperam, ciuitatẽ ijsdem ducibus circumiui, haud injucũdum exercitiũ, non tàm ob id quod antè oculos erat, quàm recordatione nostrorum maiorum, qui tàm procul à patria monumẽta Romanæ uirtutis tàm illustria reliquissent, in primis autem occurrebat Marcus Agrippa Coloniæ illius auctor, qui licet multa domi, multa foris præclara construxerit, illam tamen ex omnibus dignam censuit, cui suum nomen imponeret, ædificator ac bellator egregius, dignusq; habitus quem Augustus in generum, ex toto orbe deligeret, qualiscunq; filiæ uirum, sed dilectæ, sed unicæ, sed Augustæ. Vidi tot simul trunca millia, sacrarum uirginum, & terram generosis dicatam reliquijs, ac degenerum, ut aiunt, cadauerum expultricem. uidi Capitoliũ effigiem nostri, nisi quod pro Senatu illic pacis ac belli consilia agitante, hic formosi iuuenes ac puellæ mixtim, nocturnas laudes Deo concinunt, æterna concordia. ibi rotarum & armorum strepitus ac gemitus captiuorum, hic quies & gaudium & iocantium uoces, denicq; illuc bellicus, huc pacificus triumphator ingreditur. Vidi templum urbe media pulcherrimũ, quamuis in expletum, quod haud immeritò summum uocant, Magorum ibi Regũ corpora, ab ortu ad occasum tribus saltibus transuecta, quos æthereũ quondam regẽ ad præsepia uagientem, cum muneribus ueneratos legimus, uenerabundus aspexi. Parumper hic Pater optime & pudoris mei metas excessisse uideor, & plura collegisse quàm necesse erat, utrum fateor, sed mihi nil tàm necesse est, quàm ut imperio tuo pareã, inter multa sanè quæ abeunti iusseras, hoc fuit extremũ, ut de terris, ad quas ibam, & de singulis quæ uidissem audiuissemqúe, perinde te certiorem scripto facere, ac uerbo solito, ne calamo parcerem, ne breuitati uel ornatui studerem, neúe floridiora decerperem, sed cuncta complecterer, denicq; Tulliano uerbo usus. Scribe, dixisti, quicquid in buccam uenerit. Promisi me facturum, promissum crebris extitinere literulis impleſſe uideor, si iussisses loqui de altioribus, temptassem. nunc epistolæ officium reor, non ut scribentem nobilitet, sed ut certificet legentẽ, quod si omnino uideri uolumus, ostendemus nos in libris, in epistolis colloquamur. procedo. Ad secundas Cal. Iulias Colonia discessi, tanto sole ac puluere, ut sæpè alpinas niues ac frigora Rheni à Virgilio requirerem. inde Arduennam syluã scriptorum testimonio pridẽ mihi cognitam, sed usu atram atq; horrificam transiui solus (& quod magis admireris) belli tempore, sed incautos (ut aiunt) Deus adiuuat. at ne longum iter uix æquo peracto calamo remetiar, multis ego regionibus ambitus, hodierno die Lugdunũ perueni, nobilis & ipsa Romanorum Colonia est, paululumq; uetustior Agrippina, duo hic noti amnes, in nostrum mare currentes. Rhodanus Araris q; conueniunt Sonã incolæ appellant. sed de his nihil amplius. Iuncti enim ad te properant, alter cogenti, alter coacto similis, & Auinionẽ ubi te nunc ac genus humanũ Rom. Pont. detinet, permixtis uadis abluunt. huc ego cum mane peruenissem, & intranti fortè familiaris hic tuus occurrisset, mille eum quæstiunculis (ut mos est peregrè redeuntium) aggredior, ille autem nihil ad reliqua, sed præclarissimum fratrem tuum, ad quẽ maximè properabam, sine me Romam petijsse narrauit. quo audito quærendi ueniendiq; ardor repentè deferbuit. hic igitur expectare in animo est, donec & æstas ipse deferueat, quàm hucusq; non senseram, & me uegetiorẽ quies faciat, qui me fessum esse, hoc ipso primum loquente perpendi. nulla quidem fatigatio maior quàm animi est, quod si reliqui itineris tædium subierit, Rhodanus mihi pro uehiculo erit, interim ut noris ubi sum, hæc tibi festinante nuncio transcurrere nõ piguit. De fratre item tuo, duce olim, nunc (da dolori ueniam) desertore meo, nusquam alibi, quàm apud ipsum conqueri uisum est, quam querelam, ut sibi quàm primum mitti iubeas, oratus facito. Et Vale nostri memor.

Fran.

Fran. Petrarcha Iacobo Columnæ, S. V.

De fide & taciturnitate.

REuertebar è Germania & iam Lugdunum peruueneram, precum tuarum & desiderij mei uncis retrahentibus, non tam Poëtico aut Physico, quàm cursorio more festinans. illic cursui meo molestissimum frenum adhibuit, insperatus rumor, aufugisse te, absentiæ meæ uelut opportunitate captata, & sine me Romã petijsse, quod profectò nunq; facturum esse promiseras. quid dicam? Amante non amato nil reor esse miserius. quomodo autem, seu quibus primum uerbis aggrediar? suspitiosum ne, an tuorum cõtemptorem putem, nihil moribus minus tuis conuenit, obliuiosum quærar, mirator ipse memoriæ tuæ? fidefragum dicam, sed notissima fides est. quid ergo? tu culpæ nomen inuenies & reipsum condemnabis, uel si libet absolues, apud tribunal tuum tecum agitur, tu idem & reus & testis & iudex eris. Sede igitur & mecum aliquantisper æquo iure discepta. Aequat enim amor imparia. quod si contrà me fortè lingua tua pronunciauerit, ad conscientiam prouocabo, respondè dolori meo, quærenti. Cur tu Romæ, ego in Gallia sum? quid tanto diuortio dignum feci? an ut inutilis & inamœna sarcina in tergum objiciors de utilitate quidem uideris, de reliquo (quoniam dolor ingens libertatis assertor esse solet) ipse pronuncio. Nulla igitur (si te noui) amœnior, nulla curis tuis opportunior, tecum est Lelij mei, & cæterorum pace dixerim, quibus (ut me æquare audeam) superbæ forsitan fortunæ illorum cogit & dolor mei. Ego enim te mundo prætuli, tu mihi quæso, quid non præferes? an timuisti ne secretum tuum ex me in uulgus erumpet? ita ne rimosum expertus es, ita infirmi ac futilis animi, cui tàm facilè commissa diffluerent? egisti incautè, qui mihi totiens grauiora crediderit. sed (crede mihi) quoniam hodie (ut uideo) dolor uerecundiam superat, crede inquam mihi, pater optime, nullius (quem quidem ego nouerim) fido silentio secundus sum. nemo me ideò quod secreta non teneam, ne dicam fideli amicitiæ, sed uel Senatorio gradu, uel Sacerdotio Cereris inhabilem arguerit. legimus apud Persas, nihil fide sanctius, nihil pulchrius silentio, nihil loquacitate deformius. itaq; illud uel morte custodiunt, hanc morte castigant, non est qui quocunq; supplicio sui regis pandat arcanum, si quis fortè contrà fecerit, nullo non supplicio dignus habebitur præclare. Quid enim omnino facilius quàm tacere? ad quid ergo utilis, aut cui magnæ rei sit habendus idoneus, qui rem longè facillimam implere nequiuerit? an uerò occupationes meas interrũpere noluisti? Conuersatio igitur longæua quid profuit? Nondum intelligis, non esse me de illorum grege, qui, ut ait Flaccus:

Breui fortes iaculantur æuo
Multa qui terras alio calentes sole permutant: *Qui penetrant aulæ & limina regum:*

Vt Virgilius ait, qui animum suum in frusta discerpunt, huic arridenti, illi seruiunt, neminẽ ex integro diligunt, nulli plenè confidunt, certè ego qui sim nescio. ualdè enim in iudicio rerum nostrarum fallimur. sed ut sim de grege nihil optantium, magnopere laboro, de multis nunq; speraui, sciebã enim, q; qui paucorũ similis fieri studet, multis fiet inuisus. spes & occupationes meæ in te hactenus sitæ erãt, in quo si me diutius errare non es passus, perurbane mecũ agi non negauerim, q; alienationẽ animi tui, non cõtumelioso quidẽ actu, nõ uerbo aspero, non graui supercilio, sed fugæ silentis inditio perceperim, sin experiri aut inflã mare desideriũ meum cogitasti, uide ne aduersus imbecillem animũ, nimis aculeatum ludi genus elegeris. At fortè indulgentior causa est, peperçisti arbitror labori meo, ueritus ne fastidio pelagi impar essem, & quoniã id tibi quoq; restat, iter p̃ siticulosam Apuliã, sub æstiuo sole deficerẽ. sed quæso, non ne hoc tuo de me iuditio iniuriosus es famæ meæ? ubi ego hanc opinionẽ meruiq; quis me labor fregit, aut terruit. sola uidendi dulcedo, per ignotam me Barbariem circunducit, per Italiam credo pulchra necessitas nõ dixisset, sub Pyreneis olim collibus, ut tibi comes essem nisi pudet, quantis me precibus ac blanditijs oneraste? quanquam (ut uerum fatear) sequebar ego, propè cupidius, quàm detrahebar, qui ita nunc sub Apenini iugis, comes esse non meruiq; nisi fortè inertiam meam illa peregrinatio patefecit, tu uerò quotidie miraberis, unde ea laborum patientia, in literarum

ocio

ocio mihi nato ac enutrito, præsertim cum & anni tẽpus esset aduersũ & uepricosum iter, & inculta regio (quod & super omnia nos angebat) conuersatio dura & multũ nostris moribus aliena. sed fortè (quoniam sensim ratiocinatio ad uerum ducit) non quæcunq; potuimus possumus, dies auget, dies imminuit ab ea peregrinatione, quarta nunc ætas agit, triennio senior sanctus sum, quod tempus non tantum mutando corpuscula mortalis homines, sed euertendis imperijs, atq; urbibus late patet. ludo tecum (ut uides) magnus interdum dolor, ubi lamenta defuerint, in iocos uertitur, omnis quidem dies, fateor gradus est ad mortẽ, & uagientis in cunabulis infantes crescẽdo pariter senescunt. neq; tamen ea ætas est mihi, quæ naturale detrimentum sentiat, quippè quæ nondum plena est. Itaq; crescentibus adhuc annis prouehor multo & membris & animo ualidior indies fio, quãuis non ignorem quid sequatur. Viator enim quò altius ascendit, eò descensui proximior fit, & si dici fas esset, quodãmodo ascendẽdo descẽdit. Idem mihi accidit. interim tamen ascendo. quæ cum ita sint, idoneã facti tui causam fortè, tu noueris, ego eam palpitabũdus inquiro, nec inuenio, & hoc unò uel maximè amare me intelligo (quod amãtiũ mos est, primis quidem offensionibus moueri, mox ubi flãma extinguere nõ datur, ad excusationum medicamenta cõfugere, & quod acrius factũ dolent. uel nequaq; factũ si liceat, uel bono animo factũ dicere) hoc igit̃ ago, si possum ut iure desertus uidear, quod utinã mihi persuadeã, & profectò fieri potest, ut tu nec profectionẽ meã impedire uolueris, nec potueris reditũ expectare, & cum me ab amplexu tuo lachrymantem dimitteres, nouam mihi gemendi materiam inculcare uolueris. Vellem inclementior fuisses, pietas enim tua in contrarium uertenda est, inexpectato nil hoste nocẽtius, & intempestiua quælibet grauiora sunt. unde si absq; fletibus esse non poteram, melius tunc fleuissem, quoniam natura hoc habet, ut abeuntiũ potius quã redeuntium comites lachrymas uideamus. tu precor, quàm primum cogita, qualiter te mihi exundanti illo defendas eloquio, quàm uere nihil ad rem, modò uerisimili ter satis erit. Credere parato nulla inefficax persuasio est, interim facilius inducar, ut tuæ culpæ ignoscam, quàm fortunæ meæ. Vale nostri memor.

Fran. Petrarcha Thomæ Messanensi, S. VI.

Dialecticorum detestatur contentiones.

TEmerarium est cum eo hoste confligere, qui non tàm uictoriam appetit quàm certamen. scribis quendam senem dialecticum, literis meis uehementissime permotum, quasi artificium suum ego damnauerim. ideò palàm fremere & minari, multa se quoq; in studia nostra suis literis inuecturum, eas te literas multis, ne quicquã mensib. expectasse. Noli eas expectare amplius. crede mihi, nunq; uenient. hoc modestiæ remansit, siue ijs styli pudor, siue ignorantiæ cõfessio est, lingua implacabiles, calamo non contendunt. Nolunt apparere quàm friuola sunt quibus armantur, ideoq; more Parthico fugitiuum pugnæ genus exercent, & uolatilia uerba iactantes, quasi uentis tela cõmittunt. cum his (ut dixi) suo more contendere temerarium est, quippè qui summã uoluptatẽ ex cõtentione percipiunt, quibus non uerũ inuenire propositũ est, sed altercari. atqui Varronis prouerbiũ est: Nimiũ altercando ueritas amittitur, noli autẽ trepidare, ne in apertum scripturæ solidiq; colloquij campũ descẽdant. Hi sunt enim, de quibus Quintilianus inter institutiones Oratorias loquebat, quos reperias in disputãdo mire callidos, cum ab illa cauillatione discesserint, nõ magis sufficere in aliquo grauiore actu, quã parua quædã animalia, quæ in angustijs mobilia, campo deprehenduntur, meritò itaq; campũ timẽt, uerũ est enim illud eisdẽ diuerticula & anfractus suffragia esse infirmitatis, ut qui cursu parũ ualẽt, flexu eludãt. Tibi uerò amice, unũ hoc dixisse uelim, si uirtutẽ, si ueritatẽ sequeris, id genus hominũ uita. sed quo nam fugiemus à facie insanorũ, si ne insulæ quidẽ tutæ sunt? Ergo nec Scylla nec charybdis obstiterit, quo minus hæc pestis in Trinacriã transnatarẽt, immò uerò iam insularũ peculiarè malũ est, si dialecticorũ agmini Britãnico Aethnea nũc nouorũ Cyclopũ acies accesserit. hoc cine est, q; in Cosmographia Põponij legerã, Siciliæ maximè similẽ esse Britãniã. ego quidem putabã similitudinem hanc, in terrarũ situ, ac propè triangulari utriusq; specie & fortasse

tasse etiam in circumfusi maris perpetua collisione cõsistere, nihil de Dialecticis cogitabã. audieram Cyclopas primùm, postea tyrannos, utroscp feroces incolas, tertium monstri genus aduenisse non noueram, armatum enthymemate bis acuto, & ipso Tauro minitanti littoris feruore procacius. unum sanè & ego pridem animaduerteram, & tu nũc admones eos sectam suam Aristotelici nominis splendore protegere, dicunt enim Aristotelem ita solitum disputare. est fateor qualis qualis excusatio clarorum ducum inhæsisse uestigijs, nam & M. Tullius non inuitum se cum Platone, si oporteat erraturum dicit, sed falluntur, Aristoteles enim uir ardentis ingenij, de rebus altissimis uicissim & disputabat & scribebat, alioquin unde huius tàm multa uolumina summo studio & tantis exhausta uigilijs, inter multorũ, & præsertim illius fortunati discipuli graues occupationes, & in ætate nõ longa, siquidem circa illũ apud scriptores infamem, Tertium scilicet & sexagesimum uitæ annum defunctum accepimus, isti autẽ cur à duce suo, tàm diuersi abeunt? cur quæso Aristotelicos dici iuuat, & non potius pudet? Nihil illi tanto Philosopho dissimilius, homine nihil scribente parum intelligente, multumq; & inutiliter clamante. quis illas conclusiunculas non rideat, quibus literati homines, se simul & alios fatigant? in quibus omnem ætatẽ conterunt, quippe ad illa inutiles, ad hoc ipsum præcipuè dãnosi, qualia sunt quæ à Cicerone & à Seneca pluribus locis irridentur, quale est illud Diogenis propositum, quem dum contumeliosus dialecticus uerbis esset aggressus, hoc modo: Quod ego sum id tu non es. annuisset q; Diogenes. Ille subiunxit: Homo autẽ ego sum. cũ id etiã nõ negasset, conclusionem subintulit cauillator. Homo igitur tu non es. Enimuerò ultimum hoc, inquit, Diogenes falsum est, & si uerum fieri uis, à me incipe. Multa sunt id genus perridicula, in quibus quid quærant, an famam, an oblectamentũ, an benè beateq; uiuendi consiliũ, sicut ipsi forsitan, mihi nihil ignotius. nam lucrũ aut digna studiorũ merces, nobilibus ingenijs uideri debet, mechanicorum est lucra captare, honestarũ artiũ generosior finis est. dum hæc audiunt irascuntur (est enim ferè multiloquium cõtentiosi hominis iracundiæ proximum) ergo, inquiunt, Dialecticam tu condemnas? absit. scio enim quantum illi Stoici tribuant, secta Philosophorum fortis & mascula, cuius cum sæpè aliàs, tum in libro de Finibus Cicero noster meminit. Scio quod una liberaliũ est, & gradus ad alta nitentibus, interq; philosophorum dumeta gradientibus, non inutilis armatura, excitat intellectum, signat ueri uiam, monstrat uitare fallacias, denicp si nihil aliud, prõptos & perargutulos facit. hoc ita esse non inficior, sed non statim qua honestè trãsimus, laudabiliter immoramur, quinimmò uiatoris insani est, amœnitate uiarũ metam quam destinauerat obliuisci, multa citò transisse & nusquam citra terminũ substitisse, uiatoris laus est. & quis nõ uiator ex nobis est? breui omnes aduersoq; tẽpore, tãquam hyberno pluuialiq; die, longũ ac difficile iter agimus, cuius Dialectica pars esse potest, utiq; terminus nõ est, & potest pars esse matutina, nõ serotina plurima quidẽ honestè fecimus quæ turpissimè faceremus. Si enim dialecticæ scholas, quod in eis pueri lusimus, senes relinquere nescimus, eodẽ iure, nec par impar ludere, nec arundine tremula equitare pudeat, nec rursum cunis infantilibus agitari. sunt miræ uarietates rerum ac uicissitudines temporũ, quas occurrẽs natura fastidio uigilantissimo artificio meditata est, eas non putes in anni tantum circulo, sed multò magis in longa ætate reperiri. Ver floribus & arborum comis, æstas frugibus dives est, autumnus pomis, hyems niuibus abundat. Hæc modò nõ tantũ tollerabilia: sed grata, si peruertantur, fiẽt concussis naturæ legib. importuna. & nemo erit, qui uel hyemis glaciem, æquo animo per æstatem perferat, uel solis ardorẽ alienis mensib. fœuientem. sic nemo reperitur, qui uel senem infantibus colludentem non oderit, aut rideat, uel puerũ canũ aut podagricum nõ miretur: quid autem quæso ad omnem disciplinam tàm utile, immo tàm necessariũ est, quam ipsarũ literarũ prima cognitio, in quibus omnium studiorum fundamento consistunt? sed ex diuerso, quid sene ridiculosius, in talibus occupato? tu ergo senis tui discipulos, meis uerbis excita, neque deterreas, sed hortare non quidem ut ad Dialecticã sed ut per eam ad meliora festinẽt. Seni autem dic, non me liberales artes damnare, sed senes pueros. ut enim nihil elementario sene turpius, quod ait Seneca, sic nihil Dialectico sene deformius, & si syllogismos eru-

ctare cœperit, fuge conſulo, ac iube illum diſputare cum Encelado. Vale.

Fran. Petracha Thomæ Meſſanenſi, S. 71

Inuentioni & ingenio quomodo inſeruiendum.

QVid agendum tibi ſit cõſulis in eo ſtatu, in quo ferè omnis ſcribentium turba eſt, quando & ſua cuique non ſufficiunt, & uti pudet alienis & interim à ſcribendo ceſſare non ſinit, ipſa rerum dulcedo inſitaq; mortalium animis gloriæ cupiditas, ſic itaq; perplexus, atq; hæſitans ad me redis, primum omnium conſultius fuerat certiorem adiiſſe, cõſultorem à quo uel multa & uaria, uel unum quodcunque optimũ & electiſsimũ eſſet, accepiſſes. Enimuerò nunc ad oſtium pauperis pulſaſti, unde tamen, me uolente, non omnino uacuus abibis, quod ab alio mendicaui, id tibi libens impartiar. Mihi quidem fateor, de hac re non amplius, quã unicũ cõſiliũ eſt, quod ſi fortaſsis ineffícax experimento deprehenderis, Senecam culpabis, at ſi efficax, ſibi non mihi gratiam referes, deniq; in omnem euentum, illũ non quidem ſolũ, nam & hoc ante Flaccus dixerat, & (quod ſatis auguror) ante Flaccum alij, q; quærẽdi nunc ociũ non eſt, ſed expreſſiorẽ habeas uelim conſilij huius auctorẽ. cuius ſumma eſt. Apes in inuentionib. imitandas, quæ flores non quales acceperint, referunt, ſed ceras ac mella, mirifica quadã permixtione cõficiunt. eius autem non ſenſum modo, ſed uerba Macrobius in Saturnalibus poſuit, ut mihi quidem uno eodemq; tempore, quod legendo ſimul ac ſcribendo probauerat, rebus ipſis improbare uideretur. Non enim flores apud Senecam lectos, in fauos uertere ſtuduit, ſed integros & quales in alienis ramis inuenerit, protulit, quanquam quod alienum ego aliquid dixerim, licet ab aliis elaboratum, cum Epicuri ſententia ſit, ab eodem Seneca relata, quicquid ab illo benè dictũ eſt, non alienũ eſſe, ſed noſtrũ. Nõ eſt itaq; cur Macrobius culpandus ſit, q; magnã epiſtolæ unius partẽ, in proœmio operis illius, nõ tã tranſtulit quàm trãſcripſit, id enim & mihi forſan interdum, & multis maioribus accidit, ſed illud affirmo elegantioris eſſe ſolertiæ, ut apium imitatores, noſtris uerbis, quamuis aliorũ hominum ſententias proferamus. rurſus nec huius ſtilum aut illius, ſed unum noſtrum conflatum ex pluribus habeamus. fœlicius quidẽ nõ apium more, paſsim ſparſa colligere, ſed quorũdam haud multò maiorum uermiũ exemplo, quorum ex uiſceribus ſericum prodit, ex ſeipſo ſapere potius & loqui, dũmodo & ſenſus grauis ac uerus & ſermo eſſet ornatus. Verùm quia hoc, aut nulli prorſus aut pauciſsimis datum eſt, feramus æquanimiter ingenij noſtri ſortem, nec altioribus inuidentes, nec deſpicientes, qui infra nos ſunt, nec paribus importuni. ſcio autem quid tu nunc tacitus dicis, homo hic, me à ſtudio retrahit, & ab induſtria dehortatur, dum patienter ignorantiam ferre docet. ego uerò nihil magis cauendum arbitror, quàm ne ignauia cõſeneſcat ingenium. licet enim Cicero ſcribat uidere ſibi homines, cum multis rebus humiliores, & infirmiores ſint. hac re maximè beſtijs præſtare, quod loqui poſſunt, tamen id uel oratori, ad commendationem artis, quàm tradebat indulgendũ fuit, uel ſic accipiẽdum, ut ipſum loqui poſſe, ſine præuio intellectu eſſe non poſſit. Alioquin multo mihi potius uidẽtur in eo præcellere, quod intelligere, quod multa ſcire ac meminiſſe poſſunt, quod belluis natura non tribuit, tametſi aliquam intellectus diſcretionis, & memoriæ ſimilitudinem habere uideantur. quid ergo hortor atq; obſecro, ut omni uigilãtia & ſummis uiribus, animi tenebras, ignorantiam depellamus enitamurq; in terris aliquid addiſcere, quo uſa nobis ad cœlum fiat. Sed interdum meminerimus, ſi fortè (quia non omnes uno ſydere naſcimur) tarditati noſtræ iter ad ſumma non panditur, decere nos ingenij terminis eſſe contentos, quos Deus nobis & natura prædixerint. quod niſi fecerimus, nunquam ſine mentis anxietate futuri ſumus, quamdiu enim in cognitionem rerum ibimus, quod iter nunquam intermittere, uſq; ad extremum ſpiritum debemus, noui quotidie receſſus apparebunt, ad quos ſe ignorantia noſtra porigere, hic mœror & indignatio, & contẽptus noſtri, quas latebras (quoniam uulgus indoctum non uidebit) lætius deget, atq; trãquillius. ita fiet, ut ſcientia quæ ingenij cauſa ſacræ delectationis eſſe debuerat, moleſtiſsimam ſollicitudinem inferat, & uitam cuius ſe ducem pollicebatur interimat. aſsit ergo cunctis in rebus modeſtia, illa nobis ſuadebit, ut non in illis ſolum, quæ fortunæ aut corporis di-

ris dicuntur, ſed in his etiam quæ animi bona ſunt, quæcũq; nobis portiuncula obuenerit, de modicis quoq; non modicas grates agere conſueſcamus, largitori æterno, qui optime quid nobis expediat uidet, id largitus eſt, non quod delectabilius, ſed quod opportunius nouit. & nimirum ſicut iure laudatur ſenex paucorum ille iugerum, qui regum æquabat opes animo, ſic ille laudabitur deformis, hebes aut balbus, qui Alcibiadis formam animo, qui Platonis ingenium, aut eloquentiam Ciceronis æquauerit. cui igitur ingenium deeſt, non deſit æquanimitas, cui adeſt, aſsit & moderatrix rerum omnium diſcretio, ut incorrupto iudicio, uires ſuas extimet, ne fortè ſibi blandiens, & ipſe ſe fallens, importabili faſce prægrauet; contrà illud quod in arte Poëtica ſcriptum eſt:

Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam:
Viribus, & uerſate diu, quid ferre recuſent,
Quid ualeant humeri.

Nempe adiuuandum ſtudio ingenium eſt, & meditationibus ſubleuandum, ſed minimè cogendum, quo non poſſit aſcendere. alioquin præterquàm quod conatus erit irritus, ſæpe accidit, ut dum impoſsibilia cupimus, poſsibilia negligamus. dictum breue ſed utile (niſi fallor) & memorabile inſeram, quod apud Quintilianum acutiſsimum uirum legi, quod quoniam breuiter ac dilucidè ab eodem ſcriptum erat, mutare uerba non libuit. Accidit enim, inquit, etiam ingenioſis adoleſcentibus, frequenter ut labore conſumantur, & in ſilẽtium uſq; deſcendant, nimia bene dicendi cupiditate. Qua de re memini, narraſſe mihi Iulium ſecundum, illum æqualem meũ, atq; à me (ut notum eſt) familiariter amatum, miræ facũdiæ uirum, infinitæ tamen curæ, quid eſſet ſibi à patruo ſuo dictum. Is fuit Iulius Florus, in eloquẽtia Galliarũ (quoniam ibi demum exercuit eam) princeps, alioquin inter paucos diſertus, & dignus illa propinquitate. is cum ſecũdum ſcholæ adhuc operatum, triſtem forte uidiſſet, interrogauit: Quæ cauſa frontis tàm obductæ? nec diſsimulauit adoleſcẽs, tertiũ iam diem eſſe, quod omni labore materiæ ſcribẽdum deſtinatæ, nõ inueniret exordium, quo ſibi nõ præſens tantum dolor, ſed etiam deſperatio in poſterum fieret. tum Florus arridens, Nũquid tu, inquit, melius dicere uis quàm potes hoc nepoti ſuo Florus, Quintiliane autem nobis, immò omnibus. Ita, inquit, ſe res habent. curãdum eſt, ut quàm optimè dicamus, dicẽdum tamẽ pro facultate. ad profectum enim opus eſt ſtudio, nõ indignatione. quod cõſilium, ab eloquẽtia, ad actus alios uitæ hominum, multipliciter trahi poteſt. ſed quoniã de ingenio facũdiaq; ſermo erat, utriuſq; rei ut cæterarũ omniũ, diuitiæ & paupertas æquo animo ferẽdæ. ſi quem ſanè, tàm benigno lumine aſtra reſpexerint, ut ipſe ſibi ſine externi operis adminiculo ſatis ſit, & per ſeipſum magnificos ſenſus poſsit exprimere, multum habet, quod dono gratiæ cœleſtis aſcribat, caueat inſolẽtiam, & cum multa humilitate fruatur muneribus Dei, ſuum apibus morẽ linquat. Nos autem quibus nõ tàm magna contigerunt, apes imitari non pudeat, illæ quidem ut Virgilius noſter ait:

Venturæq; hyemis memores, æſtate laborem
Experiuntur, & in medium quæſita reponunt.

Experiamur, & nos dum tempus eſt, dum feruet ætas, & uiget ingenium. nõ expectemus donec frigus ſenectutis obrepat, & ætiuæ claritati. nubila hyberna ſuccedãt. de apibus apud eũdem Poëtam legimus, quod eas æſtate noua per florea rura exercet ſub ſole labor. & iterum alio loco, quod ille in pratis æſtate ſerena floribus inſidunt uarijs:

Et candida circum lilia funduntur, ſtrepit omnis murmure campus.

Si uolumus itaq; conſilium ad utilitatẽ noſtrã latius extendere, quæcunq; de apibus ſcripta ſunt, ad humanæ inuẽtionis induſtriam referemus. Aeſtas noſtra quid eſt. aliud, niſi ætas iſta flagrantior? rurſus quid eſt algenti brumæ ſimilius quã ſenectus? quẽ uerò tunc nobis huius tẽporis aut ocij fructũ ſperandũ eſſe proponimus, quas ingenij meſſes, ſi nũc facie laboris exterriti ceſſamus? q̃d ex horreis noſtris poſteritas feret, ſi deſidia torpẽte cõſiſtimus:

Nudus ara, ſere nudus, hyemis ignaua colono.

Sed ne ab apibus, ad colonos diſlabitur oratio, nũc potius, nũc in pratis & per rura multorũ floribus uarij inſidamus, perſcrutemur doctorũ & hominũ libros, ex quibus ſententias

florentiſsimas ac ſuauiſsimas eligentes, candida circum lilia fundamur. idq; ſicut indefeſsè ſic modeſtè leniterq; faciendũ eſt ſtudiorum noſtrorũ non inanẽ uulgi gloriam uentoſæ cõtẽtionis argutijs paratã, ſed ueritatis effectũ ac uirtutis honeſtiorũ terminũ ſtatuamus. Licet (mihi crede) ſine clamoſis altercationibus ſcire aliquid, non facit clamor, ſed meditatio doctorem, profectò itaq; niſi uideri magis, quã eſſe propoſitũ nobis eſt, nõ tàm plauſus inſanæ multitudinis, quã ueritas in ſilẽtio placebit, erimuſq; tenuiſono, protuliſſe nobiſipſis interdum autenticarum ſcripturatũ uerba contenti. atq; ita nõ fragore reſonabit,

ſed ſtrepet omnis murmure campus.

Et quoniam (ut uides) liberaliùs ago, quàm dubitationis tuæ neceſsitas exigebat, aliud etiam præmiſſis addiderim, ut omnem locum fugias, ubi aut turpiter, aut cum pompa uiuitur, & ad ſolius famæ popularis arbitrium, nec minus tibi quàm apibus peſtiferum ſcias habitaculum. aut ubi odor cœni grauiſa, ut ubi,

concaua pulſu ſaxa ſonant uocisq; offenſa
Reſultat imago.

Neq; tibi ſoli hoc dictũ putes, ſed omnibus quicunq; in aliqua rerũ laudabilium inuentione uerſantur. duobus his præcipuè nobilia multorum ſuffocantur ingenia, libidinum conſuetudine, & opinionum peruerſitate uulgariũ. dũ enim illa ſedet intrinſecus, exterius iſta circũſidet, eneruatur animus, & lõgius ab ipſâ ueritatis agnitione diſtrahit. hæc uiſa ſunt de apium imitatione, quæ dicerem, quarũ exemplo ex cunctis quæ occurrent, electiora in alueario cordis abſcõde, eaq; ſumma diligẽtia parcè tenaciterq; cõſerua, ne qd excidat ſi fieri poteſt. neue diutiùs apẽte, qualia decerpſeris, maneãt caue. nulla quidẽ eſſet apib. gloria, niſi in aliud, & in melius inuẽta cõuerterent. tibi quoq;, ſi qua legendũ meditandiq; ſtudio reppereris, in fauũ ſtylo redigẽda ſuadeo. hinc enim illa, pfluẽt, quæ tibi iure optimo, & præſens & uẽtura ætas attribuet. atq; ut nullos hodie floſculos, niſi ex Virgilianis carpamus arboribus, hinc anni tempore certo, dulcia mella premes, nec tantũ dulcia, quantum & liquida & durum Bacchi domitura ſoporem. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi. S. VIII.

Eloquentiam animiq; æquitatem cæteris rebus anteponendam.

ANimi cura Philoſophum quærit, eruditio linguæ oratoris eſt propria, neutra nobis negligenda, ſi uos (ut aiunt) humo tollere: & per ora uirũm, uolitare nobis propoſitum eſt. ſed de p riore alibi, magna enim res eſt, & labor ingens, ſed meſſis uberrima. hoc loco (ne in aliud exeã, quã q; me ad calamũ traxit) exhortor ac moneo, ut nõ uitã tãtùm & mores (q; primum uirtutis eſt opus) ſed ſermonis etiam noſtri conſuetudinẽ corrigamus, quod artificioſæ nobis eloquentiæ cura præſtabit, nec enim paruus aut iudex animi ſermo eſt, aut ſermonis moderator eſt animus, alter pẽdet ex altero. cæterũ ille latet in pectore, hic exit in publicum, ille comit egreſſurũ, & qualem eſſe uult fingit, hic egrediẽs, qualis ille ſit nũciat, illius paretur arbitrio, huius teſtimonio creditur. utriq; igitur cõſulẽdũ eſt, ut & ille in hũc ſobriè ſeuerus, & hic in illũ ueraciter norit eſſe magnificus. quanquã ubi animo cõſultũ fuerit, neglectus eſt ſermo non poſsit, ſicut ex diuerſo adeſſe ſermoni dignitas nõ poteſt, niſi animo ſua maieſtas affuerit. qd enim attinet, quod Ciceronianis te fontib. prorſus immerſeris, quod nulla te, neq; noſtrorũ ſcripta prætereant, ornatè quidẽ, lepidè, dulciter, altiſonè loq poteris, grauiter, ſeuerè, ſapiẽterq; (quod ſuper omnia eſt) uniformiter certè non poteris. quoniã niſi primũ deſideria inuicem noſtra conueniant (quod præter ſapiẽtem, ſcitõ nemini poſſe cõtingere) illud neceſſe eſt, ut diſſidentibus curis, & mores & uerba diſſideant. at benè diſpoſita mens, inſtar in monte ſerenitatis, placida ſemper ac tranquilla eſt, ſcit quid uelit, & quod ſemel uoluit, uelle non deſinit. itaq; tametſi oratoriæ artis ornamenta, nõ ſuppetant, ex ſeipſa magnificẽtiſsimas & certè ſicut cõſonas elicit, negari aũt nequit, quiddã ſingularius emergere, quotiẽs cõpoſitis primũ animi motibus, quibus æſtuantibus, nihil fœliciter euenturũ, ſperare licet, eloquentiæ ſtudio tempus impenditur, quæ ſi nobis neceſſaria nõ foret, & mens ſuis uiribus niſa, bonaq; ſua in ſilentio explicans, uerborũ ſuffragijs non egeret ad cæterorũ ſaltẽ utilitatem, quibus cũ uiuimus laborandũ erat, quorum animos

animos noſtris collocutionibus, plurimũ adiuuari poſſe nõ ambigitur. Inſtabis autem & dices: Heu, quantum & nobis tutius & illis efficatius fuerat ſuadere, ut eorum oculis, noſtræ uirtutis exempla preberemus, quorum illi pulchritudine delectati, ad imitationis impetum raperentur. natura enim hoc habet, multo melius, multoq; facilius factorum, quàm uerborũ ſtimulis excitemur, perq; hanc uiam expeditus, ad omnem uirtutis altitudinem conſurgamus. Ego uerò nõ aduerſor. quid enim de hoc ſentirẽ, iam tũc intelligere potuiſti, cũ in primis animũ cõponẽdũ eſſe præmonui. nõ equidẽ ſine cauſa reor dixiſſe Satyricũ:

Prima mihi debes animi bona:

Non eſſent aũt prima, ſi quod illa præcederet. ueruntamen, quantum quoq; ad informationẽ humanæ uitæ poſſit eloquentia, & apud multos auctores lectũ, & quotidiana experientia mõſtrante compertũ eſt, quàm multos, quibus nihil omnino loquentium exempla contulerant, ætate noſtra, uelut experrectos agnouimus, & à ſceleratiſsimæ uitæ curſũ, ad ſummam repẽte modeſtiam, alienis tantũ uocibus fuiſſe conuerſos. Nõ referam tibi nunc, quæ de hac re M. Cicero in libris Inuentionum copioſius diſputat, etenim locus ille notiſſimus, nec fabulam Orphei uel Amphionis interſeram, quorum ille belluas immanes, hic arbores ac ſaxa cãtu mouiſſe, & quocũq; uellet duxiſſe perhibetur, nõ niſi ppter excellẽtẽ facundiã, qua fretus alter libidinoſos ac truces, brutorumq; animãtiũ moribus ſimillimos, alter agreſtes & duros in ſaxi modũ atq; intractabiles animos, ad mãſuetudinem & omniũ rerũ patientiam creditur animaſſe, adde quod hoc ſtudio, multis in longinqua regione degentibus, prodeſſe permittit, ad quos enim noſtri copia & conuictus, nunquã forte ueniet, rus eſt ſermo perueniet. Iã uerò quãtum poſterius collaturi ſimus, optime metiemur, ſi quãtum nobis cõtulerint, maiorum noſtrorũ inuẽta memineris. Sed hic rurſus occurres. quid enim eſt opus, amplius elaborare, ſi omnia quæ ad utilitates hominum ſpectant, iam ante mille annos, tàm multis uoluminibus ſtylo prorſus mirabili, & diuinis ingenijs ſcripta manent? pone, quæſo, hanc ſollicitudinem, nunquã te res iſta trahat ad inertiã. hũc enim metum, & quidam ex ueteribus nobis abſtulerũt, & ego poſt me uenturis aufero. decẽ adhuc redeant annorũm milia, ſæcula ſæculis aggregentur, nunquam ſatis laudabitur uirtus, nũquam ad amorem Dei, ad odium uoluptatum, præcepta ſufficient, nunquam acutis ingenijs iter obſtruetur, ad nouarũ rerũ indaginem. Bono igitur animo ſimus, non laboramus in irritum, non fruſtrà laborabunt, qui poſt multas ætates ſub finem mũdi ſeneſcẽtis orientur, potius illud metuendum eſt, ne prius homines eſſe deſinant, quàm ad intimum ueritatis arcanum, humanorũ ſtudiorũ cura perruperit, poſtremò ſi cæterorũ hominũ charitas nulla nos cogeret, optimũ tamẽ & nobiſipſis fructuoſiſsimum arbitraret, eloquentiæ ſtudium nõ in ultimis habere. de ſe alij uiderint, de me autem quid mereantur, in ſolitudine quædam uoces familiares, ac notæ non modo corde conceptæ, ſed etiam ore prolatæ, quibus dormitante animum excitare ſoleo, quã præterea delectet, uel aliorum uel mea nunquam ſcripta reuoluere, quantũ ue ex ea lectione exonerari me ſentiã, grauiſsimis acerbiſsimiſq; moleſtijs, nõ facilè dicturum me ſperauerim. eoq; magis propriis adiuuor interdũ, quo illa languoribus meis, aptiora ſunt, quæ cõſcia manus, medici languẽtis, & ubi dolor eſſet ſentientis, apponit. quod nunquàm profectò conſequerer, niſi uerba ipſa ſalutaria demulcerent aures, & me ad ſæpius relegendum, ui quadam inſitæ dulcedinis excitantia, ſenſim illaberentur, atq; abditis aculeis interiora transfigerent. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. IX.

Quendam ſenem dialecticum deteſtans.

SEniculum tuũ optimè ualentẽ noueris, mores nõ animo tãtum, ſed & corpori opitulantur, frugalitas bonæ ualitudinis ſoror eſt, hunc (niſi famæ conficitur) immortalem ſcito. ita ſiccum & defecatũ corpuſculũ eſt, ita nihil loci febribus aut podagræ, victum hominis, aſpectus ipſe teſtatur uultus, pallor, macies, & oculorũ ſpecus, & triſte ſupercilium, & inculta ſeueritas. accedit in coturni morẽ, ſubductus calceus, & atritũ ſenio palliolũ, modò literas noſſet, Philoſophum aut Poẽtã dicerẽs. phyſicũ enim tergum, tragicos pedes habet, quicquid ad hæc additur, ſuperuacuum erit. ut tamẽ paucis expediã, haud abſimilis eſt ſeni

Plautino, cuius mores atq; animum, mordaci sale respergens seruus ille in Aululari a:

Pumex, inquit, non æquè est aridus atq; hic est senex.
Suam rem perijsse, seq; eradicarier.
Quin diuûm atq; hominum clamat continuò fidem.
De suo tigillo fumus si quâ exit foras.
Quin cum it dormitum, follem obstringit obgulam.
Ne quid animæ fortè amittat dormiens.
Aquam, hercle, plorat quûm lauat profundere.
Famem, hercle, utendam si roges nunquam dabit.
Quin ipsi pridem tonsor unguet despserat
Collegit, omnia absstulitq; præsegmina:
Pulmentum pridem ei eripuit miluius:
Homo ad prætorem plorabundus deuenit.
Insit, ibi, postulare, plorans, eiulans.
Vt sibi liceret miluium uadarier.
Sexcenta sunt quæ memorem, si sit otium.

Hæc ille. huius autem nostri sexies sexcenta talia curiosus fabulator inueniet, hospitẽ Apuleij Milonem prodigalitatis arguet, quisquis hunc uiderit, uel semel audierit disciplinã rei familiaris, œconomicis nulli unquam philosopho cognitis regulis coartantem, sed nimis alienis uitijs immoramur. redeamus ad propria omnes ferè mortales uno morbo laboramus, extremis contrarijs iactamur. & est illud Flacci uerissimum:

Dum uitant stulti uitia in contraria currunt.

Quid autem interesse credimus, inter Rufilli pastillos, Gorgonij hircum, aut inter Aristippi iacturam, Stallerij epigrãma: Non oportet errare per deuia, & longè quærere quid beatos faciat, uitia in extremis habitant, uirtus in medio sita est. Valé.

Fran. Petrarcha Thomæ Messanensi, S. X.

Parasitum faceta periphrasi famelico homini compara.

FOeliciter puto successit, prima percontatio (secũdã facit experiri uis (ut arbitror) in demõstratiuo causæ genere, quid possim. in laudib. potius q̃ in cõtrario me probasses uelim, sed quãdo sic placitum tibi & sine nomine res agitur, quãuis exacta periphrasis, uicẽ proprij nominis obtineat, & hic quoque quæstioni tuæ morem geram. Is de quo quæris:

Scurra uagus est,

est qualem describit Horatius:

Qui non certum præsepe teneret.
Impransus, non qui ciuem dinosceret hostem.

In summa omniũ importunissimus, qui unquam parasiticæ artí operã dederit nihilo tamẽ fœlicior, quàm si omniũ desidiosissimus foret, nõ tã uel natura scopulum, uel grandinem agricola, uel mercator furẽ, q̃ eũ omnes metuũt, omnes declinãt, omnes cedũt semita, quasi oneratus spinis adueniat. ubicq; uias uacuas, deserta atria, obseratas fores inuenit, perinde aduẽtu eius fugit, ac si in gremio bellũ ferat. nunquã tamẽ incõmodius ista cõtingũt, quàm hoc anni tẽpore, æstas utcũq; pauperũ portus est. una arbor, & uestẽ, & cibũ, & tectũ, & cubile sufficit. nũc quid agat, conspirat hyems, senectus, inopia, nullus opẽ fert, & (quæ omnium rerũ durissima) sine miseratione miseria est. uidi illũ hodie ualido aquilone iactatũ, ibat altè succinctus, dederatq; omnia diffundere uentis, Maroneæ Veneris in morem, Si fuluũ lupi de pelle galerũ tegmẽ capiti habuisset, in reliquis, hernico à Pelasgis accepto habitu, in bellum ibat sinistri enim pedis uestigia nudus erat: ea rabies urgebatut conuenire sibi posset, quod apud Plautum de se præceps ille Parasitus prædicat:

Nam meus est balista, pugnus cubitus catapultastmihi. Homerus aries:

Talis erat. ita tamen ut inter minas diuturnæ famis uestigia cernerẽtur, hominẽ denicq; (ut Plautus idẽ ait) necq; ieiunio fiorẽ, necq; magis effractum fame uidi, ne cui minus procedat, quicqd facere occepit, postremò dũ è cõspectu in angiportũ deflexisset, ut pyraticũ uelut Scalmũ latebris euaderẽ, uidi illũ in trãsitu, fumi globos, p nebulas exhalãtẽ, ceu Caci speluncam, aut quamlibet Aeolicarum insularum præterueherer. audiui nescio, quẽ tremulũ atque

atq; confusum illi è faucibus erumpentem sonum, quid dicere uellet ignoro, tàm concisim uerba frangebat, sed puto proprios pedes ac scapulas, illo Satyrico solaretur elogio:

durate atq; expectate cicadas.

Habes quod optabas, maledicum me feci sti. Valé.

Fran. Petrarcha Thomæ Messanensi, S. XI.

In eundem senem dialecticum inuehitur.

ECce iterum temptamur, Dialecticus tuus ut scribit, quiescere nõ potest, miraris: mirarer ego si quiesceret, cuius gloria in strepitu & cõuitijs sita est. sed benè habet, quod nec ille scribere aliquid nouit, nec eum hinc exaudio, ita & aures interiecto maris ac terrarum spatio, & oculi mei illius ignorantia tuti sunt, totum importuni collocutiores pondus in tuum caput refunditur, & meritò, quoniam literas meas dialecticis ostendisti. ex omnibus sanè quæ de illius raucissimo latratu collegisse te dicis, hoc primum erat et maximum quod artificium nostrũ, omniũ minimè necessariũ dicit. Ecce iam uirtus, quod in alijs literis minabatur euomuit, sed est ne, hoc quod in studia nostra se inuecturũ prædixerat: præclarè quidẽ. artificium, inquit, uestrum ex omnib. minimè necessarium. primũ de artificio uideremus, nescio enim, quid artificij nobis attribuat, sed puto de Poëtica eum intelligere. hanc minimè necessariam dicit non inficior, idem enim uidetur & nostris.

Namq; animis natum inuentumq; Poëma iuuandis.

& Flaccus ipse testatur, & res ipsa docuit Poëticam delectationi atq; ornamento esse, nõ necessitati editam. uiuat ergo dialecticus tuus, & cornutis semper affluat syllogismis, quãdo & nobiscum sentit, & non est ignarus omniũ ut rebar. sed nequaquã his terminis continetur, torrens & feruidum ingenium. quid ergo? Rapidũ enthymema contorquet, si minus necessaria, inqt. & minus nobilis: ô q̃ male tegit insania, iã se nõ dialecticũ modò, sed phreneticũ ostendit, ergo sutrina & pistrina & uilissimarũ mechanicarũ artiũ, si necessitas nobilitare illas potest, nobilissimæ omniũ fient, philosophia aũt & reliquæ omnes quæcunque beatã atq; excultã & ornatam uitã faciunt, si necessitatibus, nil conferunt, ignobiles. ô doctrinã nouam & exoticam ipsiq; (cuius nomen infamãt) Aristoteli incognitã. ille enim ait. Necessariores quidẽ omnes, dignior uero nulla. legat primũ Methaphysicæ librũ, & inueniet. sed ignota regione, uerũ sequi, & scrupuloso tramite senem ire iubeo, non paruus labor. Valé.

FRANCISCI PETRARCHÆ. V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS, LIBER II.

Fran. Petrarcha Philippo Cauallicensi Episcopo, S. I.

Propter obitum fratris mœrentem consolatur.

INgens scribendi negotium mihi nunc adimit uirtus tua, ut enim, corporis, sic animi grauius affecti, difficilior cura est, utrique autẽ sano, aut nullis, aut planè leuioribus remedijs est opus, utcq; illic Medico, ita hic consolatore minus (immò uerò nihil) est opus, tecum ergo uir optime, accuratius agerem, si te fregisset aut strauisset aduersitas, nunc cum fortunæ impetum forti animo tuleris, consolatoris mihi partes eripiens, laudatoris ac miratoris officium reliquisti, qua in rẽ ut dicebam operosioris styli mihi materiã præcidisti. consolatio enim, ut mœsti auditoris animum penetraret, eget multa uerborum mole, eget grauibus animosisq; sententijs, uirtuti testimonium simplex, & inicultum sufficit,

ficit, nec oportet ueritatem rerũ fictis adumbrare coloribus, quoniam uirtus ipſa ſibi plaudit, & proprio cõtenta præconio, alterius theatri ſtrepitũ non requirit, uenerã ad te nuper, acri rumore perculſus, immaturæ mortis amantiſsimi fratris tui, & quàm concuſſus eſſe animus tuus, ex mei pectoris manſuetudine metiebar, nec cogitabam quoſdam ictus inualidis tyronibus fuiſſe mortiferos, quos ſpreuiſſet fortis & expertus miles, quoſdam alieni ſanguinis effuſione perterritos exclamaſſe, ingemuiſſe, expalluiſſe, ſæpè in extaſim concidiſſe, cum tamen interim quorum ille pectoribus emanabat, taciti & intrepidi ſtarent, ſiccisq; oculis uulnerum ſuorũ fluenta conſpicerent. Veneram itaq; mœſtus & ad benè ualentẽ Medicus æger acceſſeram, inueni faciẽ tuã, inter affectũ debitæ pietatis, ac decorem ꝓpriæ honeſtatis, fraternæ cõpaſſionis, & uirilis animi ſigna præferentem, utrũq; mihi placuit, alterũ manſuetudinem, alterũ ſapientiã tuã decet. Humanũ eſt in morte ſuorũ pietatis teſtes lachrymas fundere, uirile eſt modũ illis imponere, easq; cum aliquandiu fluxerint coërcere, id te utrinq; quã decuit impleſſe, uultus tui habitus deſignabat. acceſſerũt & uerba maximorũ plena ſenſuũ, ex quibus ego, qui conſolãdi propoſito adueneram, nõ tàm tibi opẽ meã neceſſariã cognoui, quã ipſa ſolamẽ curis meis elicui. Nihil ego cõſolãtis in morẽ locuturus, laudo, probo, admiror, & ſtupeo magnitudinẽ animi tui, fratrẽ optimũ amiſiſti, immò uero nõ amiſiſti, ſed in patriã ꝓmiſiſti, ad quã tibi q̃q; ueniẽdũ eſt. Sed loquamur ut uulgus, nõ ſentiamus ut uulgus, amiſiſti, nõ amiſiſſes, niſi foret ille mortalis, q̃rela eſt igitur non de unius hominis morte, ſed de mortalitate naturæ, quæ nos ea lege introduxit in in hãc uitã, ut egrederemur ad reuocantis imperiũ, at reuocauit ante tẽpus, & præcipiti edicto feciſſe uidetur iniuriã. nullũ hic præfinitũ tempus eſt, ſine termino debitores ſumus, ſi eſſemus in diem obligati, poſſemus utiq; differre, tergiuerſari, & exactricis auaritiam culpare, nunc de celeritate conqueri non poſſumus, quaſi ante diem repetatur, quod ſtatim ut accepimus, debuimus. Sed poterat ulterius uiuere, poterat & citius mori, poterat & aliter mori, & quanquàm honeſto uiro nulla mors poſsit inhoneſta contingere, poterat tamen durius mori, iſte uerò ſic uixit, ſic mortuus eſt, ut Deo gratias agere debeas, & quod talem dedit, & quod taliter abſtulit, & ſi fata rerũ humanarũ ac uarietatẽ caſuũ recognoſcas, non ſolũ nõ lugebis, ſed fortaſsis etiam gaudebis extinctum. ſæpe enim mors labores uitæ præſentis intercipit, ſæpe præoccupat, quis anxietates, ſolicitudines mũdi huius: quis miſerias, quis ærumnas, & tot contumelias fortunæ, quis animi corporisq; pericula: & in utrunq; ius habentium morborũ turbas enumeret? quibus & ſi omnibus præmimur, ſemper tamẽ ſubiacemus, donec nos ab eorum poteſtate ſuprema dies exemerit. Ab his omnibus itaq; frater tuus, beneficio tempeſtiuæ mortis immunis eſt, in hoc aũt Pater benigniſſime fallimur, & nimis uulgariter erramus, quod moriẽtes dicimus, uitæ cõmodis abduci, q̃ tamen, ſiquis altius conſideret, ab innumerabilibus malis morte diſcedunt. quod facillimè poſſem & auctoritatibus & rationibus & exemplis oſtendere, niſi quia longum ſermonẽ epiſtolæ breuitas non capit, iam ergo fœlix adoleſcens, iſta nõ metuit, euaſit enim hinc, & modicũ diſceſſit à nobis, talẽ ſui nominis odorem poſt ſe relinquẽs, ut nõ parua dulcedine memorãtiũ, ſenſus & corda permulceat. Ad hoc, inquet, quiſpiã dolemus, q̃ bonũ nobis & egregiũ uirũ mors ꝑripuit. laus enim defunctorũ quadã damni memoria, lachrymas uiuẽtib. excutit, & inconſolabilẽ gemitũ parit, irreparabilis iactura. nõ ſum neſcius hoc à pleriſque dici ſolere. ego aũt (ut uiua uoce tecũ dixiſſe memini) lõgè aliter exiſtimo, agebatur ad ſuppliciũ Socrates, iniq̃ſsimis iudicũ ſentẽtijs, eoq; animo ibat ad mortẽ, quo ſteterat ſemper in uita, magno quidẽ & recto, & q fortunæ iugũ ferre nõ poſſet, lætus erat, q̃ tyranno rũ minas, quas uiuẽdo deſpexerat, moriẽdo relinq̃ret, hũc tali cõſtãtia porrectũ ſibi à carnifice ueneni uaſculũ, iã labijs applicantẽ, multũ diſpariter affecta uxor auertit, cuius inter cætera fœminei ululatus cõmiſeratio uiri erat, Quod is iuſtus atq; innocens moreretur, quod ille audiẽs, & à potu tantiſper in uxorẽ uerſus. Quid ergo? an tu, inquit, fatius putabas, nocentem & iniuſtum mori? hoc ille quidẽ eleganter ut reliqua. Ego itaq; ut unde diſceſſerã reuertar à plurimorũ opinionibus auerſus, ſic cẽſeo lugẽda eſſe malorũ mortẽ, quæ animã ſimul & corpus interemit, cõtraq; bonorũ exitiũ, gaudio, ꝓſequẽdũ, q̃ eos Deus ex hac ualle miſe-

rie miſeriarũ miſericorditer eruẽs, ad lætiora traduxerit. Niſi fortè fratris tui mors ideò acerbior uiſa eſt, quod eum procul à finibus patrijs inuaſit, ſed nõ ſumus uſq; adeò rerũ ignari. Scimus à Poëta ueriſsimè dictum eſſe, quod omne ſolum forti patri eſt. & tamẽ hoc uerò uerius eſt, quod ait Apoſtolus: Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed aliã inquirimus, uidentur hæc ſibi inuicẽ aduerſa, ſed nõ ſunt, quiſq; pro diuerſitate loquentium, ſatis breuiter quod ſentiebat expreſsit, & quãuis aliter atq; aliter, uterq; tamen uerè. ſi Poëtam ſequeris, non potuit frater tuus extra patriam ſuam mori: at ſi credis Apoſtolo, & omnes extra patriam morimur, ut ſic tandem in patriã reuertamur, & ſane utramuis ſententiam ſequaris, nihil inuẽnies, cur de fatalis zonæ diſtantia conqueraris. deũ fortaſsè uiuentibus, ut quibuſdã ſeu honeſtis affectib. ſeu turpibus inducti, locũ unũ alteri præferendũ eſſe cõtendant, moriẽtiũ certe nihil intereſt, ubi potiſsimũ moriãtur. & ſi cui contrariũ uidetur, adhuc ſe nutricis & mulierc ularum errorib. imbutũ norit. Interrogatus Philoſophus Vbi ſepeliri mallet. nihil ſuã intereſt reſpondit, undiq; enim, inquit, ad inferos tantundẽ uiæ eſt. nos quibus aſcendens CHRISTVS in cœlũ, aſcendendi ſpẽ reliquit, dicamus aliter. quid refert utrum in Italia, an in Galliis, an in Hiſpaniæ finibus, an in rubri maris littorib. iaceamus? undiq; ad cœlum tantundẽ uiæ eſt. Illa nobis uia calcanda eſt, arta quidem & difficilis, ſed ducẽ habemus, quẽ ſequentes aberrare non poſſumus, ſi ad illam uiam ſpectamus, quid ad nos pertinet, ubi hanc corporũ ſarcinã deponamus? niſi ſuſpicari libeat difficiliorem fortunam eſſe, longe iacentiũ corporũ reaſſumptionem, in die nouiſsimo. ſed hoc religioſiſsima & uerè tali digna filio, mulier non timebat, quæ moriens ordinans q̃ de ſepulchro. Ponite, ait, hoc corpus ubicũq; , nihil nos eius cura cõturbet, interrogataq; , Nunquid non procul à patria mortem formidaret? uide quid reſpondit. Nihil eſt, inquit, lõge Deo, neq; timendum eſt, ne ille nõ agnoſcat in fine ſæculi, unde me reſuſciter, hic mulier illa catholica, nos qui & catholici ſumus, & uiros pollicemur, nunquid muliebrius ſentiemus? ſed ſcio, quid acerrimè lugeant ſuperſtites, in mortib. amicorũ, quod uidelicet nunq; eos reuiſuri ſint, quos ſummo amore dilexerũt. Paganorũ ſit iſta crudelitas, eaq; non omnium, ſed eorũ tantum, qui animos putant cũ corporib. interire. certè M. Tullius, quẽ paganum fuiſſe ſicut notiſsimũ, ita dolendũ eſt, credens animã immortalẽ, & glorioſis ſpiritibus, poſt hanc uitam cœleſte habitaculũ patère, non hæc opinabatur. nunquam enim M. Catonem illum ſenẽ induceret, in eo libro qui inſcribit Cato maior, ſperantẽ, & uerbis talibus utentem, ô præclarum diẽ, cum in illud diuinorũ animorũ conſiliũ, cœtumq; proficiſcar, cũq; ex hac turba & colluuione diſcedã, proficiſcar enim, non ad eos ſolum uiros, de quibus antè dixi, ſed etiã ad Catonem meum, quo nemo uir melior natus eſt, nemo pietate præſtantior. & rurſus eodem loco quidem inquit: Efferor ſtudio, Patres ueſtros, quos colui & dilexi uidendi, neque eos ſolum conuenire habeo, quos ipſe cognoui, ſed illos etiam, de quibus audiui & legi, & ipſe conſcripſi. Hæc & his ſimilia, quæ apud Ciceronem Cato loquitur, ſatis quid uterque crederet teſtantur. illi tamen utcunque crediderint, quorum magna ex parte ſpes inanes ac fallaces fuerant, nobis ab illo, qui & falli non poteſt, & fallere non nouit, ſpes certa præſtatur, illuc tandem, quo fratrem tuum translatũ confidimus, eſſe uenturos. Sed quid interim faciam, dixerit aliquis, Deſiderio torqueor, amore langueo, auiditate crucior, fratrem reuidendi? Quid facias aliud, niſi quod facere ſolẽt, qui caſu aliquo à perſonis chariſsimis auelluntur? memoriam retinent, & abſentium imaginem, pro fundamento cuſtodiunt, illos amant, de illis loquuntur, illis proſperum optãt iter. Idẽ fac (& certus ſum iam feciſti) fratrem tuũ in ea parte cordis abſconde, unde nulla eum pellat obliuio. illum dilige ſepultum, ut uiuentem dilexiſti, uel etiam multo uehementius. Illum cogè ſæpius ad te reuerti, commemoratione pia & frequenti. Precare iter ut fauſtum ſibi contingat, & calcatis perfidi hoſtis inſidijs, uelox in patriã reditus. Neq; enim hæc, aut patria noſtra eſt, aut fuerat ſua, ubi & nos peregrinamur. adhuc & eũ irritis uotis expectauimus, ad meliora properantẽ: exiliũ eſt hoc, ipſe in patriam profectus eſt. Oremus ut ſoſpes & ſine labore ueniat, id illi prodeſſe poterit, id agamus, piũ obſequij genus eſt, pro defunctis orare. Lachrymæ aũt ſunt arma mulierũ, uiros non decẽt, niſi moderatiſsimæ forſan atque

rarissimæ. Alioquin & fundentibus eas officiũt, & illis non proficiunt, quorum amore fun
duntur. Si quibus etiam nunc desiderij stimulis urgeris, cogita id diuturnum esse nõ pos
se, breuis est enim hominum uita, ut si ad nos non sit ille reuersus, nos tamen ad illũ opor
teat satis celeriter proficisci. Omnia autem breuia, ut ait Cicero, tolerabilia esse debẽt, etiã
si magna sint. Frater tuus ereptus est, mille laboribus, & ueri similiter speratur ad æternam
requiem peruenisse, aut de proximo peruenturus, nos in sæculi fluitantis agone remansi-
mus. quãobrem si quis propter seipsum, quod relictus est deflet, uideat me meritò pos-
sit audire Tullianum illud: Suis incommodis grauiter angi, non amicum, sed seipsum
amantis est. si uerò propter illum, uerendum est (ut idem ait) inuidi magis quàm amici sit.
Hæc non tàm ad informationem, quàm ad gloriam tuam retuli, quoniã sicut incœperam,
gratias consolatori æterno, ut externa consolatione non indiges, quãquam quid etiã indi
gẽti conferre potuissent, hæ literulæ raptim de arescẽtis ingenij scatebris expressæ. Super-
uacuum est deinceps illorum exempla subtexere, qui suorum mortem fortiter tulisse me-
morantur, & tamen ut intelligas, quorum ego te numeris ascribo, tantoq; fretus comitatu
hæreas, in incœpto, quãtum memoria complecti potuero (pauci enim libelli me in hanc so
litudinem sunt secuti) aliquot nobiliora exempla, ex omni copia uetustatis interseram. Ae
milius Paulus, uir amplissimus & suæ ætatis, ac patriæ summũ decus, ex quatuor filijs præ-
clarissimæ indolis, duos extra familiam in adoptionem alijs dando, ipse sibi abstulit, duos
reliquos intra septem dierum spatium mors rapuit, ipse tamen orbitatem suam, tàm ex-
celso animo pertulit, ut prodiret in publicum. ubi audiente P. R. casum suum tàm magni
ficè consolatus est, ut magis metueret ne quem dolor ille fregisset, quàm ipse fractus esse
uideretur, ex quo non minorem, iudice me, gloriam cepit, quàm ex triumpho quem illis
diebus speciosissimum egerat. per illum enim Macedoniæ, per hoc mortis ac fortunæ uic-
tor apparuit. Pericles Athenien sis dux, intra quatuor dies, duobus filijs orbatus, non
solum non ingemuit, sed nec priorem frontis habitum mutauit. Cato senior ille (cuius su-
prà mentionem habui) quãtum laudetur ab omnibus, nullus ignorat, qui modo uel tenui-
ter nouit historias, quodq; maius est, sine ulla historiarũ notitia. sic iam apud cunctos hu-
ius nominis fama percrebruit, ut eò audito, uix quicquam ad sapientiæ summã adijci posse
uideatur. ita fit, ut non magis ueterum iuditio, quàm modernorum consensu Cato sapi-
entissimus habeatur. Atq; inter multa, præclara hominis illius, nihil singularius admira-
mur, quàm quod mortem filij optimi uiri modestissimè datur tulisse. Xenophon filij mor
te nunciata, sacrificium (cui nunc intererat) non omisit, coronam tantum, quam capite gesta
bat deposuit, mox interrogans diligentius, atque audiens, quod strenuè pugnans cecidis-
set, coronam ipsam capiti reposuit, ut ostenderet de cuiquam morte non dolendũ, nisi tur-
piter & ignauæ morientis, quo metu uerisimile est, uirum sapiẽtem uereq; Socraticum, ad
primum nuncij relatum deposuisse coronam. Anaxagoras mortem filij nuncianti, Nihil,
inquit, nouum aut inexpectatum audio, egò enim cum sim mortalis, sciebam ex me geni-
tum esse mortalem. ô uere dignũ homine responsum. quàm multi sunt è medio etiã grege
Philosophorum, qui & si naturæ conditionẽ amplecti simularent, tamen peruersum mo-
riendi ordinem, taciti non tulissent. Anaxagoræ uerò nihil inopinatum poterat continge-
gere, Cogitabat enim assiduè, quod est apud Senecã, omnia & mortalia esse, & incerta le-
ge mortalia. quodq; alio quodam loco ait idem, sciebat sibi omnia restare. ideoq; quicquid
factum esset, dicturus fuerat sciebam. multa nunc ultrò equidem constantiæ similis exem
pla se offerunt, sed Epistolæ modus plura non recipit, finem igitur imponam. Etsi cui for
san patientia tua, ab his laudatissimis actibus aliena uidebitur, propterea quod tu non filiu
um perdideris, sed fratrem, æquo animo patiar, unumquẽq; sentire, quod opinio sua fert:
ego quidem in meipso alterum casum duntaxat expertus sum, filij amissionem non noui,
at fraternæ necis nullus excepi, de hoc certius loqui possum. nihil itaq; contendo, neque
luctus inuicem confero, sed illud scio, sæpè facilius amissum filium re-
staurari posse, quàm fratrem. Vale.

Fran.

Fran. Petrarcha Cauillicensi Episcopo, S. II.

De Variis sepeliendi ritibus.

AMicum bonum perijsse tibi doleo, sed magis in te rectum perijsse iuditiũ indignor,
neq; enim aut te ipse satis uiriliter, ne dicam Philosophice consolaris, aut illum qua
flendus est defles, si modò quisquam uiri fortis exitus, non inuidiosius potius, quàm mise-
rabilis uideri potest. nam (ut epistolæ tuæ sensum breuiter stringam) non tàm mihi uideris,
aut damnum tuum, aut amici parumper festinatam mortem (ubi parcere posses, uulgato
forsitan errori) quàm genus mortis, atq; inhumati corporis iniuriam, iactatum mari Aegy
ptio, cadauer deplorare, hanc non uulgarem magis, quàm anilem quærimoniã ferre non
ualeo. Non'ne enim, quæso, de genere sepulturæ tàm scrupulosæ sollicito, illud occurrit. Se
pulchri facilẽ esse iacturam? Ari Maronei uersiculi, nil aliud clamãtis oblitus es, qui adeò
pueris etiam notus est, ut iam in prouerbiũ abierit: quod si ad mortẽ respicis, falleris, si per
hanc fœlicem aut miserum fieri putas; satis est notus uersus alterius Poëtæ.

Non fit morte miser.

Vita est, quæ miseros facit, & beatos, quam qui usq; ad extremi fugam spiritus benè egit,
nullo eget amplius, fœlix est, securus est, in portu est, quid ergo ad summã fœlicitatis hu-
ius pertinere arbitraris, utrum tellus illum opprimat, an pelagus uoluat, an flamma consu-
mat? Sed quoniam te de sepultura singulariter, præsertim omnibus anxium intelligo, quan-
to tu beatiorem æstimas, hunc tellure demersum, quàm illum alterum fluctibus obrutum?
propter unius credo Virgiliani carminis horrorem, quia scilicet.

Vnda feret pisces, & impasti uulnere lambent?

Quid autem, si alterius uulnera, rabidi canes absumpserint, si famelicorum grex luporũ ef-
fossis tumulis, membra discerpserint? respondebis (ut arbitror) & hos itidem infœlices. ita
iam ex omnibus felices erunt, quibus in concessa cõtingit requies sepulchri? nihil hac opi-
nione puerilius, cum enim cũcta prouideris, negata belluis uiscera, infestis uermibus nega
re non poteris. iam cernis qui contactum pulcherrimorum fortasis animaliũ formidabas,
quid à turpissimis necessario sis passurus. uerũ ista non adeò metuuntur, quoniam usu iam
quotidiana sunt. uides itaq; (quod sæpè dicere soleo) nec mea solum est, sed illustrium Phi
losophorũ sentẽtia. Quicqd in hac uita patimur molesti, nõ tàm ex ista rerum natura, quàm
ex nostræ mentis imbecillitate, siue (ut eorum etiam uerbis utar) ex opinionum peruersita
te procedere. Noua timemus, usitata contemnimus. cur quæso, nisi quia in altero mens
inermis improuisa rerum facie turbatur, in altero frequenti meditatione rationis clypeum
fabricata est, quem asperitatibus cunctis opponeret. Respice naturatũ morem, quã æquo
animo patiuntur corpora suorum in fluctus effundi. unum de multis exemplũ illustre non
sileo. Lambas de Auria, uir acerrimus atq; fortissimus, dux Ianuensium fuisse narratur, eo
maritimo prælio, quod primũ cum Venetis habuerũt, omnium memorabile (quæ patrum
nostrorum temporib. gesta sunt) qui hostili classe cõspecta, ubi pugnandi horam aduenis-
se cognouit, numero licet inferior, tamẽ suos pro tẽpore magnificè ac breuiter adhortatus,
magnum hoc hoste cõseruit. cumq; in eo congressu, filius illi unicus florentissimus adole-
scens, qui paternæ nauis proram obtinebat, sagitta traiectus, primus omnium corruisset, ac
circa iacentem luctus horrendus sublatus esset, accurrit Pater, & non gemendi, inquit, sed
pugnandi tempus est. deinde uersus ad filium, postquã in eo nullã uitæ spẽ uidit. Tu uerò,
inquit, fili nunq; tàm pulchram habuisses sepulturã, si defunctus esses in patria. hæc dicens
armatus armatum, tepentẽq; complexus, proiecit in medios fluctus. ipsa ut mihi quidẽ ui-
detur calamitate fœlicissimus, cui talẽ casum cõtingit tolerare tàm fortiter. factum nempè
eius ac uerba, accensis animis, egregiam illo die uictoriam peperit. nec minus ideò pius est
habitus, quàm si incumbens cadaueri, ac muliebriter ingemiscens, in eo præcipitè rerũ sta-
tu, cum summo suæ Reip. discrimine torpuisset. Tu genas unguib. foderes, tale aliquid in
tuis uidens, nõ tam propter mortis dolorẽ, quã propter ignominiã sepulturæ. nautici ergo
homines, quod amicis carituri sint dolẽt, ut cæteri, q; mare illos habeat, æquabilius fuerũt,
idq; euenit, quia talia perpeti, longa consuetudine didicerunt. quid'ni igitur indigner cum

Cicerone

Cicerone,plus uſum poſſe quàm rationem? Poterit natura rudis,ſine lachrymis cernere, quia conſuetus,quod tu Philoſophus non poteris,ratione fretus,& tot bonis artib. inſtructus,tàm tuorũ exemplorũ copia ſuffultus? animaduerte licet ex hiſtoriis,multiplices hominum ritus in ſepulturis,& ab uſu noſtro multipliciter abhorrẽtes. E quibus quoſdam ſuorum corpora domi ſeruare,ſummo ſtudio cõdita,quoſdã ea beſtijs obijcere ſolitos,ad id unũ pro ſingulorũ facultatib. multo antè cõparatis,ac nutritis & generoſis canis aluũ optimum ſepultura genus opinari,quoſdã uerò per ſeipſos deuoraſſe legimus. Artemiſia illa Carie regina,cõiugalis amoris exemplũ,inter cuncta celeberrimũ,nihil habuit,quod uiro tàm dilecto dulcius præſtaret,quàm ut defunctum uiuo cõderet ſepulchro. redactum enim in cineres ſummaq; parſimonia reſeruatũ,paulatim potui ſuperfundens,bibit,& amato corpori,tali ſui corporis hoſpitium dedit. Nec illud modò quæritur,rectène id fecerit, illudq; potius agitur,ut intelligas omniũ quibus agimur,in opinionibus nõ in rebus eſſe, inq; his gignendis alendiſue,conſuetudinem poſſe quàm plurimum. illa uirũ quem amauerat conſumpſit,tu ſi quam ex noſtris mulieribus,idem facientem uideris, obſtupeſces, & abominatione ſpectaculi oculos auertes. fiat idem,ubi fieri ſolitum eſt,nec humanitas, nec inſignis amor,ſed uulgare obſequium dicetur. non oportet peregrina conquirere,ma ioribus noſtris in hac ipſa Italia mos fuerat, ſuorũ corpora flãmis exurere, quem morem & hiſtoriarum fides,& uſq; ad noſtram ætatẽ inuentæ ſub terram urnæ,cũ cinerib. teſtantur. neq; tamẽ ea peruetuſta cõſuetudo eſt. ante enim (ut nunc) toti humabantur, donec id remedij genus,inexplebili odio bellorũ ciuiliũ,in ſepulchra etiã ſæuiente cõmẽti ſunt, ſeq; ope flãmarũ,hoſtili ludibrio ſubduxẽre,Itaq; Scipiones,ut qui meritò ſe Reip. charos ſcirent,omnes integri iacuẽre. nec omnino ullus in gẽte Cornelia uſtus eſt,ante Luciũ Syllã dictatorem,is primus omniũ,cõtra familiæ ſuæ morẽ,multorũ ſibi conſcius odiorũ,corpus cremari ſuũ uoluit,nominatim ueritus (ut ferunt) ne in ſe Mariana factio,poſt obitũ auderet,quo ipſe,auſus fuiſſet in Mariũ. ualuit exemplũ ſecutiq; ſunt factũ,quib. facti ratio nulla erat. Sed poſtq; cremãdi mos inualuit,uſuiq; ſua eſſe cœpit auctoritas,tũ demũ quod re medium fuerat,decus fuit,& ex illo probrũ ingens uiſum,ſupremis ignibus caruiſſe. hinc laudata pietas,quæ pauculis lignis collectoris in littore Niliaco,truncatum impiè Magni Põpeij corpus cremare nõ tàm potuit quã uoluit,inde ſibi partũ nomẽ. quis enim Codrũ hunc noſſet,niſi Põpeij mẽbris faculas inferentẽ? Ille aũt Codrus Atheniẽſis,alia pietas genere,& propria morte cognoſcitur. Nunc defunctos cõburere,extremæ fuerit uel iniuriæ, uel uindictæ,unde hæc in una eademq; gente uarietas? nimirũ decurſu tẽporis,mutari mores,opinio nes hominũ alternant. Nec rurſus id quæro,de quo magnos interdũ uiros diſſerentes audiui. Vter eſſe ſepulturæ modus honeſtior,ne quem maiorũ noſtratum memoria,quemq; multis adhuc gentibus ſeruari fama eſt,lege addita, quæ ſepeliri hominem in ciuitatibus uetat,quibuſdam paucis admodum exceptis,quos ſingularis uirtus legibus ſolutos fecit,cuius tertio de legibus meminit Cicero? an hic noſter,quẽ à uetuſtioríb. reſumptum,Chriſtianæ religionis uſus obtinuit. non ea mihi nunc cura eſt. id potius quod agebam perago,ideò multa nobis horribilia uideri,quia cõſuetudine lõga uarios concepimus errores,quæ aupud alios diuerſi cõſuetudine non timẽtur. Si uerò tu mihi (quod profeſſionis tuæ proprium eſt) cæteris ſpretis,ueritatem rerum,non uulgi rumoribus,ſed inſita ratione quæſieris,inuenies uirum ſapientem,opinionem ab erroribus auertere,& aut miſeriari delirantium greges aut ridere. Vale.

Fran. Petrarcha Seuero Apeninicolæ, S. III.

Exilium quid,& exul quis.

EXilium & ſi ab exiliendo tractum rear,uel ut Seruio placet,ab eo quod quis extra ſolum erat,non tamen exiliũ eſſe,niſi inuito accidat annuerim. Alioquin ſæpè à regnis ſuis reges exulant, eoq; maximè tempore,quod prorogandis tuendiſq; regni finibus, & propagandæ gloriæ impenditur, quando nemo illos, exules dicere audeat,niſi à quo ratio omnis exulauerit,quippè cum nunquã uerius,& ſint,& dicant reges. aliqua ergo uis dolorq; aliqs interueniat oportet,ut exiliũ uerũ ſit. id ſi recipis,iã cernis in tua manu ſitum, utrum

utrum exul án peregrinus ſis. ſi lachrymãs,ſi mœſtus,ſi deiectus exiuiſti,exulem te procul dubiò noueris. ſi uerò nihil propriæ dignitatis oblitus,neq; coactus ſed libens, & eodem habitu frõtis atq; animi,quo domi fueras,iuſſus exire paruiſti,peregrinaris profectò, non exulas,nam & in cæteris formidatarũ rerum generibus,inuenies neminem eſſe miſerum, niſi qui ſe miſerum fecit. ſic pauperem,non rerum paucitas,ſed cupiditates facit,ſic in morte (quæ exilio ſimillima eſt) non tàm rei ipſius aſperitas,quàm trepidatio & opinionis peruerſitas nocet,quibus amotis,multos aſpicies,nõ modò æquanimiter,ſed lætè etiam ac fœliciter morientes. ex quo nimirum intelligitur,non eſſe neceſſarium,ſed ſpontaneum mortis malum. nec in re ipſa,ſed totum in obliqua mortalium exiſtimatione repoſitum, quod niſi ita eſſet,nunquã in periculo pari,tanta eſſet imparitas animorum. eandemq; rationem uideo exilij,quàm cæterorum omnium,nõ in illo,ſed in nobis eſſe quo uincimur. Opinionem ſcilicet,quæ ubi paululum à ueritate deflexerit,mox innumerabilibus iactatur erroribus,ut ad uerum difficillimè redeat,ſeq; niſi multum adiuta non erigat,ad intuendum propriæ originis maieſtatem. Vt enim cœptum perſequar,quid exilium quæſo? ipſa ne rei natura aut intermiſsio dilectarum perſonarum? an indignatio potius & impatiens deſiderium animi,languentis,exaſperatiq; quod ſi tu mihi quicunq; à patria abſunt,exulare ſine ulla diſtinctione firmaueris,rari ergo non exules. quis enim hominũ,niſi deſidioſus, ac mollis,ali quotiens aut uiſendi auidus,aut diſcendi ſtudio,aut illuſtrandi animi,aut curandi corporis,aut amplificandæ Reifamiliaris propoſito, aut neceſsitate bellorum, aut ſuæ Reip. ſeu domini,ſeu parentis imperio,domum liquit & patriam? Cur autem ita peregrinantes non miſeri omnes ſunt,niſi quia reſtiterunt, nec impelli ſeipſos, in miſeriam paſsi ſunt. æq; etenim caruerunt,coniugio,liberis,cognatis,parentibus,amicorum conuictu, amatæ urbis aſpectu. horum tamen omnium deſiderium lenijt modeſtia,& ſolamen aliquod inuenit abſentiæ,ſed & multum profuit ſpes reditus. nunquam iuiſſent tàm cõſtanti animo, niſi ſe redituros in patriã credidiſſent. ſit ita,tibi uerò,ſpem quis abſtulit,præſertim cum hæc ſit una, ex omnibus,quæ ab inuito non eripitur? pellitur in exilium uir bonus ad tyranni nutum,ſpoliatur rebus omnibus,in carcerem mittitur, detrũcatur,laniatur,occiditur,inſepultus abijcitur,inter tot minas atq; impetus fortunæ,cũ cogamur ad cætera,ad deſperandum nemo compellitur. uidimus in exilium miſſos,priuſquàm ad deſtinatũ perueniſſent, immenſo patriæ deſiderio reuocatos,alios uerò poſt tempus tanto cum honore,tãtaq; ciui uiſum pœnitentia reuerſos,ut mihi fœlices tali exilio uiderentur. quoſdam ab extrema inopia,ad ſummos repẽte diuitias,quoſdam ex carcere ad imperium peruenisſe. Nonnullos collum ſubduxiſſe ſecuribus,morti præreptos,& proſperitati eximiæ reſeruatos. nemo unquã tàm iniquo loco iacuit,ut non ei liceret oculos attollere, nemo tàm deploratũ rerum ſuarum uidit exitum,ut prohiberetur ſperare meliora. Ciceronem ab exilio Roma reuocauit,diebus paucis,egregij ciuis præſentia carere uix potuit. reuocauit & Metellum cui cum in ſpectaculo Trallibus ſedenti,honorificentiſsimæ literæ S. P. Q. R. nomine redderentur,nihil in lætitiam uerſus,eodem uultu fuit,quo mœnia urbis exierat. uix nec digreſſu fractior, nec inſolentior reditu. illic patriæ furori ceſsit, hic deſiderio paruit, illic modeſtus, hic pius,utrobique memorabilis. temptauit pari facilitate Rutilium, ſed ille durior manſit,& patriam reditu cenſuit indignam ſuo. eadem fuerat ſors Marcelli,euentus longè alius,qui dum reuocatus à Cæſare,ſummo deſiderio bonorum omnium redieris,in hoſtem incidiſſet effectum eſt, ut in locum prædulcis expectationis,publicus luctus incederet,cui mortem tamen illam,nunquam exilio difficiliorem fuiſſe crediderim. una eſt enim uirtus,quæ uarijs licet aſperitatibus perferendis,animos armat atq; inſtruit. fuerat autem hic in exilio talis,ut magnum ſui præberet indicium,qualis futurus eſſet in morte, de quo non tacebo,quid in libro de Virtute, ad Ciceronem Brutus refert: uidiſſe ſe eum uidelicet Mitylenis,exulem,tàm infracto animo,tamq; auido bonorũ ſtudiorũ,tàm deniq; fœliciter beataq; diſpoſito,ut non ille ſibi,quam uis longè relegatus,ſed ipſe potius exul,cum ab illo diſcederet uideretur. addit etiam C. Iul. Cæſarem,qui ſibi & exulandi auctor fuerat, & poſtmodum redeundi fuit,per ea loca tranſeuntem, uerecundia permotum, ſuper exilio

tanti

tanti uiri,urbemq; ideò ubi ille tunc erat,de induſtria præteruectum. ô glorioſum exulem, cuius exilium potentiſsimorum ciuiũ alter ſuſpexit,alter erubuit. ſit Cæſar mundo terribilis,Brutus & Cæſari,utrunq; tamen reuerentia cœpit exulis Marcelli. quis exiliũ tale non cupiat,immò uerò quis exilium,quod ipſis patriæ dominis inuidioſum eſt;illos cõmemoro,quos pœnitentia ciuiũ reduxit. Quã multos aũt fortuna reſtituit;nunquam Camillum Roma uocaſſet,ſors illi & excidium urbis,quis crederet,ac fremens per Italiã tranſalpinarum gentium furor,uiam fecit ad reditum,ut eſſet unus (uix memorandũ) cunctis exulibus,& bonæ ſpei ſimul,& ſpectatæ erga ingratam patriã pietatis exemplar;Atq; (ut aliquando ad noſtrorum temporũ acta tranſgrediar) Mattheus uicecomes, Mediolano patria,præpotentis inimici uiribus pulſus,quamdiu ſolus ac profugus,& in ſumma inopia rerum omnium fuit,compl oratus à ſuis,illuſus ab hoſtibus;Quem ferunt die quodam,curarum plenum,præter ripam Benaci lacus errantem,habuiſſe obuium ſuperbi hoſtis nuncium,atq; ab eo Domini ſui uerbis interrogatũ: Quid nam tibi tàm incomitatus ageret; nil aliud reſpondiſſe niſi ſe retia tendere. quod Reſponſum,tunc fortè contẽptui habitum, breui quid myſterij importarat innotuit. Ita ocioſus ſenex, unus aduerſarios ſuos omnes, ceu totidem piſces eſca ſpei inanis eluſos,prouidentiæ ſuæ retibus circunuenit. alio quoq; tempore cum ad eundem nuncius rediſſet,& percontaretur irridens. Quibus itineribus, aut quando eſſet in patriã reuerſurus;tranquilla fronte reſpondit: Tu uerò abi,Dominoq; tuo nuncia,iiſdem me rediturum itineribus,quibus exiui, ſed non antequàm ſua crimina præponderare meis incœperint. nec fefellit augurium. Siquidem non multo poſt, in immenſum auctis hoſtium ſceleribus, quibus inſolens dabat alimenta fœlicitas, Mediolanum,illis eiectis, uictor ingreſſus eſt,in qua urbe (ut uides) uſq; in hodiernum diem,& ne potes dominantur & filij. nec in hanc narrationẽ incidiſſe ideò uideri uelim,ut uel tibi, uel cuiquam uiro bono auctor ſim,aduerſus quantumlibet malè meritam patriam, arma capiendi (ſatius reor pauperem in exilio mori,quàm libertate turbata uolẽtibus imperare) ſed ut ueteribus & nouis conſtaret exemplis,non poſſe per uim exulibus ſpem auferri. Et ſi animos difficultatibus obſeſſos,ad patiendum erigit fortium uirorum recordatio, accipe nunc etiam inſigne,recensq; aliud exemplum. Stephanus de Columna, ſummum militiæ decus,cum in omni fortuna glorioſus, tamen in exilio glorioſiſsimus & admirabilis fuit, (neque enim una erat eius & cæterorum exulum conditio. quibuſdam extra patriam nobilibus,tuto uiuere permittitur,hi cum patriam reliquerint,laxiorem retinent libertatem, aliis artior dicta lex eſt,ut hoc aut illo loco ſe contineant,illic habitantibus nil durius expectãdum.) huic uerò & patria interdictum,& nullus in orbe terrarum tutus locus, nullus in tanta tempeſtate portus aut refugium,hoſtem habuit, ut potentem, ita inexorabilem Bonifacium *VIII.* R. Pont. quem armis frangere difficillimum,humilitate,ſeu blanditijs flectere,nec poſsibile quidem eſſet,denique quem nihil niſi ſola mors uinceret, ſæuitũ eſt inhumanè,petitumq; modis omnibus immerentis caput exulis,promiſsionibus,minis,potentia,dolis,auctoritate,pecunijs,ingentia perſecutoribus præmia, fautoribus denunciata ſupplicia: cum Stephanus nunc citra,nunc trans æquora,nunc diſiunctiſsimas utriuſq; maris inſulas, Siciliam Britanniamq;,nunc extrema Galliarum ſoliuagus circumiret, egenus interea cunctarum rerum,ſed prædiues animi,itaq; cum apud Arelatem caſu quodam in manus explorantium ueniſſet,interrogatus. Quis eſſet;nomen ſuum, quod diſſimulare poterat,multis audientibus dixit,ſeq; ciuem Romanũ intrepido ore profeſſus eſt. quanta autem Deus bone,unius capitis maieſtas,quem odioſas etiam & armatas manus à furore deterruit;edicto propoſito ſollicitabantur reges,ne quis eum foueret hoſpitio, cuius obtentu,cum Sicilia decedere iuberetur,eo animo paruit,ut exul in ea prouincia remanſiſſe,rex abiiſſe crederetur. ſic illum,ſic alios toto perſecutionis ſuæ tempore reges uidit,tanquam ipſe rex eſſet. altiſsimo animo nec ullis aduerſitatibus cõtracto,& ſupra fortunæ fluctus eminente,prorſus ut uni ſibi dictum uideri poſſet Poëticum illud:

Aſpice ſecurus uultu non ſupplice reges:

Quotiens Romæ,& per Italiam nunciata mors eius erat,quotiẽs actum eſſe de rebus Columnenſi

lumnenſium fama fuit,& cum illo uiro egregiam corruiſſe familiã;nulla uſquã de illo ſpes, præter quàm in ſolo ipſius pectore reſtabat. nunquã tamen inde diſceſsit, quo minus diebus ac noctibus uerſaret animoſa cõſilia,& omnem laborem obiret imperterritus. Vltrò etiam in medio rerum ſuarum diſcrimine,amicorum bellis interdum,utriq; partium ignotus interfuit,& omniũ cõfeſsione,unius hominis præſentiã eſt ſecuta uictoria,haud ambigua,ſed tibi ipſi,quã mihi notiora recenſeo. quis ergo miſerũ dicat hũc exulem, cum quo tantus uirtutum comitatus exulabat,quem poſt decennẽ ſui experientiam,in priorem ſtatum,uera animi magnitudo non fortuna repoſuit; ſed quorſum hæc tàm multorũ exemplorum conquiſitio;Vt nemo præſenti malo attonitus,uenturũ opinione præoccupet,& mediocriter graui exilio,grauiſsimum malorum omnium deſperationem accumulet, præſertim,cum non ſolum uirtus operoſa,ea quæ Stephanũ ipſum in patriam reuexit, ſed mutatis ſæpè populorum moribus,uel diſſentio ſimultatũ,uel quæ feros animos mitigat longa dies,incidens cõmiſeratio,non digna patientium,uel ipſa tacitæ uirtutis admiratio, uel impenſum ciuibus ſuis obſequium,uel publicæ neceſsitatis occaſio,uel aliqua uis fortunæ ſibem imponere poſsit exilio. ne quis præterea,quod ipſe depulſus ſit,uirtutum ſuarũ proiiciat ornamenta,graue cogitans, pretioſiſsima rerum in exilium ferre,cum uiliora non liceat. neq; enim nouum eſt,ut efferentes gẽmas,atq; aurũ,Vrbana prædia,& omnẽ inutilem aut onoroſam ſarcinam,in incendio relinquamus. Quod ſi aurũ inter pretioſa munerandum eſſe perſuaſum eſt,hominibus,quid tandem de uirtutibus iudicandum eſt;

Vilius argentum eſt auro,uirtutibus aurum.

Atqui cum non ſemper in exilium ferre argentum,& aurum ſinamur,quocunq; ferimus, uirtutes & bona animi ferre permittimur. quod feciſſe uidemus eos,quorum tibi nũc exempla propoſui,ut ad imitãdum exardeſceres,nec diffideres fieri poſſe,iterum quod totiens factũ eſt. Licet in exiliũ & carcerẽ,& in mortẽ ipſam ferre uirtutes,licet dixi, immò uerò expedit,neceſſarium eſt,oportet;alioquin uerè exules ſunt, qui relictis his abeunt uerè inopes,uerè infœlices & miſeri. nec ſatis eſt,quantum habueris afferre, pluſculũ exigitur. Vide quã accurate uiaticũ parat,peregrè profecturus,copioſior cupit eſſe,quo lõgius pergit. optimũ tibi in hac peregrinatione uiaticum,ex uirtutibus conſtabit,quib. affluentibus, etiam ſi alimẽta corporis deſint. pauper eſſe non poteris. has igitur cõgrega, his te undiq; fulcias,præclarã tibi fuiſſe olim ſcio multarũ uirtutũ ſuppellectilẽ,non importuna nec difficilis,ſed agilis & amœna res eſt,laborioſè (fateor) tãta res quæritur, cæterũ poſtq; quæſita fuerit,ſine labore circunfertur. quæſiuiſti eam ab adoleſcẽtia,ſeruaſti eam domi,noli eã nũc ſenior & peregrinus amittere,ſed quantũ habuiſti uel eò ampliorẽ,quo maior ſe oſtendit neceſsitas,perfer,quanquã id tibi nolẽti ſciã euenturum ſponte ſua,uiaticum quidem, hoc nunquam uſu conſumitur,ſed augetur potius. Eſt enim ex uirtutibus quæ uſu pullulant, & in mediis difficultatibus creſcunt,donec poſſeſſorem ſuũ,ad ſupremũ fœlicitatis culmẽ euexerint. Taceo nũc exilij tui non ſpernenda ſolatia,ſi ſub arcton æternum illud Scythiæ gelu,aut ſub ardenti ſole inhoſpitale mundi latus,incolere iuberetis, denicq; propius licet, ſed extra Italiã proiectus,haberes fortaſſe aliquid,quod fortunæ tuæ poſſes obijcere, nũc uide,quàm digna quærela tua ſit,iuſſus es Florentiã ire,& illic manere, donec te populus reuocet. Nonne animaduertis quantas grates agere debeas magiſtratibus tuis,qui te ocio longo conſopitum excitarent,& ex diuturna conſuetudine maternis uberibus hærentem, abduxerunt,teq; ex patria (ut pace tua dixerim) multum impari,in ciuitatẽ florentiſsimam tranſire uoluerunt. hoc,inquam,prætereo, quoniam ſic ſumus naturaliter affecti, ut inculcum licet ac deſertum ſcopulum,ubi natos nos educatoſq; meminimus,omnibus anteponendum terris arbitremur,quod ſi aliquando error iſte ceſſaret,ignoſceres profectò fortunæ,immò uerò ueniam peteres,quod beneficium ſuum non antè cognoueris. adde quod duos præclaræ indolis filios tecum eduxiſti,alterum iuuenem,infantem uerò alterum, per opportunis ætatum gradibus diſtantes,ut ſcilicet cum illo curarum ſarcinam partiri poſſes, cum hoc etiam obliuiſci. hinc præſidiũ uides, illinc ſolamen profectionis tuæ,hi tibi dulcem patriam faciebant, hos habes, quid requiris aliud;expectas ut uxor pudiciſsima, ut paren-

ut parentes optimi, ut blandiſsimæ filiæ reuiuiſcant: nõ illos tibi exilium abſtulit, ſed mors quàm cum totiens inſultante, & rerum tuarum dulciſsima quæq; rapiente uiceris, non debes exilio uinci, quod te omnia uitæ prioris adminicula, & præcipuè natos tantorum pignorum, reliquias auferre non prohibet. uerum ego (ut dixi) & hoc ſolatium omne, quod fortunæ ictibus ſubiectum eſt ſileo, ſcio quæ patriam abſtulit, in filios ius habere, redeo ad uirtutum ſtabiliora præſidia, quas tibi nec ciuium tuorum decreta, nec imperia tyrannorũ, nec prædonum uiolentia, nèc nocturni fures eripient. hæc ſi tecũ detuliſti, mentietur quiſquis te exulem dixerit, ſi autem reliquiſti, omnes dies, nouum aliquid quod lugeas feret, omnis locus, non moleſtus tantum, ſed hoſtilis nec exilĩ modò, tibi ſed carcer erit. Vale.

Fran: Petrarcha Seuero Apeninicolæ, S.

Exilium non ægrè ferendum. 15.

EXcidiſſe tibi omnem ſpem uideo, quod quàm rectè patiaris, epiſtola ſuperiore teſtatus ſum, doleoq;, nil illam tibi remedij contuliſſe. nec ſatis ſcio, utrum in Medico an in ægrotante ſit uitium, qui ſi ad ſalutem peruenire cupis, credulũ ſe conſilijs & obſequentiſsimum medicorum legibus præſtare debet. ego quidem in illa id agebam, ut dimiſſa patria, ſpem ſeruares, cuius tanta uis eſt, ut præſentes moleſtias, non ſentiat, dum ſibi lætiora promittens, euenturum tempus cogitatione complectitur. quid autem te ſperare prohibebat, patriæ ne relegantis aſperitas? quæ nam uerò, ſeu quid prorſus eſt, tibi præter hoc unum exilij nomen ablatum, illatumue quo doleas? an ad hæc tibi clarorũ uirorum exempla defuerant? ſed multa ante oculos poſui, & plurima ponerem, niſi illa perijſſent, ex quibus agnoſceres, ſpem bonam euentus habere fœliciſsimos, an uerò timuiſti, patriam tuam, ſine fine fæuituram, quod tantillum ex ſolita dulcedine remiſiſſet? ſed an ignorabas, nulli natorum patres eſſe mitiores, quàm ei, quẽ ſemel malè tractauerint? nullius amorem magis ardeſcere, quàm eius qui erga benè meritam ſe geſsit aſperius, ante magis exterruit edictum patriæ, quo pœnis adhibitis, cauetur, ne reuocandis exulibus mentio ulla fiat ad populum: ſcire autem debes, populorũ uoluntates, ſicut ingreſſu frementes & uariæ ſunt, ſic progreſſu faciles & inſtabiles fore, ſed eſt quædam in animis mortalium, quàm & tenuiter uideo. & uerbis conſequi nequeo, miſerabilis & funeſta peruerſitas, aures obſtruentium, aduerſus ſalutares conſolatorum uoces, atque omnibus modis id agentium, ut miſeriores fiant, neue aliquid quod dolorem lenire poſsit, obrepat, quod nihil excogitari poteſt, ne dicam dementius eſſe. Nunc uerò quoniam ſic te affectum inuenio, ut deſperationem reditus tui, pro quadam (ut ita dixerim) uoluptate ſuſcipias, ab illa parte manum, retraham in qua multum intractabilem, medicamenta nil releuant, quid autem prohibet, illorum more, qui uno aut altero membro perdito, ne per reliquũ corpus infectæ partis contagia dilabantur, proxima circunliniunt, uulneris quoq; tui oras ambire, & (ne in totum animum dolor ſerpat (conquiſitis propè fomentis occurrere? noli, quæſo, trepidare, non illuc digitos inferam, ubi tu forſan expectas. nil contra opinionẽ tuam hodie dicturus ſum, illud potius, ne cum unius rei deſperatione, cæterarum omniũ ſubeũte faſtidio, totius uitæ tuæ trãquillitas pereat, enitor, quando ita uis, ut reintegrandæ tibi ſpei, nulla mihi ſpes ſuperſit. Finge itaq; in exilio uiuendum, tibi in exilio moriendum. habes, credo, quod petis, ut me fauente, reditum in patriam deſperare tibi liceat, uerùm ut cumulatius mos geratur, ægritudini tuæ, indulgebo tibi amplius, non ut in tantum exilio, ſed toto diuiſus ut orbe à terra moriare tua, hac tibi barbara tellus incumbat, plus ego quàm tuipſe dolori tuo permiſi, tu lætius nihil, ego etiam triſtiora propoſui, nec tamen uideo, quid in hac re tàm miſerum ſit, ut uirum fortem cogere poſsit ad lachrymas. Certè ſi aut inſani amoris, aut ambitionis facibus ardere te crederem, quæ procùl à patria conflagraturæ uidentur intenſius, uel ſi exilij comes inopia, ſequeretur abeuntem, multa mihi ſimul cõtrahenda fuerant, quibus ſeu blandum illud, ſeu uentoſum malum mitigari poſſet, ſeu præſtari ſolatium pauper tati. quæ quanquã mihi dictù facilia uideri, & tibi auditu credibilia debuiſſent, non tamen facile uariorũ remedia morborũ, his explicabantur anguſtijs, quã triſtis enim res, quàm luctuoſa

luctuoſa ſit, iſte quem amorem dicimus, q̃ miſerabiles exitus inueniat, q̃ fucata & mendaci fulgore cælata ſit, quàm nihil eorum quæ pollicetur præſtare poſsit ambitio, quàm magno animo tolerabilis ſit paupertas, non poteſt à quoquã hominũ breuiter dici. In præſenti uerò quando nec amoris flãmas, morũ tuorũ grauitas nouit, & ſi qd olim tale ſenſiſſes, iam ætas extinxit, ambitionis p̃terea ſuſpitionẽ, bonorũ per omnẽ uitam fuga nõ recipit, & paupertatẽ remiſit, patriæ pietas, magnus mihi labor uberioris conſolationis eximit. Patria tua nullo te alio affecit incõmodo, q̃ ut eius careres amplexibus, omnia tua aut tecum ſunt, aut tibi ſeruiũt. nõ illa ſolũ dico, q̃ nec eripi poterãt, magnanimitatẽ, modeſtiã, aliasq; uirtutes, q̃ ſiue Bias ille ſapiẽs (ut Cicero, ut Valerius, utq; omnes) ſiue ut Senèa ait) Stilbon, incẽſa patria ꝓfugus, ſua ſecũ ſe ferre gloriat, ſed uulgariter intelligo tua, etiã q̃ de fortunæ manib. accepiſti, ueteris enim patrimonij dominus, perinde locuplex exul excedis, ac domi fueras ciuis, ac neſcio, an eò fortè locupletior, q; manentib. diutijs ſumptus eſt partior. Accedit q; maior pars hominũ, nõ prius ſe cadere poſſe, q̃ tota ceciderit, ſuſpicat, tu uerò nõ cecidiſti, ſed impulſus es, integer igitur, ac rectus ſentis lã (ut arbitror) nutare fortunam, & q̃ fragilib. fundamẽtis inhæreris, cum tibi magnus uidebaris, intelligis, nec deinceps dubitas, eam q̃ impulit poſſe proſternere: ita (q; rariſsimis cõtingit) exul diues, & cautior uadis, ut facilè duobus grandibus bonis, malum unum, & illud exiguum, conſoleris, ſi quid tum in uita bonum, niſi uirtus, aut malum aliquid niſi uirtutis oppoſitũ dici debet. Vade itaque ſecurus, non te repetet patria, non reuehet caſus, at uerò, quod tantoperè defles, exilium & pertinax illuſtrabit iniuria, multos magnos uiros calamitas fecit, multos declarauit, neminem ex diuerſo miſerum fecit aduerſitas, ſed detexit, nec latitare diutius paſſa eſt. quid palles, quaſi magnũ in te ius habeat fortuna? nõ illa partes iudicis obtinet, ſed teſtis. qualis ſis, in tua poteſtate eſt, nõ eſt in illius, quale de te teſtimoniũ ferat, ſed ut ferat, tantũ mentiri nõ poteſt, loqui poteſt, quis aũt, niſi culpæ ſibi conſcius, teſtẽ metuit uerè locuturum? Non eſt quæ te ad ignauiã cogat, eſt quæ digreſſus tuos dinumerat, patientiam exerceat, ſuſcipiat aut deſpiciat pectoris tui robur, demum populo referat, quicquid inuenerit, erige animum, diſcute tenebras errorum popularium, non pateant aures tuæ mulierc ularum uocibus, nunquam lætus eris, nunquam ſecurus, ſi te populo regendum tradideris. quicquid magna pars hominum aut miratur, aut metuit, ridiculum eſt, quicquid prædicat falſum, committe potius te paucorum conſilijs, non ſunt ut uideantur iſta terribilia, inter quæ uulgus exilium numerat, & ſi lectio longa non profuit, experientia proderit fortaſsè. Noli ſemper terram intueri, interdum oculos attolle, confeſtim ueritas occurret, & exilium nihil eſſe fateberis, nec peius uiuere uirum bonũ quantumlibet procul à patria, immò uerò, non poſſe extra patriam uiuere, cui totus hic orbis eſt patria. quid enim refert, quàm diuerſa parte conſiſtat, ualles quidem & lacus, & flumina & colles, alios uidet, cœlum unum eſt, illi ſe infert, illuc animum exigit, eò cogitationes ſuas ex omni mundi parte tranſmittit, nec aliud quàm ſub tecti unius amplexu, ex alio in alium thalamũ tranſiuiſſe ſe cogitat. tu quoque (niſi meam & multorum ſpem diutiſsimè fefelliſti) abſit ut ad unum huius immenſi ædificij angulum, ſis aſtrictus, quo minus ubicunque terram, ſub pedibus calcaueris, ubi cœlum ſupra uerticem uideris, ubi te ſpirabilis aura perflauerit, patriam tuam uoces. erit igitur exilij tui, nõ ſolum facilis, ſed iucunda conditio. cũ enim duo ſint, quæ hominum affectum ad beneuolentiam excitent, Virtus ſcilicet qua (ut ait Cicero) nihil eſt amabilius, & immerentibus uiris inflicta Calamitas, quorum primum facit, ut amemus miremurq; claros uiros, ſecundum ut miſereamur afflictis. alterum in hac tempeſtate tibi aderit, alterum adeſſe uidebitur. Virum fortem ſentient omnes, exulem dicent. & ſanè (ſi quid Tullio credimus) inter omnes uirtutes, fortitudinis ſplendidiſsimus uultus eſt, rurſus inter hominis ærumnas, non in ultimis numeratur exilium. aut ego fallor, aut optandum eſt, ne fortè recens hæc ciuium tuorum ira lenteſcat, neue tibi hoc exulis nomen, caſus aliquis eripiat, in quo miſeriæ nihil, fauoris aũt & gloriæ uides eſſe quàm plurimũ. Sed laborem, inquis, atq; ignominiã reformidat animus. primum nego, tale hic aliquid ineſſe, ubi oblatam tibi magnæ laudis materiam, ac generoſam fuiſſe linquendæ

patriæ cauſam,alto animo obiectam tyrannis cõtumaciam ſcio.ubi præterea ocſtũ, & quas ſemper optaueras laborum ferias inueniſti,denique qui ignominiam timet, quam peperit uirtus,famæ non uirtutis amicus eſt, qui uerò labores refugit,optare deſinat gloriam,ad quam certè difficilis,ſed clara(ni fallor)& delectabilis uia fert.Tibi quidem uni(ut dixi)ſingulari quadam prærogatiua,ingens gloria,nullis moleſtijs,niſi fortè,quas tuipſe tibi finxeris quæritur,illud enim uereor,ne alienis potius quàm tuis oculis ſuſceptum uulnus aſpicias,& caſum tuum,alieno metiaris arbitrio,quæ adeò quotidiana peſtis eſt, ut ad clamorem alienum,plericꝙ titubent,& multo prius concidant,quàm impulſi ſint, quanquam ſatis impulſus uideri poſsit,quem tot hominum millia,peſsimis opinionibus perurgere non deſinunt.Sed ut ualdè imbecillis uirium eſt,quem lenis aura proſtrauerit,ſic prorſus inſanum animi ſcito,quem uideris res ſuas,aliorum & præſertim ignorantium ponderare ſermunculis,qui quò frequentiores ſunt,eò cautius contagioſus morbus euitandus eſt, paſſim tàm multorum hominũ corda corripiens. Si alios audire uolueris,nõ deerunt qui fortunam tuam multiplicib. onerent querelis,qui te incolumem atꝙ optimè ualentem lugeant,qui ſemineces uelut feretro uiuentis aſsideant. audies uoces miſerabiles, uidebis forſan & lachrymas aut ſimulatas,aut amentiæ proximas,miſer eſſe incipies,quia miſeris aurem præbere cõſueueris.Nihil enim ferè eſt,quod conuictus aſsiduus,in hominum ingenijs nõ poſsit,quod ſi teipſum conſulere,tecũꝙ q̃ cũ alijs loqui malueris, nunquam deſinã de te grandia ſperare,teꝙ fœliciſsimũ iudice,te dicere,& inuidioſum magis extimare q̃ miſerum. Et ſi ad credendum alijs pronus es,& cur & mihi non credis ueriora ſimul, & gratiora referenti?non tu(mihi crede)corruiſti,nec corrues quidem niſi uelis, nullam ignominiam paſſus es,ſed adeundæ gloriæ penitùs in limine optionem habes,utrum glorioſus incedas,an retrocedas inglorius.nõ labor eſt iſte ſed requies:non exilium ſed libertas. quã olim mira celeritate fugientem quærebaris,occurrentem ultrò complectere:

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidendi?
Libertas,quæ ſera tamen reſpexit inertem,

Ille in ſermone paſtorio,ut libertatem inueniret,patriam ſe reliquiſſe gloriatur,tu Philoſophus defles. Vixiſti alijs,diù incipe iam tandem tibi uiuere. Nemo properaſſe te arguet, qui nec prius incœperis,quàm paſtor ipſe Maroneus,ſed

Candidior poſtquam tondenti barba cadebat:

Omne tempus,ab ineunte ætate ciuibus tuis condonaſti,retribuerũt inextimabilis rei, perpetuam largitatem,& ut longæ uitæ reliquias,ſaltem tibi habeas decreuerũt. agnoſce ciuitatis animum,& hic propriam erga illam munificentiã contemplare,q̃ tanta fuit,ut egentiſsimas licet ſui manus pſeuerando laxauerit,utere lætus immunitate tibi nũc conceſſa, ſic patriæ tuæ mœnia tanꝙ inquietũ libertatis propriæ carcerẽ recordare,euaſiſti,& (ꝙ magnũ eſt)cõtingit iubentibus abire cuſtodibus inſanis.ſiquid fortè committis ut redeas. ad illa potius te conuerte,quibus adoleſcentiam dedicaueras,quæ robuſtiores annos tuos feciſſent utique tranquillos, niſi quam adhuc deſideras patria uetuiſſet,faciẽt autem profectò placidiſsimam & uenerabilem ſenectutem, nec exilij modò, ſed fortuitarum rerum omnium contemptricem.de ſtudijs liberalibus loquor,& præſertim de illa parte Philoſophiæ quæ uitæ magiſtra eſt.hæc tu nunquã animo prorſus intermiſeras, & ſi parumper abeis te ciuilium negotiorum impetus arceret.nunc uerò,his quoniam nihil obſtat,totus incumbe,idꝙ melioribus auſpicijs nouæ uitæ offer,& talibus animũ exerce muneribus. relege ueterũ hiſtorias,quantas æmulationes Romanorũ ducum,& quidẽ illuſtriũ, hinc reperis exortas,ꝙ aut ſe quiſꝙ q̃primum extra patriam mitti uellet, aut ſerius reuocari, cur quæſo,niſi quia dulce natalis ſoli caruiſſe dulcedine,dũ latiorem alibi uirtutis exercendæ materiam inuenirent?celebratis Comitijs ſolebãt Coſs.prouincias ſortiri,& illam genero ſior animus optabat,in q̃ periculi plurimũ uidebat,nõ ꝙ per ſe q̃ſquam hominũ niſi amens pericula ſeu difficultates eligat,ſed ꝙ uirtutis ſplendor,in illis facillimè uideatur apparere. Quapropter ſiue exilijũ hoc tuũ leue eſt,& importuna querela eſt,inter blãda uociferantiũ, ſiue durum & moleſtum,ꝙ populus aſſerit.ego aũt aduerſor,nec tamen ideò, ſiq̃d uſquã uetuſtæ

uetuſtæ indolis remanſit,erit uiro digna querimonia,oblatũ ſibi ſponte deplorantis, quod alijs ambitur.locus hic quẽ tibi magiſtratus ordinaret,,puincia tua eſt, nõ poſſunt omnes cũ ingẽti exercitu in Aphricã tranſire,detractoꝙ ex Italia Hannibale, infeſtã oppugnare Carthaginem.nõ poſſunt alias ex alijs propagando uictorias,nũc rebellantes Hiſpanias, nũc obſeſſa prædonib. maria, nũc Armeniã ac Iudæã, & totius orientis regna penetrare. nõ omnib. datũ eſt,aut fractis Numidiæ uiribus,& cõtinuatis imperijs à meridie,in boreã arma transferre,breuiſsimoꝙ tempore tinctum Libyco ſanguine, Theutonicis ac Cimbricis merſare cruoribus,aut Gallicis latè perdomitis, & regibus ad uiolentam confeſsionem Romanæ uirtutis adductis,hinc Rheni,illinc Oceani clauſtra perrumpe,& Germaniam atꝙ Britanniam uno impetu calcare,nec omnibus contingit, ante currum reges captiuos agere,hæc enim Scipionibus,Pompeijs,Marijs, Cæſaribus Aemilijsque reſeruata ſunt.His & ſimilibus uiris abſentibus,certamen fuit cum hoſte lõginquo, tibi cum exilio pugna eſt,cuius impetum non feres modò,ſed repelles & conteres,ſi cupias quodcunque neceſsè eſt,ſi animo tuo perſuaſeris,unicum aduerſus aſpera clypeum eſſe patientiæ, & illam ſaluberrimam Cleantis uocem in latinum ab Anneo Seneca translatam, in tuum pectus altè dimiſeris: *Ducunt uolentem fata nolentem trahunt.* Valè.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. V.

Animam in corpore multa pati.

EX itinere meo redeuntem,epiſtolã tuam auidiſsimè ſuſcepi,optabam enim, ſolito etiã ardentius,ſtatũ tuum proſperũ audire,ꝙ amoris comites zelus & timor per abſentiã creſcunt.angebar autem & turbatum erat cor meum,quoniam & turbatum te diſceſsiſſe nouerã,& hos q̃ turbationi tuæ materiam p̃buerãt,nefarij uoti cõpotes,uidebam ſub oculis meis,uelut triumphaliter oſeruari,quod & te in exiliũ pepuliſſent,& me præſentia oris tui,conuictuꝙ ſobrio ac delectabili,ſpoliaſſent.terruerant quoque me uiſa mea & ſomniorum imagines,quæ turbulentæ miris modis,& infeſtæ ſemel & iterum animam dormientis impleuerant,non quod ignorarẽ ſomnijs temerè non habendam fidem,ſed ſic eſt, hoc iter ingreſſus ſum,iter dico,uitæ huius labentis, ad mortem,in quo & æſtuare oportet, & algere,& famem & ſitim,& ſomnium & ſomni minas atque ambages, & quietem turbidam ſentire.denique multa pati,donec illa dies expectata pijs,formidata nocentibus, mortalem hunc nos exuat amictum, & animos nitentes, ad ſupera de compedibus tandem huius caliginoſæ ſtationis eripiat. Interea,fateor,nec longa eſt uia paſsionum inſultibus, quicquid de his aut ſedandis aut tollendis Philoſophi diſputent, quicquid in ſe alij ſentiant,adhuc ualde ſum obnoxius,hæc mihi naſcenti lex cum corpore data eſt, ut ex eius conſortio, multa patiar, aliter non paſſurus.ſecretorum naturæ conſcius Poëta,ubi animabus humanis ineſſe quendam igneum uigorem, & cœleſtem dixit originem,excipiendo ſubiunxit:

Quantum non noxia corpora tardant.
Terrenique hebetant artus,moribundaꝙ membra,
Hinc metuunt,cupiuntꝙ dolent,gaudentꝙ, nec auras
Reſpiciunt clauſæ tenebris,& carcere cæco.

Sic eram igitur admirans,quod de te poſt digreſſum tuum,aures meas,nullus rumor impulerat,dum ecce literæ tuæ mihi oblatæ ſunt,agnoui ſignum;& iam ſecurior legi.cæterùm quia nuncius mirum in modum feſtinabat,& res pluribus uerbis egere uidebatur, reſponſionem diſtuli in diem alterũ,q̃ iam hinc tripartitam fortè prouideo, quod tua quoꝙ de rebus uarijs triplex eſt querela.unum ꝙ breuiter dici poterat,nõ fuit conſilium differre, me ſcilicet peccatorum meorum,nodis implicitum,nondum in portum potuiſſe cõfugere, ſed in eadem tempeſtate,qua me diſcedens reliquiſti,actatum fluctibus hærere,ne quicquam ſæpè retentantem, uela facere, ſiquis meus uentus ab occidente conſurgeret,hoc tamen ſolo,lætum & Deo gratias agentem, quod te ſaltem, per multos labores euaſiſſe uideo, quod nauicula tua, ex eiſdem periculis ueniens, aut portum tenet,aut pleno ſubit oſtia

uelo. deinceps expeditior casibus meis occurram, quod & consequendi desiderium incessit, & geminæ sollicitudinis dimidia parte liberatus sum. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. VI.

Amicitiam inter absentes durare.

SPerabam ex te magnificum aliquid audire, sapientia enim tua iam pridem mihi uidebatur finem impositura querimonijs, quibus stolidum uulgus & ingratum personat, longè uerò fallebar (ut uideo) atque utinam submissum liceret ab alio suspicari, & non proprijs tuis digitis, querulum illud chirographum constaret, in quo rem unam, exiguam, multis uerbis penè muliebriter deplorasti. cuius lamentationis summa est, te acerrimè atque inconsolabiliter doluisse, quod huius exoptatissimi atque optimi ducis nostri, meamque & amicorum faciem uidere desieris. motum te de digressu subito, turbatumque non dubito, mansuetudinem namque animi, & suauitatem morum tuorum noui, qui omninò cum ulla seueritate, aut habitu mentis asperiore, non conueniunt. Vnde tamen hic tàm immodicus dolor non intelligo, innumerabiles causæ segregant amicos, amicitiam ueram nullæ, qua præsente amicus absens esse non poterit: quantum enim locorum interuallis, ab amicorum conuersatione disiungimur, tantum absentiæ detrimentum, assidua commemoratione discutimus, cuius si tanta uis est, ut morte superata, defunctos etiam amicos, pro uiuentibus celebremus, quod post obitum iunioris Aphricani, sapientissimo & omnium Romanorum in amicitia gloriosissimo uiro Lelio, docente didicimus, quid tàm magnum est, si absentia similiter uicta, longè positos amicorum uultus, pro præsentibus habeamus? Apud Poëtam scriptum est:

Hærent infixi pectore uultus, Verbaq; Et iterum:
Absentem absens audit & uidet q;

Ergo insanus & obscœnus amor, hoc poterit, pius ac sobrius non poterit? immò uerò multò amplius eodem Poëta dicente:

Ante leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces.
Ante (peregratis amborum finibus) exul.
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim,
Quam nostro illius labatur pectore uultus.

Lelius ipse de amicissimo uiro loquens, uide quibus uerbis utatur. Virtutẽ inquit illius uiri amaui, quæ extincta non est, tu quare non dicis, uirtutem illius aut illorum amo, quæ absens aut longinqua non est, sed ante oculos, omni tempore uersatur, & in honore semper erit apud me. at iucundissimum est, amicos præsentes habere, intueri frontẽ atq; oculos, uiuis eos uocibus alloqui, & colloquentium admotis auribus uerba pcipere, neque enim (quin in hac re Poëticis testimonijs uti uacat) sine quadam animi dulcedine legimus, Anchisen filij occursu alacrem, tensis ad cœlum palmis, & profusis lachrymis dicere:

Datur ora tueri,
Nate tua & notas audire ac reddere uoces.

Nec ego quidem aduersor dulcissimam esse præsentiam amicorum, quis enim hoc negauerit, nisi inhumanus idem ac ferus? sed tu mihi negabis absentiam, quoq; suas habere uoluptates, nisi totam fortasis amicitiæ pulchritudinem, quæ latissimè patet ad oculos solos restringimus, & à sede eius, quæ est in animo seuocamus, quod si fieri cœperit, angustissima quidem area restabit, ubi se amicorum charitas oblectet. ut enim mortem, ut carcerẽ, ut ægritudines, ut peregrinationes seu necessarias seu uoluntarias fileam, quis quotidianas naturæ necessitates, somnũ, famẽ, sitim, æstus, algores, lassitudinẽ, quis studiorũ aliarũq; rerum occupationes innumeras explicet, quibus etiam in eadẽ domo ne dicam urbe degentiũ, nec uultus aspicere, nec semper uoces audire pmittimur? ita æui breuissimi reperit amicitia, q̃ longissimæ uitæ, nõ æquam modò, sed (ut dixi) superstitem esse decuerat. Quius aũt locus in amicitia relinquet Appio cæco, cæteros enim in eadẽ cõditione positos taceo, ille mihi

ille mihi primus occurrit, quem omninò credibile non est, quod oculos non habuerit, nec amicos habuisse, qui uniuersæ Reip. talis fuerit amicus. quid est ergo, quod tantoperè lugeas absentiam, quasi hæc tibi possit amicitiam surripere, cum illa nihil, in hac neque cæteris rebus tuis, nisi quantum tu sibi permiseris possit? memento potius quæso, non quã longè sis corpore quamuis quid longinquum uideri potest, in hac puncti unius breuitate, cuius nos homines, uix integram particulam incolimus) sed esse in tua potestate, ut animo & cogitationibus præsens sis, hoc igitur uno quo potes modo, nos iugiter aspice, literarũ identidem frequenti commertio, teipsum nobis ostende. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. VII.

Futurorum expectatio amputanda.

MOlestissimam moram traxisse te Niciæ indignando describis, per mensem integrũ, expectantem aliquam nauem, quæ in Italiam perferret, atqui in Italia tunc eras, dũ ad Italiam suspirabas. ita dico si (quod Poëtis atq; Cosmographis placet) Italiæ terminus Varus est, intra quem à parte Italiæ ciuitas illa sedet, sed utique de re constat, interiorem Italiã in animo habebas, & pro Italia Romã dicere uoluisti. sentio iã morbi huius originẽ, expectationibus enim talibus plena esset adolescentia, quarum illi ætati, qualisqualis uenia debetur, senectuti autem, quæ omnes spes suas, iam post tergũ spectare debet, omnis longa uitæ huius & anxia expectatio fœda est. tu itaque senior de te uideris, ego iunior de me loquar, qui adolescentia iam exacta, ætatem tuam adhuc longè, si quid hic longum est, ante me uideo. Cæterum quò rarius passionis huiusmodi molestias experior, eò frequentius ueteris mali reliquias incuso, eoq; certius intelligo, uirum prouectum, nec præsentibus frangi, nec futuris angi, sed utrunque tempus æqua fronte despicere, & quicquid secum uel attulit uel præmisit, parui pendere, præsentia taceo, quoniam sermonem de futuris instituí, quæ mentes hominum uanis expectationibus suspendunt & in quibus (nisi fallor) ridiculosius erratur. expectans alijs peregrinæ nauis aduentũ, totis diebus undas prospicit

nutantia longè (ut est apud Lucanum)
Semper prima uidens uenientis uela carinæ.

alius iamiam moturus à littore, serenam cœli tranquillitatem, uotis omnibus exposcit, iste nulli honesto negotio intentus, id agit semper, quod agebat olim classis Iliacæ magister surgit enim impiger, ut ait Virgilius, omnes explorat uentos atq; aëra captat.

Sydera cuncta notans tacito labentia cœlo.

alter beati senis hærens tabulis, segnem mortem increpitat, alter nuptias aut partum coniugis, amicæ noctem alter expectans, dies, horas momenta q̃ dinumerat. quid multa? Meministi credo in Philologia nostra quam ob id solum, ut curas tibi iocis excuterem, scripsi quid Tranquillus noster ait:

Maior pars hominum expectando moritur.

ita est, paucissimos inuenies, qui non toti ex incerto pendeant. Alexander Macedo, Iul. Cæsar, multiq; alij, uel nostri uel externi duces, quàm multa parantes ab hac luce subtracti sunt, & medijs eorum conatibus mors occurrit, tantò, ut mihi quidem uidetur, difficilior, quantò insperatior. hinc est, quod idem ille Iul. Cæsar fragili carina, in ancipiti tempestate deprehensus, cum mortem timere cœpisset, hoc unum uidetur lamentari, quod

ingentes abruperit actus
Festinata dies fatis.

Nouerat Poëta, quid maximè tali uiro, aut molestum fuisset, in eo statu aut esse debuisset, idq; potissimum querelis inseruit. una est autem aduersus hunc morbum medicina, primo gustu fortasis amarior, hausta autẽ & dulcis & placida. animum à terrenis abducere, si fieri potest, si minus, auellere atque extirpare radicitus. quamuis enim hoc plerumque cum dolore & offensione sensuum fiat, tarò tamen, ut uides, amissa corporis absque molestia restauratur, quantò minus animæ salus, in quam & uehementiores morbi & frequentiores incidunt. hoc igitur fac, & præsenti lætus, nulla futuri tẽporis expectatione torqueberis. In Italiã, inquis, transire uolo, nauim expecto, uel quietum mare, sic dices, si cor

tuum rebus mudanis adhuc uiſco cõſuetæ delectationis inhæret. at ſi rurſum nititur dices, In Italiam tranſire uolo, quid enim magis expediat, nouit Deus, homines ignorant. nauim aliquam, ſed non minus aliquem expecto, qui nauim non uenturam nunciet, & utrum que rumorem æquis auribus excipiam. Sed habeo, inquies, in Italia magnum aliquid agere. iam ſi quid tibi Philoſophiæ ſtudiũ contulit, uides (ut arbitror) quod extra Italiam geri nequit. magnum eſſe non poſſe, quotiens me ad unum locum coartaueris, deſinit eſſe magnus conatus, qui inter anguſtias cogitur. Sed uolo in Italia ſaltem mori, & patria tellure contegi cupio. qui hæc dicit adhuc Italicus eſt, uir magnanimus nondum eſt, quid enim puerilius, quàm curam gerere, ubi capillorum & unguium purgamenta, ubi ſanguinis ſuperuacui uaſculum deponas, ubi ipſe iaceas non curare? certè ſi corpus conſideras, tua nihil intereſt, ubi ſit res à te olim poſſeſſa, nunc autem derelicta ſi pateris, ſi reluctaris, ablata, ſi uerò animum reſpicis, nullus eum locus aut ſtringit aut laxat, anguſtus & ſiue ad cœlum aſcendendum, ſiue ad inferos deſcendendum, undecunque diſcedat unus eſt labor. ſed dulce eſt ſuorum manibus ſepeliri. quædam dulcia facit, non inſitus ſapor, ſed corruptus manducantium guſtus. quid dulce dicitis, aut nihil ſentienti, aut omne huiuſmodi obſequium contemnenti. Vna omnium eſt (ut ad propoſitum redeam) expectantium conditio, dum uentura proſpiciunt, quæ ſunt ante oculos non uident, damnum certum ſub ambigua ſpe. hæc quidem utique tranſeunt, illa autem rarò plena fide ſuccedunt. adde quod uel ſuperuacua ferè ſunt, uel damnoſa & in caput noſtrum recaſura quæ cupimus, ut ſicut ſæpè reiectas indignatio, ſic libitum, prouectas uel faſtidium uel improuiſa pernities ſequatur. adhuc igitur omnem ſpem, omne deſiderium auerte, ab fallacibus bonis, incipe unum ſolum & uerum & ſummum bonum optare, ſi tamen uſque ad hanc ætatem, rem apprimè neceſſariam diſtuliſti, tunc diſcurrendi libidò ceſſabit, & odium longioris moræ, tũ uerò nõ modò Niceæ, ſed, ſi ita ſors tulerit, inter Libycas Syrtes, ſine moleſtia ſtabis, rebus tuis contentus, nihilque aliud requirens. Dicet aliquis: Nunquid illud ſaltem unum, quod memoras bonum expectandum erit, ut præſens præſenti gaudio deſiderantem animam impleat? Minimè, ſi enim plenè deſideras, ſi ſanctè, ſi ſobriè (aliter quippe tanta res optari non poteſt) iam quod petebas cæcum eſt, intus in anima illum quem diligis quære, & inuenies, non eſt ut eo potiaris exterius euagandum. Et ſi quid fortè reſtat adhuc, quod amplius uelis, aut cumulatius expectes, erit expectatio illa ſuauis & iucunda. qui ad hanc regulam ſe formabit, lætus è cunctis mortalibus, quotiens exacta luce cubiculum intrabit, de præterito quidem dicere poterit: ſecutus Virgilianum illud à Seneca relatum:

Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi.

Et de futuro illud Horatianum:

Cras uel atra nube cœlum patet occupato: uel ſole puro

nec unquam uenturi ſtudio, præſenti oblitus, aut ſibi aut aliis inutiliter uitam aget. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. VIII.

Aduerſa & naturæ leges toleranda eſſe.

QVerelarum tuarum uocibus plenus ſum, iam res ad faſtidium inclinat, iam molliciem tuam ferre nõ ualeo, neq; enim aliter, q̃ ſi in hanc uitam nuper intraſſes, ad occurſum rei cuiuslibet expaueſcis, pudeat inter lamẽta ſeneſcere, immò uerò pudeat, olim ſenẽ, puériliter lamentari. puerorũ eſt ad omnia quæ uiderint obſtupeſcere, quippè quibus noua & admirãda ſunt omnia, ſenibus & præſertim eruditis, nihil nouũ aut inopinatũ euenire ſolet, nihil itaq; ſtupendum, nihil deplorandũ. Vnde igitur tot querelæ, de rebus aſſiduis, & ſecundum naturæ ſtatuta fluentibus? portenta mouent animas interdum, ſi bicipitem puerum, ſi quadrimanum uides, miraris imbrem lapideum, bouis uerba, mulæ partũ, in Annalib. legimus, quotidiana deſpicimus. Tu quid uidiſti, ꝓpter q̃ nunc totus in admirationem & lamenta cõuerſus ſis? admirando quidem admirationem, cogis ut admirer, non tàm grauiter in alio ferrem immoderatum hunc ſtuporem, qui totiens mare tranſiſti,

tranſiſti, totiens medijs periculis enatasti, totiens è faucibus mortis ereptus es, admirando & fortunam tuam accuſando deſcribis, paſſum te maris magnam, & ut Satyrici uerbo utar, poëticam tempeſtatem, atq; ad littus unde diſceſſeras flatu contrario impellente relatũ. hanc tu maris iniuriam exiſtimas, natura eſt, digniorem querelæ cauſam præferres, ſi uel illud tibi contigiſſet, quod quondam Cæſarea claſsis, inter Italiam Græciamq; ſuſtinuit, quando per Hadriaticum mare, glaciali uelut torpore conſtrictum curſum expedire non ualuit, uel illud, quod terra ſub pedibus tremẽte, Pompeianus exercitus tulit in Lybia, ubi nullus poteſt conſiſtere miles inſtabilis, raptis etiam quas calcat harenis. nunc uerò ſi per terram rigidos lapides, aut tumentes colles, ſi per mare fluctus inconſtantiam pertuliſti, nihil eſt quod lamenteris, tanquam iniurioſa tibi fuerint elementa, quod naturæ potius ſuæ paruerint, quàm uoluntati tuæ. altera literarum tuarum pars, non minus delicatè ac flebiliter te cum iam Piſis applicuiſſes, in morbum diutinum incidiſſe memorat, non aliter q̃ ſi in ætate tàm longa, quid morbus eſſet ignorares. quomodo aũt ſe aduerſus mortẽ ꝓparabit animus, inter hæc quotidiana tàm querulus? ſed ne latius effundar, ampliſsima enim res eſt, & uerborum egens, accipe breuiter, quæcunq; de his querelis à me ipſe diffuſius dici ſolent. nimis faciles ſumus ad accuſandum naturam, nemo quod uiuit, at quod egeſtatem ſentit, quod labores patitur, quod ſeneſcit, quod ægrotat, quod moritur, quiſq; cõqueritur, quaſi ſecundum naturam minus iſta quàm illa ſint. Et naſci, & uiuere, & comedere, & eſurire, & dormire, & uigilare, & laborare, & ſeneſcere, & ægrotare, & mori, naturalia ſunt, ut nemo his mortaliũ uacet, niſi cui fortè ſeneſcendi neceſsitatem mortis præcipitata remiſerit. quid igitur inutiles querelas effundimus? an quia nobis ſolis iſta contingunt, ſolis nobis lugere permiſimus? an quia omnibus, cunctorum ſimul in nos lamenta tranſfundimus, & ueluti humani generis procuratores, naturam accuſamus immeritam? odioſum ſanè negotium & importunum. illa enim mitiſsima, nos beneficia eius per impatientiam exacerbauimus, in parentem optimam ingrati, in noſmetipſos impij. oro itaque Pater amantiſsime, & ſi ætatem hanc non dedecet, etiam cõſulo, utquicqd euenerit, inducamus in animũ, ferre fortiter, ferre moderatè, ferre ſine eiulationib. & ſine ulla lamentatione muliebri. habuimus enim deliberandi, & gratias CHRISTO, habemus adhuc deliberata exequendi ſpacium, & licet uulgus inſaniat, ſunt tamen nobis aliquanto magis ſobrij conſultores, quorum potius monitis obſequendum eſt. nec te moueat uita mea, quotiens epiſtolas meas legis, nec in frontem reſpexeris iſta ſuadentis. uidiſti enim interdum pallentem medicum, qui ſuam non poterat, alterius ægritudinem curare.

Fran. Petrarcha Iacobo Columnæ, S. IX.

Varia continet cum Romæ urbis laudibus.

SEmiſopitum epiſtolæ tuæ clamor excitat, q̃ iocoſis refertam cõuitijs, lætus ridens ꝙ perlegi. &, ut primum uenienti iaculo prius occurram, uide quæſo Pater optime, de multis quæ contra me colligis, quantum ab intentione tua prima etiam ſcribẽtis uerba diſcordent. mirari ſolitũ te ais, quod mundum in ætate adhuc tenera, ſic artificioſè decipiam, ut ſcilicet ars hæc ſit, tàm experientiæ q̃ naturæ. Panegyricũ plurium certè uerborum, ſed minimè amplioris gloriæ cecinisſe mihi poteras. mundus deceptor generis humani, quot uitam laqueis implicitã, quàm amaræ dulcedinis aſperſione cõmendet, nouit quiſq; apertis oculis iter hoc agit. cuius & nos fraudibus, de induſtria fauemus, ſtudioſeq; ut ipſi ignoti, ſcimus aduerſus Apollinis conſilium laboramus. Hunc ſuperbia inflat, ſub ſpecie magni & excelſi animi, illum malitia & fraus, & quicquid prudentiæ proximum uidetur, ſub amictu finitimæ uirtutis infatuat, ille ſe fortem putat, inhumanus & ferox, hic ſe humilem uocat timidus & imbellis. eſt & quẽ titulo frugalitatis, auaritia ſollicitet, & quem prodigalitas ſpecie largitatis exhauriat, perſonata ſunt uitia, & immania mõſtra, formoſis ſub pellibus deliteſcunt. Accedit delectabilium ſed tranſiturarum, immò uerò tranſeuntiũ ac fugientium rerum turba, ambitio honorem nobis, & plauſum auraſq; uulgares, luxuria

blandas & uarias uoluptates, pecunia plurimarũ rerum ſufficientiam oſtentat. nullus hamus ſine eſca, nullus ſine uiſco ramus, nullus laqueus ſine ſpe. Accedit humana cupiditas p̃ceps inopsq; cõſilij, & falli facilis, & inſidijs opportuna. in hoc igitur ancipiti & lubrico & ſuſpecto itinere, ſi quem fortè tàm cautũ, uel natura uel ſtudiũ feciſſet, ut mũdi fraudibus eluſis, mundũ ipſe deciperet, frontẽ ſcilicet oſtendens populo ſimilẽ, tota intus mente diſſimilis. quẽ tu hũc uirũ diceres? hũc tamẽ ubi q̃rimus? & natura optima & ætate ſolida, ſi mul ac ſobria opus eſt, & alienorũ caſuũ obſeruatione ſollicita. Tu tamẽ hoc mihi nomen imponis, immenſum quidẽ (modò nõ irrideas) q̃ ſi hodie uerũ nõ eſt, Deũ oro, q̃ potẽs eſt etiã ab inferis excitare, ut uerũ fiat anteq̃ moriar. ſed quo hinc iocando, ꝓgrederis? multos fictionibus meis opiniones, de me concepiſſe magnificas, fuit ars hæc fateor, quibuſdã ex illuſtribus uiris, ut ingenio quodam ueras uirtutes mirãtibus. hinc & Numæ Pompilio diuini colloquij, & Publio Aphricano diuinæ etiam ſtirpis fama quæſita eſt, mihi ars ea, non competit, nihil habeo quod oſtentem, & tamen neſcio, quis me ab incunabilis ſuperuacuus fati fauor inſequitur, notior ſum quàm uelim, et ſcio de me quantuluſcunq; ſim, in utram uis partem multa iactari, quibus ego nec deprimor, nec extollor. ſcio populi totidem ferè mendacia eſſe quot uerba, & hæc quidem hactenus, neque enim ut turbæ diſpliceam, magnoperè laborandum eſt. Nec dum deſinit urbanitas tua, dicis me, nõ modò uulgus inſulſum, ſed cœlũ ipſum fictionib. tentare. itaq; Auguſtinũ & eius libros ſimulata quadam beneuolẽtia cõplexũ, re aũt uera à Poẽtis & Philoſophis nõ auelli. q̃d aũt inde diuellere, ubi ipſum Auguſtinũ inhærentẽ uides? quod niſi ita eſſet, nunq̃ libros de Ciuitate Dei, ut reliqua ſileam, tanta Philoſophorũ & Poẽtarũ calce fundaſſet, nunq̃ tantis Oratorũ ac Hiſtoricorũ coloribus exornaſſet, nimirũ nunq̃ enim in ſomnis ad tribunal æterni iudicis tractatus acceſſerat Auguſtinus meus, ſicut Hieronymus tuus, nunq̃ exprobrari ſibi Ciceronianum nomen audierat, quod cũ audiſſet Hieronymus fidemq; dediſſet, q̃ nunquam amplius libros gentiliũ attingeret, quàm diligenter ab omnibus, ſed à Cicerone p̃ſertim abſtinuerit, noſti Auguſtinũ uerò, cui nullo ſomno interdictũ erat, nõ ſolũ familiariter illis uti nõ puduit, ſed ingenuè etiã fateri, ſe in libris Platonicorũ, magnam fidei noſtræ partem inueniſſe, & ex libro Ciceronis, q̃ uocat Hortenſius, mutatione mirabili, ab omni ſpe fallaci, & ab inutilib. diſcordantiũ ſectarũ, cõtentionibus auerſum, ad ſolius ueritatis ſtudium fuiſſe cõuerſum, & lectione libri illius inflammatũ, ut mutatis affectibus, et abiectis uoluptatibus uolare altius inciperet. ò uirũ ineffabilẽ dignũq;, quem Cicero ipſe, ꝓ roſtris laudet, cuiq; publicè grates agat, q̃ inter tàm multos ingratos, unus uelit eſſe gratiſsimus. ò uirũ magnificè humilem, & humiliter excelſum, non qui alienis plumis ornatus, auctorib. hic inſultet, ſed q̃ iã Chriſtianæ religionis fluitantẽ puppim, inter hæreticorũ ſcopulos agẽs, p̃ſentiſq; magnitudinis, ſine arrogantia ſibi cõſcius, ueritatẽ primordiorum ſuorũ, & adoleſcentiæ rudimenta commemoret, & doctor tantus Eccleſiæ non erubeſcat, ducatũ Arpinatis hominis ſicet aliò tendentis. cur autem erubeſceret? nemo dux ſpernendus eſt, qui uiam ſalutis oſtendit. quid ergo ſtudio ueritatis obeſſe poteſt, uel Plato uel Cicero? quorum alterius ſchola fidẽ ueracem, nõ modò nõ impugnat, ſed docet & p̃dicãt alterius libri, recti ad illam itineris duces ſunt. eadem & de alijs dici poſſent, ſed piget in re notiſsima, teſtes ſuperuacuos conquirere, nec tamen ideò negauerim, multa apud illos eſſe, quæ uitari oporteat, cum & apud noſtros quædam ſint periculoſa incautis, & Auguſtinus ipſe, in quodã operoſo uolumine. de uberrima meſſe ſuorum ſtudiorum, inter naſcentis erroris loliũ, proprio pollice decerpat, quid ergo? rara lectio eſt quæ periculo non uacet, niſi legenti lux diuinæ ueritatis affluxerit, quid ſequendũ declinandũq; docens. illa autem duce, ſecura ſunt omnia, & quæ nocere poterant, iam Syrtibus & Charybdi, aut famoſis in alto ſcopulis notiora ſunt. Vt uerò iam tandem huic laſciuæ calumniæ finis fiat, uero ne an falſo Auguſtinũ animo cõplectat, ipſe nouit. etenim ubi nec fallere uult quiſquam, nec falli poteſt, unde deuia uitæ meæ, errores q; cernentẽ, miſereri arbitror, p̃ſertim ſi adoleſcentiæ ſuæ meminit, quã uagam & aberrantem miſeratus omnipotens, retraxit ad rectũ iter, & nũc ꝓ arenoſis

Aphricæ

Aphricæ littoribus, ubi aliquandiù noxiè delectatus, Vergebat ad mortem, æternæ frõdentis Hieruſalem ſine fine municipem eſſe dedit. inde mihi fauet, inde me diligit, quid enim dubitem, cum audiam in eo libro, quem de Vera Religione conſcripſit, eum ſpe firmiſsima dicentem: Quiſquis angelorum Deum diligit, certus ſum, quod me diligit? ſi enim ille cõtemplatione cõmunis Dei, angelicum amorem ſibi promittere nõ metuit, cũ ſit homo audebo & ego, qui homo ſum, amorem humanum, animæ illius ſacratiſsimæ, quæ nunc cœlo fruitur ſperare. Sed enim nouis hic ſalibus aſpergor, ais enim, mihi Phyſica etiam nũc & Poẽtica ruminãti, Auguſtini dicta, quaſi quædã ſomnia uideri. melius dixiſſes. Illa relegenti, totam mihi uitam meam, nihil uideri aliud quàm leue ſomnium, fugaciſsimum q́ue phantaſma. Itaque lectione illa excitor, interdum uelut è ſomno grauiſsimo, ſed urgente mortalitatis ſarcina, palpebræ rurſus coëunt, & iterum expergiſcor, & iterum & iterum obdormio. uoluntates meæ fluctuant, & deſideria diſcordant, & diſcordando me lacerãt, ſic aduerſo interiorẽ hominẽ, exterior pugnat, nũc dextra ingeminãs ictus, nũc ille ſiniſtra, nec mora, nec requies, & ſi pater æternus uoce prælia dirimens, fuſum Dareta, de manibus Entelli ardentis eripiat, uincet exterior. quid multa? adhuc de ſine ſum incertus, uinoq́ue in ſpe, ad uictorem mortis exclamans:

Eripe me his inuicte malis.
Da dextram miſero & tecum me tolle per undas.
Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam.

ſed nihil iocis lentius, nihil flexibilius, quocunque traxeris ſequuntur. quid ergo ais? finxiſſe me mihi ſpecioſum laureæ nomen, ut eſſet, & de qua ego loquerer, & propter quam, de me multi loquerentur, rem autem ueram in animo meo lauream, nihil eſſe, niſi illam poẽticam, ad quam aſpirare me longum & indefeſſum ſtudium teſtatur, de hac autem ſpirante laurea, cuius forma captus uideor, manu facta eſſet, omnia ficta carmina, ſimulata ſuſpiria: in hoc uno uerè ut iocareris, ſimulatio eſſet utinam, & non furor, ſed crede mihi, nemo ſine magno labore diu ſimulat, laborare autẽ, gratis ut inſanus uidearis. inſania ſumma eſt. adde quod ægritudinem geſtibus, imitari bene ualentes poſſumus, uerum pallorem ſimulare non poſſumus. tibi palior, tibi labor meus notus eſt, itaque magis uereor, ne tu illa feſtiuitate Socratica, quàm Ironiam uocãt (quo in genere, nec Socrati quidem cædis morbo meo inſultes. ſed expecta, ulcus hoc cum tempore matureſcet, uerumq́ue fiet in me Ciceronianum illud Dies uulnerat, dies medetur atque aduerſus hanc ſimulatam, ut tu uocas, lauream, ſimulatus ille mihi etiam Auguſtinus fortè profuerit, multa enim & grauia legendo, multumq; meditando, antequàm ſeneſcam ſenex ero. quis autem erit facetiarum modus? ubi deſines? quid ais? Temptarum te quoque fictionibus meis, ac propè deluſum, immò uerò deluſum, aliquandiù expectaſſe me Romæ, ſimulantem ingens ueniendi tecq; reuidendi deſiderium, tandem, quod ſpectatores callidi in circulatorum præſtigijs ſolent, aperienti tibi oculos, & in artes meas profundius intẽdenti, omnem ingenij mei ſcænam patuiſſe. Deus bone, quid hoc eſt? calumniando tu quidem facies, ut magnus ſim. iam Zoroaſtres uideri mihi incipio, repertor magiæ, ſiue unus ſuorum. eſto ſim Dardanus uel Domigeron, uel Apollo, uel alius, ſi quem ars ea notiorem fecit, parum ne præſtigij eſt, præſtigiatorem uerbo facere? ſed iam ſatis ſuperq́ue iocum traximus, ſeriò uelim mihi reſpondeas. ceſſet quamuis ardor, faciem tuam uidendi, quem laborioſiſſimè in quartum annum iam protraxi, dum cogito, ecce ille cras aderit, ecce tu poſtridie mouebis, excidat quidam curarum non mediocris cumulus, quem cum nullo mortalium, niſi tecum æquo animo partirer, quieſcat affectus cernendi, præclariſsimum Patrem tuum, magnanimos Fratres, honeſtiſsimas ſorores, exoptatos amicorum uultus. quanti demum extimaturum reris, mœnia urbis & colles, & (ut ait Virgilius) Tuſcum Tyberim & Romana palatia cernere? Credi non poſſet, quantum Vrbem illam (deſertam quamuis) & ueteris effigiem Romæ ſpectare cupiam, quam nunquam uidi, ubi ſegnitiem meam ſi tamen ſegnities & nõ neceſsitas fuit, incuſo. exultare mihi uidetur

Seneca ad Lucilium ſcribens, ex ipſa uilla Scipionis Aphricani, nec modicum ducit, uidiſſe locum, ubi ille uir tantus exulauerat, ubi negata patriæ oſſa reliquerat. quod ſi contigit Hiſpano homini, quid me hominem Italicum ſentire putas? non de uilla Literni, aut de Scipionis ſepulchro, ſed de urbe Roma, ubi Scipio natus eſt, ubi educatus, ubi uictor idem & reus pari gloria triumphauit, ubi non unus ille, ſed innumerabiles uixerunt uiri, quos nunquã fama tacitura eſt. de ciuitate, in quam, illa, cui nulla ſimilis fuit, nulla futura eſt, quæ ciuitas regum etiam ab hoſte dicta eſt. de cuius populo ſcriptum legimus. Magna eſt fortuna populi Romani, magnum & terribile nomẽ, cuius ſine exemplo magnitudinem atq; incomparabilem monarchiam futuram præſentemq́ue diuini cecinerũt uates, neque ego nunc Romanas proſequor laudes, maior res eſt, quàm ut poſsit à tranſcurrente tractari, ſed hæc curſim attigi, ut intelligeres nõ paruipendere me Reginæ Vrbis aſpectum, de qua infinita perlegi, & ipſe multa iam ſcripſi, plura fortè ſcripturus, niſi primordia mea præcipitata dies mortis abrumpat. Finge me his nequaquam tangi, quam dulce tamẽ eſt Chriſtiano animo, Vrbem cernere, cœli inſtar in terris, ſacroſanctis martyrum neruis atq; oſsibus confertam, & ueri teſtium pretioſa cede reſperſam. uidere uerẽdam populis ſaluatoris imaginem, & in ſaxo duriſsimo, æternum gentibus adoranda ueſtigia. ubi ad literam luce clarius impletum cernitur illud Eſaiæ: Et uenient ad te curui filij eorũ, qui humiliauerunt te, & adorabunt ueſtigia pedum tuorũ, omnes qui detrahebant tibi. Circumire ſanctorum tumulos, uagari per apoſtolorum atria, melioribus iam curis comitantibus, & inquieta ſollicitudine uitæ præſentis in littore Maſſiliæ deſtituta. quæ cum ita ſint, quid me ſegnem uocas, cum ſcias, quod iter meum ex alieno pendet arbitrio? ego meipſum tibi dederam, paruum quidem, ſed perpetuum munus, tu me alteri parere uoluiſti, ſi alter propriè dicitur talis: & tam unanimis germanus, nihil hic mihi conſcius ſum, ſi culpa eſt, uel tibi parce uel fratri. In extrema literarum parte ueritus forte, ne lepidiſsimis iocis tuis offenderer, ſolet enim leonis quantumlibet blanda contrectatio, animantia parua proterere, ſuaue olentis unguenti drachmam adhibes, ubi pupugiſſe uidebare, dum me ad te amãdum, immò uerò ad tibi reddendas amoris uices, prædulciter cohortaris. quid dicam? Multa loqui, non magis dolore quàm gaudio præpedimur, hoc unum me tacentem nõ ignoras, uſq; adeò ſaxeus nõ ſum, ut ad tàm debitum amorem, ſit mihi neceſſarius hortator, atq; utinam in amãdo nõ magis, frenò quàm calcaribus egerem. tranquilliorem iuuenta ſequeretur, hoc ſaltem oro, ne finxiſſe me fingas. Vale.

Fran. Petrarcha Agapito Columnæ. S. X.

Studia hominum in deteriora prolabi.

NOn miror in te, quod in omnibus ſtupeo, & in me autem queror & lugeo, publicum malum eſt, quæ negligi ſine periculo poterãt, certatim quærimus, quod apprimè curandũ erat, publicè negligitur. quàm fertilis ager, quàm domus cõpoſita, quàm obſequioſus ſeruus, quàm ſollicitus procurator, quàm ſplendida ueſtis, quàm nitidus equus, quàm pulchra uxor, quàm noſtri corporis ornata ſuperficies, omnes curamus: quàm pulcher & ornatus animus, curat nemo, nec ſe curaturum ſpondet, aut ſperat, ſed quod primum eſſe debuerat, differimus ad extrema:

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum,
Virtus poſt nummos.

Sic eſt hodie, ſic erat Flacci ſeculo, ſic erit temporibus pronepotum, niſi fortè meliora de poſteris auguramur, utinam id quidem ſperare poſſemus. ſed, ut res eunt, indies peiora conijcio, quamuis iam peiora uix poſsim, nedum timere ſed fingere, certè ſic uiuitur, eoq; crimi num ac furorum uentum eſt, ut procedi ulterius, ſine publico præcipitio non poſsit. Nũc nunc impletum eſt quod ante tempus dixerat Satyricus:

Omne in precipiti ſtetit.

Enitemur tamen pro uiribus, ut ſemper aliquid accedat inſaniæ, nec nunquam à maioribus traditæ licentiæ, finibus contenti erimus, nunquam cõmittemus, ut meritus uideatur Horatius, ubi ait:

Aetas

Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores: mox daturos,
Progeniem uitioſiorem.

Et, ut in tempus aliud grauiorem hanc querimoniam differamus, inſiſtentes cœpto, ſemper ueriſsimũ faciemus, quod Marco Varroni, uiro longè doctiſsimo uiſum eſt, quoniam ſi duodecimam curæ partem, quam impendimus ut piſtor bonum nobis panem faciat, impendiſsemus in nobis ipſis, iam pridem boni eſſemus (ut de annulis, de calceis, de calami ſtris ſileam) ſic eſt proculdubiò, ſic erit, ſemper curabuntur ſuperuacua, ſemper neceſſaria negligentur. In literis tamen tuis clariſsimè uir, unum de te bonæ ſpei pignus habeo, uideris mihi uim pati, & cq proximus ad ſalutẽ gradus eſt) ſtatũ tuæ mẽtis agnoſcere uideris, mihi indignatione magnifica, cũ primũ ſe facultas obtulerit, ex his cõpedib. euaſurus. Vale.

Fran. Petrarcha Agapito Columnæ, S. XI.

Ad Cœnam poëticam amicum inuitat.

AD cœnam expectatus uenies, memorq́ue non hic cupidinarium forum eſſe, poëticum tibi conuiuium præſto eſt, idq́ue non Iuuenalis aut Flacci, ſed quale à Virgilio paſtorale deſcribitur:

Mitia poma,
Caſtaneæ molles: & præſſi copia lactis.

cætera duriora, inelaboratũ ac rigidum panem, fortuitũ leporem, aut peregrinam gruem, idq; perraro, & callum fortaſsis apri rancidioris inuenies. quid multæ? nec; locorum nec uictus aſperitas ignota eſt tibi, itaq; nõ pedibus tantùm, ſed ut facetè Plautinus paraſitus ait, Calceatis dentibus ut uenias, admoneo. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. XII.

Hetruriæ loca quædam deſcribit.

PEropportunum curis meis locum, ſi non aliò properat animus, nactus ſum, in Regione Romana Caprarum mons dictus eſt, olim credo, q; ſylueſtribus uirgultis obſeſſus, capris quàm hominibus frequẽtior haberetur. paulatim cognitus loci ſitus, & ſpectata ſertilitas, habitatores aliquot ſponte contraxit, à quibus arx eminenti ſatis tumulo fundata, & domorum quantum collis anguſtus patitur, adhuc uetus Caprarum uocabulum non amiſit. locus ignobilis fama, nobilioribus cingitur locis. Eſt hinc Socrate mons, ſylueſtro clarus incola, ſed & ante ſylueſtrum poëtarum carminibus illuſtris. Hinc Cymini cum mõte lacus, quorum meminit Virgilius. hinc Sutriam, quod non niſi duobus paſſuum millibus abeſt, ſedes Cereri graſiſsima & uetus, ut perhibent, Saturni colonia. campus oſtenditur non longè à muris, ubi primum in Italia frumenti ſemen, ab aduena rege iactum dicunt, primam meſſem falce deſectam, quo beneficio miraculoq; delinitis animis, in partem regni uiuens, in opinionem diuinitatis, uita functus fauore hominũ acceptus ſenex rex & falcifer deus eſt. Aër hic, quantum breue tempus oſtẽdit, ſaluberrimus, hinc illinc colles innumeri, altitudine nec acceſſũ difficili, & expedita proſpectui, inter quos & umbroſa laterum conuexa, & opaca circum antra ſubſidũt, undiq; ſubmouendis ſolibus, frondoſum nemus eri gitur, niſi q; ad Aquilonem collis humilior, apricũ aperit ſinũ, mellificis apibus floreã ſtationem, fontes aquarum dulcium, imis uallibus obſtrepũt, cerui, damæ, capreoli, & feri nemorũ greges, apertis uagantur collibus. Omne uolucrũ genus, uel undis uel ramis immurmurat, nam bouum & omnis manſueti pecoris armenta, & humani laboris fructus, Bacchi dulcedinem & Cereris ubertatem. ad hæc & illa naturæ dona, uicinos lacus ac flumina, & nõ longinquum mare prætereo. pax una, quonam gentis crimine, quibus cœli legibus, quo fato, ſeu qua ſyderum ui, ab his terris exulet ignoro. quid enim putas, paſtor armatus ſyluis inuigilat, non tàm lupos metuens quàm raptores, loricatus arator, haſtam ad uſum ruſtici pugionis inuertens, recuſantis bouis terga ſollicitat. auceps retia clypeo tegit, & piſcator hamis fallacibus, hærentem eſcam rigido mucrone ſuſpendit (quod què ridiculũ dixeris) aquam è puteo petiturus, rubiginoſam galeam, ſordido fune connectit. denique nihil ſine armis hic agitur, quis ille pernox ululatus uigilum in mœnibus? quæ uoces ad

arma

arma cõclamantium: quæ mihi in ſonorum locum, quod blandis è fidibus exprimere con ſueueram, ſucceſſere. nihil incolis harum regionum inter ſe aut tutum uideas, aut pacatum audias, aut humanum ſentias, ſed bellum & odia, et operibus dæmonum cuncta ſimillima. His in locis pater inclyte, inter uolẽtem ac nolentem dubius, iam ſextumdecimum diem ago, & quantum poteſt in rebus omnibus conſuetudo, fragore militum, & ſtridore lituũ, cæteris in aciem concurrentibus, me ſæpè per hos colles uagum, uideas, atq; aliquid quod poſteritatem mihi conciliet aſsiduè meditantem. omnes me cum admiratione reſpiciunt, ocioſum, intrepidum & inermem, contrà ego omnes admiror pauidos, ſollicitos, & armatos. hæc eſt humanarum uarietas actionum, quod ſi forſan interroger, an hinc migrare malim, non facile dixerim, & ire iuuat, & manere delectat, Ad primũ pronior ſum, non quod hic moleſti quicquam patiar, ſed Romã uiſurus domo moueram. eſt autem ſecundum natũram, ut uſq; in finem uotorum, animus non quieſcat, ex quo maximè colorem mihi uidetur habuiſſe, opinio illa, quæ beatifica uiſione Dei, in qua conſumata fœlicitas hominis conſiſtit, defunctorum animas, tàm diù carituras aſtruebat, donec corpora reſumpſiſſent, quod naturaliter non optare non poſſunt, quamuis illa ſententia multorum, ſaniori iuditio uicta, & cum auctore ſuo, da ueniam quæſo, qui ualde eum, ſed non errores eius dilexiſti, ſepulta iam pridem ſit. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. XIII

Cauſas moræ apud Caprarum montem recenſet.

IN hoc ecce Caprarum, immò uerò leonum ac tygridum monte, quolibet agno mitior, Vrſus iſte tuus habitat, Anguillariæ comes, amator pacis, ſine bellorum metu, inter bella ſecurus, non ſine pacis deſiderio, hoſpitalitate ſecundus memini, conſilio uigens, blandè ſeuerus, & rigidè benignus in ſuos, pieridum familiariſsimus, & excellentium ingeniorum mirator elegãtiſsimus, ac laudator. Et ſecum non aduerſum, ut ille, ſed cõueniens moribus ſuis, nomen ſortita Agnes coniunx eius præclariſsima ſoror tua, de qua ut de Carthagine Saluſtius ait, ſilere melius puto, quàm parum dicere, ſunt enim quædam, quæ nullo melius modò, quàm ſtupore & ſilẽtio laudantur, horũ ex genere ſoror tua eſt, hoc concors & mite par coniugium, ceu roſas aut lilia totidem, notaui inter ſpineta ac tribulos odiorũ, horum ſuauitate utcunq; reliquorum temperatur aſperitas. Acceſsit diuinus & ſingularis uir, Iacobus de Columna, Lomberienſis Epiſcopus, germanus tuus, ad quem cũ aduentus mei nuncium præmiſiſſem, per literas quid me agere uelles interrogans, quomodo obſidentibus omnes aditus domus tuæ hoſtibus, non tuto uidebar Romam petiturus, Reſcripſit ille, congratulatus aduentui, & expectare iubens, paucis q; poſt diebus ad VII. Cal. Februarij affuit, cum Stephano fratre primogenito, cuius etiam uirtus eximia, magna quidem materia uatum, eſt, neq; amplius quàm centum armatis equitibus ſtipatus uterq;, non ſine ſpectantium horrore tranſiuerat, cum quingentos & eò amplius ſub hoſtium ſignis eſſe conſtaret, ſed ea, quæ ſæpè bellum conficit, fama ducum, interſtrauerat, cum his ego nũc generoſis ſpiritibus habito, tanta dulcedine, ut ſæpè alibi quàm in terris eſſe uidear, nec iam Romam magnoperè requiram, ibimus tamen, quamuis denuò dicantur, aduerſarij reditum, in urbem accuratius obſtruxiſſe. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. XIIII.

Ruinas Vrbis admirans obſtupeſcit.

AB urbe Roma quid expectet, qui tàm multa de montibus acceperit? putabas me grã de aliquid ſcripturum cum Romã peruenisſem, ingens mihi forſan in poſterum ſcribendi materia oblata eſt, in præſens nihil eſt, quod inchoare auſim, miraculo rerum tantarum & ſtuporis mole obrutus. unum hoc tacitum noluerim, contra ac tu ſuſpicabaris accidit. ſolebas enim, memini, me ueniendo dehortari hoc maximè prætextu, ne ruinoſæ urbis aſpectu famæ, non reſpondẽte atq; opinioni meæ, ex libris conceptæ ardor meus ille lẽteſceret. ego quoque, quamuis deſiderio flagrarem, non inuitus differebam, metuens ne quod ipſe mihi animo finxeram, extenuarent oculi, & magnis ſemper nominibus inimica præſentia. illa uerò, mirum dictu, nihil imminuit, ſed auxit omnia, uerè maior fuit

fuit Roma, maioreſq; ſunt reliquæ quàm rebar. iam non orbem ab hac Vrbe domitum, ſed ſed tàm ſerò domitum miror. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. XV.

Laudatoria.

SVnt qui Romanorum ueteres matronas ſingulas ſingulis laudibus attollant, & Lucretiæ quidem pudicitiam aſcribunt, Martiæ grauitatem, pium impetum Veturiæ, coniugalis amoris ardorem Portiæ, Claudiæ hilaritatem ſobriam, Iuliæ facetias & eloquentiam miliebrem, urbanitatem Ceciliæ, Liuiæ maieſtatem, Corneliarum alteræ generoſum robur animi, alteræ morum uerborumq; dulcedinem. ſunt & qui peregrinas ſuis laudibus proſequantur, honeſtatem in Penelope, in Artemiſia amorem immortalem, In Ipſicratea tolerantiam, In Thamyri fortitudinem, conſilium in Thætide, modeſtiam in Argia, pietatẽ in Antigione, in Didone conſtantiam admirantes. uellem ut duo laudatores, ueterũ, ſorores tuas Ioãnam et Agnetẽ cernerẽt haberẽt profectò in una domo ampliſsimã, laudãdi materiam, neq; fœmineis titulis conquirendis, per omnes terras & per tàm multa ſecula uagarentur. quicquid uſquam ſparſim quæritur, apud has ſimul inuenitur. Tu uiue, non uirtute tantùm propria, ſed magni Genitoris gloria, Fratrumq; concordia, & talium ſororum pietate fœliciſsimus. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ. V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS,

LIBER III.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. I.

Tule inſula.

PErambulanti ueterum confinia, acceſſu quidem aſpera, ſed amœna cum peruenieris, creber ſcrupulus ingenij pede calcandus eſt. hoc ſanè, quem tu tibi nuper iniectum ſcribis, ego iam pridem premor, quæroq; itidem, quanam mundi parte Tyle ſit inſula, quæro: ſed, ut uerum fatear, nec certo iudice, nec ad rem ducentibus coniecturis, aut ipſam, aut nulla inueniẽdi ſpem inuenio, & hæc tibi quidem, ex ipſis Britannici Oceani littoribus propinqor, ut fama eſt, ipſi q; ueſtigamus inſulæ ſcribo. pfectò unde uel antiquo literarũ ſtudio, uel noua ac ſollicita locorũ indagine, certius aliquid ſcribere poſſe debueram, ultimam quippè terrarũ eſſe nõ ambigitur, hoc Virgilius canit, hoc Seneca, hoc ſecutus utrũq; Boẽtius, hoc omnis deniq; ſcriptorum cohors, illud quoq; ſatis inter multos conuenit, in occiduo tractu ſitam, quã longiſsimè ab ortu ſolis & à meridie receſsiſſe. Cæterum nobis in occidẽte poſitis ſtimulos addidit, ipſa uicinitas, ſi ad orientem ſita eſſet, fortè non magis Tylẽ quàm Taprobanem curaturis, cũ uerò Britanniam & Hyberniam cunctas q; Orchadas in occidentali Oceano, ad aquilonem, in q; eodem Fortunatas inſulas, ad auſtrum, partim uſu, partim aſsiduo cũmeantium teſtimonio, nõ aliter penè quàm ipſam Italiam aut Gallias noſceremus circũſpicere, mirari q; cœpimus aliquanto q; ſcrupuloſius inquirere, ſicubi undis emergeret celebrata hæc omniũ literis inſula, quã in noſtro Oceano, & antiquorũ locauit auctoritas, & nũc etiam orientaliũ populorũ, ac totius orbis confirmat opinio, quid multa? Euenit huic, quod ſæpè claris uiris accidit, ut ubiq; ſint, quàm in patria notiores, per contra re occidentis accolas, indocti ipſum inſulæ nomen ignorant, literis uti q; clarũ nomẽ inſulæ eſt. Inſula uerò non minus ignota quàm uulgo, mihi quidem de hac re cum Richardo quondam Anglorum regis cancellario, ſermo nõ ocioſus fuit, uiro ardentis ingenij, nec literarum inſcio, & qui ut in Britannia genitus atque educatus, abditarum q; ũ rerum ab adoleſcentia ſupra fidem curioſus, talibus præſertim quæſtiunculis enodandis aptiſsimus uideretur, ille autem, ſeu quia ſic ſperaret, ſeu quia puderet ignorãtiam fateri, qui mos hodie

hodie multorum eſt, qui non intelligunt quanta moleſtiæ laus ſit, homini nato, nec noſſe omnia uolenti, profiteri ingenuè ſe neſcire quod neſciat) ſeu forte, quod non ſuſpicor, quia huius mihi arcani notitiam inuideret: reſpondit, certè ſe dubietati meæ ſatisfacturum, ſed nõ priusquàm ad libros ſuos, quorum nemo copioſior fuit, in patriam reuertiſſet, erat enim dum in amicitiam eius incidi, tractandis domini ſui negotijs, apud ſedem Apoſtolicam peregrinaus ea ſcilicet tempeſtate, quia inter præfatum dominum ſuũ, & Francorum regem prima diuturni belli ſemina pullulabant, quæ cruenta meſſem poſtea protulêre, necdum repoſitæ falces, aut clauſa ſunt horrea, ſed dum promiſſor ille meus abiiſſet, ſiue nihil inueniẽs, ſiue nouiter iniuncti pontificalis officij graui munere diſtractus, quamuis ſæpè literis interpellatus, expectationi meæ, non aliter quàm obſtinato ſilentio ſatis fecit. Ita mihi Tu le amicitia Britannica nihil notior facta eſt. Poſt annos uerò uenit in manus meas libellus de mirabilibus Hyberniæ à Giraldo quodam aulico, Heinrici ſecundi regis Anglorum, licet tenui rerũ ſtylo non rudi tamen uerborum arte contextus, quẽm ne totum bibliothecæ noſtræ foribus excluderem, breuis quædam ipſius particula promeruit, ubi de hac eadẽ inſula noſtræ ſimilis & operoſa dubitatio inſerta erat, itaq; ſimilitudo una ingenij, mihi totius operis commendauit, auctorẽ. aliquot ibi ſcriptorum ſententias attingit, quod inſularum Oceani, quæ circa Britanniam, quæue inter arcton & occaſum ſunt, extrema ſit Tyle. ubi æſtiuo nulla nox, brumali contra ſolſtitio nulla dies, ultra quàm pigrum atq; concretum iaceat mare. ad hæc Solinum & Iſidorum teſtes citat, ignotam nihilominus inſulam occidẽti, nullamq; huius uel naturæ uel nominis illic eſſe confirmat, ideoq; coniecturam ſequens, aut famoſam ſed fabuloſa inſulam exiſtimat, aut infinito ab alijs ſpatio ſecretam, nuſquam alibi, quàm in intimis borealis Oceani ſeceſsibus requirendam. Cuius ſententiæ aſtipulatorem facit Oroſium. Poterat & Claudium, ubi Hyperboreo damnatam ſydere Tylem ait. hoc tamen omiſſo, rem agit, & ad hunc ferè modum ille diſputat. Tu teſtes quos inducit examina, quam ſibi conſtet, & quanta ſit dictis fides intelliges: ego enim nunc à libris omnibus, quàm longiſsimè abſum, & id unum in hac peregrinatione moleſtiſsimum experior, domo egreſſus, nullum Latinæ linguæ murmur audio, domum regreſſus, comites libros, cum quibus loqui ſum ſolitus, non habeo, omne mihi colloquium cum memoria mea eſt. hæc igitur ex tempore & memoria ſcribo, ita ut de quibus illam hæſitantem uideo, ſilentio potius quàm calamo committenda crediderim. multa ſanè non aliter, quàm ſi ſub oculis libri eſſent, memini, quæ frequens horum cogitatio, mihi altius atque tenatius impreſsit. Plinium ille Secundum, fortè non legerat, quo nemo certius rem expreſsit, quam uerè definire non auſim, cum illud ſemper occurrat, quid ita omnibus habeatur incognita inſula tàm uicina, tàm celebris. ſed dicam quid ipſe Plinius Secundus, ſecũdo naturalis hiſtoriæ libro ſenſerit. Tylem eſſe inſulam, ſex dierum nauigatione in ſeptentrionem à Britannia diſtantem, ubi ſemeſtrem æſtiuum diem ac paris ſpatij brumalẽ noctem eſſe coniectat, & uiolento, quantũ ſibi uidetur, rationis argumẽto. & præterea neſcio quo Phocenſi Pythia Maſilienſi teſte utitur, quæ ſi uera ſunt, quantulum hinc abeſt Tyle ipſa quam quærimus, cuius apud Indos, ut augurer, fama ingens, apud nos notitia nulla eſt. Seruius quidẽ & ſi Grammaticus melior quàm nec Coſmographus uel Poëta, ſequẽs tamen priorum ueſtigia, ſuper illum Virgilij locum:

Tibi ſeruiat ultima Tyle:

ſic ait Tyle inſula eſt Oceani inter ſeptentrionalem & occidentalem plagam ultra Britanniam, Hyberniam, Orchadas. Vides ut unum ferè ſignum omnes aſpiciat, ut inter ſeptentrionem & occaſum, ac non procul à Britannia uario ſermone conueniant, ubi ſi corpore conueniſſent, re cogente, mutaſſent fortè ſententiam. Duo longius abſcedunt, à cæterorũ dictis, ſed an ad uerũ propius accedant, an propter diſtantiam nõ ita manu, ut aiũt, mẽdaciũ prendi poſsit, incertum eſt. horum alter Oroſius eſt, cuius ſuprà eſt mentio habita, alter uerò Pomponius Mela, nobilis Coſmographus, quem Plinius in multis ſequi ſolitus, hic neglexiſſe uiſus eſt. is enim toto anno, unum ſolis ortum, uerno, unumq; autumnali æquinoctio, occaſum atq; ita una die dũtaxat, unaq; nocte diſtinctũ anni ſpatium, Hyperboreis populis

populis aſsignat, primus in littore Aſiatico ſuper Aquilonem Ripheoſq; montes habitantibus, omnium (ſiquid ſibi credimus) mortalium innocentiſsimis fœliciſsimisq;, Tilem autem inter Oceani inſulas, Belgarum littoribus oppoſitam teſtantur, noctes ibi breues, hyeme quidem fuſcas, æſtate lucidas, ſolſtitio nullas. Adeſt tanta diſcordia, ut mihi quidem nihilo uideatur occultior inſula ipſa, quàm ueritas. ſed benè habet, quia qđ laborioſè quærimus, impunè neſcimus. Lateat ad Aquilonem Tile, lateat ad Auſtrum Nili caput, modò non lateat in medio conſiſtens uirtus, & huius uitæ breuis ſemita, per quam magna pars hominum palpitando titubandoq; proficiſcitur ad incertum finem ambiguo calle feſtinans. ne ergo nimis magnam operam impendamus, in inquiſitione loci, quem forſan inuentum cupidè linqueremus, claudenda iam epiſtola, & rempus curis melioribus impendendum eſt. hæc ſunt, quæ de hoc ambiguo tibi, nũc ex ipſa (ut ita dixerim) inquiſitionis area, excutere potui. reliqua à doctoribus exige. mihi quidem, ſi hæc ne latibula rimari, & addita noſſe negatum fuerit, neipſum noſſe ſufficiet. hic oculos aperiam, hic figam intuitũ, orabo eum qui me fecit, ut ſe mihi neq; ſimul oſtendat & (quod uotum ſapientis eſt) notũ mihi faciat finem metum. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. II.

Curat hominum ſuperuacuat eſſe.

QVid ad literas tuas dicam? Vereor ne humanorum torrens rapidiſsimus, eorũ amicum noſtrum, fundo aluei rotatum, cum uniuerſo rapiat. ſeneſcit, ut uides, inter ludos atq; præſtigia fortunæ, multa ſibi promittens, quæ, mihi crede, nunquam uenient. Vna tamen excuſatio eſt: omnes idem ferè morbus habet, quem inuenies, qui nõ ſæpè craſtinæ quietis hodie laboret? hæc fœlicitas, hæc mortaliũ uita eſt, mirus furor, nec miror ideò quia publicus, hiare inuentis, & certis bonis abiectis incerta ſectari ignorant homines, quãtum lucri ſit ſpes inanes, & fallaces perdere. Nulla, grauior ſarcina, nulla tamen triſtius deponitur, uſq; adeò malis etiam proprijs delectamur. Laborat ille quidem & ſuſpirat & anhelat ſuperuacuè, & contra Flacci ſententiam. Terras alio calentes ſole permutans, breui fortis iaculatur æuo multa. nõ accuſo in alijs, quod in nobis excuſo, tulit & nos multa uidẽ di ardor, per terras ac maria, & nunc maximè ad extrema terrarum, ea me uoluptas traxit, pellente hinc tædio rerũ, morumq; odio, quo rurſum dura neceſsitas retraxit, nudiuſtertius applicuit, & cum multa inde ſibi ſcripſerim reuerſus puluerulentum calamum, tuo primum nomine deterſi. Amicus autem noſter non ut doctior redeat, nullum mundi littus in acceſſum ſinit, & omni uento caducæ frõdis more circumuoluitur, ſuſpiriorum eius nullus, ut auguror, finis erit, niſi qui uitæ. hoc ſibi uerbis meis dicito. Raro quidem præmeditata ſuccedunt, ſed finge ſuccedant, creſcit cum fœlicitate miſeria, id haud difficilè perſuaderi poſſet experto, niſi conſuetudo peſſima, aures ſalutaribus uocibus obſtrueret. ſed ipſe de ſe uiderit, tu uerò cœptum tene, & ne turba delirantium animum à propoſito cõuellat caue. Senecæ, immò uerò ipſius naturæ uerbum eſt. Nec multo opus eſt nec diù. Vale.

Fran. Petrarcha Stephano Columnæ Iuniori, S. III.

Vſum uictoriæ non amittendum eſſe.

POtuiſti uir fortiſsime uincere, ſcito ſapientiſsime uir uti uictoria, ne quis, unquam noſtrum tibi poſsit obijcere, quod Cannenſi quondam die Maharbal Hannibali, qui ſi conſilio obſecutus, recto calle ab acie Romam, ſanguine noſtro rorantia ſigna uertiſſet, quæ'nam ſit hiſtoricorum opinio, non ignoras. ſed illius impijs auſibus, obſtitit Italiæ fatuens Deus. Idẽ pios adiuuans conatus, aciẽ tuam comitabiẽ, diriget, ſe duce uictricia ſigna nõ deſeret, ille tibi nunc perpetuã uictoriam ultimũq; tuorũ hoſtiũ exterminiũ pollicetẽ, qui de tot olim Barbaricis legionibus, piã paucitatẽ Theodoſij principis ſaluam fecit. & tu profectò iuſtiſsimam cauſam foues, & qui illius tunc iuſtitiæ fuit, tuæ nunc teſtis eſt CHRISTVS, deuotiſsimè tibi diebus ac noctibus inuocandus, ut peragat q; incepit, nõ equidẽ procul ille, ſed tecũ eſt & tecũ erat (mihi crede) dũ uinceres. alioqn quonã modo cũ paucis tantũ fudiſſes exercitum, atq; unus duos ſupbiſsimos hoſtes, incautuſq; ide ac propè ſemiermis,

ſemiermis,præmeditatos illos,& inſtructos inopino marte tàm celeriter oppreſsiſſes:aderat proculdubiò cœleſte præſidium,aderitq; quotiens non mutata iuſtitia, partis tuæ piæ reuerenterq; poſtulabitur. I tanto ſecurus duce, & de cæſorum ſanguine renaſcentem puerum,Eccleſiarum ſpoliis oneratum, prædam uerius ſcito eſſe quàm prælium, prior nempè uictoria,ut glorioſa ſic inops fuit,hæc tàm opulenta quàm facilis,uade igitur,ad certam uictoriam, potius iam ad ambiguũ certamen, & uade non tàm proprijs uiribus,quàm diuino fiſus auxilio. Ipſa pro te etiam elementa pugnabunt,quæ pro Theodoſio pugnauerunt (quod que ait Claudianus)

Tibi mittet ab antris
Æolus armatas hyemes,tibi militat æther.
Et coniurati uenient ad claſsica uenti.

Nam & tu quoque cum crucis hoſtibus,licet CHRISTI nomen uſurpantibus,bellum geris,quod ſic eſſe nouus Eugenius ex agno lupus, tyrannus ex clerico, oppreſſæ ac nudatæ per Italiam teſtantur Eccleſiæ. Te non tuarum magis,| quàm ſuarum iudicem offenſarum poſcit læſa diuinitas, noli geminæ deeſſe uindictæ, neque in his quæ geſta ſunt, ſpem uſque adeò poſueris, ut quæ ſint gerendæ non uideas. aliquid eſt actum, immò multum, immò plurimum,immò nihil cum principio finis deſit,Ne quæſo cum uictoria uti poſsis, frui malis,qua in re noſtro quidem optimo,ſed peſsimo facto ſuo,erraſſe tantus ille militiæ magiſter arguitur. Quamuis autẽ unum illud omnibus bellorum ducibus qui ſunt,quiq; erunt omnibus ſeculis,abundè cautionis ac documenta præſtare debeat,ne tamen in tàm magno negotio,unius exempli commemoratione mouearis,& noſtra & peregrina ſubijciam. Magnus Pompeius ad Dyrrhachium uictor, Iulium Cæſarem propè captum, dũ retinere poſſet,abire permiſit, ſiue ignorantia rei bellicæ in duce probatiſsimos, ſiue fortuna familiari ſuo,in extremis neceſsitatibus opem ferens,ſiue(quæ uulgatior fama eſt)mira prorſus atque utinam fœlix humanitas illa fuit,ex qua mox in Theſſalia calamitas publica, & in Aegypto ducis ipſius mors miſerabilis conſecuta eſt, & in Africa Catonis ſimul ac libertatis interitus,& in Hiſpania triſtis reliquiarum ſtrages,& Romæ ſpoliatum ærariũ oppreſſæ leges,atq; ibidem ſuccinctus ferro abdito Senatus, & uictor in Capitolio,quod quatuor triumphis ornauerat interfectus. Hinc Peruſij ac Mutinæ grauis obſidio,et crudeliſsima Parmenſium clades,cuius in Philippicis Cicero meminit, & Pharſalia noſtro ſanguine rurſus infecta,& ſub Leucadio atq; Actio uerticibus, illa ingentia bella naualia. Poſtremò inde uſq; in ſeculum noſtrum,tantorũ ſeries malorum,ut impoſſibilis enumeratio ſit,& amara memoria,nec dum miſeriarum finis ullus appareat. quid de Cyro rege Perſarum loquar, qui (ut propriè dicam) uictor in prælio in uictoria uictus fuit? quid de Alexandro Macedone,qui bello incolumis,in conuiuio periit? Agemnõ non famoſum illud ac ſuperbum Ilion ſtrauit,Africanus minor noſter (ut ita dixerim) Poliorchætes Carthaginem atq; Numantiam funditus euertit,uterq; in bello,quàm poſt uictoriã tutior,militiæq; fœlicior quàm domi,quos nõ minus moribus quàm locis, temporibusq; diſtantes,ſciens, in hac breuis epiſtolæ parte coniunxi,quod propè par fatum, atq; idem amborum exitus uideretur,uictores hoſtium,quiſq; ſua perdomita ac ſubacta barbarie,inter amplexus nefandiſsimarum cõiugum periere. Nihil hæc, fateor, ad noſtrum propoſitum.itaq; rem omniũ ad unum finem deduco, ut oſtendam multa etiam uictoribus metuenda. nuſquam igitur geſtarum rerum fiducia ſubſiſtendum,prodendumq; longius aſsiduè,ac more Cæſareo urgendum impigrè ſucceſſum,inſtandumq; fauoris numinis,credẽdumq; nihil actũ, dum agendum aliquid ſuperſit,alioquin multis bello ſuſpectiorem fuiſſe uictoriam,& uerendũ ualdè,ne melius fuerit non cœpiſſe,q̃ cœptũ medio procurentis facti calle deſerere. Vale.

Fran.Petrarcha Stephano Columnæ Iuniori, S. IIII.

Literas & carmen miſiſſe indicat.

DE uniuerſo rerum tuarum ſtatu, quid ſentirem, breue| quiddam tibi, bellaciſsimè Vir,materno pridem ſermone conſcripſeram,ut poſſet militibus etiam tuis innoteſcere,tecum in partem laboris & gloriæ profecturus. Subinde autem patiente nouí aliquid ſemper

ſemper ingenio, eidem tibi carmen,ex meo alieno q̃ contexui,ea lege,ut primus meus, ſecundus alicuius probati Poëtæ uerſus eſſet,atq; ita,ut legẽtem non ſententiarũ modo arti ficioſa connexio,ſed uerborum quoq; cõſonatia delectaret. qua in re,ceu nouí poëmatis (tenui licet inuentione) gloriabar,donec miſſo iam carmine deprehendi,alios ante me hoc genus attigiſſe uerũq; quod Hebræus ſapiens dixit: Nihil nouum ſub ſole,quod quíe ait Comicus Poëta:

Nihil dictum:quod non ſit dictum prius.

Nouiſsimè per nuncium Stephani Senioris,magnanimi patris tui, quo plures uirtuti ſtimulos incuterem,ſcripſi oratione ſolita & libera,quam ſi habes.nihil eſt quod mutem, nihil quod adíjciã, quãuis enim multa ſe offerant,tamen ſapiẽtem monuiſſe ſatis eſt. Vale.

Fran. Petrar. Stephano Columnæ Iuniori, S. V.

Solitudinem experientia laudatam.

POſtulas tibi ſtatũ uitæ ſolitariæ, quẽ hac ætate ſecutus uideor(ut aſſeris) præter morẽ hominum noſtrorũ, breuibus uerbis exponi, utrum imitandi an irritandi auidius,neſcio,tu ſcis cæterũ quã magnã rẽ, iter anguſtias cogi,ac breuiter dici uelis,forſan ignoras. ſunt de hoc ipſo diſertorũ hominũ libelli,nec tamen(quantum mihi uidetur) à quoquàm ſufficienter adhuc laudata res eſt,de qua ſæpe mihi fateor,ſcribere aliquid impetus fuit, & feciſſem,niſi quia nõdũ aut ingenio aut ſtyló, aut rerũ notitiæ ſatis fido, quod ad te preces quíe tuas attinet,ego quidem,ut nunquã æquis auribus laudatorẽ uitæ huius audiam, niſi qui primo dulcedinẽ eius aliqua ex parte guſtauerit,cũ innumerabilibus bonis hæc affluat,quæ nec audiẽdo nec legendo,denicq; nec aliter quã experiẽdo diſcũtur, ſic fruſtrà quenquam doceri,uelle rear,niſi eadem experiẽtia magiſtra. quid enim refert, quanto eloquio res agatur,aut non intellecturis qui audient,aut minimè creditu ris? tu itaq; ſi te ſolitudinis meæ admiratio,& mirandi ſtudiũ trahit(ut prædicas)noli me curis alijs intentum fatigare, nolli narrationem imparem rebus expoſcere,ſed ſi modo tu(quod ego quía ualde uereor, ſæpe repeto)pura mente diſcendiq;, nõ temptandi animo interrogas,ueni & uide, quodq; ipſe tibi debere potes,alteri ne de beas. Deſine tuarũ auriũ prurítũ, alieni ſermonis unguẽtibus ſcalpere,leuioribus fabellis idem conſequi non prohiberis,idq; fiet honeſtius, quàm ſi tractatum rei grandis extorqueas,ad nihil aliud aut anuenti profuturum,aut petenti,quã ut legentis intentio culpari poſsit,& ſint ſcribentis uerba contemptui. Vale.

Fran Petrarcha Stephano Columnæ Iuniori, S. VI.

Summa fœlicitas quæ.

QVid in quæſtione propoſita ſentiendum putes,ipſe uideris,nec ætas, nec librorũ lectio,nec rerum experientia defuerit,apud me quidem rerũ nõ honeſtarũ, uel ſola conſultatio turpis eſt,ſi ſentẽtiã extorques,abſit à me non modo ſummũ,ſed (quoniã & in hac opinione Stoicus quã Peripateticus,& in omnibus Stoicus,multò quàm Epicureus eſſe malim) ne aliquid quidem bonum in diuitijs,aut in uoluptate reponere, commoda ſunt hæc,& adminicula uitæ mortalis,itaq; illud fortunæ,hoc corporis bonum uocant. Bonũ uerò quod quærimus in animo eſt nec corpori ſeruiens,nec fortunæ,cætera uocari bona fateor,ſed nõ eſſe contẽdo. Neúe me forſan errore lapſum putes,inaduertẽter hoc dicere,nõ ſum neſcius quid de hac re Ariſtoteles, quid Epicurus ſentiat, ſed philoſophantium auctoritas non impedit iudicij libertatẽ. mihi illa Philoſophorũ diuinorũ,ueriorq; ſententia uidetur. Beatos eſſe nõ poſſe, qui bona diuidãt tripartito. Vnũ bonũ eſt,unũ quod fœlices faciat,ueſtra quidẽ nimis inops & emẽdicata fœlicitas eſt,ad quã,nõ modo forma corporis,& pſperior ualitudo,ſed diuitiæ etiã admittuntur,ſeu potius exiguntur,nimis furum inſidijs expoſita,nimis denicq; ſollicita ſemp ac trepida,quo nihil eſt à fœlicitate remotius. Nã illa Epicuri in uoluptate conſiſtens,nõ ſolũ nulla fœlicitas,ſed extrema miſeria eſt. qd enim homini miſerius,quàm bonũ bono pecudis,hoc eſt rationẽ ſenſib. ſubſtrauiſſe? ſed non'ne ego parum ſani capitis uidebor,qui inter tantas partes,ſuper lite tàm dubia iudex non electus acceſſerim,credat igitur,quiſque quod credidit,durũ eſt enim ab inueteratis

opinionibus auelli, extant de his Phōtum tractatus uarij, quorū uix nomina epistolæ clauderētur angustijs. extat integer Ciceronis liber, qui de Fine bonorū & malorū inscribitur, quem cum legeris, nescio an quicquā uel auribus uel ingenio relictū sit, quid requirendū putēt. sed quoniam à me, non quid uerum (id enim fortè abditum est) sed quid mihi uidere tur postulasti, Breui rē omnē fine concludo: Noli iniquis cōsultorib. aurē prebere, neq; famam neq; salutē tuā diligunt, id tantùm cōsulunt, q̄ uel sibi eligerēt, uel tibi gratum putāt, tu uerò nihil præter honestum cogitare, nihil in bonis numerare debes, at utile lucrum est, ita prorsus, si cum honestate coniunctū sit: alioquin nil noueris esse posse damnosius. Vulgatum est, quid de hoc ipso in Officialibus libris Cicero idem disputet, sed magnā pars legentium rerum negligens, solis uerbis inhiat & præcepta ultæ, iuditio aurium, quasi totidem fabellas amplectitur, tu memento illic, nō linguæ, sed animi negotium agi, hoc est nō Rhetoricos, sed Philosophicos esse sermones. Stet ante oculos id q̄ Athenis olim Atticis uotū fuit, & Themistoclis consilium, & Aristidis interpretatio, & iuditium concionis, proinde quamuis uulgus irrideat, ac demum lege, emolumentum non aspernor, si nihil p̄bri mixtum affert, si secus, nō aliter aurū quàm scopulū uitabo. Aurū enim, ut ait Plautus,

Multa multis sæpe suasit perperam.

Denicq; (ut eodem cum auctore concludam)

Non ego omnino lucrum omne esse utile homini existimo. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Messanensi, S. VII.

Mediocritatem amplectendam.

QVamuis non sim nescius, quantò plus sub multorū, quàm sub unius imperio Romana res creuerit, multis tamen & magnis uiris uisum scio fœliciss imum Reipub. statum esse, sub uno eodemq́ iusto principe. ita pugnare simul auctoritas & experientia uidentur, sed maior est quæstio, quàm ut tàm breui sit explicanda literula. certè ut nostrarum rerum præsens status est, in hac animorum tàm implacata discordia, nulla prorsus apud nos dubitatio relinquitur, Monarchiam esse optimam relegendis reparandisq́ uiribus Italis, quas longus bellorum ciuilium sparsit. hæc ut (ego noui fateorq́e) regiam manum nostris morbis necessariam, sic te illud credere nō dubito, nullum me regē malle, quā hunc nostrum: cuius subditione uiuimus, adeò suauiter ac tranquillè, ut nec Pyrrhi humanitatem, nec fortunā Alexandri, nec Zeleuci iustitiā, nec, ut Romanis potius exēplis utar, Romuli ardorem, nec Numæ religionem, nec Tulli militiam, nec Anci magnificentiam, nec Tarquinii habitum, nec Seruij prouidentiam requiramus. & profectò si regem à tyranno sola iustitia discernit, iste rex uerus est, quemlibet tyrannum uocent, uerissimi omnium tyranni, qui se Patres Patriæ dici uolunt, cum quibus nullus Phalaris, nullus Agathocles, nullus Dionysius, nullus denique Gaius aut Nero omniumq́e fœdissimus Helioga balus, possit de impudicitia, feritate contendere. Sanè quoniam prudentis est, non tàm quid delectet, quàm quid expediat aduertere, inq́e hoc ipso non principia rerum, sed exitus contemplari, tibi cuius ille consilijs agitur, optimo consilio, cuius de prudentia & fide dubitari nusquàm sinis, tibi, inquā, amice, cuius animus meus notus est, hoc rusticū fortè sed fidele consilium dedisse uelim, ut suadeas sibi, fines suos satis patere, siue opes siue gloriam spectet. cupiditati nihil est satis, illa eum, non fallat promissis ingentibus, aurea mediocritas est in omni fortuna humana quidem fœlicitas, nullo sibi fine proposito progrediendi auida, & in infinitum tendens, ut solicitudinis plurimū, sic nihil solidi, nihil certi, nihil quieti habet. ideoq́; semper mihi placuit Africani modestia iunioris, qui censor lustrale carmen, quo à dijs Romanæ fœlicitatis augmentum poscebatur, uelut nimiæ cupiditatis plenum, & ipsis importunum deis mutari, & ex illo nō aliud, quàm status, qui tunc erat stabilitatem solam iussit exposci. Sobriè quidem ac prudenter, si & mortalia consistere scirent, & ab omnipotenti Deo petitum esset, quod à dijs fallacibus petebatur. multa hic dici posse uideo, sed quid opus est uerbis? cuides animum meum, quid cupiam, & quid metuam nosti, audio illum nouas res moliri, opto fœliciter, si pergit, sed malo desinat, tutior enim uia est. Oppone te oro principijs, ingere sibi illud abstinentissimi ducis, Romanos nō tàm aurum habe

aurum habere, quàm imperare aurum habentibus, uoluisse. Id si de auro rectè dicitur, quod addi potest, quid de terris atque urbibus? item q́e si de hostibus rectè dicitur, quid de amicis dices, quos non coacto, sed spontaneo modereris imperio? quorum non terris modo uel aurum, sed corpora, sed animos pleno iure possideas, cum honestius, tum tutius est, amicos habere quàm patrimonium amicorū: & ubi uolentibus possis, stultū est uelle nolentibus imperare Philosophorū, quinpotius naturæ uox est. Nihil uiolentum diuturnū. modestos regni fines, facile tueāre, immensum imperium, difficile quæritur, difficilime custoditur. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Messanensi, S. VIII.

Præterita & futura anxiè non curanda.

ABiiciamus oro si possumus, & tristem præteritorū memoriā, & anxiam sollicitudinē futurorum, torquēt enim de nihilo, & geminis uelut aculeis, uitæ nostræ requiē hinc inde perturbant. quid anhelamus? quid affligimur? nec transacta mutari possunt nec uenientia præuideri. quid Mathematicis opus, aduersus quos, non modo sanctorū sed Philosophorū & Poētarū, & omniū uera sentientium, clamat auctoritas? & ut pluriū philosophica præteream, peruulgato Maronis testimonio:

Ignaras uatum mentes quis ignorat? Scitum est illud Actij:
Nihil, inquit, credo auguribus aures uerbis ditant.
Alienas, suas ut auro locuplent domos.

Nec minus illud Pacuuij uetustissimi Poētæ:

Nam quæ si uentura sunt præuideant, æquiparentur Ioui.

Nec tu Poēta à Philosophia putes hac in re diuersum. sic enim ait Esaias: Anunciate quæ futura sunt in futurū, & sciemus quia Dij estis uos. Fauorini igitur doctissimi uiri Ciceronianum, magna ex parte consiliū, quo nos utercq; ab his omnib. præstigijs, at fallacis dehortatur, nō admittēdū modo, sed ampliandū censeo. aut enim promissores hi, qui uenturi noticiam pollicētur, aduersa falso prænunciāt, & frustrà nos inani terrore compleuerint: aut uerè & ante tēpus miseros fecerint, rursus aut læta uerè, & duplex est incōmodū: fatigatio expectationis, qua nescio an ulla sit maior, & deliberatio gaudij cū uenerit, siue ut ipse uocat præfloratio. quod quidē antequā ueniat sperādo & mente præoccupādo iā dudū fere cōsumptū sit, aut falso, & inanem profectò ridiculāq; lætitiam, certū est, spei perditæ dolore mixtoq; simul pudore desinere. Audiēdi ergo penitus nō sunt, impossibilia quidē sibi, nobis etiā inutilia promittentes. quid uero quisq; sibi dixisse CHRISTVM putet, quod Amphitryoni uerò Iuppiter apud Plautum:

Bono animo es, adsum Amphitruo auxilio tibi & tuis.
Nihil est quod timeas, hariolos, aruspices,
Mitte omneis, quæ futura & quæ facta eloquar.
Multo adeò melius quàm illi.

Non quidem, quia sum Iupiter (ut ait ille) sed quia sum Deus. Ille sanè multa nobis ad aurē cordis assiduè loquitur, quē si audire uoluerimus, facilè poterimus horū circulatorū promissa cōtēnere. mors certa est, hora moris incerta, ut omnē horā uelut ultimā expectemus, hæc salutariter nosse satis est. Quæ igitur horū impudētia, quæ nostra demētia, ut multa caligine obsiti, solisq; Deo cogniti, uenturi tēporis denūciatione nos cruciēt? est. unū fateor, in hac tota uanitate mirabile, q̄ cū in reliqs ualde ueridicus quisq;, uno insigni mendacio subeat mendacis infamiā, hic quantūuis mendax, una fortuita ueritate, ueridici famam consequitur. Miratur hoc Cicero alijs licet uerbis, in eo libro, quo exiguo in spatio diuinationem edificat euertitq;, Augustinus aūt. & sæpè aliter & in libro diuersarū quæstionū, maximè aduersus eos loquens, qui nūc (ut ipse ait) appellantur Mathematici, uolētes actus nostros corporibus cœlestibus subdere, & nos uendere stellis, ipsumq; pretiū quo uēdunt, à nobis accipere, rationē affert. Cū aūt multa uera, inquit, eos prædixisse dicatur, ideò fit, quia nō tenent homines memoria, falsitates erroresq; illorū, sed nō intenti, nisi in ea, quæ illorum responsis prouenerunt, ea quæ nō prouenerint obliuiscuntur, & ea commemorātur, quæ non arte illa (quæ nulla est) sed quadam obscura rerum sorte contingunt. quod si peritiæ illorum uolunt tribuere, dicant artificiosè diuinare, etiam mortuas membranas scriptas

quaslibet, de quibus plerunq; pro uoluntate fors erit. quòd si non arte, de codicibus exit, sæpe uersus futura prænuncians, quid mirum, si etiam animo loquentis, non arte sed forte exit aliqua prædictio futurorum? hæc ultima quidem Augustini sunt, quæ hinc auctoritas hominis commendat, hinc fides. Horum uerò fallacijs omnibus, quid putas aliud uiam secit nisi uulgaris insciti a & infinita cupiditas, ne dicam rabies, sciendi ea tantũ, quæ nec sciri possunt & scire non expedit? tu ergo genus hoc hominum temerarium & procax, ac tranquillæ uitæ contrarium fuge, ut quantum possibile est, breuissimum hoc tempus, sine superuacuis & inanibus curis agas. sic enim habeto, donec superstitionum pondus abieceris, beatã uitam poteris optare nõ assequi, cõtraria se uicissim trudunt, nunquam metus & & fœlicitas cohabitant. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Messanensi, S. IX.

Ebrietatis incommoda.

TAceo quæ aduersus ebrietatem copiosissimè dici possunt, quàm fœda, quàm periculosa, quã tristis ægritudo est, quantus q; furor sciẽter obruere atq; enecare spumanti dolio rationẽ, quod singulare ac præcipuũ habet hominis natura, neq; pedes, neq; linguã, neq; animum in potestate habere, tremulum caput, instabiles manus, stillantes oculos, grauem corporis odorem, & pridiani meri reliquias crastino insultantes. Taceo libidinis regnum, uirtutis exilium, uulgi fabulam ac risum, bonorum odium atq; contemptum, mutationem repẽtinam, sileo & quamlibet doctorum instantiã, ac cuiuslibet ætatis infantiam, omnium iocis ac fraudibus omnium q; ludibrio expositam, rimulas quoq; mentis oppressæ ac futilis, & graui pondere fatiscentis. unde secreta effluunt, sæpe cum propria, sæpe cũ aliena perniitie, quæ multis, mortis & extremæ miseriæ causa fuit, luctum præterea & inane gaudium & contentiones & iurgia, & præcipitiũ, & incautos congressus inermium cũ armatis. hæc ut nota, inquam, & uulgata prætereo. Est Apulei Madaurẽsis liber, qui inscribit Floridorũ, ibi quid primus crater agat, quid secũdus, ac deinceps faceta narratione disseritur, cuius sententiã non muto sed extendo. Nescio enim, cur aut quomodo plus hodie bibitur quàm olim. utinam q; hic luxuriæ modus esset, quocũq; te uertas fragiliores ad uirtutem, fortiores ad uitia facti sumus. secundum me igitur, primus crater pertinet ad sitim, secundus ad lætitiam, tertius ad uoluptatem, quartus ad ebrietatem, quintus ad iram, sextus ad litigium, septimus ad furorem, octauus ad somniũ, nonus ad morbũ. hæc illi Marco Bibulo, collegæ nõ Iul. Cæsaris, sed tuo, cuius assiduè cum uitijs lasciuia q; litigas, si profutura credideris, meis uerbis dicito, si forte sibi irreprehẽsibilis uideꝰ, eo quòd nondũ ad ebrietatis extrema pertenerit, sciat plus esse è sobrietatis ac modestiæ fastigio, uel modicum descendisse, quàm ubi semel labi cœperis, in fundum excidere. gradatim subeunt uirtus & nequitia, nemo uel optimus uel pessimus fit repentẽ. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Messanensi, S. X.

Ad bellum hortatur amicum.

FIdes silentium interrumpit, charitas loqui cogit, testor CHRISTVM, coactus ad scribendum uenio, quæ si eodem animo lecta fuerint, quo scribuntur, poterunt & mihi apud te beniuolentiam augere, & tibi gloriam apud gentes. quoniam enim non dissimulare possum, si nõ falsum amicitiæ nomen gero, quin te magnis periculis circumuentum, uel dormientem excitem, uel commonefaciam uigilantem: uides quàm graue bellum inter Gallũ Britannũq; reges oritur, nulla proculdubiò tãta res, ab auorũ nostrorũ tẽporib. certè nec ab atauis, proauorum in Europæ finibus apparuit, aut tàm latus gloriæ campus, fortibus uiris oblatus est. cuncti reges ac populi suspensi, ad tantæ contentionis euentum, præcipuè qui ab alpibus Italiæ ad occeanum incolunt, quos ingens uicini tumultus excitat fragor, in armis sunt, tu solus tanto sub turbine dormis, te quidem Virgiliana premit increpatio, & tibi cœlo missus nuncius exclamat:

Potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis?

Profectò si nihil aliud quã pudor obstreperet, debebas celerius expergisci. qua enim frõte, quo

te, quo animo cæteris ad æstiuum solem, sub galea & umbone degentibus, tu procul ab agmine uirorũ, fœmineaq; circumstipatus acie, conquisitis pastus epulis & molli ueste contectus, umbra torpes & ocio? homo olim (ut putabam) auidus honoris & gloriæ, homo potens & nobilis, homo iuuenis & robustus, quid oro te impedit. Munditias amas, re fugis labores, sed audi fortissimi uiri uerbum à Salustio relatum: Munditias mulieribus, laborem uiris conuenire, sitim metuis, & calles arenosos & serpẽtes sub leone terribiles? sed alterius, & si minus bellicosi, nõ minus fortis uiri dictum accipe: Serpẽs, sitis, ardor arenæ, dulcia uirtuti, gaudet patientia duris. at mortem gladiosq; formidas? sed & hic uerbum illud occurrat alterius uiri fortis:

Mors ultima pœna est
Nec metuenda uiris.

Non plus inquam metuenda quàm somnus aut requies, quid enim inter mortis & originis diem refert? immò uero largiter, ille nos humanæ uitæ laboribus inuoluit, hic liberat, hinc ille mos, ex intimis philosophiæ penetralibus eductus, in suorum ortu lugentiũ atq; in morte gaudentium. Sed ne ab opinionibus uulgarium recedamus, à quibus tamen, si ad salutem pergimus, q̃ longissimè recedẽdum est, detur timendã esse mortem, & illud uulgatissimum Aristotelis audiatur: Mortem esse ultimum terribiliũ, qui & ipse quoque consulto, non maximũ dicere, uoluit sed extremum. sed esto, sit maximum, putas ne illam ideò uitare, quia bello abstines aut mari? notum & illud alterius Poëtæ:

Frustrà cruento Marte carebimus
Fractisq; rauci fluctibus hadriæ. Frustrà per autumnos nocentem,
Corporibus metuemus austrum.

Quamlibet exactam curam nostri corporis habentibus, moriendũ est, sed prolatãdæ mortis studium, solet esse mortalibus fateor, & excusationem publicæ imbecillitatis agnosco primum, oro te, quantula ista dilatio est, deinde quot, & quam duris casibus expositа, quã multis uixisse nocuit, & uitæ gloriam imminuit mors dilata? quotidianis exemplis abundamus, sed reuerentius antiqua commemoro, nostra quoque libentius quàm externa. si paulò minus Tullus Hostilius uixisset, ictus fulmine non fuisset, paucos annos detrahe Tarquinio, rex mortuus erat, ille non exul. Appio Claudio uita longior cæcitatem, Mario carcerem & degenerem fugam, latibulum limosæ paludis attulit. quid Pompeio Magno clarius, nisi splendorem tanti nominis, uitæ diuturnitas, & quæ illam secuta est mortis indignitas obscurasset? quid de duobus Africanis dicam, quanto melius putas, alter ante mœnia Carthaginis, alter ante portas Numantiæ perijsset? non primus ingratam patriam exilio indigno & famoso epigrammate secundus inultæ mortis iniuria condemnasset? ipse Cæs. Augustus, quem ex omnibus fœlicissimum iudicares, quãto fœlicior moreretur, priusquàm filiæ iam senescentis adulteria & quas execrari solitũ accepimus, uomicas suas inciperet numerare? omitto Regulũ Catonẽ, & reliquos, quos nobilis mors illustrat, quam uis in Catone diuersum à nostris sentire cogar. de Cicerone loquor & Seneca: Nolo ante ciuile bellum obierit, ne constantiæ suæ, testes fide dignissimi detrahantur, labor ac discrimen miror intrepidum, miror colluctantem anguibus, miror arenis Libycis oberrantem, laudo animi robur, contumaciã, laudo libertatem, accersitam mortẽ desperationẽq; non laudo. ne autem me forsan extrema putes exempla negligere. clarior Pyrrhus, clarior Hannibal moriturus erat, si sepulchrum ambobus Italicum contigisset, infaustus utriq; reditus in patriam fuit. clarior Cyrillus si ante moreretur, quàm Scythicos fines, clarior Brẽnus uester, si prius quàm Delphicum limen attigeret, quid uenenũ Mithridatis? quid uarietatẽ Alcibiadis? quid Themistoclis exilium? quid Aristidis catenas? quid incendium Crœsi loquar? raro uita longior, coæquauã fœlicitatẽ habet, quæ ubi occidit, nõ sufficit infœlicem esse, nisi præsens calamitas transactæ fœlicitatis memoria, recrudescat. Etsi nihil nobis accidat uiuendo, tamen multa spectare cogimur in nostris, quæ nos beatos esse non sinat. fœlix hinc abijsset Priamus, fœlix Pileus, fœlix Nestor, si filios præcessissent. & ut alterius generis

generis exempla non deſint, non Socratem uenenatus calix, non Euripidem canes, non Demoſthenem ac Ciceronẽ gladij conſumerent, non obliuio Meſſalam, non Plotinum lepra peruaderet, ſi opportuna mors, inſtantes miſerias præuertiſſet. exemplorũ uerò iã ſatis eſt, in re præſertim non ambigua. Vides igitur ut longioris uitæ cupiditas cæca eſt, bona mors optãda eſt, in qua falli neminem poſſe conſtat, neminẽ pœnitere, ſed quoniam uſus obtinuit, nocitura paſſim, & in caput noſtrum recaſura cõcupiſcere, liceat optare cum populo, an tamen ignauiæ ſemita ſperas ad optatum, prouehi? Largè quidem falleris quàm multos ſopor immodicus oppreſſit, quos labor & uigiliæ præſeruaſſent, quàm multos uel necauit crapula, uel ſuffocauit ebrietas, q ieiunio ſalui forẽt. uulgatũ eſt, Plures cœnam oc cidere quàm gladiũ. quocunq; ciborum genere nutritos, quo cũq; terrarũ angulo latitãtes, mors inueniet, & tributũ ſuũ inexorabilis repetet, exiget, extorquebit, fruſtrà tergiuerſa mur, ſi ad mortẽ non ierimus, illa nos ſequitur. cogita ergo, quid honeſtius, quid uiro dignius, an deliteſcere, & fugere quod euitare nequeas, an occurrere uenienti, et offerre quod debeas, atq; ultrò fortunam ſequi, ne ſi reſtiteris ui traharis? ò miſerãda breuiſsimæ ſuauitas moræ, quiſquã ne uſq; adeò uiuẽdi cupidus, ut nõ ſtatim mori malit, quàm unius anni ſpatio, uitã cũ dedecore prorogare, præteritorũ omniũ annorũ decora corrũpens? quã to erit obſcœnius, metu mortis indecorũ aliqd agere, ubi ne dicã anni unius, ſed nec dieĩ totius certitudo promittitur & quod ipſe tecũ cogitas. Irem niſi mortis adire periculum timerem. tunc utrũq; dici poſſet, ſi ſine periculo maneres, nunc autem non'ne uel repentina febricula, uel peſtis alia (eſt enim multiformis humanorum caſuum & mira uarietas) uitam tibi, quã regi tuo negas fortaſſis eripiet? Quæ cum ita ſint, hortor atq; obſecro, ut iam tandẽ caput attollẽs circũſpicias, uidebis immenſam molẽ, tantis regũ & populorũ apparatibus nutantem ruiturãq;, quo eam fortunæ uis impulerit, non eſt diſſimulationi locus. Hoſtes tui uigilant, & regẽ iugi obſequio circũſtant, cui ſi uictoria ceſſerit ſomnũ tuũ, in tãto nũc eius diſcrimine contẽplãti, & præter hoc, ab olim tibi, ſi neſcis infeſto, qd illum animi habiturũ reris; ſin aliter ſucceſſerit (omnia enim rotat ad libitum fortuna) an forſan, tibi ex præſenti ocio ſecuritatem, in illo ardore uictoriæ partam ſperas? tu uerò nõ quia uolueris, ſed quia timueris, ceſſaſſe uideberis, teq; cõmunis ruina, cũ uniuerſitate pariter inuoluet. crede mihi, pars utraq; ſpectatorẽ te certaminis uocabit, paratũ ad fortunæ nutũ, atq; ad uictoris arbitriũ circũuoluitita nuſquã fauor, undiq; periculũ. Meminiſſe profuerit, Metij ducis Albanorũ, qui quadrigis in diuerſum actis, ab Hoſtilio Romanorũ rege diſcerptus eſt, quod inter armatas acies, ſe medium præbuiſſet. expergiſcere oro, uelociter, & dum adhuc tempus eſt, neglectum hactenus ad officium redi, mundo enim tremente dormire, neſcio quid morti ſimiliùs quàm ſopiri eſt. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XI.

Vim amoris ingentem eſſe.

MAgna prorſus amoris, & mira potentia eſt, qui tàm ualidè tamq; tenaciter, inuiſibili quidẽ, ſed haud quaquã inſenſibili nexu, minima nectit immẽſis, & quorum nulla paritas, pari regit imperio. quid ni, aũt hoc iuris habeat, in animis hominum ſenſu & ratione uigentibus, qui certis fœderibus, ſurda & aduerſa inuicem elementa conglutinar. non flammis aër, non terra fluctibus hæreret, non ripas fluuij, non æquor littora, non ſemitas ſuas aſtra cognoſcerent, niſi omnipotens, & (ut eum uocant)

Sacer orbis amor.

uniuerſa cõnecteret. qui cœlũ igitur ac terras æquo iure moderatur, is inter humilitatẽ meam, & tuã altitudinẽ, nõ diſcernit, habet hoc ille præcipuũ, æquare nouit inæqualia, amãtẽq; fideliter uix patitur nõ amari. Sẽſit olim claritas tua, nullis qdẽ meorũ actuũ argumẽtis, ſed ſolo (ut dici ſolet mẽtis augurio habẽt enim & ſuos oculos animi, qbus ſeſe mutuo ſuperatis corporeis uelaminib. intuẽtur) ſenſiſti, inquã, uir clariſsime, quæ nã erga tuũ nomen deuotio mea ſit, ut amãti uicẽ referas, amor cogit, id cũ ſæpe multis indiciis, tũ ex duab. nup epiſtolis tuis, quas mihi Ioãnes Aretinus Cãcellarius tuus oſtẽdit, iucundiſsimè recognoui, in quibus

in quibus, mirum dictũ, cum pro tot illum, tantiſq; rebus, huc miſeris, non de Romanæ curiæ ſtatu, quo nihil hac tempeſtate deformius, nihil incredibilius, non de maiorum fortunis amicorum, non de ipſis rerum tuarum ſucceſsibus, poſtremò, nihil omnino niſi de me meisq; rebus interrogas, atq; illum increpitas, quod curioſius in reliquis, id unũ quod ſingulariter, præq; omnibus noſſe deſideras tacuiſſet. Ac ne quis te fortuito locutũ putet, bis idẽ per literas queſtus es. Mitto alias ijs fortaſſe mirabilia, qui neſcirent quã familiariter olim cunctorũ dominus Auguſtus Cæſar, Virgilium ciuẽ tuũ ruſticanæ originis, ſed mini mè ruſticani uirum ingenij dilexit, & Horatiũ Libertinũ patre, ſed ingenuũ ſtilo, quicq; principis illius, ad eoſdẽ humiles amicos, uelut ex æquo miſſas, et ſæpe dulcibus blanditijs refertas epiſtolas non legiſſent. quorum recordatio, quantum miraculo admit, tantum adijcit lætitiæ, dum talibus exemplis, me miſceri ſentio, tantæq; laudis mihi aditum aperiri, quoniam ut alter ex his Cæſareis amicis, ait:

Principibus placuiſſe uiris, non ultima laus eſt.

Enimuero nouum hic miraculum emergit, ut enim multa illis, ſic mihi, fateor, nihil eſt quo placere debeam: quomodo enim ſperem alijs placiturum, qui mihi ipſe non placeo? Fortunatam ſanè dicimus uxorẽ, non quæ formoſa eſt, ſed quæ uiro ſuo uidetur. fortunatũ ſeruũ, nõ cuius eſt opera nobilior, ſed in quẽ amor domini propẽſior. ſic ego quiſq; uerè ſim, ſi tibi aliqd uideor, opinione tua me fœlicẽ dixerim. & ſi nihil habeo, quo placere merear, tamẽ ſi placeo ſatis eſt. Agerẽ gratias tibi, niſi humanitatẽ tuam, uerbis meis æquari poſſe diffiderem, in his quidem, quæ loquentis ingenium excedunt, tacere conſultius. Vale.

Fran. Petrarcha Marco ſuo, S. XII.

Diuinus Amor commendatur.

ANimum tuum, quàm uiſibilis fuit optime Vir, aperte ſatis in literis oſtendiſti, neque enim loqui taliter quiſquam poteſt, niſi qui taliter eſt affectus, ſentio aculeos ſtyli, magnus tibi amor uerba dictauit, occurroq; auide, & pulſanti amicitiæ meæ fores lætus aperio. quid loquor, aperio quæ tibi ſuauiſsime poſtulanti, iam ante quadriennium patuerũt? agnoſco Marcum meũ, amplector quẽ cum gaudio, in his literis tuis, ad me longo (ut ita dixerim) ſilẽtij poſtliminio redeuntẽ, & nunc illius floridæ indolis tuæ fructus uberrimos, grauiſſimoſq; percipio. ſemp eqdẽ ſperaui, ut tãtus de tali adoleſcẽte uir fieres. Sed id fateor, tam citò fieri poſſe non credidi, præuenit ſpem meã præcox eoq; gratior uirtus tua. Cæterũ & ardentiſsimi propoſiti tui memini, quod mihi non paucis olim uerbis, in ipſo amicitiæ noſtræ primordio, fidentiſsimè reuelaſti, idq; nunc uel mutatũ, uel (quod magis auguror) dilatum eſſe non doleo, modò mihi illud exhibeas, quod optimo principio pollicitus es, ut in omni fortuna Deum ames, illi inhæreas, illum colas, atq; ad illum totius animi intentione ſuſpires, non impoſsibilem tibi legem ſtatuo, quam te ire iubeo, trita eſt uia, quàm multi uiri clariſsimi, magna cum gloria, per Reip. tempeſtates, ad heremetici portus ſilentium peruenerunt, q; multi etiã procul inde iactis anchoris, nauigationem uitæ præſentis fœliciſsime compleuerũt. nouit figmẽtum noſtrũ figulus ille ſidereus, Scit quid nobis expediat, & animæ noſtræ ſæpe inenarrabilibus modis, quibus ſe tramitib. aditi uelut inſinuat. Tu igitur ne deſperes, quaſi deuiũ, & (ut Pythagorici uocant) læuũ iter ingreſſus ſis, aut quaſi tuorum cura ciuium, quàm geris, diuinæ quàm petis gratiæ, ſit aduerſa, perge, age, ne titubes, ne ſubſiſtas, ne ſaluti tuæ deſis, aderit ille, qui tempus tuum, quod quale diſpoſueras, nondum uenit, præuidit infallibiliter ab æterno. Nec eſt quo te interim inutiliter natum putes, ſi patriam tuam, his præſertim temporibus tui egentem, que (ut Plato uult) ortus tui partem ſibi iure ſuo uendicat, ope conſilioq; adiuuas. Notum eſt apud Ciceronem cœleſte illud Africani mei dictum: Omnibus qui patriam conſeruauerint, auxerint, adiuuerint, certũ eſſe in cœlo definitum locum, ubi beati æuo ſempiterno fruantur. & quod ſequitur. Nihil enim eſt, inquit, principi illi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem fiat in terris acceptius, quàm conſilia cetusq; hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. Sanè cum exoptatum tibi amice tempus aduenerit, ut te ipſum humo tollere, non tantũ ut Marco uel Ennius, ſed ut Ambroſius uel Arſenius poſ

ſis,alis ad uolatum ualidis,facies tandem re ipſa,quod animo iampridē facies,eodem adiu
tore,qui inſpirator fuit,& facies ut ſpero,ſecurius ætate integra,maturoq; conſilio, quàm
ſi id inconſulto repētinoq; impetu iuueniliter attēptaſſes.Sicut enim per terras latrūculis
uacuā, atq; purgata per planum,ac ſolidū callē,ſub tranquilla cœli tēperie, tutū uiatori iter
eſt,ſic ſedatis paſſionibus,firmatoq; propoſito,& primæuæ inſolentiæ timore cōpreſſo, p
modeſtiores atq; ſereniores ætatis annos,tutiſſime pergitur ad ſalutem,quamuis nulla æ-
tas repulſa,nullū(ut dixi)genus hominū, eorūq; in aliqua honeſta exercitatione uerſantur,
ab hoc tramite ſit excluſum cōſtetq; iuxta Plotini ſentētiā,nō purgatorijs modo,purgatiq;
iā animi ſed politicis quoq; uirtutibus beatū fieri.ut enim aliquid more noſtrorū loquar,
actuoſa Marthæ ſollicitudo,nō ſpernitur,quāuis ſublimior cōtēplatio ſit Mariæ.Habes er
go cariſsimè,quantū inter huius tēporis anguſtias licuit.unū de poſtulatis tuis q; fuit,ut ti
bi,p informatione uitæ aliq d ſcriberē.habes hoc inquā, pro unius ante lucanæ uigiliæ ſpa
tio,breue quidem,ſed in ſe (ut arbitror) abſolutum.ſi illud addidero, compēdioſam ſemi
tam,ad uirtutē uiſam eſſe Philoſophis,ut tales effici ſtudeamus,quales cupimus apparere
& illud,quo nihil reor efficatius,quoniā ut eiuſdē placet,tota doctorū hominū uita, nō niſi
cōmentatio mortis eſt. Hactenus hæc,q; nō ut te doceā,ſed ut admoneā, ac memoriā exci-
tē dicta ſunt.reliquū erat,ut te memori animo cōmendatū habere iuuat enim uerbis etiam
tuis uti)id uerò iamdudū factū eſſe cōfidito. Ex quo,te primū uidi,imaginē tuā ex adaman
te puriſsimo,imis præcordijs indebiliter affixi,quā nulla reuellet dies,nullus locus excutiet
extremū eſt,ut & uirtuti & fortunæ tuæ gratuler,quibus tanti principis affinitatē ac beni-
uolentiam meruiſti,& pro charitate huic impenſa,ſeniculo grates agamus. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. XIII.

Araneæ & podagræ apologus.

ANilem tibi fabellā,ſed ex re (ut Flaccus ait)garrio, Aranea iter agēs, fortè obuiā ha-
buit podagram.& quo,inqt, tā mœſta proficiſceriſ?ruſticū ait illa,& hirſutū hoſpitē
nacta erā,qui me fame ac labore perpetuo cruciabat,qui cū à mane ad ueſperā,me inter gle
bas & ſaxa tenuiſſet,uix ſerū puluerulētā atque inopem domū repetebamus, miſeri. nun
quā integris calceis,nunquā ſine faſce grauiſsimo,illic infœlicem diem,nox haud quaquā
fœlicior ſequebatur,triſti quidē ille me cœna,mucidi ac lapidoſi panis,ueteribus fragmētis
allioq; & præduris oleribus ſolabatur,aceto turbidam ſuperinfundens aquam.Saturnaliū
dies erat,quotiēs caſeus ſardus acceſſerat ſic exceptā,agreſti demū,& ipſius agelli duritiā:
ſuperante grabatulo componebat. ad aurorā inde coſurgens,rurſus in cāpū & ad inuiſum
cogebat opus,ſic diē dies urgebat,nulla interim qes,nulla ſpes quietis.Feſto enim die,aut
domini lauabat oues,aut riuo uiam p̄parabat,aut ſepem noualibus prætēdebat,immortale
malū,& domū meis moribus aduerſam, peroſa diffugio.his auditis Aranea. Heu, inquit,
quā diuerſa cōditio mea eſt.Hoſpitē habui effœminatū & mollē,apud quē non ſummum
modò,ſed ſolū bonum uoluptas erat,raro pedē domo efferebat,cœnam ad aurorā,prandiū
trahebat ad ueſperam,reliquum ſomnus habebat,purpureis accerſitus ſtratis, quod conui
uijs luxuriæq; ſuperfuerat quieti datum. Conquiſitæ intus epulæ peregrinæ,ſpecies odo-
rū, Bacchus alienigena uaſa aurea,gemmata pocula,ſerico ueſtitus,paries,oſtro tellus in-
ſtrata.hæc inter ſollicita,ſemper familiariū turba diſcurrens,locis omnibus aderat, nulla do
mus pars neglecta, nullus angulus inacceſſus,dum uerritur ſolum ſcopis, dum de laquea-
tis trabib. puluis excutitur,uix uſquā artificij mei telas ſinebat ordiri,& quo nihil eſt triſti
us,ſi cœpiſſem,primo rerū apparatu,ſpem caducam,& labores meos irritos uidebam.age
bar infœlix,præceps eíciebar, quærebā latebras,nullæ erant,ſolidus niueo murus ex mar
more,nulla mihi miſeræ diuerſoria relinquebat.Fugi igitur à facie perſequētis,ubi uis quie
tum exiliū,domeſticis ſine fine laboribus prælatura.hæc cum illa dixiſſet,reſpondit altera:
Heu quàm multa ſunt bona,quæ uel neſciendo uel negligendo perduntur,ignorantia cæ-
citas mentis eſt, negligentia torpor eſt animi.aperire oculos oportet,& quæ ſalutaria ſeſe
offerunt non differre. Ecce nunc ex his quæ dixi, quæque audio, cum peſsimè ſit
nobis

nobis erit optimè,ſi permutemus hoſpitia,tuus mihi,tibi meus hoſpes aptiſsimus fuerit.
Placuit conſilium,mutant domos,& ex illo obtinuit,ut podagra inter delitias, & in pala-
tijs diuitum,aranea in ſqualore & pauperum tugurijs habitaret. Domum tuam amice po
dagram ſubintraſſe audio, Miror,non putabam illi locum eſſe in domo tàm ſobria,uere-
or q; ne quid ibi ſui iuris inuenerit,quod ſi uerum eſt,nō malum magis,quàm mali cauſam
horreo. Malo iam hoſpitem habeas arenam,principijs reſiſtendū eſt,nulla melius reſiſtit
ope,quā uigilijs,labore,ieiunio.uidi ego puer iuuenē podagricū,eūdem ſenem podagra li-
berum reuidi. quæſiui cauſam,nullā mihi aliam reddidit, quā quod ſe uino penitus abdi-
caſſet.refert Cicero,& poſt Ciceronē alij,quoſdam diuites podagra inutiles, cum paupe-
res facti eſſent ſanitati redditos. Non audeo iubere ut ſis pauper,quāuis iubere non ſit ne
ceſſe ſi ſapis,inter cætera profeſſus es (ut audio) ſpōtaneam paupertatem. an mentior?cer
tè intra religioſum limen,& præſertim intra cellulā mendicantis,nullus diuitijs locus eſt.
opulentia enim & mēdicitas non habitant ſimul.Si paupertas excluditur, uereor ne non
tàm aurum,quàm quod ait Apoſtolus: Theſaurizes iram in die iræ.de hoc tamen ipſe ui-
deris,qui fœderum quæ cum CHRISTO habes optimè meminiſti.Si oblitus es,relege pa-
ctorum Chirographum,inuenies quid tu illi promiſeris,quid ille tibi.Ego,inquam,non iu
beo ut pauper ſis,non quia uel tibi non expedit,uel me non decet,& amplecti fidele conſi-
lium & dare,ſed quia piget uerba profundere & incaſſum loqui. uideo enim ipſum pauper
tatis nomē horrendū & infame: q; licet amplexus ſis,deponere ſpōte nō potes.illud ſaltem
cōſulo,uiuas ut pauper.Hæc eſt illa q̄ à Philoſophis frugalitas dicit,uoluntaria paupertas.
hanc tibi ſuadeo, hanc tibi unā uiam corporeæ ſalutis oſtendo,alter tibi adſum Hippocra-
tes,amarū fortè,ſed ſalubre pharmacū offertur.Si uis ſanus eſſe,uiue ut pauper. Latens au-
rum in arcula,animo tātùm nocet,uictus delicatior & animo nocet & corpori, proinde ſi
pellere uis podagram,pelle delitias.Si malum omne uis pellere,pelle diuitias. Vale.

Fran.Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XIIII.

Pecuniæ & paupertatis collatio.

REgum ceruicibus impoſitum pecuniæ iugum,liberrima indignatione reício, non ſi-
nam (ſi Deo placet) metallis ſeruire animū, ad maiora diſpoſitum. illa igitur quoni-
am præeſſe prohibeo,ſubeſſe non patitur, & quem ſeruū habere non poteſt,dominum de
dignatur. Minus loquor.Supbior eſt quā dixi,nec me dominū uult habere nec comitē.re
cuſat imperiū,amicitiā nō admittit,frāgit uectes,ſoluit nodos,ſpernit arculæ meæ ſeram:dū
clauſiſſa illam uideor,neſcio quibus rimulis inuiſa dilabit,id ſanè mihi ut ſæpè moleſtū ſic
glorioſum ſemper exiſtimo,dum circūſpicio quibus illa mācipijs & quorū ſoleat hoſpitio
delectari.His ita ſe habentib. ignoſces,ſi (q; multò mihi quā tibi grauius eſt) præſentē in-
digentiam tuam pecuniaria ope non releuo.At ne nihil putes te ſcribēdo profeciſſe, ſcito
copiā pignorū optimorū paratā tibi,apud me,quàm ut ad te perferre nūcius tuus,nulla ſibi
perſuaderi quiuit ingenio,lubè illū ad me,ſed exorabilē reuerti,alioquin meus ad te ueni
et,& ſi uulnus noſtrū nulli niſi Medico reuelatū uelim.Præterea his illud addiderim,iudi-
crè potius quā iucūdè literis utriq; cōſultū.Mihi enim cōditionis meæ ſolamē additū,non
in anguſtijs te comite delecter,ſed quod in me indignari non ſit, fas quod commune me-
cum habeat,tantus uir,tibi uerò laborem excuſationis ademptum, niſi enim tu præocu-
paſſes,iam calamus erat in manibus. at ne quid noſtrarum rerum fœneratoris auarum li-
men attingeret,interpellare decreueram,ut tu neceſsitatibus meis accurreres,quid uis di-
cam uberrimum Philoſophiæ locum copioſiſsimam q; materiam non ignoro,ubi cōtra te-
la fortunæ,in quibus non ultima eſt paupertas,armantur animi,quæ licet in noſtris finibus
non habitet,quia tamen,ut eleganter ait Faccus:

Curtæ nescio quid ſemper abeſt rei:

Et hìc quoq; multa,non tantum nobis,ſed in commune ſalubria dici poſſunt, q; ſciens
ſileo, ne publicum ſequar morem,pro rebus uerba præſtantium,facilis amicitia eſt,pro pe
tito auxilio conſilium dare. Certè ego in his caſibus,qui domi meæ crebri ſunt, eſſentq; e

rariſsimi,niſi me rei familiaris incurioſum,cura generoſior effeciſſet,cum multa remediorum genera,uel ipſe mihi conficiã,uel à doctoribus cõfecta reperiam. Tum illud in primis efficaciſsimũ experior, quod licet omnis fortuna ſuas habeat moleſtias, ſitq; ueriſsimum quod ueritatis inquiſitoribus uiſum eſt,omnem uitam etiam, quæ fœliciſsima uideatur eſſe tormentum,moleſtiſsimus tamen & occupatiſsimus, & ſi profundius inſpicias. Vere miſerrimus eſt diuitum ſtatus, cõtra autem, dura quidem, ſed tutiſsima & expeditiſsima eſt paupertas, Mediocritas optima,& inter rariſsima Dei dona,hanc nobis cõtigiſſe gratulor.ſi quid interdum deeſt, accidit ut unico defectu,multorum nos munerũ ſuorum libe ralitas cœleſtis admoneat,& breui guſtu amaritudinis,proſperitatem noſtra nobis efficiat dulciorem.qui ſi multa,qui ſi omnia deeſſent,hoc animo tamen ſum,ut fœlicius rear laudabiliter egere,quàm turpiter abundare,nec noſſe ueram opulentiã,eos qui honeſtè mendicitati,inhoneſtas diuitias anteponunt. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XV.

De amicitia ineunda.

STudeto bonis omnib. eſſe chariſsimum,neq; uerendũ eſt, ne nimios habeas amicos, aut nimiũ tibi negotij obijciã,ita dico, ſi omnes bonos amicos tibi feceris pauci erunt.

Rari quippe boni,numero uix ſunt totidem quot,
Thebarum portæ uel diuitis oſtia Nili.

Quis inquis,hic loquitur?quid refert ſi dictũ probas, quid quæris auctorẽ? Omne uerum (ut ait Aug.) à ueritate uerum eſt,ego hæc loquor,an fortè tu negas,loquitur experientia, quæ mentiri non ſolet,loquitur ueritas quæ mentiri non poteſt, qui ſi mortalem poſcis auctorem,loquitur hæc,peritiſsimus rerum talium. Iuuenalis,quique profundiſsimè mores hominum nouit. ſi ſibi non credis,audi alium,cuius ore loquitur,qui non modo nouit,ſed & creauit homines. is ergo quid ait? Non eſt qui faciat bonum,non eſt uſq; ad unũ. Poëta paucos, Propheta nullum,& ſecundum ſuum ſenſum utercq; ueriſsimè. tu uerò (quoniam deſperandum non eſt) aliquos bonos reperiri poſſe arbitrare,ne cum de omnibus deſperare cœperimus,de nobis etiam neceſſario deſperemus. cogita quoſdam, nõ modo bonos eſſe,ſed optimos,& pro concordia harum diſcordantium ſententiarum Flaccum, uel ut arbitrare pronunciantem audi:

Nam uitijs nemo ſine naſcitur:
Optimus ille eſt qui minimis urgetur.

Sic eſt profectò, Stoici licet obſtrepant,qui omnem morbum ex animis ſe radicitus auulſuros ſpondent,præclariſsimi Medicorum, modo quod pollicentur implerent, ſed in uita hominum, de qua nobis amicitiæ deligendæ ſunt, experimento compertum eſt, nullum animum quantalibet ſerenitate tranquillum, leuibus ſaltem interdum perturbationibus non moueri, quibuſdam humanarum turbinibus agitari. cæterum ſicut armata nauis, in alto fluctuabitur non ſuccumbet, eaq́ue ut nauis, ſic animi præcipua laus erit, Ita ſit (quod Stoicis non placet) ut in hac uita, cui nihil ſcimus ineſſe perfectum,ſanitatis locum teneat, leuis at medicabilis ægritudo. igitur ut ad rem oratio reuertatur, ex hoc genere hominum, non quorum nulla ſint uitia, ſed quorum uitia uirtutibus cedant (quod ipſum noueris eſſe rariſsimum) amicos tibi,quibus potes artibus efficito, poteris autem nullis melius,quàm imitatione morum ac ſimilitudine ſtudiorum. cõtra autem malis, quorum,innumerabilis multitudo eſt,nec amicus eſto,nec hoſtis,certè nec cognitus. Vultum tuum aſpiciant,animum ignorent,ſequere illius conſilium qui monet,ut intus omnia diſſimilia ſint.frons populo noſtra cõueniat,putent illi te agere q; uulgò agit̃,tu uerò tuũ aliud negotiũ,& aliquid ſemper tecũ maius agito.ſic enim maximè inter mũdi diſcrimina ſecurus euades,paucis charus,multis ignotus,odioſus nemini. Neue me hodie,de nihilo Philoſophatũ putes,audio te aduerſus impios,ingẽs bellũ & inexorabilẽ ſimultatẽ ſuſcepiſſe,quos an corrigere,an delere cogites, incertum eſt,utrobiq; enim par impoſsibilitas,niſi q; aliquanto facilius arbitror deleri poſſe quã corrigi: Generoſæ indignationis aculeos laudo,certamen irritum & ſtudium inane non laudo,ſi enim laborem ſuperuacuum declinare conſilium eſt,quid de eo labore cenſeas,cuius unicus fructus eſt odium? caue itaq; precor obſecro.alioquin ſcito multis tibi legionibus opus eſſe. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XVI.

Aduerſis non ſuccumbendum.

OQuàm multa nunc ad literas tuas dici poſſunt, ſed nec mihi ocium,nec tibi uerborum auxilio eſt opus,aliud cogito remedij genus,magna eſt enim fortunæ uis,neq; minor celeritas. Interim ſanè omnium,quæ uel ex libris uel è media uita hominum occurrunt,quæ ſunt multa & uaria hæc ſumma eſt. dura ſunt fateor,& grauia & inamœna,quæ pateris,unum eſt difficilium leuamen,patiẽtia,ſi humana deſpicias,ſi te non ad delitias,ſed ad laborem in hanc uitæ paleſtram deſcendiſſe memineris. ſi magno niſu aduerſa ſuſtuleris,memor in prælio militem, in tempeſtate nautam,in rebus malis,bonum animum probari. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XVII.

De temporis iniquitate.

EGo uerò abſit,ut diſſuadeam, petitioni haud iniuſtè morẽ gerere, ſed illud moneo,ut in fronte oculos habeas,quos ego hactenus in tergo habui. nil iucundius,nil dulcius, quàm benemeritum & egentem auxilij compotire,contra autem inexperto,ingrati uitio nil triſtius. Magnæ quidem eſt,non ſolum prudentiæ,ſed fortunæ: inter tot pectorum latibula,puros animos,furatosq; diſcernere,& quanti quiſq; ſit,prius quàm experiaris agnoſcere,cuius honeſtæ preces, ac miſerabiles lachrymæ,cuius ficta neceſsitas,ſimulateq; blãditiæ. magnæ parti hominum illud ineſt,ut ad impetranda quæ cupiunt memores,atque ſolliciti, ad referendam gratiam ſegnes obliuioſiq; ſint. Tanta & tàm repentina mutatio, innadit animos,ut quem precantem mane uideris, ſerò uoti compotem non agnoſcas. De his in Eccleſiaſtico: Donec accipiant, inquit, oſculantur manus dantis,& in promiſſionibus humiliant uocem ſuam,& in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquitur uerba tædij & murmurationum. noſti cætera. At quoniam inter ingratos uiuitur, non ideò deſinendum. alioquin uirtus, uitio uicta uidebitur. ſed aliquantò cautius agendum reor. Tu Vale & quicquid acturus es,dum mutandi tempus eſt cogita,poſt enim deliberatio ſerò eſt.

Fran. Petrarcha Gerardo fratri, S. XVIII.

Scripta Veterum indaganda eſſe.

QVod ſæpè olim uel obliuio uel torpor abſtulit attingã,frater,ſi gloriari licet, apud te gloriabor,in illo,in quo ſolo gloriari tutum eſt. Iam ex omnibus humanarũ cupiditatum ardoribus,& ſi non in totũ,magna tamen ex parte, diuina me pietas eripuit. E cœlo enim eſt,ſeu id mihi naturæ bonitas,ſeu dies præſtiterit,multa quidem uidendo,multũq; cogitãdo,intelligere tandẽ cœpi,quanti ſint ſtudia hæc,quib. mortale genus exæſtuat. Ne tamẽ ab omnib. hominũ piaculis immunẽ putes,una inexplebilis cupiditas, me tenet, quã frenare hactenus nec potui,certè nec uolui,mihi enim interblandior, honeſtarũ rerũ, non inhoneſtam eſſe cupidinem. expectas audire morbi genus,libris ſatiari nequeo,& habeo plures fortè quàm oportet. ſed ſicut in cæteris rebus,ſic in libris accidit,quærendi ſuæ ceſſus auaritiæ calcar eſt,quinimmò ſingulare quiddam in libris eſt. Aurum, argentũ,gemmæ,purpurea ueſtis,marmorea domus,cultus ager,pictæ tabulæ,phaleratus ſonipes, cæteraq; id genus,mutã habet & ſuperficiariã uoluptatẽ,libri medullitus delectãt, colloquunt̃, cõſulunt,& uim quadam nobis,atq; arguta familiaritate iungũtur. Neq; ſolũ ſeſe lectoribus quiſq; ſuis inſinuat,ſed & aliorum nomen ingerit,& alter alterius deſiderium facit.ac ne res egeat exemplo. Marcum mihi Varronem,charũ & amabilem, Ciceronis Academicus fecit,Ennij nomen,in Officiorum libris audiui primum, Terentij amorem, ex Tuſculanarum quæſtionũ lectione cõcepi,Catonis origines,& Xenophontis œconomicum, ex libro

ex libro de Senectute cognoui. eũdemq; à Cicerone trãslatũ, in ijſdem Officialibus libris edidici, ſic & Platonis Timeus, Solonis mihi commendauit ingenium, & Platonicũ Phedonem mors Catonis, & Ptolemæi regis interdictum, Cyrenaicum Hegeſiam: & de Ciceronis epiſtolis. Senecæ prius quã oculis credidi meis, & Senecæ cõtra ſuperſtitiones librũ, ut quærere inciperẽ, Auguſtinus admonuit, & Apollonij Argonautica Seruius oſtẽdit, & Reip. libros cum multi, tum præcipuè Lactantius optabiles reddidit, & Romanam Plinij Tranquillus hiſtoriam, & Aulus Gellius eloquẽtiam Fauorini, itemq; Annei Flori floretiſſima breuitas, ad inquirendas Titi Liuij reliquias animauit, ut notiſſima & uulgatiſſima illa præteream, quæ teſte non egent, & tamen cum acceſſerit teſtis illuſtrior altius in animum deſcendunt, qualis eſt in declamationibus Senecæ, laudatus ille Ciceronianæ facundiæ principatus, ingenijq; ſingulare præconium, & illud in Saturnalibus multiforme Maronis eloquium, ab Euſebio demonſtratum, & illud Statij Pampinij Poẽtæ reuerens, ſubmiſſumq; teſtimonium de Virgiliana Aeneide, cuius longè ſequenda & adorãda veſtigia Thebaidem ſuam, in publicum exiturã, admonet, & illud ab Horatio Flacco, immò uerò ab omnibus concorditer delatum Homero Poẽtarum principi, pluribus ago, quã neceſſe eſt. nam illa quidẽ longanimis recordatio Priſciani grammatici, iuuenilis lectio, quot mihi librorũ peregrina nomina cõgeſſerit, quot poſtmodum Plinius ſecundus, quot nouiſſime Nonius Marcellus, quotienſcq; ſaliuam excitauerint. Nemo ergo mirabitur (ut rediam (unde digreſſus ſum) uehementer his animos inflammari, atq; configi, quorum ſingula ſuas ſcintillas, ſuoſq; aculeos palam habent, alioſq; clanculum in ſinu geſtant, quos ſibi inuicem ſubminiſtrant, itaque pudet equidem, ſed fatendum ingenuè, & cedendũ uerò eſt, excuſabilior ſemper mihi cupiditas, uiſa eſt Atheniẽſis Tyrãni Aegyptijq; regis, quã noſtri ducis, aliquãtoq; nobilius Piſiſtrati primum, deinde Ptolemæi Philadelphi ſtudium, quam Craſſi aurũ, & ſi multo plures imitatores Craſſus habeat. Sed ne Romæ Alexandria uel Athenæ, & Italiæ Græcia uel Aegyptus inſultet, & nobis ſtudioſi principes contigerunt, ijſq; tàm multi, ut eos uel enumerare difficile ſit, tamq; huic rei dediti, ut inuentus ſit, cui Philoſophiæ, quàm imperij charius nomen eſſet, & ſtudioſi inquam, nõ tàm librorum quàm libris cõmentarum rerum. ſunt enim qui libros (ut cætera) non utendi ſtudio cumulent, ſed habendi libidine, neq; tàm ut ingenij præſidium, quàm ut thalami ornamentũ. atq; (ut reliquos ſileam) fuit Romanæ Bibliothecæ cura, diuis Imperatoribus Iul. Cæſari, & Cæſari Auguſto, tantæq; rei præfectus, ab altero, pace Demetrij Phalerij dixerim, qui in hac re clarum apud Aegyptios nomen habet, nihil inferior, ne dicam longè ſuperior Marcus Varro, ab altero Põpeius Macer, uir & ipſe doctiſsimus, ſummo quoq; Græcæ Latinæq; Bibliothecæ ſtudio flagrauit Aſinius Pollio orator clariſsimus, qui primus hanc Romæ publicaſſe traditur. illa enim priuata ſunt, Catonis inſatiabilis librorum fames, cuius Cicero teſtis eſt, ipſi uſquè Ciceronis ardor, ad inquirendos libros, quàm multæ teſtantur epiſtolæ ad Atticum, cui eam curam non ſegnius imponit, agens ſumma inſtantia, multaquè precum ui, quàm ego nunc tibi, quod ſi opulentiſsimo ingenio permittitur, librorum patrocinia mẽdicare, quid putas licere inopi? hæc pro excuſatione uitij mei, proq; ſolatio tantorum comitum dicta ſint, tu uerò, ſi tibi charus ſum, aliquibus fidis & literatis uiris, hanc curam impoſito, Hetruriam perquirant, religioſorum armaria euoluant, cæterorumq; ſtudioſorum hominum, ſi quid uſquam emergeret, leniendæ dicam an irritandæ ſitis meæ idoneum. cæterum & ſi non ignores, quibus lacubus piſcari, quibusue fruticetis aucupari ſoleo, ne qua tamen falli queas, his ſeorſum literis, quid maximè uelim interſerui, quoq; uigilantior fias. ſcito me eaſdem preces amicis alijs in Britanniam, Galliasq; & Hiſpanias deſtinaſſe. ne cui ergo fide, uel induſtria ceſsiſſe uideare is enitere. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi. S. XIX.

Infœlicitatem omnes ultrò petere.

ADeò ptinax & fixa mortaliũ ſpes eſt, aduerſus infœliciter experta, ut neq; ſterilitas agricolã, neq; tẽpeſtas nautã, neq; tectorũ caſo architectũ, neq; patrẽfamilias ſobolis acerbus

acerbus interitus, deterreat ab incepto. hic illa cõmunia, ut famelicos ſerere, & naufragos nauigare, & ruinis uix elapſos noua ſuper eiſdẽ fundamentis ædificia molliri, & orbos ſenes, inter ſepulchra filiorum, alijs procreandis intendere uideamus. piſcatores frigoribus, & fame confectos, hic ante oculos habeo, mirum & prorſus incredibile, totos dies ieiuni ac nudi noctesq;, ad aurorã inſomnes agunt, cum interim uel retia temptantiũ una eadẽq; ſors eſt nihil agere, fruſtrà torqueri tẽpus, aliquantò forſitan utilius cõſumendũ perdere, neque tamẽ obſtinatis ad inceptũ animis, à fatali gurgite diuelluntur. uſq; adeò etiam amari exercitij, conſuetudo, longior dulcis eſt. infauſtam arenam, immò uerrentes alueo, quam fugiunt egeſtatem, inter undas & ſcopulos inueniunt, nunquam fortè quod tantopere ſagunt reperturi, illa quidem dictu minora, neſcio an maiori admiratione digna ſint. ferarum ſtudium totiẽs tracuatis cubilibus non ſenteſcit. nouis feribus pariendis alendisq; prioris, raptu nunquam ſegnior tygris redit, crebri partus ſolatio deſtitutæ, nihilò moderatior, in reliquum ardor eſt. Philomena poſtquã paſtorali furto perditos natos, longo gemitu & prædulcibus quærimonijs proſecuta eſt, nidum ab eodem ramo, ſequẽtis puerperij fortunam temptatura ſuſpendit. rem dicam nouam tibi, ſed omnibus uallis huius notiſſimam incolis. Aquila iam pridem in his montibus habitat, ſubulcus aduena, nedum quos paſcit ſuibus, ſed hirſutis etiam apris aſperior, clàm nido inſidiatus eſt, neq; animam ſuam pluris eſtimans, quàm ualet de altiſsima rupe, quæ fonti Sorgiæ nubibus par impendet, ancipiti furne demiſſus, cuius rei uel meminiſſe horror eſt, ad ærcam domum temerarius prædator accelſit, & ſollicitæ genitrici, ſpem generis, pullos implumes abſtulit. id ſemel, idq; iterum auſus, nil amplius aquilam mouit, quàm ut nuper triſti domicilio deſerto, nidum dumoſamque ſuppellectilem, in alteram rupis partem parumper auexerit. Illic modò ſæpius amiſſæ ſobolis ſpem refouet, nihil ſollicito lætius ut reor. Siquidem ſaxeus iſte ſuus hoſtis, exigui lucri cupidus, uitæ prodigus, iam reſtem nodosq; præparat, quibus per inane ſuſpenſus, & de inſolito ſpecu ſolitas prædas agat. Iam ſenſim ad minimam rerum ratiocinando deſcendimus, nec apibus quidem percepti mellis iniuria, mellificandi dulcedinem, nec formicis ſub terra latentium horreorum, inundatio graniferi laboris experientiam, frequentiſq; curſus ac recurſus imminuit uoluptatem. non enim deſperant, infœliciter temptata, re temptari poſſe fœlicius. alioquin, ſi cum ſucceſsibus rerum animorũ ſimul ſpes intereat, torpebunt æſtus, ij quos undiq; cernimus actionum uariarũ quotidiè interpellãtibus, fatis & uitam ſitu marcidam, exitus inglorius manebit. Quod ne forte cõtingeret animantibus cũctis, & pſertim homini, dura propoſitiq; tenacia pectora data ſunt. Vrbẽ Romã (ut retrò iam facili ſaltu, ab imis rerũ ad altiſsima cõſcendamus) à Gallis Senonibus incenſam reſtituere maiores, qua in re Camilli auctoritas, tribunis cõtrà nitẽtib. omnis etiã adiuta ꝓualuit. idẽ illi maiores noſtri, poſt Allĩã, poſt Ticinũ, poſt Trebĩã, poſt Traſimenũ in aciẽ redierunt, poſt Caudinæ pacis ignominiã, glorioſiſsimas uictorias retulerunt, & poſt Cãnas grauiſsimũ ac penè mortiferũ Reip. uulnus, ne ab ignauis ciuib. delinqueretur Italia, contra ſententiam Cecilij Metelli fulgens Aphricani gladius obtinuit. qui niſi inuicta ſpes, unius eiuſdemq; admodum adoleſcentis, multorum ſenũ labantes firmaſſet animos, actum erat de imperio. nulla hodie Romani nominis memoria, nulla Romanæ potentiæ ueſtigia ſupereſſent, faciente enim (ut Flori hiſtorici uerbis utar) de Italia Aphricam Hannibale, profectò non Latini, ſed Aphri coloni, Italiã poſſiderẽt, & ſiquis fortè manſiſſet Italici ſanguinis, tantis ſuperſtes cladibus non aliter quàm dulcis aquæ riuulus, pelago mixtus, in peregrinos mores uictricemq; barbariẽ cõceſſiſſet. quod nõ ſumus igitur, & quod ſumus fateamur ingenuè, ſpei bonæ duntaxat unius hominis debemus, & de nobis quidem hactenus. quid Lacedæmonios, quidue Carthaginẽſes memorẽ, qui ſperare non priùs quã eſſe deſierunt? quid Saguntinos, qui dum ſera nobis auxilia ſperant, extremas à crudeliſsimo hoſte miſerias acceperunt, longum eſt per cuncta diſcurrere. Itaq; ut unde eſt ortus, illic ſermo deſinat, ultima iactare nauis ancora ſpes eſt, quã ſi quis in hoc procelloſo mari, laborantibus abſciderit, nulla eſt ad uitam uia, nullus ad requiem portus, nullus reditus ad ſalutem. Miraris nũc, quid tàm longa ſibi uelit oratio, ſcilicet unũ ago, ut amicũ tuũ ſubſcribas exemplo.

exemplorum turbæ,raras & forte uanas,ſed firmas ſpes habentẽ,& hæc mihi quidem cũ rioſius explicanda erant,ut affectũ ſcribentis agnoſceres.cætera in ſilẽtio intelligis.Vale.

Fran. Petrarcha Lelio ſuo, S. XXI.

Literas amici poſtulat.

SAepè te literis ad colloquium elicere niſus ſum,ineſficaciter ad hanc diem,pergã ſilentium tuum interrumpere,pudebit amici tot clamores tacitum audire.labellũ clauſum, indignationẽ fortè uel in riſus aperiã,uel in uerba.nõ magnifacio qd reſcribas, modò loqui incipias,uictor ſum,ſi occupationes te ueteres tenent,nouas ingeram. ſi ſegnitie calamum amiſiſti,ſedulitate reſtituam.at ſi fortè ſuperbia extolleris,& quod ſuſpicari ne tenuiter quidem poſſum,amicis affatibus indignum cenſes humilitate,mihi ab illo animi faſtigio detrahendus,& in æquum campum amicitiæ retrahendus es.Itaq; ſic tibi perſuade,inculcare querelas & lamẽta non deſinã,donec mihi uel antiquũ inter nos cõmeritũ literarũ reſtituas,quãdiù ſaltẽ tàm propinqui ſumus, ut nunciorũ penuriã prætendere neuter poſſit,& quaſi per manus ab altero ad alterũ ſit epiſtolarũ tranſitus,uel probabilẽ cauſam tantæ mutationis expedias.Nuncius alter alterius ueſtigia urgebit,literarũ mearũ aceruí ante oculos tuos erunt,amici digitũ & anulũ noſti,intactas abijcere amor & uerecũdia non ſinent.Aperies (licet nolis) ipſe tibi blandienẽ,ut perlegas,itaq; qui breuis ſcripturæ laborem fugis,longè lectionis faſtidiũ non euades.ſi quid igitur mihi credis,oculos tuos digitorum auxilio libera,& ignobiliores corporis tui partes,nobilioribus ſeruire doce.arripe calamum,nõ inſueta ſuadeo,calamus ab infantia gladius tuus eſt,adulta ætas & patriæ ſtatus,ad aliam te deinceps arma rapuerunt,demum ad Romanorum Pontificum quietiores aulas retrahente fato,& ad antiqua ſtudia redijſti. quid igitur peto, fac quod quotidie facis,ſcribe aliquid,fac itidẽ quod nũquam facis,ſcribe mihi mox nempe ſubſiſtam,& uel rarius ſcribam ipſe,uel breuius.Viciſſe,& de iſta ſilentij tui arce,te deiecisſe ſufficiet. hic tamen (ſcio cui loquor) ueteri illo & uulgari clypẽo tectus occurres,quid quæreris frater? nihil habeo quod ſcribam.Ego uerò & ſi tanta rerũ copia,talibus ingenio eloquioue nunquam defuturam ſcribendi materiã crediturus fuerim,facilè perſuaderi mihi patiar, quam libet ſeu ueram ſeu fictam cauſam potius quàm obliuionis nebulam, tibi ſilentiũ induxiſſe,hoc igitur ſaltem,quod multi ab amicis petierunt,ſed eorum,quos ego legerim primus omnium Cicero,ſcribe te nihil habuiſſe quod ſcriberes,hoc ipſum ſcribe, ſed alijs tamen uerbis,alioquin (quod intentionis meæ non fuit) breue nimis, & apertum euadendi tibi iter oſtendi euades, ſi te noui, ſaltu unico,& te uno uerbo redimes auctore me. ſic ego (quod multis accidit) conſilio meo ludar,ſed iam ſatis ſuperq; querelarum eſt,niſi quia ad ultionem tendo,& taciturnitatem tuam loquacitate punio.Vt uerò aliquid etiam familiarium curarum huic epiſtolæ includam,quæſo,ne pigeat apud cõmunem dominum,pro fœlici rerum mearum exitu intercedere. Voco autem quemlibet fœlicem, modo aliquis ſit, multum eſt Frater uana expectatione liberari,ignorant homines, quid lucri eſt, ſuperuacua & infinita deſideria proieciſſe,perdita ſatiant,poſſeſſa cruciant miſerorum animos,pluribus inanibus quàm ſolidos occupatos,& tanta eſt inſania, extricari ab erroribus, ut fiat uerò locus metuunt,dum ſibi proſperos rerum prægrandium exitus pollicentur.ſibi quippè placentes,ac ſuperbi & iniqui rerum ſuarum iudices,dignos ſe finxerunt,quibus ad nutum uniuerſa ſuccederent.ita quod in amatoria materia dixit Naſo:

Dum ſibi quiſq; placet,credula turba ſumus.

Iam mediũ uitæ cõmunis latè delirando perduximus,Vt enim eleganter à Tullio dictum eſt.Metellli ſperat quiſque ſibi fortunam. quot autem in hac uanitate falluntur, immò uerò quàm pauci,quàm penè nulli non falluntur.hinc licet aduertere,quod ſi uerum ſcriptorum teſtimonio ſtamus,ex omnibus ſæculis fœlix ille Metellus,nõ niſi unicum comitem, eumq; ipſum non domi, ſed procul & extra Italiæ terminos dicitur inueniſſe, qui tamen ipſi, quàm ritè fœlicitatis hoc inane nomen uſurpauerint, locus iſte non recipit, & fortaſſè aliud dicendi tempus aduenier. Nunc (ut cœptum pergam) ſi quod omnes ſperant, nullus

nullus aſſequitur,quã multos uitæ ſomnijs eluſos,expectãtesq; mors oppreſſerit, quotq; in finẽ oppreſſura ſit cogita.quibus ergo territus,hanc ipſe mihi legẽ ſtatui,altiora me non quærere. paria uerò pauca,quidem & modeſtiæ,quibus ſcilicet & obtentis ſobriè gaudeam,& amiſſa ferã fortiter, & repulſæ dolore non torquear.ad hanc legẽ ita me formaui, ut nix rei cuiuſquam uerear euentũ,modo expectationis faſtidia detrahãtur,quã obrem, per omnes te cœlicolas frater oro,ab hac quã primũ perplexitate diſſolui.auferi mihi expectationem,quicquid erit æquanimiter feram,finem facio,cum illo,cuius hoc mihi placet inter cætera,Pars beneficij eſt quod petitur,ſi bellò neges. Vale.

Fran. Petrarcha ad Lelium ſuum, S. XXII.

De uiolata quadam Virgine.

IMpletum eſt planè in nobis,quod de Pompeio tuo Cornelia q; ſua ſcribitur, neutercq; recedens ſuſtinuit dixiſſe, Vale. ſed nec multis inter nos uerbis opus erat, quæ nil aliud quàm amicorum,& paſsionum quæ in eis habitant notæ ſunt,cum animi noſtri (licet in ſilentio) uiciſsim pateant,unũ eſt,quod te nunc agere,ſi poſsibilitas adeſt uelim. Iuuenis quidam,uirginem cuius amore languebat,ipſa non obluctante cognouit,matrimonij pactis interpoſitis,id q́ue quod magis in aures tuas intret,neſcio an & in thoro, certè apud thorum accidit. loci dominus nobilis dicam,an ruſticus,iuuenem ipſum,quem graui & antiquo odio perſequitur,ad capitale ſupplicium uocat. mulier factum excuſat,nihil ſe contra quàm optauerit paſſam dicens,& promiſſas amantis nuptias efflagitat. Annuit ille,ſi liceat,ſed carcere cõcluſus,ſub iniquiſsimo, iudice cauſam dicit. cæterùm ubi compedes amoueãtur,ſoluti ambo,& ætatæ & animis & fortuna pares,optatiſsimas nuptias celebrabunt. Hæc ut ad me,indignantis primum populi uocibus,deinde etiam amicorum precibus,& lachrymis perlata ſunt,ut primus omnium occurriſti,à quo morbi talis auxiliũ peteretur,& nos aliquando Frater arſimus,& opem ferre decet ardentibus,Dominũ autem noſtrum,& ſi talia ſublimem eius animam non attingant,non tamen uſque adeò ferreum, aut inhumanum reor,ut humanis non miſeratur erroribus,nec eſt quod partius ardere ruricolas ſuſpicemur,in omne genus hominũ par imperium habet arcipotens ille puer.Scio apud Virgilium ſcriptum eſſe,quod:

Subita incautum dementia cœpit amantem,
Et ſequitur. *Ignoſcenda quidem.*
Sed terret quod in fine ſubiungit:
Scirent ſi ignoſcere manes.

Vereor enim,ne durior ille Bellerephon nihil humanitatis habens,inſuper ita aſcenſus, ſit ſanguinis ſitientior quàm oportet. utcũque ſuccedat nos partes noſtras implebimus,ego apud te,tu apud dominum,ut ipſe à præfato thori domino gratuitum munus,captiuum illum per literas ſuas petat. cuius nomen & rei geſtæ ſeriem,uillicus hic noſter,ob hoc unũ ad te miſſus exponet,nihilo narrator urbanior,quàm amator is,cuius amentiæ modò uenia poſtulamus. Vale.

Fran. Petrarcha ad Lelium ſuum, S. XXIII.

Eloquentiæ uis quanta.

QVid tibi uis dicam? ſic eſt,ut audieram & legeram,nullũ eſt tàm aſperum ingeniũ, quod non morum uerborumq; dulcedine mitigetur.ſic Aphricanus meus ille ſuperior,Syphacem regem barbarũ,atq; (ut Liuij uerbis utar) Romanis moribus inſuetum,& quod mirabilius fuit,Haſdrubalem quoq;,Carthaginenſium ducem,non barbarum modò,ſed etiã immitẽ Romani nominis inimicũ,inter cœnandũ ſuaui cõuictu,& comi manſuefecit alloquio. ſic Iul. Cæſar,Amyclam algis, & æquoreis ſpumis aſperſum, nudumq; & inopem piſcatorem, tàm leniter fando cœpit, & illius Cæſareæ facundiæ retibus circunuoluit, ut inaudito uerborum ſono, & ignoti hoſpitis admiratione, ſuſpenſus, confeſtim iubente illo, fragilem atque imparem pelagi minis cymbam, de tui littoris ſtatio-

ris ſtatione diſſolueret, parendiq; ſtudio, ſciens ac uolens, ad interitũ properaret, at ne ſem
per Aphricanos & Cæſares loquamur, ille Philoſophorũ princeps Plato, Dionyſiũ cõci-
liare ſibi potuit, Syracuſium Tyrannũ. Archelaũ uerò Macedoniæ regem, Euripides Poë-
ta, nec aut illi tyrannici ſpiritus rigor, aut huic immanitas obſtitit barbarica, utramq; duri-
tiem, ingenio & eloquentia molliuerunt. & quod huius generis omnia monſtra tranſgre
ditur, orator Aphthonius, ſæuos carnifices, ad ſe occidendũ miſſos, & iam ſtrictis mucro-
nibus irruentes, blanda oratione compeſcuit, uiciſſetq; crudelitatẽ eloquẽtia, niſi unus ex
eo numero, qui eum loquentẽ non audierat, cæteris iam digreſsis ſuperueniẽs, uelut aſpis
incantatoris uoce, non audita, uirus in illum ſceleſtis miniſterij effudiſſet. ſed quid homi-
num exempla conquirimus? Vrſos uidemus, pardos ac leones, atque alias truces & præ-
ualidas belluas blanditijs delinitas, parui domitoris imperiũ, patienter excipere, nexus inſu
per, carcerẽ, minas & uerbera. uolucres cœlo uagas, contra primæuam naturæ ſuæ legem,
humanam ſocietatem anteponere libertati, uitã in uinculis agere, operto capite, præreptoq;
etiam patriæ natalis aſpectu, famẽ ſuam nutritoris arbitrio moderari, de illius manibus ci-
bum ſumere, uocem iubentis agnoſcere, clamoribus obedire, ire ad emittentis arbitriũ, &
reuerti, opimaſq; prædas non ſibi ſed domino reportare. de piſcibus mihi tale (quod me-
minerim) legi, niſi quod Delphines neſcio, qua humano generi familiaritate coniunctos
ferũt, unde & Arionem quendam, tergo huius piſcis inſidentem, per tumidos fluctus ma-
ris euaſiſſe hiſtorica (ſeu potius) fabuloſa narratio eſt. uectorem ipſum fidibus canentẽ fa-
ciunt, quo nauigationi facilior fides ſit, mulcente aures muſica, & nauigium ſubleuante.
uiſum eſt enim, fabulam non admitti, niſi color mendacio quæreretur, gubernaculũ, ma-
lus, uela, remi deerant, pro his omnibus, unius muſicæ ſuauitas ſubrogata eſt. ſed quorſum
hæc tàm peregrina percunctaberis? ut intelligas me ingenium tuum ſummis inſerere, qui
non homines, non feras aut uolucres, ſed aquaticum hoc animal educatum, inter fontes &
flumina, eſcam de ſcopulis eliciens, contactu ac ſermone. In amicitiã pellexiſti, rediit equi
dem ad me ſui immemor, tui memor, cum multa de domino, multa de amicis quærerẽ, nil
niſi de Lelio reſpondebat, illius formam, illius mores, illius linguam, illius deniq; domicilio
um atq; habitum admirari. illum mihi quaſi incognitum ruralibus & tetricrepis uerbis ex
tollere, de illo mihi ſæpè licet interrũpenti, lõgiſsimas narrationes texere. cumq; ſæpè Te-
rentianum illud obijcerem. huí mihi illum laudas? ille eo magis ab exordio cuncta retexe-
re. quid plura? Intellexi illicò, te tuis artibus, meum mihi uillicum abſtuliſſe, nec indolui fa-
teor nec inuidi, ſed obſtupui plus te una hora, quàm me toto decennio potuiſſe. mirum eſt,
niſi tu colloquijs tuis, aliquid etiã magicæ artis immiſceas, nunc igitur captus amore tui,
cum his litteris iterũ ad te redit, ſimul & per te dominicæ inteructionis auxiliũ ſperans, per
quod amicũ ſuũ, de quo pridie tibi ſcripſi, iam extremis fortunæ laqueis artatum expediat,
niſi iudicis animo, (quod iam ab initio uerebar) ad ſupplicũ obſtinato, non ſit precibus lo-
cus. fama enim eſt, eum dolore ſimul & inuidia delibari uirginei floris inſanire, ad quẽ ipſe
ſicienter (ut memorant) aſpirabat, indignantẽ grauiter plus in amoris regno pauperis, blan
ditias, quã ſuas ineptas diuitias ualuiſſe. quod ſi accidat, ut obſtructis auribus uerba fun-
dantur, domino tamẽ partus erit integer miſericordiæ ſuæ, tibi beneuolentiæ tuæ fructus,
iſte quoq; agreſtis, amicitiæ ſuæ debitũ, me opitulante perſoluerit. ille aũt amator infœlix,
ſi aliter eſſe non poteſt, amoris ſui dulcedinẽ (quod multi fecerunt) mortis acerbitate penſa
bit. Hunc ſanè quo'nam humilium amicorũ loco numeres, tuũ erit. ipſe te dominorũ ſuo
rum inter primos numerat, aliquantoq; mihi de tua gratia iam, quàm de ueteris amici uita
uidetur ſollicitior, itaq; ut ſe tibi prorſus inſinuet, & allegorico munuſculo, animum ſuum
ſuauiſsime tibi deditũ oſtendat. liquoris omnium molliſsimi olei uaſculum tibi affert, quid
quod ſponte ſua, & (ut aiunt) uirginitate ſeruata, nullo premẽte defluxit, è baccis arborum
noſtrarum, quæ in collibus iſtis ſunt, ubi poſthabitis Athenis repertricem oleæ Mineruam,
habitare dicerem, niſi eam iam pridem Ianuenſi littore ad portum Veneris
atque Erycem collocaſſem, in Aphricæ
meæ libris. Vale.

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS, LIBER IIII.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. I.

Montem Galliæ quendam deſcribit.

ALtiſsimum Regionis huius montem, quem non immeritò Ventoſum uocant, hodierno die, ſola uidendi inſignem, loci altitudinem, cupiditate ductus aſcendi, multis iter hoc annis in animo fuerat, ab infantia enim, his in locis, ut noſti fato res hominum uerſante, uerſatus ſum. mõs aũt hic latè undiq; conſpectus, ferè ſemper in oculis eſt, cœpit impetus tandem aliquando facere, q; quotidie faciebam, præcipuè poſtquam relegẽti pridie res Romanas, apud Liuiũ fortè ille mihi locus occurrerat, ubi Philippus Macedonũ rex, is qui cũ P. R. bellum geſsit, Hemum montem Theſſalicum cõſcendit, è cuius uertice, duo maria uideri Hadriaticum & Euxinum, famæ crediderat. Verò ne an falsò ſatis comperti nihil habeo, quod & mons à noſtro orbe ſemotus, & ſcriptorum diſſenſio dubiam rem facit, ne cunctos euoluam Pomponius Mela, Coſmographus, ſic eſſe nihil hæſitans refert, Titus Liuius, falſam famam opinatur. mihi ſi tàm prompta montis illius experientia eſſet, quã huius fuit, diu dubiũ eſſe non ſinerẽ, cæterũ ut illo omiſſo, ad hũc montẽ ueniam, excuſabile uiſum eſt, in iuuene priuato, q; in rege ſene nõ carpiẽ. Sed deſo cio cogitanti (mirũ dictù) uix amicorũ quiſq; omni ex parte idoneus uidebaẽ, adeò etiam inter charos, exactiſsima illa uoluptatũ omniũ, morũq; cõcordia rara eſt. hic ſegnior, ille uigilãtior, hic tardior, ille celerior, hic mœſtior, ille lætior, deniq; hic ſtultior, prudentior ille q; uellẽ, huius ſilentiũ, illius procacitas huius pondus ac pinguedo, illius macies atq; imbecillitas terrebat, huius frigida incurioſitas, illius ardens occupatio dehortabatur, quæ quanquam grauia, tolerãter domi, omnia enim ſuffert charitas, & nullũ põdus recuſat amicitia, uerũ hæc eadem fiunt, in itinere grauiora, itaq; delicatus animus, honeſtæq; delectationis appetens, circumſpiciens quę librabat ſingula, ſine ulla quidem amicitiæ læſione tacitus, quicquid propoſito itineri præuidebat, moleſtum fieri poſſe damnabat, quid putas tandẽ, ad domeſtica uertor auxilia, germano q; meo unico minori, natu quem probe noſti, rẽ aperio, nil poterat lætius audire, gratulatus quod apud me amici ſimul ac fratris teneat locum. ſtatuta die digreſsi domo. Malaũſanam uenimus ad ueſperam, locus eſt in radicibus montis uerſus in boream, illic unum diem morari, hodie tandem cum ſingulis famulis montem aſcendimus, non ſine multa difficultate. eſt enim prærupta & penè inacceſsibilis ſaxoſæ telluris moles, ſed benè à Poëta dictum eſt:

Labor omnia uincit improbus.

Dies longa, blandus aër, animorum uigor, corporum robur ac dexteritas, & (ſi qua ſunt eiuſdem) euntibus aderant, ſola nobis obſtabat natura loci. paſtorem exactæ ætatis inter conuexa montis inuenimus, qui nos ab aſcenſu retrahere, multis uerbis enixus eſt, dicens ſe ante annos quinquaginta, eodem iuuenilis ardoris impetu ſupremum in uerticem aſcẽdiſſe, nihilq; inde retuliſſe, præter pœnitentiam & laborem, corpusq; & amictum lacerum ſaxis ac uepribus, nec unquam aut ante illud tempus, aut poſtea auditũ, apud eos quẽ quam auſum eſſe ſimilia. hæc illo uociferante, nobis ut ſunt animi iuuenũ monitoribꝫ. increduli, creſcebat ex prohibitione cupiditas, itaq; ſenex ubi animaduertit, ſe nequicq; niti, aliquantulũ progreſſus inter rupes, arduũ callẽ digito nobis oſtẽdit, multa monẽs, multaq; iã digreſsis à tergo ingeminans. dimiſſo penes illũ, ſi quid ueſtiũ aut rei cuiuſpiam impedimẽto eſſet. ſoli duntaxat aſcenſui accingimur, alacresq; cõſcendimus. ſed, ut ferè fit, ingẽtem

conatum, uelox fatigatio ſubſequitur. non procùl inde igitur, quadam in rupe ſubſiſtimus, inde iterum digreſsi, prouehimur, ſed lentius, & præſertim ego, montanũ iter, greſſu iam modeſtiore carpebam, & frater compendiaria quidem uia, per ipſius iuga montis, ad altiora tendebat, ego mollior ad ima uergebam, reuocantique & iter rectius deſignanti. Reſpondebam, ſperare me alterius lateris faciliorem aditum, nec horrere longiorem uiam, per quam planius incederem, hanc excuſationem ignauiæ prætendebam, alijsque iam excelſa tenentibus, per ualles errabam, cum nihilo mitior, aliundè pateret acceſſus, ſed & uia creſceret, & inutilis labor ingraueſceret. interea cum iam tædio confectum perplexi pigeret erroris, penitùs alta petere diſpoſui, cumque operientem fratrem, & longo refectum accubitu, feſſus & anxius attigiſſem, aliquandiù æquis paſsibus inceſsimus. Vix dum collem illum reliqueramus, & ecce prioris anfractus oblitus, iterum ad inferiora deijcior, atq; iterũ peragratis uallibus, dũ uiarum facilẽ longitudinem ſector, in lõgam difficultatem incido, differebam nempè aſcẽdendi moleſtiam, ſed ingenio humano rerũ natura non tollitur. nec fieri poteſt, ut corporeũ aliquid, ad alta deſcendendo perueniat. quid multa? Non ſine fratris riſu, hoc indignanti mihi, ter aut amplius inter paucas horas contigit. ſic ſæpè deluſus, quadã in ualle cõſedi. illic à corporeis ad incorporea uolucri cogitatione tranſiliens, his aut talibus, meipſum compellebam uerbis. Quod totiens hodie in aſcenſu montis huius expertus es, id ſcito & tibi accidere, & multis accedentibus ad beatam uitam, ſed idcircò tàm facilè ab hominib. non deprehendi, quod corporis motus in aperto ſunt, animorum uerò inuiſibiles & occulti. equidem uita quam beatam dicimus, celſo loco ſita eſt, arcta (ut aiunt) ad illam ducit uia, multi quoque colles intereminent, & de uirtute in uirtutem præclaris gradibus, ambulandum eſt. in ſummo finis eſt omniũ & uitæ terminus, ad quem peregrinatio noſtra diſponitur. eò peruenire uolunt omnes, ſed, ut ait Naſo:

Velle parum eſt, cupias ut re potiaris oportet.

Tu certè niſi, ut in multis, in hoc quoq; te fallis, non ſolum uis, ſed etiam cupis. quid ergo te retinet? nimirum nihil aliud, niſi per terrenas & infimas uoluptates planior, & ut prima fronte uidetur expeditior uia, ueruntamen ubi multum errauerís, aut ſub pondere malè dilati laboris, ad ipſius te beatæ uitæ culmen oportet aſcendere, aut in conuallibus peccatorũ tuorum, ſegnem procumbere: & ſi, quod ominari horreo, ibi, te tenebræ & umbra mortis inuenerint, æternam noctẽ in ꝑpetuis cruciatib. agere. hæc mihi cogitatio, incredibilè dictù eſt, quantum ad ea quæ reſtabant, & animum & corpus erexerit. atque utinam uel ſic animo peragam iter illud, cui diebus & noctibus ſuſpiro, ſicut ſuperatis tandem difficultatibus, hodiernum iter corporeis pedibus peregi. ac neſcio, an non longè facilius eſſe debeat, quod per ipſum animum agilem, & immortalem, ſine ullo locali motu, in ictu trepidantis oculi fieri poteſt, quàm quod ſucceſſu temporis per moribundi & caduci corporis obſequium, ac ſub graui membrorum faſce gerendum eſt. Collis eſt omnium ſupremus, quem ſyluestres filiorum uocant, cur ignoro, niſi quod per antiphraſim ut quædam alia dici, ſuſpicor. uidetur enim uerè pater omnium uicinorum montium. illius in uertice planities parua eſt, illic demum feſsi conquieuimus. & quoniam audiſti, quænam aſcendentis impetus aſcenderint curæ, audi Pater & reliqua, & unam precor horam tuam, relegendis unius diei mei actibus tribue. Primum omnium, ſpiritu quodam aëris inſolito, & ſpectaculo liberiore permotus, ſtupenti ſimilis ſteti. reſpicio, nubes erant ſub pedibus. iamque mihi minus incredibiles facti ſunt Athos & Olympus, dum quod de illis audieram, & legeram, in minoris famæ monte conſpicio. dirigo dehinc oculorum radios, ad partes Italicas, quo magis inclinat animus, Alpes ipſæ rigentes ac niuoſæ, per quas ferus ille quondam hoſtis Romani nominis tranſiuit, aceto, ſi famæ credimus, ſaxa perrumpens, iuxta mihi uiſæ ſunt, cum tamen magno diſtent interuallo. ſuſpirauí fateor ad Italicum aërem, animo potius quàm oculis apparentem, atque inextimabilis me ardor inuaſit, & amicum & patriam reuidendi, ita tamen, ut interim, in utroque nondum uirilis affectus, molliciem increparem, quam uis excuſatio utrobique non deforet, magnorum teſtium fulta præſidio. occupauit inde animũ, noua cogitatio, atque à locis traduxit ad tẽpora. dicebam

dicebam enim ad meipſum, hodie decimus annus completur, ex quo puerilibus ſtudijs dimiſsis, Bononiam exceſsiſti, & ô Deus immortalis, ô immutabilis ſapientia, quot & quantas morum tuorum mutationes, hoc medium tempus uidit, infinita prætereo, nondum enim in portu ſum, ut ſecurus præteritarũ meminerim procellarum. tempus forſan ueniet, quando eodẽ q̃ geſta ſunt ordine, uniuerſa ꝓcurram, ꝓfatus illud Auguſtini tui. Recordari uolo, tranſactas fœditates meas, & carnales corruptiones animæ meæ, non ꝙ eas amem ſed ut amem te Deus meus. Mihi quidẽ multũ adhuc ambigui moleſtiq; negotij ſupereſt, ꝙ amare ſolebam, iam nõ amo, mentior, amo, ſed uerecundius, ſed triſtius, iam tandem uerũ dixi. ſic eſt enim amo, ſed ꝙ nõ amare amem, quod odiſſe cupiam. Amo tamen, ſed inuitus, ſed coactus, ſed mœſtus & lugens. & in meipſo uerſiculi illius famoſiſsimi ſententiam miſer experior: *Adero ſi potero, ſi non inuitus amabo.*

Nondum mihi tertius annus effluxit, ex quo uoluntas illa peruerſa & nequam, q̃ me totũ habebat, & in aula cordis mei ſola ſine contradictore regnabat, cœpit aliam habere rebellẽ & reluctantẽ ſibi, inter quas iamdudũ, in campis cogitationum mearũ, de utriuſq; hominis imperio laboriosiſsima, & anceps etiam nũc pugna cõſeritur. ſic per exactũ decennium, cogitatione uoluebar. hinc iam curas meas in anteriora mittebam, & q̃rebam ex me ipſe. Si tibi fortè cõtingeret, per alia duo luſtra uolatilem hanc uitam producere, tantumq; ꝓ rata temporis ad uirtutem accedere, quantum hoc biennio per congreſſum, nouæ contra ueterem uoluntatis, ab obſtinatione priſtina receſsiſti, non ne tunc poſſes. & ſi non certos, at ſaltem ſperans, quadrageſimo ætatis anno, mortem oppetere, & illud reſiduum uitæ, in ſenium abeuntis æqua mente negligere? hæc atq; his ſimiles cogitationes, in pectore meo recuſabant Pater, de prouectu meo gaudebam, imperfectum meum flebam, & mutabilitatem communem humanorum actuum miſerebar, & quem in locum, quam ob cauſam uenìſſem, quodammodo uidebar oblitus, donec ut omiſsis curis, quibus alter locus eſſet opportunior reſpicerem, & uiderem, quæ uiſurus adueneram. Inſtare enim tempus abeundi, quod inclinaret iam ſol, & umbra montis excreſceret, admonitus & uelut expergefactus, uerto me in tergum, ad occidentem reſpiciens. Limes ille Galliarum, & Hiſpaniæ Pyreneus uertex, inde non cernitur, nullius quem ſciam obicis interuentu, ſed ſola fragilitate mortalis uiſus. Lugdunenſis autem prouinciæ montes, ad dexteram. ad læuã uerò Maſſiliæ fretũ, & quod aquas Mortuas uerberat, aliquod dierũ ſpatio diſtantia, præclariſsimè uidebant Rhodanus ipſe, ſub oculis noſtris erat, quæ dũ mirarer ſingula, & nũc terrenũ aliquid ſaperẽ, nũc exemplo corporis animũ ad altiora ſubuehèrem, uiſum eſt mihi confeſsionum Auguſtini librum, charitatis tuæ munus inſpicere, quem & conditoris & donatoris in memoriam ſeruo, habeoq; ſemper in manibus, pugillare opuſculũ, perexigui uoluminis, ſed infinitæ dulcedinis: aperio lecturus, quicquid occurreret, qd enim niſi piũ & deuotũ poſſet occurrere? fortè aũt decimus illius operis liber oblatus eſt. Frater expectans, ꝓ os meũ ab Auguſtino aliqd audire, intentis auríb. ſtabat, Deũ teſtor, ipſumq; qui aderat, ꝙ ubi primũ defixi oculos, ſcriptũ erat. Et eunt homines admirari alta montium, et ingentes fluctus maris, & latiſsimos lapſus fluminum, & oceani ambitum & gyros ſyderum, & relinquunt ſeipſos. obſtupui fateor, audiendicq; auidũ fratrem rogans, ne mihi moleſtus eſſet, librũ clauſi iratus, mihimet q̃d nũc etiam terreſtria mirarer, q̃ iampridẽ ab ipſis gentiũ Philoſophis diſcere debuiſſem, nihil ꝓter animũ eſſe mirabile, cui magno nihil eſt magnũ. Tũc uerò montẽ ſatis uidiſſe cõtentus, in meipſum interiores oculos reflexi, et ex illa hora, nõ fuit q̃ me loquentẽ audiret, donec ad ima peruenimus. Satis mihi negotij uerbũ illud attulerat, nec opinari poterã, id fortuitò cõtigiſſe, ſed quicquid ibi legeram, mihi & nõ alteri dictũ rebar, recolẽs ꝙ idẽ de ſeipſo ſuſpicatus, olim eſſet Auguſtinus, quãdo in lectione codicis Apoſtolici (ut ipſe refert) primũ ſibi illud occurrit. Non in cõmeſſationib. & ebrietatibus, nõ in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, ſed induite dominũ IESVM CHRISTVM, & carnis prouidentiam ne feceritis in concupiſcentijs ueſtris. ꝙ iam ante Antonio acciderat, quando audito Euangelio ubi ſcriptum eſt: Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia tua quæcunq; habes, & da pauperibus, & ueni ſequere

quere me,& habebis theſaurũ in cœlis.ueluti ppter ſe,hæc eſſet ſcriptura recitata cui ſcriptorũ rerum eius Athanaſius ait) ad ſe traxit Dominicum imperiũ. & ſicut Antonius his auditis,aliud nõ quæſiuit,& ſicut Auguſtinus his lectis,ulterius non proceſsit, ſic & mihi in paucis uerbis,q̃ præmiſi totius lectionis terminus fuit in ſilentio, cogitanti quanta mortalibus conſiliꝫ eſſet inopia,qua nobiliſsima ſui parte neglecta,diffundantur in plurima,& inanibus ſpectaculis euaneſcant,q̃ intus inueniri poterat,quærentes extrinſecus, admirantiq̃ nobilitatẽ animi noſtri,niſi ſponte degenerans ab originis ſuæ primordijs aberraſſet,& quæ ſibi dederat in honorẽ Deus,ipſe in opprobriũ cõuertiſſet,quotiens putas,illo die rediens,& in tergũ uerſus cacumen montis aſpexi,& uix unius cubiti altitudo uiſa eſt, p̃ altitudine cõtẽplationis humanæ,ſiqs eã nõ in lutũ terrenæ fœditatis immergeret.Illud quoque p̃ ſingulos paſſus occurrebat,ſi tantũ ſudoris ac laboris,ut corpus cœlo paululũ proximius fieret,ſubire nõ piguit,q̃ crux, quis carcer,qs aculeus deberet terrere animũ,appropinquante Deo,turgidumq̃ cacumen inſolẽtiæ,& mortalia fata calcentẽ,& hoc quotõ cuique accidet, ut ab hac ſemita, uel durarum metu rerum,uel mollium cupidine non diuertat;ô nimium fœlix ſiquis uſquam eſt,de illo ſenſiſſe arbitrer Poëtam:

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Atq; metus & inexorabile fatum
Subiecit pedibus,ſtrepitumq; Acherontis auari.

O quanto ſtudio laborandũ eſſet,ut non altiorẽ terrã,ſed ut elatos terrenis impulſibus, appetitus ſub pedibus haberemus.hos inter nudos pectoris motus,ſine ſenſu ſcrupuloſi tramitis,ad illud hoſpitiolũ ruſticũ,unde ante lucem moueram, profunda nocte remeaui, & luna pernox,gratum obſequium præſtabat euntibus,interim ergò,dũ famulos apparendæ cœnæ ſtudiũ exercet, ſolus ego in partem domus abditam perrexi,hæc tibi raptim & extempore ſcripturus.ne ſi diſtuliſſem,pro uarietate locorum,mutatis forſan affectibus,ſcribendi propoſitum deferueret.uide itaque Pater amantiſsime,quàm nihil in me oculis tuis occultum uelim, qui tibi nedum uniuerſam uitam meam, ſed cogitatus ſingulos tàm diligenter aperio,pro quibus ora quæſo,ut tàm diù uagi & inſtabiles, aliquando ſubſiſtant, & inutiliter per multa iactati,ad unum bonum uerum,certum,ſtabile ſe conuertant. Vale.

Fran. Petrarcha Dionyſio ſuo, S. II.

Diuitias eſſe contemnendas.

NIl dulcius audierant aures meæ,poſtquam uocem tuã audire deſierũt,quàm quod ad regẽ uocatus acceſſeris,rationem,inquit,expecto,nõ poſſum breuiter,itaq; longius incipiam.Optauit aliquando tibi genitrix,longitudinẽ dierũ innumerabilibus periculis et calamitatibus obiectam.aliquando diuitias humanarum mentiũ,non mediocrem laqueum ac funeſtam ſarcinam libertatis,aliquando formam corporis,deformitatis animæ plerunque materiam,quid de ſodalibus,quid de nutricula tua ducam;muliercularum omnium una lex eſt,inepta cupiũt,ridenda formidant,de patre libet altiora credere. optauerit ergo filio,quod ait Satyricus:eloquium & famam Demoſthenis,aut Ciceronis,quæ quanti ſæpè periculi plena,utriuſq́ exitus eſt teſtis,multis & inanibus,uel tuis uel aliorũ pro te uotis fatigatæ ſunt aures Dei.horum tibi aliquid anxiæ non opto. quare;quia ſtultum eſt, uehementer appetere, quod poteſt peſsimo fine concludi. illud bonum tibi cupio quod mihi,beatam uitam,ad quam multi ſuſpirant,pauci perueniunt. eſt enim ſalebroſum iter atque anguſtum & difficile, & amœna ac prona circum deuia, eſt autem ut in ſagittando,ſic in alia qualibet operatione mortalium, aberrare perfacile, ſignum attingere, is demũ artificij finis eſt.Idcircò difficilior,quia ad illũ una tantũmodò, ad errorẽ innumerabiles ſunt uiæ.hanc ſanè quam dico beatã,quanquam ingenioſiſsimis atq; doctiſsimis uiris fortè aliter uiſum ſit,in hoc corporis ergaſtulo mereri,quidem utcunq; poteſt labor humanus & ſperare,amplecti aũt ac tenere,non poteſt.hoc ergo ſtudio decurritur,finis eſt, ubi quieſcit intentio , neque nobis hoc ſolis perſuaſum eſt . quid enim aliud Cicero ſentiebat, ubi ait, quod Hæc uita uia eſt in cœlum;habet tamen interdum , illi æternæ, quiddam hæc mortalis uita ſimillimum, ut & ſi beata nondum ſit (id enim beatum eſt, duntaxat,

duntaxat, cui nil ualet accidere, iam tamen humanas miſerias,longè infra ſe uideat,& in imo ſtans,adhuc ſupernæ fœlicitatis luce reſplendeat.hoc ſanè non diuitiæ præſtant, non inſanientis uulgi plauſus,non potentia,non uoluptas.ſed uirtutum comitatus atque animi tranquillitas,ad quam adipiſcendam, diuerſum fortaſsè aliꝭ uidebitur.ſed quantum opinio mea fert,nihil æquè adiuuat,ac nobilium ingeniorum familiaritas & clarorum uirorũ conuerſatio.cernis(ut arbitror)quid intendam,dicam tamen expreſsius.qs in Græcia clarior Themiſtocle;ut ait Tullius,ego fidẽtiſsime,qs in Italia, immò uerò quis in Europa clarior Roberto;in quo ſæpè cogitans,ſoleo non tàm diadema,quàm mores,neque tã regnũ q̃ animũ admirari.illũ ego uerè regẽ dixerim,q nõ ſubditos modò,ſed ſeipſum regit ac frenat,q exercet in paſsiones ſuas imperiũ,q̃ ſũt animo rebelles , illũ ſi ceſſerit oppſſuræ,ut nulla eſt quidẽ clarior uictoria,q̃ ſeipſum regere. q̃modo ille mihi Rex erit, in quẽ regnat ambitio;q̃modo inuictus,quẽ ſternit aduerſitas;q̃modo ſerenus,quẽ mœror ob nubilat;q̃modo magnanimus,quem minimarũ etiã rerũ pauor examinat;& ut fulgida uirtutum nomina taceamus,quis mihi liberum dicet eum,qui cupidinum uariarum iugo premitur multiplici:infra omnia iſta deſcendam;qua fronte hominem dicimus,quem ſcimus ex homine nihil præter nudam effigiem retinere,belluarum moribus deformem, & ſæuorum animantium feritate terribilem;q̃mira ergo,licet publica,dementia;Regem eũ dicere,q nec rex nec liber,& ſæpè ne homo quidẽ ſit.magnũ eſt regẽ eſſe,perexiguũ regẽ dici,rariores ſunt reges,quàm uulgus exiſtimat,nõ eſt titulus iſte uulgaris,minus gemmarũ atque eboris ſceptra conſumerent,ſi ſoli reges illa portarent.ueri reges intra ſe gerunt,q̃ eos uenerabiles facit,ſemotis licet ſatellitibus,& abiectis inſignib. reges ſunt.cæteros cultus exterior,facit horribiles,Robertus uerè inclytus & uerè rex eſt,qui quàm ſit imperioſus in ſeipſum,exempla inauditæ patientiæ, & moderationis indicant,de quibus alter fortè dicendi locus fuerit:quàm uerò latè regnet in alios,diſſonantes lingua & moribus populi,& diſiunctiſsimi regionum fines oſtendunt.Seneca tuus in quadam Tragœdia,quid regem faciat,& quid non faciat egregiè recollegit,his uerſibus:

Regem non faciunt opes,
Non frontis nota regiæ,
Rex eſt,qui poſuit metus,
Mens regnum bona poſsidet,
Nil armis,& inertibus
Parthus,cum ſimulat fugas.
Vrbes ſternere machinis
Rex eſt,qui metuit nihil:
Non ueſtis Tyriæ color,
Non auro nitidæ trabes.
Et diri mala pectoris,
Nil ullis opus eſt equis,
Telis,quæ procul ingerit
Admotis nihil eſt opus,
Longè ſaxa rotantibus.

nec longè poſt:

hæc ille.

Ad hunc itaque regem(ut principio conueniat finis)uocatus iuiſti,quod ut ille iuberet, & ut tu pareres, quid aliud quàm ſtudiorum ſumma conformitas fecit;ille quidem quantũ curis ſuis ſolamen aſciuerit dicerem,ſi apud alium loquerer, tibi certè ad interni hominis pacem,quàm uti ſæpè querebaris, Tuſcarum rerum fragor impulerat, qua compendioſius pergeres non erat.congratulor ergo ſeu prudentiæ ſeu fortunæ tuæ,& uocem, quæ tũc mihi fuit in ore,aliquantò nunc fidentius repeto.ubi enim fama primum , deinde per literas tuas accepi,te Florentia digreſſum,iſſe Neapolim,& mecum & cum amicis dixi:Dionyſius noſter,ad tranquillitatem animi,magnis paſsibus contendit,& ad beatam uitam rectum iter ingreſſus eſt. De me autem ſic habe,breui te conſequar.noſti enim, quid de laurea cogito, quàm ſingula librans, præter ipſum de quo loquimur regem, nulli omninò mortalium debere conſtitui,ſi tanti fuero ut uocer. benè eſt:alioquin fingam neſcio quid audiſſe,uel epiſtolæ ſuæ ſenſum,quam ipſe mihi ſumma hominis incogniti & familiariſsima dignatione tranſmiſit , quaſi dubitans, in eam potiſsimum partem traham, ut uocatus uidear.& regio quidem ſtylo,quiddam modò plebeium reddidi, fulgore attonitus,nec æquis ingenij uiribus & lyra, ut aiunt,longè impari. Vale.

Fran. Petrarcha Roberto Siciliæ regi, S. III.

De Animæ immortalitate.

PRæstrinxit oculos meos fulgor insolitus, fœlix calamus uisus est, cui talia crederentur. quod primum mirer? Eximiam breuitatem, an maiestatem sententiarum, an diuinam eloquij uenustatem? nunquam Rex inclyte (fateor) credidi, rem tantam dici posse, tàm breuiter, tàm grauiter, tàm ornatè, nec iam tale aliquid ex humanis ingenijs expectabã. equidem ut cõstaret, te corda hominũ in manibus habere, quo tota illustrium Oratorũ suspirat intẽtio, legentis animũ, tàm uarijs affectibus impulisti, ut sine luctamine, in omnẽ partẽ stylj, tua uestigia sequereꝛ uolubilitate mirabili. ecce enim in prima sobrij frõte sermonis, dũ summã humanæ miseriæ, acerrimasq; molestias laborũ, & necessitatem mortis acerbissimam, tractim ex radicis labe ramis ac frondibus obrepentem, magnificentissimè deplorasses, mouebar usq; adeò, ut crebò inter legendũ suspirans, & ineluctabili sorte perterritus, totũq; hoc nomen hominis perosus, penè nec natus essẽ, nec unquam nasciturus optarem. Actũ erat, & mihi iã tranquillitas omnis exciderat, nisi quæ lætale uulnus inflixerat manus, eadẽ mox remediũ attulisset, sensi unũ & repentini mœroris & consolationis artificem, nec unquam certiùs qd eloquentia possit agnouerã, tàm potenter enim paucorũ ope uerborũ, sub immortalis animæ futuræq; reparationis obtentu, ægrũ atq; labantẽ animum erexisti, ut gaudio mihi fuerit, genitũ essẽ mortalẽ. nam qd beatius excogitari potest, q̃ exutũ uestẽ corporea, & de compedib istis explicitũ, ad illã diẽ, exactis tẽporũ curriculis peruenire, q̃ nos absorpta morte, immortalitatẽ induat, reparans indissolubiliter, ac reformãs putrẽ & semesam tineis, atq; undiq; fluentẽ tunica carnis nostræ? quã spẽ, et si Philosopho rũ gẽtilium nullus attigerit, uetustissima tamẽ est immortalitatis opinio, nec nostris solũ, sed illis etiam ꝓbata, qbus *CHRISTI* nomen inauditũ est. præter Epicurum enim, & nescio quot ex illo infami grege, immortalẽ essẽ animam, nemo est q neget. de qua re (ut Pherecydem primum apud Syrios sententiæ huius auctorem, discipulumq; Pherecydis Pythagoram, totãq; Pythagoream familiam, Socratem omnesq; Socraticos prætream) Plato ipse summus uir, clarissimum uolumen edidit, quo Vticensis Cato moriturus, suprema illa nocte sua, pro consiliario usus perhibetur, ut ad cõtemptũ uitæ huius animosior, & ad amorẽ decretæ mortis accederet. quam sententiam, postea M. Cicero, & in Tusculano suo, & in septimo Reipublicæ diuino genere orationis asseruit, nec non, & in dialogo Lelij qui de Amicitia uera est, & in eo libro, qui Cato maior inscribitur. defensionem continens senectutis, alijs qúe præterea tàm multis in locis attigit, ut ualdè mihi quidem sollicitus uideatur, ne quem ueritas tàm comperta prætereat, sed cui hæc insipiens loquor? profectò non modò regum nostri temporis, sed Philosophorum regi. Ignoscе autem quæso, si hactenus me dicendi calor euexit, ut regium dogma, cui plurimum me debere fateor, non amplecterer solum, sed testibus adhibitis confirmarem, quod ita mihi animum affecit, ut securus iam ac spei plenus, formidatum gentibus diem mortis expectem. Hunc diem transuecta neptis tua, quam finis epistolæ canit ac prædicat, inuidiosa potiùs, ut mihi quidẽ uidetur, quàm miserabili sorte defungitur. quamuis enim ab ipso ætatis & formæ flore sub tracta sit, publica ferè totius orbis querimonia, multisq; præcipuè populorum utriusque regni, & unde ortum, & in quod translatum, illud rarum & eximium decus erat, lachrymis ac lamentis. ipsa tamen fœlix est, non solum, ꝙ ad æternæ uitæ delitias, per horrificum illud mortis limẽ ingressa est, sed etiã, qd tu eam nobilissimo elogio omnib. seculis illustrasti. qs enim mortuam, immò uerò, quis non glorioſissimè uiuẽtem dicere audebis, q̃ Deus in cœlo, tu in terris uiuere uoluisti? ò, in quã, fœlix, mulier, ò iterũ fœlix, q̃, ꝓ una temporali uita eadem qúe breui & incerta, & mille semper casibus exposita, duas æternitates, ut ita dixerim, consecuta est, quorum alteram cœlesti, alterã terreno regi, illam *CHRISTO* debeat, hanc Roberto, ingentia duo munera, munificentissimis largitoribus accipiens, eò fœlicior uideri debet, ꝙ in cœlo & in terra, gratiam dignissimis relatura est. plurimum enim ex persona tribuentis muneribus ipsis accedit, multum interest, à quo beneficium acceperis, & cui proinde sis obnoxius. sanè quæsitam illi cœlitùs immortalitatis condi-

conditionem, beatissimamq; uitæ mutationem sileo, ne ineffabilia prosequentem destituant uires, quanta demum gloria est, quàm tu sibi supremis laudibus peperisti. certè dum illud tuum siue epigramma, siue epitaphium dici mauis, quod æternæ mansurum esse confido, nuper defunctæ neptis memoriam celebrabit, semper illa tecum, & cum clarissimis omnis æui nominibus uiuet. erunt qui mortem immaturam, & iacturam modici temporis tali cupiant compensasse panegyrico, quique quod de Achille dixisse fertur, Alexander Macedo, suspirantes dicant, ô fortunata, quæ talem præconem tuæ uirtutis inueneris. sed iam metuo, ne prolixitas in fastidium uergat, elegantissima quoque breuitas tua, ne longius uager admonet. subsistam igitur, Deum orans, cunctosqúe cœlicolas, ut serenitatem tuam, geminis tàm bellorum quàm studiorum laureis ornatam, diu iubeant in statu fœlicissimo florere. Vale.

Fran. Petrarcha Peregrino Messanensi, S. IIII.

Obitum amici deplorat.

GRauissimam querelam, epistolæ finibus non contemnam, differre compulsus sum, non est usitatum animi mei uulnus, aut uulgato medicamine reuelandum, altiùs in præcordia descendit, obseruauit enim no cendi locum, ac tempus, & toto pondere ferox incubuit fortuna. Thomamq; meum, nunquam mihi sine lachrymis nominandũ, eximio flore, raræ indolis, fructus uberrimos, & magna rerum incremẽta pollicitum, primo, ut sic dixerim, ætatis uerè præripuit. cuius immatura obitu, ipse mihi fateor, mortalia cuncta, uilu erunt. uideo quanta rerum nostrarum firmitas, quid mihi nunc sperandum sit, exemplo cõiunctissimi fratris admoneor, una ætas erat, idem animus, summa studiorum paritas, incredibilis identitas uoluntatum. unum eramus, uno calle gradiebamur, unum terminum petebamus, uno calle gradiebamur. unum terminum petebamus, unus labor, una spes, una erat intentio, unus utinam finis esset. Hanc acerbissimam fati uim, deflere mecum, & profundissimo simul uulneri meo, paria si possim adhibere remedia, meq; ipsum meis literis, & iusto uolumine consolari propositum est mihi. fecit hoc primus in morte dilectissimæ filiæ, M. Cicero, diuino ille quidem & inaccessibili quodam stylo. fecit idem multis post seculis, in morte fratris Ambrosius, temptare libet modò, per occupationes liceat, quid in amici morte possit stylus humilior. Interim epigramma, quod postulas, udum fletu accipe, placet, ut super sepulchri lapidem, breue carmen, & super amici corpus dolor meus emineat. Vale.

Indolis atq; animi, fœlicem cernite Thomam,
Quem rapuit, fati præcipitata dies.
Hunc dederat mundo, tellus uicina Peloro,
Abstulit hæc eadem, munus auara suum:
Florentemq; noua iuuenem uirtute repentè,
Succidit, misero, mors inimica, mihi.
An ne igitur grates referam, pro munere tanto?
Carminibus Siculum littus, ad astra ferens?
An ne gemam potiùs simul indignerq; rapinam?
Flebo? Nihil, miseris, dulcius est gemitu.

Fran. Petrarcha Iacobo Messanensi, S. V.

Obitum amici conqueritur.

POst Thomam meum, fateor, mori uolui, nec potui, sperati, sed elusus sum, nec ignoro, quid si hoc audiat, respõsurus sit Anneus Seneca. Frustrà scilicet optari, quod in manu positum nostra sit. ego uerò in multis hominis ingenium probans, ab eodem tamen, in multis & præsertim in hac præcipiti ac temeraria opinione, dissentio, quam non solum nostris, sed Philosophorum quoque gentilium testimonijs, & auctoritate conuincere, non operosa disputatio esset, sed modò non id agimus. igitur ut ad rem ueniã, infœliciſsimis rumoribus affecto, & optima mei parte amissa, uitam sine illo uerè solitariam, atq; anxiam perosa, peropportuna febris affuit, qua duce, lætus usque ad ipsum limen mortis accessi, sed cum transire uellem, in foribus scriptum erat. Noli adhuc, nondum

uenit hora tua:continui gradum,& repulsus inde mœstus ad uitam redij.atq; ita sum,ut facilè cernentibus appareat,me inuitum uiuere,uiuo tamen,q; omnes metuũt, solus speràs, & dolorẽ meũ breuitate cõsolor.scio enim q; mihi cũ morte fœdus,q; cũ carne commercium,utinam sic mihi,quantulumcunq; uitæ supereſt,contingat agere,ut omnibus horis,in promptu & (ut dici solet in numerato habeam, quod debeo, sitq́ue quod ait Psalmista: Anima mea in manibus meis semper. Vale.

Fran.Petrarcha Ioanni Columnæ, S. VI.

Super morte fratris amicum consolatur.

VRget dolor,hortatur charitas,ut scribam aliquid, sola desperatio profectus dehortatur.credo enim, recentissimum adhuc animi tui uulnus,talibus auxilijs non egere, uincet dolor,uincet amor,cedet desperatio,insitæ deuotionis imperio damnatum, sæpius & abiectum reuertor ad calamum.sic enim, & si nihil amplius, tantisper euaporabit iste, qui me intus urit,& prægrauat calamitosæ mentis affectus, atque utinam mœrori tuo, non intempestiuus & inopportunus consolator accesserim. Scio irritos à Tyberio principe Ilienſium legatos, quibus,cum ad eum consolandum, in morte filij aliquanto serius uenissent,mandatis expositis respondit: Etiam illorum uicem ipsæ dolere, quod egregium ciuẽ Hectorem amisissent.sed non ea tibi mens est,neq; hi mores, notissima tua est pietas,peruulgata humanitas,non in tuos modò,sed in omnes.itaque non sum nescius, quot gemitus,iam fortasis uel animi uirtute compressos,uel tractu temporis parumper absterſos,hoc sim suscitaturus alloquio.nunquam etenim casum tuum uerbis extenuare temptabo,illud potius fatebor,nullum ex omnibus,quos ego quidem uiderim, de quibus audierim, aut legerim, plus unius morte fratris amisisse. uide quantum lachrymis indulgeo, & quàm latum suspirijs iterpando, dum extirpandis si dabitur,totius morbi radicibus sum intentus, Fluant interim quacunque libet, dum meminerint, ijsdem mox tramitibus obstrusis, non licere amplius niti, &, qui luctuosarum mentium mos est, alias atque alias dolori rimulas conquirere. Magnam igitur in primis,quandam & insignem iacturam accidisse tibi uideo,talis & tàm dilecti fratris interitu. uerum tunc ego, infinitam & inextimabilem iudicarem,quando mors illum extinxisset,& non spatio modici temporis separasset,at qui dũ hic fuerat,quantulam uitæ suæ particulam sub oculis tuis egit? Computa oro tempora,quod auidissimè faciunt amantes,& ab ultima repetens infantia, usque ad hanc ætatẽ,memori animo percurre,Iã ille,pcul à patria genitus, & sub illo glorioſissimo patris exilio,productus in lucem,primos uagitus edidit in terra longinqua,spectatæq; indolis puer,teneriorisuitæ annos,uel sine te,uel si tecum egit,ea tamen erat amborum ætas, quæ nec ueri iuditij capax est,& solidi amoris fundamenta non recipit.ita uel semper eatenus absens fuit,uel absenti simillimus.Mox ubi adolescẽtiæ fines attigit,incredibili quodã amore literarum,quarum aut temerè quisquã fuit appetẽtior,nunc per Italiã,nunc p Gallias longè lateq́ue peregrinatus est,ita dum anhelans,ac per diuersa terrarum generosam sitim satagens extinguere:omnibus fermè studiorum fontibus immergitur, usque ad uirilem ætatem,spontaneum ipse sibi indixit exilium,post hæc sola uirtutis admiratione, facillimè dispensante, ante annos ad Episcopatum est proiectus,quem sic gesſit,ut tantum uirum, non altiori solio sedentem cernere,cunctos bonos puderet,præter eum ipsum, qui ab omni ambitionis aut auaritiæ ardore liberrimus, & forte sua lætus, Episcopalem gradũ insigniter honestabat,atque altiorem non modò non optabat ascensum,quin potius detestabatur atque oderat, & uelut præcipitij sedem, illud supremæ fortunæ fastigium perhorrebat. cuius rei,cum totius uitæ tenor,atque unus semper secretioris textus eloquij,in quo celsum illum ac tranquillũ animũ uidebamus,tũ præcipuè testis est,grauitatis ac modestiæ conẽptusq; terrenarum rerum,plena epistola,quam manu propria nouissimis uitæ suæ temporibus ad te scripsit.quamque dum relego,nunquam sine iucundis lachrymis facio.est enim apud me,quem illius & custodia,& responso dignum credidisti,nunc etiam, & præsentem spectare,& uiuas uoces audire mihi uideor,nec magnoperè ullas requirere

Philoſo-

Philosophorum scholas,tàm plenè ibi paucissimis uerbis absoluit,quæ ad sobrietatem pertinent,& ad beatam uitam,atque inter cætera,mirum dictù,cum de eo attollẽdo altius assiduè ageretur,religiosissimo iureiurando interposito affirmat,se supra quàm credi posset, rebus suis esse contentum,nec ullo pacto altius ascensurum,& in quo tunc erat statu mori se,nõ sperare tantum,sed optare.ascendisset autem uel inuitus,quo eum & sanguinis claritas,& merita trahebant,nisi olim quæ mentes curialiũ possidet,obstitisset inuidia,& nũc postquam ea, iam gloriæ ac uirtuti cesserat, uirentissime iuuentutis cursum, medio calle mors obuia præuertisset. sed ad otdinem reuertor. Factus Episcopus, commissi muneris exactissimam curam habens,te quàm primum relicto, ad sedem propriam maturauit,nec eum tanta rerum locoruḿq; mutatio exterruit,Inter romanas opes ac delitias,enutritus,ad Pyreneos saltus,serenissima fronte & æquissimo animo transiuit,ita ut aduentu eius non tàm sua,quàm locorum facies mutata,nec tàm ipse in Vasconiam, quàm Vasconia omnis in Italiam trãsisse uideretur,q; iter ego secum egi,& me fœlicẽ recordatio sola facit, dũ memini,& mãsuetudinem,in ea fortuna,& humilitatẽ in illis tot naturæ dotibus,& honestatẽ in ea specie corporis admirandam. denicq; dum in animum redit illa cærimoniarum omniũ iugis integritas,atq; illa iuuenis pontificis optãda potius senibus,quàm speranda grauitas, si cubi errantem audieris,interrumpe,Toto quidem illo tempore germanum amantissimũ non uidisti, at inde rediens,subsistit fortasse,usurus aliquando fratris exoptatissimo conuictu, speraſſe quidem id illum reor, nam optasse certus sum,sed ea quæ actus hominum dispensat,domina prohibuit fortuna. Siquidẽ & domus,& patriæ laboribus ac uocibus excitatus,Romã coactus est petere,quo & ego qui tunc lõgè aberã,ipsum (ut scis) dulciter euocãtẽ,te uix tandẽ permittẽte secutus sum.credo id agente Deo,ut geminæ uirtutis mirator ac testis,pace belloq; illius prouidẽtissimi pectoris cõsilijs interessem. Septẽnio in patriam exacto,ea pietate, eaq; animi cõstãtia.ut reliquiarũ suarũ illũ unicũ seruatorẽ Roma recognoscat,& q; in cineres nõ tota corruerit,illius etiã nũc cinerib.se debere fateat,ad cõspectũ tuũ nouissime remeauit. neq; amplius substitit,q; ut tibi supremũ Aue simul & Vale diceret.illicò enim & desertæ sedis uiduitatem miseratus,& solitudinis auidus,q; diuturnis populorũ cõcursibus compẽsare decreuerat,aliquando sibi ipsi uicturus,qui patriæ uixerat,& amicis.rursus ad Episcopatũ suum sese contulit, ubi multa cum honestate degens,& sicut antea cæterorum,sic tunc suiipsius uictor,uitam suam Deo & hominibus exẽplariter cõmẽdauit. Anno ibi tandẽ uix peracto,iuuenis admodũ,ab huius uitæ tempestatibus, ad quietis portũ,& ad fœliciora regna translatus est. recognosce mecũ singula,Pater optime nec de germano colloqui pigeat,cum illo, qui in fratre tuo decus suũ sibi præreptum luget,& tamen (quod infantibus prolapsis nutrices solent,pòst tàm grauem casum,animo suo mœrenti,hæc uerborum adminicula qualiacunq; conquirit.recense mecum,igitur fraternæ uitæ tempus uniuersum, ætatis illum angustissimam portiunculam, tecum exegisse, teq́ue germanam eius dulcedinem, semper in transitu,& uix summis (ut aiunt) labijs degustasse, fateberis, & si hactenus non luxisti iam tandem lugere desinito. ego tamen hinc intelligo & scio,fecit enim me talium expertum,crebra mortis iniuria,scio quid mihi nunc,insilentio uulneratus & ulcerosus animus respondet. tu ne mihi mortis & absentiæ parem conditionem argumentaris? atqui absentem reuidere cum desiderio sperabam,ubi nam degeret noueram,assiduis q́ue rumoribus onus solabar absentiæ? nunc uerò, & solamen illud, & spes omnis intercidit. Mihi autem,fateor,nihil omnino morte similius,quàm absentia uideretur,nisi in morte certiora quædam solatia reperirem. utraq; quidẽ corpore segregat, animo neutra disiungit,uerum suspendit absentia,& semper anxias mentes habet,quibus mors omnem superuacuam curam demit. quis enim fratres absentes,præsertim uel amicos habere & securus esse poterit,nisi qui casuum humanorum omnino nescius, fortunæ uim atq; inconstantiam,nõ attendit? de se alij uiderint,ego quidẽ ex quo hic sum,nunq; meorũ literas,nisi tremens & pallidus accepi, & postquam omnes benè ualere nunciarum est,adhuc curis non exoneror.quis enim me certũ facit,ne dũ per alpes ac maria ad manus meas scripta peruenerit,aliquid forsan inciderit aduersi, q̃d in ictu oculi fieri solet, nec pudebit

Ee 5 apud

apud te familiariter gloriari,multum me in hoc temporis ac ſtudij poſuiſſe, ut aduerſus repentinos caſus armatum,ac præparatum animũ haberem, utq; ad id ſi quo modò poſſem peruenirem, quod ait Seneca: Sapiens ſcit ſibi omnia reſtare, quicquid factum eſt dicit, ſciebam.ego uerò cum in alijs innumerabilibus,tùm in hoc præcipuè ſentio,me nec eſſe ſapiẽtem, quod uſq; ad hoc tempus,hanc unam ſarcinam prorſus deponere nullo ſtudio ualuerim,iſtam ſollicitudinem tibi mors eripuiſſe debuit,&,niſi magnitudine animi tui fallor,eripuit.ſcis ubi frater tuus eſt,& qualiter ſibi eſt,neq; iam ſtatus ſui ueritatem ſolitam pertimeſcis,ſi iuſtitia, ſi fides,ſi pietas,ſi charitas uiam ſternit ad ſuperos,ſi terrenis laqueis,expedita mens,liberioꝛe ſurſum tollitur uolatu:ſi bonis & benè creatis ſpiritibus, ſedes ultima & æterna cœlum eſt,illuc fratrem tuum aſcendiſſe cõfidimus,& ſi qua eum mortalitatis noſtræ contagia,quod profectò non ſuſpicor,retardaſſent,in uia eſt, & iam ſolitus atq; alacer feſtinat ad patriam. Cæterum ubicunq; eſt,ſæpè ad te oculos reflectit oratq;,ne fœliciſſimã profectionem eius, gemitibus tuis impedias. Nec te uidendi fratris deſiderium torquere debet,uidebis eum ſuo tempore, multò anguſtiorem ſolito, multoq́ lætiorem. quid ni, cũ ego adhuc eum uidere non deſperem:alioquin fateor inconſolabiliter angere. quis enim mihi Catholico quamuis peccatori,ſpem negauerit,quam gentiles homines habuiſſe comperio; intelligis quid uelim.de Catone loquor & Socrate,quorum in hac parte ſententias annotare non attinet,quas multò tibi notiores arbitror eſſe quàm mihi, non igitur mors auferre,ſed differre potuit fraterni uultus aſpectum,quem licet in perpetuum abſtuliſſet, non tamẽ immoderati luctus,uiro digno eſſet occaſio. Nam ſiue illum defles uitæ laboribus ac periculis liberatum,& uide,oro,ne inuidentiæ potius dici poſſint,quàm compaſſionis lachrymæ,ſiue teipſum tanto præſidio ſpoliatum,& dulciſſimo iucundiſſimoq; comite in medio peregrinationis huius calle deſertum dicis,& uera quidem,ſed nequaquam ſufficiens cauſa eſt,ut egregios animos propriæ calamitatis afflictione deijciat. Accedit, quod damni tui memoria, quotiens ante oculos mentis redit, totiens diuinæ liberalitatis admoneat æquiſſimum eſt.ingratus enim eſt, qui ablati memor,obliuiſcitur accepti.proinde ubi animum pupugit acerba illa cogitatio, Heu qualem fratrem amiſi,leniat illa iucundior. ô quantum fratrem habui,immò uerò quantum fratrem habeo,& in æternum habebo. licet ille donec ſibi ſimul, & mihi & patriæ, & mundo neceſſarium fuit, breuem hìc moram traxerit, dũ uerò ſibi uni expedientius eſſe cœpit,ab his malis ſeparari, eripuerit illũ Deus ei ſcilicet conſulens,& non nobis.immò forſan & nobis.quis enim ſufficit abditas, & imperſcrutabiles dominæ præſcientiæ cauſas, aut exitus contemplari, dicente,niſi fallor Apoſtolo: Senſum domini quis nouit? aut quis conſiliarius eius fuit? quis'nam hominum iudicare audeat,an cuicunq; mortem alterius deploranti,non ſatis propriè dici poſsit,quod in tabellis reddito reſpõſo,patri olim in morte filij dictum eſt tribus his uerſiculis:

Ignaris,homines in uita,mentibus errant.
Euthynous potitur fatorum numine læto.
Sic fuit utilius extingui ipſiq; tibiq.

Calcitrat aduerſus ſtimulum humana temeritas,& implenti fato ſuperbiæ,ſuæ cornibus obluctatur,ne quicquam,niſi ut grauius uicta ſuccumbat.quid enim ego,nunc deuotis inanibus,de gaudio,aut querelis hominum loquar? Latet alte ueritas abſcondita, caliginoſa nube circumcludimur,caſu regimur,cæci cæcis ducibus innitimur, nec quid op tandum,metuendumue nobis ſit per umbram carnis agnoſcimus,bonis noſtris ingemiſcimus,miſerijs exultamus,ſine delectu flemus ac ridemus.ſuam quiſque ſententiam ſequatur. Mihi errorum maximus uidetur,quod non libere nos & noſtra Deo committimus, quod aliquam in noſtris conſilijs ſpem habemus,totiẽs decepti, quod tanto huius caduci corporis amore detinemur, ut uix aut æquanimiter hinc exire ualeamus, aut noſtros exeuntes aſpicere, quaſi ad nihil aliud nati ſimus, quàm ut inter mundi fluctus & ludibria, fortunæ perpetuo turbine iactandæ carnis noſtræ tenaciſſimo limo,ac ſordibus hæreamus,quod profectò nõ accederet cogitantibus uotorum noſtrorum multiforme periculum,breuis eſt equidem in primis uita,& fugaciſſimum uitæ tempus rerum humanarũ inquietum aduerſis flatibus, & procello-

& procelloſum pelagus:rari & uix hominibus acceſsibiles portus,ſcopuli undiq; innumerabiles,inter quos difficilis,prorſus ambigua nauigatio eſt. Iam uix uni contingit ex millibus, ut integer enataret, ſic nos fortunæ imperium exercet, in omnes gradus hominum pari iure craſſantis, ita in quiduis obuium cymba fragilis noſtræ mortalitatis allidítur, & poſſumus inter hæc,nobis aut noſtris longiuſculam uitam.immò,ut uerius dicam, longius periculum optare?fingatur aliquis tàm benigno ſydere,tàm propitia fortuna,tàm denique fauentem Deo iter hoc ingreſſus, ut nihil ei poſsit aſperum moleſtumq́ contingere. Rem impoſsibilem, & inauditam ſeculis fingi iubeo, nec ideò tamen, quamuis periculum abſit,aberit metus,& idcircò fortaſſe,non infœlicius nec inconſultius foret, modò noſtri eſſet arbitrij, ſicut in æquore ſuſpecto, nautæ ſolent circumſpecti clauum flectere, diuq́ ante ſolis occaſum uela ſubmittere, ſic in uita portum petere, & adhuc florenti ætate atque animo uirenti, & ualentibus membris, mori prius, quàm eò peruentum ſit, quò ſaltem uita longior perducit,ad ultimas ſcilicet anguſtias ſenectutis,inter quas arctati quidam,& uixiſſe dolent, & mori metuunt,& totiens uotis exoptatum tempus accuſant. denique quid uelint, & quid nolint, neſciunt, tanta eſt diſcordia. Hæc & his ſimilia,cogitantes abſtinere decet, nec decretum cœleſte ſeu mortis feſtinãtiam accuſemus, alioquin pro nobiſipſis tantummodo,conqueri uidebimur & affligi.ego enim nõ dubito, ſacræ memoriæ fratrem tuum, nec plus uixiſſe quàm neceſſe ſibi fuerit, nec minus & opportuno tempore reuocatum. & ſi multis inter quos mihi miſero, diu antequàm uellemus aut ſuſpicaremur,abſceſſerit. Piget opinari in te,ne dicam cõſolari, illos molliſsimos plebeiarum gentium affectus. Vt quid tàm longè poſitum mors abſtulit, quare patrio caruit ſepulchro,cui uidere non contingit expirantem? qualia apud Poëtam etiam ille uir fortis,ſed nimis ſemper pronus ad lachrymas uidetur lamentari.

te amice nequiui
Conſpicere,& patria decedens ponere terra.

Vulgata non ingeram,nec quanta ſit terræ totius exiguitas Geometricis demonſtrationibus utar oſtendere, quod undecunque digreſſo, una eſt ad cœlum uia, quod non ſolum omne ſolum forti patria eſt, ſed omne homini natale ſolum. quis enim iſta non nouit? illud potius dicam,utrumque conſulto diuinam ſtatuiſſe prouidentiam,primum ſcilicet, ut duabus longè licet imparibus urbibus, ab eo dum uixit ſingulariter exornatis,ambæ quidem defunctum uiriliter partirentur. & Roma ſui ciuis perpetuã & immortalem famam, Lomberienſis eccleſia,ueneranda pontificis oſſa ſeruaret, nullum,niſi fallor augurio, celebriorem titulum omnibus ſeculis habitura,,ſi tamen id illum proprium ac perpetuum peri miſeris,audio enim te de transferendis Romam reliquijs cogitare,quod ſuadere nec diſſuadere propoſitum eſt, ne illum aut Vrbi, in qua ciuis, aut Eccleſiæ in qua canonicus ſum, inuidiſſe uidear.ſecũdum, ut uno ex nobis aſtantem, qui abeuntis amplexus ſupremaq; uerba perciperet,cæterorũ luminibus parceretur, q̃niam ſicut experimento deprehenſum eſt,mitiora ſunt aurium,quàm oculorum uulnera.Lõgior ſum in hoc ſermone quàm oportet,teq; contra omnes inſultus,armis longè ualidioribus inſtructum, nihil in eo q; laudes, p̃ter fidem reperturum ſpero.ſit uerò iam finis,conquieſcant gemitus,areſcant lachrymæ, ſileant lamẽta,noli fratrem tuũ mortuũ extimare,uiuit enim, at nos quotidie morimur, nec ſentimus,& uel mortem ô cæcitas,ueræ uitæ principium formidamus.Vt uiuens itaq; non luctibus,ſed cogitationibus tuis & colloquijs interſit,prohibe in aula tua,illud puſillanime ſilentium,q; plæriq; in luctuoſis domibus obſeruant defunctorum nomen ceu triſte aliquid abhorrentes,immò uerò nunc reſonet glorioſum illud nomen, & latè ramos porrecturum,apud te radices agat,præſertim,quia inuidiæ nebulam,quæ excelſos uiros libenter inſequitur,ſepulchra non metuunt,& ſi multos, quos domus,ac forum odioſos & obſcuros fecerat,claros & amabiles buſtum fecit,quid de hoc ſperem,cuius & ſuauiſsima ſemper & præclariſsima fuit uita?& ſiquid ſuperlatiuo altius,mors quoq; præclarior. ille etiam obſecro,uulgaris abuſus, quem in multis, ſed in Romanis meis præcipuè notaui,atq; interdum caſtigaui à limine tuo procul exultet. ſolent enim nullum defunctum nominare, ſine præfatione miſeriæ. Ille infœlix. ille male ominatus. & ſubdunt tandem, ipſum

in

inexpletum nomen, uix primis ſyllabis intellectis. at uerò germanus tuus fœliciter hic uixit, fœlicius hinc abijt, nunc alibi uiuit fœliciſsimè, & ideò pleno ore proferendus eſt. Apud Lucanum morientis Pompeij uerbum eſt:

Non fit morte miſer.

Eleganter, Alioquin omnes qui nati ſunt miſeri, quique omnibus ſeculis naſcentur, poſtremò unũ hoc iterũ & iterũ admoneo, quoſdam uiros egregios, quorũ nomina tibi inculcãda non credidi, nulla re amplius laudatos, quàm quod ſuorum mortes forti animo tulerũt. q̃ tibi eo ſtudioſius aduertẽdũ eſt, quoniã ſi circunſpicis uidebis actus tuos in exẽplũ trahi, te in eminenti ſpecula collocatum, atq̃ in te omnium oculos eſſe defixos, hoc tibi laborioſum decus, & ampliſsimi generis maieſtas, & retroactæ uitæ moderatio peperẽre. Vale.

Fran. Petrarcha Lelio ſuo, S. VII.

Obitum amici deplorat.

NImis uiximus Lelij chariſsime, moriẽdum fuerat, antequàm præriperet nobis Deus benigniſsimum dominum, & indulgentiſsimum patrem noſtrum, utilem mũdo, nobis neceſſarium, patriæ glorioſum, longæui patris baculum, ſolamen ſororum, fratrum lætitiam, amicorum ſpem, hoſtiumq̃ terrorem, morum ſpecimen, uirtutum templum, honeſtatis imaginem, literarum hoſpitem, ſtudiorum amatorem, ingeniorum præconem, ac extimatorem rectiſsimum meritorum. nulli inuidũ, ſpectatum claris uiris omnibus, pium, mitem, modeſtum, ſobrium, affabilem, conſtantem, fortem, iuſtum, largum, munificum, magnanimum, circunſpectum. heu mihi, laudans deficio, nec inuenio quid tantis uirtutibus dignum loquar, aut amore decipior, aut ætate hac præradiantem & conſpicuam cleri lucem, feſtinatæ nubes mortis obduxit, cuius nuncio accepto, quanta me miſerum circumfuderit eclypſis, ſenſit cor meum, teſtes ſunt oculi mei. uerum poſt parentis & fratrum lachrymas, nullas uberiores arbitror eſſe quàm tuas, hoc mihi. & animi tui manſuetudo ſuggerit, & uetuſta deuotio, in qua hæreditatio iure ſuccedens, & paternis finibus non contentus, longè lateq̃ proceſſeras. heu quotiens quantaq̃ dulcedine cogitabam diem illum, quem proximum opinabar, quo ſcilicet mitiſsimus eius literis obſecutus, & ab Apenino in Pyreneũ transgreſſus, exoptatiſsimo eius cõſpectui improuiſſus aſsiſterẽ, eiq̃ & Romanam laureã, quam uertici meo, licet indignus, imprimo, quæq̃ iam ante uel auditu ſolo, quantæ ſibi iucunditatis è longinquo materiam præmiſiſſet, elegantiſsimum manus & ingenij ſui carmen indicat. Inſuper & noua Africæ meæ fundamenta, duo parua quidem, ſed deuota munuſcula uenerabundus offerem, præuertit omnipotens deſiderium meum, nec dignius fui, tàm lætum & tàm fœlicem diem cernere. quid uerò nunc conſilij capiam? quid de meipſo ſtatuam? quid agam? ſæpè mecum hæc cum lachrymis loquor. quo ire paras infœlix? is quem petebas abijt quem ſequeris? aulam 'ne fratris flebilem, & tanto ſplẽdore uiduatam? an buſtum ubi ſepultæ ſunt ſpes tuæ? utrobiq̃ moleſtiæ. parum 'ne tibi mœroris attulit caſus, niſi gemitibus tuis obuiam pergas? & uel hinc te mœrentẽ agmini mœſtus immiſceas, uel illinc ſuperbi, Põtificis barbaricas deoſculeris manus. ſic ſum, donec tu literis & affectui meo uela feceris, & conſilij uagum firmaueris. Vale.

Fran. Petrarcha Senutio Florentino, S. VIII.

Famulorum uitia deſcribit.

TRia mihi ſeruorum paria, ſiue, ut modeſtius loquar, humilium amicorum, ſiue, ut uerius, familiarium hoſtium domi ſunt. primum quidem ſic affectum, ut alterius nimia ſimplicitas, alterius ſit periculoſa calliditas, ſecundum ſic, ut hũc puerilia, hunc ſenectus reddat inutilem, tertium uerò, ſic ut huius furor, illius torpor, odioſius ſit. & iuxta illud Socratis cum à Cicerone relatum in epiſtolis. alter frenis, alter calcaribus egeat. Ego autem has inter contrarietates, caſtigator olim, nunc ſpectator ſedeo, nec eorum propoſitum mutari ſatis poſſum, qui ſeruorum turbas, ceu glorioſum aliquid aſpiciũt, & obſideri ſemper, ab his quos paſcunt, hoc eſt à domeſticis ſuffoſſoribus delectantur. indigentiam tibi meam innotuiſſe ſufficit, puto non expectas, ut deprecer, ſicubi forſan humiliori fortuna, ſe oſtenderent animus, ætas, mores, ab extremis æquo ſpatio diſtantes, ſcio hominem, cui non dicam excellenter,

excellenter, ſed tollerabiliter iſta contigerint, non mihi ſeruũ eſſe poſſe, ſed ſocium, ſed amicum ſed dominum. uereor tamen, ne phœnicis inquiſitionem tibi cõmittere uidear, quàm non niſi quingenteſimo anno, renaſci ſolitam ac toto orbe unicam ferunt, & nobis in occidente poſitis incognitam. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. IX.

De ueterum ſcriptis quid ſentiendum.

DIctù difficile eſt, quantum aures meas uulgari feſſas ſtrepitu, epiſtola tua, bis terq̃ relecta permulſerit, quæ quanquã tibi uerboſa uideretur, ut ex fine cognoui, ego tamen, in ea nihil præter breuiloquium accuſaui. itaq̃ comminationem illam ultimam, quod dein ceps compendioſior ſis futurus, inuitus aſpexi, mallem prolixior eſſes, ut libet tamẽtu Pater, non te mihi, ſed me tibi morẽ gerere dignum eſt. Sed ita ne totum in tua manu poſitum erit, an ignoras, quod ſæpè conſilio diſſimilis eſt euentus? audies fortè, quod uel ſilentij auidum loqui cogat? uis quod minitari uideor, iam nũc rebus impleam? Teſtor in primis eandem me de te opinionem gerere, quàm de Ariſtotele Macrobius, ſeu illam amor, ſeu ueritas genuerit, uix te aliquid ignorare poſſe arbitror, ſi quid autẽ uerò aduerſum tibi accidit, aut minus præuidiſſe, aut, q̃ de eodem ait idem, luſiſſe te ſuſpicor. Nempè quod Hieronymo ſcribis, te illum ſacrorum doctorum ex numero prætuliſſe, haud nouum eſt mihi, uetus eſt iam, & latè cognitum hoc iuditium tuum, equidem fruſtrà de comparatiuis litiges, ubi ad ſuperlatiua peruentum eſt, falli non potes. Optimum ac maximum erit, quicquid elegeris, licet de hac re inter amicum tuum claræ memoriæ Lomberienſem Epiſcopum Iacobũ, & me crebro diſceptatum eſſe meminerim, illo per ueſtigia tua ſemper uno ore Hieronymum, me uerò Auguſtinum inter ſcriptores Catholicos præferente. Et ſanè ſi neq̃ ueritatem, neq̃ te uerear offendere, dicam Pater quod ſentio. cum multa uaria & luminoſa ſint ſydera, ut ſit hic Iuppiter, hic Arcturus, hic lucifer, ſol eccleſiæ Auguſtinus eſt, ſed hæc, ut dixi, haud magni momenti fecerim, quoniam & electio tuta eſt, libera debent eſſe iuditia. At quod ſequitur te inter mortales Valerium præferre, quis nõ ſtupeat, ſi tamen ſerio, perſeueranterq̃ dictum eſt, & non iocandi temptandiq̃ animo, ſic enim Valerius primus eſt, quotus quæſo Plato eſt? quotus Ariſtoteles? quotus Cicero? quotus Anneus Seneca, quẽ in hac re magni quidem extimatores, omnibus prætulerunt, niſi illud fortè Platonem ac Tullium excludit, quod in epiſtolæ tuæ parte perlectum noui, mihi ſtuporis cauſa fuit, ubi neſcio, quid cogitans illos, poëtas eſſe, & poëtarum choris annumerari oportère dixiſti, q̃d ſi loquendo conſequi potes, plus egeris fortaſsè, quàm putas, ſecundo Apolline, & plaudentibus Muſis, magnos duos incolas, umbroſis Parnaſsi collibus addideris, at quid, oro, te mouit ut id opinareris aut diceres, cũ Tullius in prioribus libris ſummus Orator, in ultimis Philoſophus illuſtris appareat? Sicut autem ubiq̃ Virgilius Poëta, ſic Tullius nuſquã quoniam ut in declamationibus legimus, Virgilium illa fœlicitas ingenij oratione ſoluta reliquit, Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituit. De Platone quid dicam, qui maximorum hominũ conſenſu philoſophiæ meruit principatum? cum Cicero & Auguſtinus, & alij qui plures, in omni ſermone, ubi Ariſtotelem cæteris Philoſophis præferunt, Platonem ſemper excipiant, non intelligo quid Platonem faciat poëta, niſi unum fortè Panetij uerbum à Tullio relatum, qui Homerũ philoſophorum illum uocat, quod nihil eſt aliud, quàm philoſophorũ principem, ac talem inter eos, qualis inter poëtas eſt Homerus alioquin q̃d ipſi Tullio dicemus, qui in epiſtolis ad Atticũ q̃dam loco, Platonem ſuũ Deũ uocat, omnibus quidem modis id agũt, ut Platoni diuinitatẽ ingenij attribuant, hinc & Homeri, & q̃d eſt expreſsius Dei nomen. Proinde ſumpta hinc occaſione, mira dulcedine loquendi, de rebus incognitis, in tractatum poëtarum tuus immergerit, quis qua ætate ſit genitus, quẽ q̃ſq̃ ſtyli modũ, q̃ poëtandi genus, quẽ famæ gradũ teneat, longũ eſt ſingula perſequi, tàm multa nunquam alijs audita, nos omnes diſcendi auidos facũdis tuis literis docuiſti, q̃ ſi inter fari aliq̃d, nõ mihi, ſed pfeſsioni meæ pmittit, miror quid ita tibi Neuij Plautiq̃ nomẽ ignotũ eſt, ut q̃ſi barbaricũ neſcio, q̃d locutũ putes, q̃ eos literis ad te meis

inſerui,

inſerui,& auſum(ut ait Flaccus)perſonã formare nouam, tacita licet admiratio,ne caſti ges.adeò ſcrupuloſè enim in hac inquiſitione uerſaris,ut nihil reſtet, niſi temeritatẽ meam cõdemnare,in ſcænam noua & peregrina nomina producẽtem. frenaſti tamen impetum, & tandem ignorantiam tuam culpare maluiſti,urbane quidem ac modeſtè,cæterum aliud uerba ſonant; aliud clamat,niſi fallor,intẽtio,prorſus mirabile,cum tàm familiarem habere Terentium uidearis,ille enim iam ſtatim à principio in ipſius Andriæ proẽmio & Neuij & Plauti,unà cum Ennio,eodem meminit uerſiculo. in Eunucho & Neuij itidem & Plauti, in Adelphis. Plauti ſolius,mentionem fecit,eorundem quo q; ſimul meminit Cicero in ſe nectute,& Aul. Gellius in noctibus Atticis,ubi amborum epigrãmata deſcribit ſermone uetuſtiſsimo.ſed quid ago? quis enim,quæſo, unquàm Poëtriæ nomen, abſq; illorum nominibus audiuit? itaq; ſtuporem tuum ſtupeo,& cum bona uenia pater obſecro,ne in manus alienas iſta perueniant,quò enim clarior eſt fama tua,eò ſibi ſtudioſius conſulendũ eſt. mecum quidem non aliter,quàm tecum omnia loqui potes,& quod ſecum docti faciunt, mutare ac retractare quæ dixeris,at poſtquàm in uulgus dicta peruenerint, ea demum facultas eripitur,& multorum iuditia ſubeunda ſunt. ego epiſtolam tuam, ad te ſub fida cuſtodia remitto,& hanc illi allígatam mitto,cuius exemplum apud me manebit, non ob aliam cauſam, niſi ut ſi quid adhuc reſpondendum duxeris,dum uerba uerbis confero,memoriam non fatigem,unum præterea noui,& exotici dogmatis inducis,utar enim plena libertate,quando ſemel non cepiſſe non poſſum, aſſeris Ennium & Statium Papinium coëtaneos fuiſſe;quis te,oro,Pater in hanc Chronographiam impulit? quis à te nunc iſta poſcebat? atqui exactius hoc inquirere,inuenies Ennium ſub Africano maiore,Statium aliquot ſeculis interiectis,ſub Domitiano principe floruiſſe.habes quibus,niſi fallor,& reſpondere uelis,& tàm breuiter,ut putabas non poſsis,unum adderem,ſi bona fide ueniam dares, quod olim dum in Vaſconiæ partibus adoleſcens agerem,uerecundè quidem,ut illam ætatem decuit,tibi ſcripſiſſe recolo,cum uulgaribus ſcriptis tuis offendere,quæ ad eum, cuius ſuprà memini,Iacobum de Columna,interdum ea tempeſtate mittebas, cuius me amor,ſicut in eas terras traxerat,ſic in Aethyopiam traxiſſe.ſed tunc penè pueriliter,ut qui uix dũ ferulæ manum ſubduxeram,tempus eſt, ut iam uirilis oratio mea ſit. ita tamen ut dixi,ſi tu ueniam dederis, quid ais? rides puto,benè habet, ueniam tribuiſti. Audi ergo Pater & uide, & inclina aurem tuam,ne qua externa auris interueniat.tibi enim loquor,& te rerum tuarum iudicem ſtatuo, quæ accuſare uideor, alijs accuſantibus defenſurus, nec tamen ignarus nimis, acrimonioſam & inſolentem filij ad patrem Epiſtolam, reprehenſoriam uideri, ſed amor audaciam excuſet,ita enim mihi clarum nomen,non popularis auræ ſuffragio,ſed uirtute contingat. Vt ab ineunte ætate ſingularis quædam mihi tui nominis cura fuit, hæc me loqui cogit,ne ſi ego tacuerim, idem ab alijs audias,uel, quod metuendum magis eſt, tacito iuditio lacereris, & quidam iniqui rerum arbitri, ampliſsimum ingenium tuum, ex his quibus ludens te includis,peregrinæ facultatis anguſtijs metiantur. animaduerti enim te in ſcriptis tuis, omni ſtudio ut appareas niti.hinc ille diſcurſus,per ignota uolumina, ut ex ſingulis aliquid decerpens rebus tuis interſeras. Plaudũt tibi diſcipuli,& omniſcium uocãt innumerabilium auctorum nominibus attoniti, quaſi omnium quorum titulos teneas, & notitiam ſis adeptus,docti autem facilè diſcernunt, quid cuiuſque proprium, quid alienum ſit,& rurſus quid mutuum,quid precarium,quid furtiuum, quid è medio hauſtum, quid à prætereunte delibatum.memoriam oſtentare puerilis eſt,gloria uiro, ut ait Seneca, captare floſculos turpe eſt, quippè quem fructu deceat gaudere, non floribus. Tu uerò in hac ætatis parte, uenerabilis, & in tua profeſsione clariſsimus, immò,ut non ſemper pungam ſed interdum ungam, ſolus ſine exemplo noſtri temporis, earum quibus es dedi tus literarum princeps, neſcio quo iuuenili animo, dimiſsis finibus tuis, in alienis pratis ociosus & uagans inclinata iam die, interlegendis floſculis tempus teris. Placet ignota temptare, ubi ſæpè uiam non inueniens, aut uageris aut corruas, placet illorum ſequi

ſequi,ueſtigia; qui ſcientiam quaſi mercimoniũ aliquod ante fores explicant,cum interim uacua domus ſit.certe tutum eſt, ad id potius niti, ut ſis aliquid pluſquàm uideris, operoſa ſemper & periculoſa iactantia eſt,adde q; cũ magnus uideri uoles, innumerabilia incidẽt, quæ te non modò ueram ad menſurã redigent,ſed infra etiam contrahent.uni ingenio ſatis eſt,unius ſtudij gloriam mereri,qui multarum titulis artiũ ſuperbiunt, aut diuini homines ſunt aut impudẽtes aut inſani. quis uſpiam aut Græcorum aut noſtrorum,id præſumpſiſſe memoratur? nouus mos,noua temeritas, glorioſas inſcriptiones præ ſe ferunt, propter; q̃s ut ait Plinius uadimoniũ deſeri poſsit,at cum intraueris,dij dæq;,quàm nihil in medio inueniens. Tu igitur(ſi quid mihi credis)eſto tuis finibus contentus,noli illos imitari,qui omnia pollicentur,nihil præſtant. faciuntq; ut omnia cõtrectando.itq; (ut ait Comicus) intelligendo,nihil intelligant. Græcum uetus & ſalutare prouerbium eſt:Quam quiſq; nouit artem, in hac ſe exerceat. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. X.

De antiquorum authorum ſcriptis.

SIc eſt ut putabam, libertas iram peperit, ueritas odium ,admonitio faſtidium, ſed quid agam? uerba non redeunt,blandior fuiſſem,ſi te blandicijs delectari crederem,immò uerò ſeuerior & hunc ipſum affectum,in uiro forti fœmineum,liberius arguiſſem, nunc quoniam(ut uideo)amicitiæ,inimica libertas eſt, fortè conſultius agerem ſi tacere, ſed id quo q; permetuo, eſt ubi ſilentium bilem mouet,loquar ergo,ne rurſus offendam,ſed tàm breuiter,ut coactum noueris. Primum ego te iudicem feci,omnium quæ dixi aut dicam,tu ſentantiam breuem fers,erraſſe me in quibusdam,in multis,in omnibus. gaudeo equidem me potius erraſſe quàm te,eo quòd apparatior eſt omnis in luce deformitas, & error in ſene deſperatior.ſed tamen eſt aliquid, quod amplius requiram,ades ergo,ad tribunal tuum prouoco,nullis aſſeſſoribus opus eſt,ſolus ſed tu Hieronymũ præfers Auguſtino? Hoc ſciebã, ſed eam quam affers iudicij rationem,profiteor me non intelligere. quid enim, quæſo,ſibi uult q; ais,nõ te illũ propterea prætuliſſe, quia ſit maior,ſed qa fructuoſior Eccleſiæ, quod in quodã opere tuo probaſſe te dicis diſputatione longiſsima, q̃ uellem literis inſeruiſſes, ſed profectò uel nuncio pepercíſti uel epiſtolæ.q; tamẽ ad huiuſce rei probationẽ p̃cipuum erat,addidiſti,hoc ſcilicet Auguſtini ipſius auctoritate cõcludi? ſed an ignoras,q; in generali ſermone,perſona loquẽtis excipitur,q̃d uerò,inquis, ſi Auguſtini aperta confeſsio eſt,ſibi Hieronymum præferentis? quis non uider,quid ad hæc dici debeat? hoc inquam,unum eſt in quo illius ſacratiſsimæ animæ teſtimonio non ſtarem,cui inſitum ſcio, ut de alijs gloriosè,de ſe autem humiliter & loquatur & ſentiat.ego quidẽ fructuoſi laboris palmam. in Eccleſia Auguſtino dabam,haud pertinaciter tamen,uelut is,qui nec opinioni,nec ſectæ,nec homini uſq; adeò ſum addictus,ut abire non poſsim ueritate comperta,hoc apud M. Tullium,hoc apud ipſum patrem Auguſtinum didici,quod ipſe apud eundem Tullium ſe didiciſſe non negat.nam apud Horatium Flaccum:

Nullius iurare in uerba magiſtri,

puer ualdè didiceram. quanti autem iſta ſint, ipſe non diſsimulas,qui hac defenſionis parte deſerta,mox ad aliam euadis,dicens omnibus excuſsis,omnino nihil eſt,q̃d te in hanc opinionem traxerit,niſi indignã quandam & ſingularem erga Hieronymum ingratitudinem Italiorum,hoc eſt illud unicum patrocinium cauſæ tuæ:hoc eſt,inquam,illud mihi nulla ex parte intellectum intelligibile argumentum.quæ'nam enim hæc ingratitudo eſt? fumus,fateor,nõ erga ſanctos tantum,ſed erga ſanctorũ dominũ ingrati, quæ'nam Hieronymo ſingularior,quã cæteris quærimoniæ cauſa eſt? aut quæ'nã potius Italorũ culpa quã hominũ, cum nec ipſe Italus origine,& ſæpius in oriente uerſatus ſit.Verſa te pater hac illà, ratio,ut arbitror,non erit ſufficiens,probare q; intẽdis,niſi fortè qui rationis uice fungitur,inſtinctus animi tacitus,& pia magis q̃ ex amuſsim trucidata deuotio. Verũ iſta p̃teruehor, tã ſacra enim nomina diſputatiũculis peccatoris obſolefieri,ac q̃dãmodo pphanari,ſacrilegio ſimillimum reor, itaq; iam tacere de his conſultius fuerit. nam prætioſarum rerum confricatio

atq;

atq; colliſio, periculoſa eſt. ad Platonẽ ac Ciceronẽ tranſeo, q̃s tu ob duas fabulas, morũ do ctrina. & (ut de altera Macrobius teſtat) tripartitæ philoſophiæ integritate pfectas, ac pro cul ab omni metrorum lege, in medijs politicæ, ac rerũ publicarũ libris inſertas, poëtas face re niteris. fruſtrà Macrobius idem ambos excuſat, aduerſus inſultantes, nõ debere fabulam à philoſopho cõfingi, ego quidem gratulor, & hos Ariſtotelem & Senecam & Varronem (ſi fieri poſsit, in agmine poëtarum cernere, quod fortè non ineptius, de horum quolibet, quàm de Platone & Tullio dici poſset. nam & Ariſtoteles poëtriam de poëtis, & Varro Satyrarum libros edidit, Seneca autẽ Tragœdias, quæ apud poëtas profectò, uel primum uel primo proximũ locũ tenent. ſed cur, quæſo, nõ & hiſtriones feciſti, quoniã aliquid forſan in uita ludicrum dixerunt, aut fecerunt; præſertim Tullius, cuius tàm multa quæ riſum moueant, ſcripta ſunt, in Saturnalibus, cum Tyro libertus eius, de patroni iocis librum ſcri pſerit, cur non piſcatores aut remiges, aut tale aliquid, quia forſan aut hami iactu, aut remi tractu, in ſolitudine poſiti, animum relaxarunt; uis'ne tu mihi caſtrenſem morem, ſcho lis inferre, ut ſicut unum duellum, Torquatos atque Coruinos fecit, ſic una oratio poë tam faciat, perſeuerantia requiritur. unus actus habitum non inducit. hæc hactenus. Nam de Ennio ac Statio, in ultima epiſtola nulla mentio erat, credo annorum numerum in digitos reduxiſti, poſtremò ad illum longum atq; continuum orationis tuæ textum, ubi omnibus modis efficere ſtudes, ut iniuſtè monuiſſe uidear, quod ingenio tuo nihil imperuium ſit, nihil aliud dixerim, niſi quod benè tibi eſt, ſi hanc de rebus opinionem habes. ô te tuo qualicunque iuditio fœlicem. ô utinam hanc me artem, & docere poſsis & doceas, qua talia ipſe mihi de me nouerim conflare iuditia, neſcio enim an melius ſit interdum, de errore gaudere, quàm ſemper de ueritate dolere. ad id uerò q̃d me uelut iura tæ militiæ deſertorem arguis, quoniam cum maximè florere inciperem, ſtudium iuris Bo noniam q; dimiſerim, expedita reſponſio eſt, quis tibi, & ciuitatem illam, & ſtudium ſingu lariter illuſtranti, minimè ut arbitror placitura. quoniam itaque ſatis exagitaui, id totum ſi lebo, quo factum meum tueri ſoleo, fuit enim hæc mihi quæſtio ſæpè cum multis, præcipuè cum Oldrado Laudenſi iuriſcõſulto, noſtra ætate clariſsimo, hoc unum eſt, quod ſalua con cordia dici poteſt. nihil enim contra naturam benè fit. ſolitudinis amatorem illa me genuit, non fori, denique ſic habeto, me aut nihil unquam proinde feciſſe, quod magis puto, aut ſi quicquam hoc in primis, non audeo dicere ſapienter, ſed fœliciter factum eſt, & quod Bo noniam uidi, & quod non inhæſi. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XI.

De ſumptuum temperamento & frugalitate.

DElectari te lautitijs nõ miror, paucorũ hæc domorum peſtis olim hoſpita, nunc om nium iugis incola eſt, niſi quarum paupertas limen obſtruit. qua in re, nõ natura pau cis longè iucundius uictura, quàm nimijs, ſed conſuetudo multum, multoq́ magis pec cat imitatio. q̃s enim tã frenatæ modeſtiæ eſt, cuius non interdũ oculos auertat, uicini ſump tus nitor ac gloria, ſed utile cõſilium eſt Plautini ſenis in Aulularia, pro re nitorẽ, & gloriã pro copia, cuius ſi meminiſſent homines, & profuſis ſumptibus, & iniquis lucris claudere tur uia, & multò tranquillius uiueretur. nunc cæcitatem cupiditas inuexit, & frenum ratio nis fregit impetus uoluntatis, tu autem, oro quantum potes enitere, ut rationis propriè ſe ctator, potius quàm alienæ libidinis æmulator, appareas, fuge exempla peſtifera, nimis' ma lorum dociles animos habemus. Magiſter unus uoluptatis, magno in populo ſatis eſt, ci tò luxuriæ dat terga frugalitas, niſi cogitationum noſtrarum aciem, ratio inuicta firmauerit, doce ns ſequi uera bona, fucata contemnere, quid nunc uicini tui, purpureum latus, atque intermicantes crebra iaſpide digitulos miraris? phalerata fœlicitas eſt, exue, homi nem infœliciſsimum non negabis. latet ſub auro calamitas, &, quod extremum mali genus arbitror, inuidioſus ſimul & miſer eſt. concludam aliter quàm concluſit Plautus Epidicum ſuum:

Hic

Hic, inquit, is eſt homo, qui libertatem malitia inuenit ſua,

Immò uerò hic, malitia opes, potentiã & regum amicitias inuenit, ſe ſuam q; libertatẽ per didit. habeat ſibi ſine inuidia multa illa, & mulgi iuditio permagna, tu tuis bonis, eoq; præ cipuè, quod ille perdidit fœlix ac contentus uiuito. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XII.

Obſcœnum amorem improbat.

TIbi quidem amicus, nõ moribus tuis ſum, quid autem de te, mihi deq; tota tua re fami liari uideatur, quoniã rogas, ueriſsimè atq; breuiſsimè, pro me Plautus abſoluet, nõ ni ſi ſingulis uerbis ad ſingula. Primũ nõ mihi placet amor tuus, animæ pondus infauſtum, obſcœno igne peruteris, quæro autem ex te, ut Plautinus ſeruus in Aſinaria:

Num fumus eſt hæc mulier, quàm amplexarer?

Si cur queſierim interroges, quia oculi tui ſemper lachrymantes ſunt, hæc tibi. mulierculis tuis, hoc unum quod in ea Comœdia cui Curgulio nomen eſt legiſſe potes:

Mulieres duas peiores eſſe quàm unam.

Seruo autem illud eiuſdem Poëtæ in Epidico:

Nimis doctus ille ad malefaciendum:

Hoc ex me addito. nimis tu facilis ad credendum, nimis pronus ad obſequendum. hæc a mice ſi falſa ſunt, dictum meum argue, ſin uera, mores tuos corrige. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. XIII.

Confeſsionem erroris emendationis ſpem habere.

QVod obiectum ab amico crimen non negas, facis ingenuè, magnam emendatio nis uitæ ſpem præfert erroris propriĩ uerecũda confeſsio, quod autem de ſeruo tuo taces, cautè quidẽ, quippè quem accuſare non potes, at q; mulierculas tuas excuſas, urba nitatis ineptè uel cæci iuditij dixerim, tu uideris, quid de illis ſentiendũ putes, quarũ alteram optimam, alterã tolerabilẽ dicis. ego illud Plauti in Aululariã uerò propinquius reor. Op timam fœminam nullam eſſe. alia licet alia peior ſit. Vale.

FRANCISCI PETRAR-CHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS, LIBER V.

Fran. Petrarcha Barbato Sulmonenſi, S. I.

De obitu Regis dolet.

QVod uerebar accidit, quod timebam patior, in dolorem metus, uota in gemitum abiêre, non multo antequàm præſagirem, deſeruit nos incly tus ille Rex noſter, cuius & ſi matura ætas eſſet, tamen peracerba mors eſt, & heu, me miſerum, Barbate optime, quàm ueror, ne illa quoq; præ ſagia confirmet euentus, quæ mihi ſuggerit, anxius, & malorum ſuorũ ſemper nimis certus uates animus meus, ita me Reginæ iunioris nouiq; regis adoleſcentia, ita me Reginæ alterius ætas ac propoſitum, ita me tandem territant aulicorum ingenia, & mores, mendax hic utinam ſim propheta, ſed agnos duos, multorũ cuſtodiæ luporum creditos uideo, regnumq; ſine rege. nam quid ego, eum qui ab alio regi tur regem dicam, multorũq; ſæuitiæ expoſitum? itaq; ſi quo die Plato rebus humanis exceſsit, ſol cœlo cecidiſſe uiſus eſt, quid illo moriẽte uideatur, & qui Plato alter ingenio fuit, & regum nulli aut ſapientia ſecundus, aut gloria, cuius præterea mors, tàm multis hinc in-

de periculis uiam fecit? secundet hæc omnipotens Deus,& sollicitudinem meam, piam magis quàm necessariam rebus probet.at ut alijs cuncta supra spem eueniant, & metus iste superuacuus fuerit.mihi tamen amice,quis consulet,aut quis medebitur dolori meo? cui de cætero uigilabo,cui quantulumcunq; hoc ingenium aut studiū consecrabo. quis spes collapsas eriget? quis torpentem animum excitabit? Duos ingenij duces habui, utrūque mihi annus hic abstulit,& de altero quidem nuper dum adhuc esset in Italia,utrobiq; consortem fletus idoneum quærens,nostro cum Lelio questus sum,de hoc, hodie tecum queror,querarq; dum uixero,& qui solari alios interdum soleo,nunc qua me ipsum ratione uel oratione consolet,non inuenio.hinc ergo consolandi desperatio,hinc flendi pudor, hinc ad utrumlibet styli diffidentia,sed super omnia,illicò te uidendi spes, silentium iubet, parebo,tecum propediem fleturus ex commodo .hæc interea tibi flens ad fontem Sorgiæ dictabam,notum procellarum animi mei portum, quo heri ad uesperam solus fugi, cum mane Rhodani ad ripam,rumor mœstissimus me inuenisset. Vale.

Fran.Petrarcha Ioanni Columnæ. S. II.

Gratiarum actio pro beneficijs acceptis.

GRatias ago,cùm pro alijs multis,tùm pro eo q; quotiēs Romam peto,totiens uberrimo tuarum literarum fauore prævenior,Agnosco insidias amoris tui,neq; enim ut homo,sed ut angelus excipior nihil impigrius est amante, nunquā tàm iugi aquilone fum uectus,ut imparatū aliqd offenderim,mirarer magis,nisi tuis de me iuditijs assueuissem,cō suetudo enim longior & rerum miracula extenuat,& dolores lenit,& minuit uoluptates. quis autem enumerare sufficiat,quibus tu me,per omnem uitam honorificentissimis decretis honestaueris? quæ nam illa ex æquo propè,cum sis dominus,conuersationis comitas? quæ nam libertas hominis.sub maioris arbitrio degentis? quæ nam secretorum participatio? quæ nā prærogatiua? quis honor? quāta dignatio? Recordari dulce est,enarrare lōgissimum,unū ex mille referā,quid immò radicatū pectori, & medullis inhæsisse miraberis, meministi dum grauí olim,inter quosdam tuorum extorto odio, ad arma peruentum esset,& tu iusta indignatione flammatus, ut pro tribunali sedens, familiam conuocasses, ac dicendæ ueritatis iusiurandum omnibus detulisses,iurassetq; etiam Agapitus Lunensis episcopus germanus tuus,atq; ego iam dexteram porrigerem, tu in medio irarum impetu,codicem Euangelicum retraxisti,teq; cunctis audientibus,simplici uerbo meo contentū esse dixisti:cuius me,aut pœnituisse te,aut impræmeditata facti benignitas uideretur,cū sæpè similes casus acciderint,iurantibus cunctis nunquam me iurare es passus. quid hoc iuditio tanti patris illustrius? quanti uolūt aurū & gēmas extimēt auari,hoc extimare non poterunt. Renouasti in me Pater omnium optimè,Xenocratis Philosophi antiquum decus,cuius in epistolis ad Atticum mentionem facit Cicero,qui cum testimonium dicturus,iurare secundū leges teneretur,ea sibi ab Athenięsibus spectatæ fidei credentibus, remissa necessitas fuit.hoc,inquam,in me renouasti,nisi quod illi maturo æui, id adolescenti mihi,quodq; illi semel accidit,tu mihi perpetuū fecisti.& putas me posse taliū obliuiscí? Ingens erit historia,si similia cōplecti uelim,nec tempus patitur nec locus,magnanimi Patris tui uocem audio,extra muros urbis me licet inuitum prosecuturus aduenit:hodierno die apud Preneste suum hospitabor ,ibi me clarissimus ex fidelio suus, ex fratre tuus nepos, expectat. Vale.

Fran.Petrarcha Ioanni Columnæ. S. III.

Scribit de sua Romam Neapolimq; uersus proiectione.

VT fidem frangerem & tibi utile,& mihi propè necessarium fuit. Pollicitus me maritimo itinere profecturum,non aliam ob causam,nisi quia uulgò iam persuasum est,expeditius ac citius iri pelago quàm terris.Nauim conscenderam apud Niceam Varí, quæ prima Italicarū urbium ab occasu est,& ad Monœci portum cœlo iam stellante peruenieram ,irasci tacitus capi, nam illic die postero,inuiti māsimus,sæpe ne quicquam retētato abitu,

abitu,postridie ancipiti tempestate funē soluimus,& die toto iactati fluctibus,ad Mauritī portum, uix intempesta nocte peruenimus.itaq; castrum ingredi non fuit, littoreum hospitium, nauticum cubile sortitus,cœnam ut fames conderet,somnum ut lassitudini deberem, ibi indignari altius & ludos maris agnoscere.quid multa? uarijs per noctem consilijs agitatis,ad auroram statui præferre terrestrem duriciem,æquoreæ seruituti,itaq; familia & impedimentis omnibus in nauim reimpositis, ipse uno solo comitatus, in littore substiti, & fauit fortuna consilio.inter Ligusticos scopulos,casu nescio quo, Theutoni equi uenales aderant impigri & atque prævalidi,quibus ego raptim comparatis,propositum iter egi.neq; tum prorsus nauigationis fastidio immunis.Est inter Pisanos ad præsens & Mediolani dominum bellum ingens,magis(ut uides)de animorum fascibus,quàm de terrarū finibus se præbente materia,latè enim confinia discreuerat Apeninus,ut contemnatur antiquus Padi limes,sed superbia frenum nescit,& nullis terminis est contenta cupiditas. Dū recto tramite proficisci uellem haud procùl Lauentia,exercitus ambo constiterant,Tyrāno grauiter urgente contrà Pisanis Mutronem suum summa ui tuentibus,coactus sum apud Erycen mari iterum me credere, & Corsum scopulum ingentem, à colore nominatum,ac rupem candidam,& Macræ ostiam,ac Lunam olim famosam potentemq;,nūc nudum & inane nomen præteruectus,nocte concubui apud ipsum Mutronem,in Pisanorum castris expositus,per terram absq; insigni impedimento,reliquum uiæ feci.nō prosequor ubi cœnauerim atq; cubuerim,quod qualibet in parte uiderim audierimue,ad extrema festino.per Pisas relicta ad læuam Florentia,Senas,atq; inde Perusium ueni,inde Tuderum ubi à Clarauallensibus tuis,magno cum gaudio exceptus, per Narniā ipsis ducib. Romam ingredior *IIII.* Non.Octobris.& iam bona pars noctis erat,ita me hoc tempore nocturnum uiatorum festinatio præceps fecit,uisum est tamē,magnanimum Patrem tuum,prius quàm me quieti traderem,inuisere,Deus bone,quæ maiestas hominis,quæ uox, quæ frons,quæ facies,quis habitus,quæ in illa ætate uis animi,quod corporis robur? Iul. Cæsarem aut Africanum spectare mihi uisus sum,nisi quia utroq; multum iste longæuior,& tamen idem prorsus aspectu,qui ante septennium erat ,dum eum Romæ iterum dimisi, uel qui ante annos duodecim ,dum eum apud Auinionem Rhodani primum uidi, mirum & penè incredibile, uir unus Roma senescente non senescit. pauca ibi, nam seminudum & iam in cubiculum euntem illum repereram , de te tuisq; rebus affectu patrio percontatus est,cætera in diem posterum reiecimus.illū diem, à mane ad uesperam secum egi,cuius ne una quidem hora in silentio acta est.sed de reliquis coràm: Mirum in modum exhilaratus est aduentu meo,sperans(ut aiebat)amicos uestros,per industriā meā, finem carceris ac miseriæ reperturos,quàm senis spem,falsam esse doleo,ne enim te longius traham,Roma digressus,Neapolim ueni, Reginas adij,& reginarum consilio interfui propudor, quale monstrum. auferat ab Italico cœlo Deus genus hoc pestis, putabam *CHRISTVM* apud Memphim & Babylonem Mechamq; contemni, compatior tibi mea nobilis Parthenope,uerè tu harum quælibet facta es.nulla pietas,nulla ueritas,nulla fides, horrendum tripes animal,nudis pedibus aperto capite,paupertate superbum, marcidum delitijs uidi,homunculum uulsum ac rubicundum,obesis clunibus,inopi uix pallio contectum,& bona corporis partem industria retegentem, atq; in hoc habitu non solum tuos, sed Romani quoque pontificis affatus uelut ex alta sanctitatis suæ specula,insolentissimè contemnentem,nec miratus sum,radicatam in auro superbiā secum fert , multum enim, ut omnium fama est,arca eius & toga dissentiunt,ac ne sacrum nomen ignores, Robertus dicitur,in illius Roberti serenissimi nuper regis locum,quod unū decus ætatis nostræ fuerat,æternum dedecus Robertus iste surrexit. iam minus incredibile putabo è sepultu hominis medulla nasci posse serpentem,quoniā à sepulchro regio aspis hæc surda prosiluit:ô superum pudor,quis nam solium tuum inuasit regum optime:sed hæc fortunæ fides est, humanas res uertit pariter & euertit. non fuit satis mundo solem abstulisse,nisi atras insuper tenebras attulisset, & errepto rege unico, non alter qualibet uirtute inferior succede-

ret,ſed hæc atrox & immitis bellua.ſiccine nos aſpicis aſtrorũ rector:hic tanto regi ſucceſſor idoneus?hic poſt Dionyſios Agathoclemq; & Phalaridẽ,cunctis obſcœnior, & clãli cet immanior,fato debitus,reſtabat aulæ Ficulæ(ut Macrobij uerbo utar)inclemẽtiſsimus incubator,qui miro genere tyrannidis,non diadema, non purpuram, non arma, ſed ſqualidum palliaſtrum induit,eoq; non totus ut dixi,ſed dimidius, obuolutus, nec tàm ſenio curuus,quàm hypocriſi,nec tàm eloquio fretus quàm ſilentio & graui ſupercilio,per regi narum aulas diſcurrit,& hac illo innixus humiliores proterit,iuſtitiam calcat, quicquid diuini aut humani iuris eſt,polluit,qui quaſi nouus Tiphys,alterq; Palinurus,fluitantis cymbæ clauum regit,citò(ſi quid mihi credis)ingenti naufragio perituræ.multi enim ſunt tales & ferè omnes,præter unum Cauallicenſis eccleſiæ præſulem Philippum,qui ſolus pro deſerta iuſtitia partes facit.ſed quid faciat agnus unicus,in tanto luporum agmine?quid faciat niſi quàm primum fugiat,ſi poſſit,& ouile ſuum repetat,quod ipſum meditari arbitror, ſed miſeratione regni labentis,& ultimæ obſecrationis regiæ memoria,ceu geminis compedibus detinetur. interim quantum in maleſuada aulicorum acie,ſane uox unius audiri poteſt, Dei & hominum implorans fidem,obſtrepit iniquiſsimis conſilijs,& auctoritate ſua retundit multorum impudentiam,prudens ſapientia,fortunam & humeros proprios ſubmittens,publicæ ruinæ,quam differre poterit,mutare non poterit, atq; utinam non & eum pariter inuoluta(adeò enim inclinata res eſt)ut iam de humanis auxilijs nihil ſperem, præſertim Roberto ſuperſtite,qui tum perfidiæ principatu,tum nouitate habitus,primum inter monſtra curiæ promeruit & nomen & locum.Tu uero reprehenſione non carebis, niſi de ſingulis quæ alijs ſecretioribus ad te literis,latius ſcripſi,Romanum pontificem certiorem feceris,unum illi meis uerbis in fine dicitor. Siquidem reuerentius ut opinor acciperet exhortationes Apoſtolicæ ſedis,Sarracena Suſis aut Damaſcus,quã chriſtiana Neapolis,quod niſi ſanctitatis ueneratio prohiberet,adderem Ciceronianum illud, iure quidẽ plectimur,niſi enim multorum impunita ſcelera tuliſſemus,nunquam ad unum tanta licentia peruenisſet.Verum ego dum uerborum ſpumis indignantem ſtomachum releuare ſtudeo,uereor ne tibi quoque bilem moueri,quæ ſi nulli rei profutura eſt, & præter indignari nil reliquum nobis,hinc illorum temeritas,hinc patientia ueſtra fecit. quid iuuat indignitatem rerum æquare uelle ſermonibus,quod nec Cicero ipſe poſsit, nec Demoſthenes?& ſi forte ſucceſſerit auctori ſuo tantum damnoſum ſit ingenium, quo ſcribenti potius animi tranquillitas,quàm ſcelerum impunitas ſontibus auferatur. itaq; finem uerbis imponere conſilium eſt.Ter niſi fallor,aut quater ipſum carceris limen ingreſſus. Capuanæ caſtrum dicitur,amicos tuos uidi,nil niſi de te ſperantes,quoniam iuſtitiã ſibi ſuam, in qua ſummum præſidium eſſe debuerat,damnoſam hactenus experti ſunt,& profectò periculoſiſsimum eſt,ſub iniuſto iudice,iuſtam cauſam fouere.accedit,quod nullus miſero capitalior hoſtis eſt,quàm qui fortunæ ſiue ſpolijs ſuperbus incedit,ſi quidem de medio tolli cupit,cui quandoq; repetendæ rationis eſſe poſſit occaſio.ita ſemper auaritiæ uicina crudelitas,obſeruatũq; eſt,unde inſignis patrimonij factura prouenerit,inde quoq; uitæ periculum prouenire.dura ſors hominis,cui nec tuto pauperem eſſe,nec diuitem denuò fieri licet.id ſi illi tinquam,amicis modò tuis accidit(de captiuorum enim præda nemo non partem rapuit)quando autem alienæliberati, aut ſaluti fauebunt rapaciſsimi prædones, quæ cum propria paupertate coniuncta eſſe uideatur,itaq; nihil habuiſſe ſecurius, ſed ita ſe res habet,dãnis grauibus acres inimicitias quæſiere. Vidi eos in cõpedibus, ò rem indignam, ô inſtabilem ac præcipitem fortunæ rotam, cæterum ut nihil illa captiuitate deformius, ſic captiuorum animis nihil excelſius,ſaluo te,ſpem optimam rerum ſuarũ habent, ego quod ſperem nihil habeo niſi aliqua uis maior interuenerit, ſi enim conſilij clementiam expectant,actum eſt,ſqualore carceris conſumentur, Regina ſenior coniunx olim regis,nunc miſerrima uiduarum, miſeretur, ut dicit, nihil amplius ſe poſſe confirmans, Cleopatra cum Ptolemæo ſuo miſereri poſſent,ſi Photinus Achilles q́ue permitterent,ego hæc uideo, quo animo, ne dici quidem opus eſt. ſed quid agam patiendum eſt, & quam uis re-

uis reſponſi certus, reſponſum tamen etiam nunc iuſſus expecto. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. IIII.

Quæ admiratione digna Baijs & Puteolis uiderit.

MOs mihi tuus olim notus, nil ignorare potes æquo animo,ita generoſum ſpiritum inexplebilis noſcendi cupiditas exagitat.geſsi uoluntati tuæ morem, quotiens arcton,aut occaſum circũire fortuna me uoluit mea,nũc mihi diuerſum iter peragenti mens eadem eſt,idem parendi propoſitum,atq; aduentus quidem mei ſummam, uiarũq; caſus, & quæ deinceps in captiuorũ tuorum negocijs,apud Neapolim geſta ſunt, quæ ue in reliquum ſpes ſuperſit audiſti,audi nunc reliqua,quibus iterum nihil,ſic delectationis pluſculum inerit.ſiquidem expectationis inutilis ac diuturnæ tædio affectus,Garganum montẽ, Brunduſijq; portum, atq; illum omnem ſuperi maris tractum luſtrare decreueram, non magis illa uidendi,quã iſta linquendi deſiderio,quod tamen Regina ſeniore diſſuadente compeſcui,& longioris peregrinationis impetum,ad proximiora certè & mirabiliora cõuerti.qui ſi fortè hinc digreſſo,& illa inuiſere, anni tempus nõ negauerit,laborem ipſe meum ſolabor,quod quamuis eorum,pro quibus ueneram nihil fecerim,multa tamen,quæ non putabam uiderim,ſed de illius ingenti ferè totius Italiæ ambitu,ad te rediens,uita non deſerente,coràm loquar. uiſa hactenus, quoniam hac citiùs uia in notitiam tuam uentura ſunt,ſcriptis præferenda commiſi. Baias ego, clariſsimis uiris Ioanne Barijli,& Barbato meo comitantibus uidi, nulla mihi lætior dies,& amicorum comitatu,& uarietate rerum illuſtrium,& uicina multorum triſtium dierum, uidimus illum hybernis menſibus peramœnum ſinum,quem ſol æſtiuus(niſi fallor)infeſtat.nihil enim præter opinionem habeo, nunquam me hic æſtas reperit,tertius annus eſt, ex quo huc primum ſæuiente aquilone, hyeme media delatus ſum,præſertim tempore,iter æquoreum ſeruitus magna eſt.itaq; de multis,quæ optabam nihili cominus ſpectare licuit. cæterùm breuiſsimo rerum guſtu, tunc incenſum animum & iam aurea ab adoleſcentia calentem,hodie demum uoti compotem feci.uidi loca à Vergilio,& (quod maximè mireris)ab Homero multum ante deſcripta. uir Graius antiquiſsimus, atque doctiſsimus, & nulli ſecundus ingenio,inſignem, & qualem res exigebat locum,nuſquam inueniens,ab Italia mutuatus eſt.uidi Auerni & Lucrini lacus,Acherontis quoq; ſtagnantes aquas,piſcinam infœlicis nati ſæuitia Auguſtæ, Caij Caligulæ ſuperbum olim,nunc obrutum undis iter,& Iulij Cæſaris iniectum pelago frenum.uidi Sibyllæ patriã ac domum,& horrificum illud ſpecus,ſtultis irremeabile,doctioribus inacceſſum.uidi Phalernum montem,famoſo palmite conſpicuum, & hic aridam tellurem,morbis ſalutare,fumum perpetuo exhalantem, illic cinerum globos, & ferentes ſcatebras,ahenei inſtar undantis, confuſo murmure eructantem. uidi rupes undique liquorem ſaluberrimum ſtillantes, & cunctis olim morborum generibus, omniparentis naturæ munera adhibita,poſt Medicorum inuidia,ut memorant, confuſa balnea,ad quæ tamen, nunc etiam è finitimis urbibus, ingens omnis ſexus ætatisq́ue concurſus eſt.uidi non cryptam modo,quæ Neapolitana dicitur,cuius ad Luciliũ ſcribens meminit Anneus Seneca,ſed paſſim perforatos montes,atq; ſuſpenſos, teſtudinibus marmoreis eximio candore fulgentibus,& inſculptas imagines,quis latex,cui corporis parti faueat,manu appoſita,deſignantes.In ſtuporem me non magis facies locorum, quàm labor artificũ coẽgit,iam minus miror Romana mœnia,Romanas arces,Romana palatia,quando tàm procul à patria(quamuis excellentibus uiris ubiq; ſit patria) Romanorum ducum ſimul cura protenditur,quibus ultra centeſimum lapidem eſſe, quaſi ſuburbanæ fuerant hybernæ delitiæ,æſtiuas enim Tybur præſtabat,& Succinus & frondẽtes Apenini ualles & Cyminicum monte Lacus,ut ait Maro,& aprici Vmbriæ receſſus,& umbroſi colles Tuſculi & ex re dictum Algidum,& uiui fontes,& lucida flumina hybernas Antiũ,Anxuri,Phormiæ,Caieta,Neapolis,nulla tamẽ amœnior,nulla frequentior quàm Baiarum ſtatio,quod & ſcriptorum illius æui fides & ingẽtes murorũ reliquiæ teſtantur.& ſi nõ ſim neſcius fuiſ-

ſe magis hoc humanæ uoluptati, quàm Romanæ ſæueritati dignum domicilium, ideoq; & Marius natura uir aſperior, & Pompeius & Cæſar & humanis moribus altiores, in mõ tibus ædificaſſe laudãtur, unde quod decuit, non immerſi, ſed ſubducti effœminantibus animos munditijs, nauticum ſtrepitum, & Baianas ex alto deſpicerent uoluptates. Scipio autem Africanus, uir incomparabilis, & cui in uirtute omnia, nullum cũ uoluptate cõmercium, conſilio reliquæ uitæ ſimillimo, non tàm ex alto deſpicere, quàm prorſus non aſpicere decreuit, hunc locum ſuis artibus aduerſum, extra proſpectum igitur ſeceſſit, & Liternj, quàm Baijs habitare maluit, quã uillulam, hinc nõ abeſſe ſcio, nilq; auidius ſpectaſſem, ſi quo duce, in loca tanto habitatore nobilia penetrare poſſuiſſem. cum multa ſanè mirabilia Deus ille fecerit, qui facit mirabilia magna ſolus, nihil tamen homine mirabilius in terris fecit. ſuper omnia ergo, quæ uel iſte dies mihi oſtendit, uel tibi hæc oſtendet epiſtola, Puteolanæ mulieris animi, ac corporis inſigne robur fuerit Mariam uocãt, ſingulare illi ſeruatæ uirginitatis decus, iugis inter uiros, eosq; ſæpius armatos conuerſatio. nulli unquam tamen (ut conſtantiſsima omnium opinio eſt) uel ioco uel ſeriò rigidæ mulieris attentata uirginitas, metu magis, ut memorant, quam reuerentia prohibente. corpus illi militare magis quàm uirgineum, uires corporeæ, probatis militibus optandæ, rara & inſueta dexteritas, uirens ætas, habitus ac ſtudiũ uiri fortis, non telas illa, ſed tela, nõ acus & ſpecula, ſed arcus & ſpicula meditatur, non illam oſcula, & proterui dentis laſciua ueſtigia, ſed uulnera cicatriceſq; nobilitant, præcipua armorum cura eſt, animus ferri mortiſq; contemptor. Bellum cum finitimis hæreditarium gerit, quo multi iam ultrò citroq́ue periere, interdum ſola, ſæpe paucis comitata, manum cum hoſte conſeruit, ubicq; ad hũc diem, uictis præceps in prælium ruere, lenta diſcedere, animosè hoſtem aggredi, cautè inſidias texere, famem, ſitim, frigus, æſtum, ſomnum, laſsitudinem, incredibili patiẽtia perferre, ſub diuo pernox, & ſub armis agere. humi requieſcere, herboſum ceſpitem, uel ſubſtratum clypeum, in delitijs habere, inter tàm continuos labores, multum breui tempore mutata eſt. quãtulum eſt enim, quod me Romam ac Neapolim ad regem Siculum, iuuenilis ſtudium gloriæ attraxit, profectò quàm tunc inermem uideram, hodie armata, & armatis ſepta, cum ad me ſalutandum ac ceſsiſſet, miratus ſum, & uelut ignoto uiro ſalutem reddidi, donec riſu eius, & comitum monitu preſſius intuitus, uix tãdem ſub caſſide toruam, & incultam uirginem recognoui. Multa de illa fabulis ſimilia narrantur, ego quod uidi referam. Conuenerant è te diuerſis mundi partibus uiri fortes, & armorum exercitio durati, quos aliò tendentes, illic fortuna depoſuerat, auditaq; mulieris fama, experiendi uires cupiditas inceſſerat, itaq; magno conſenſu omnium in Arcem Puteolanam aſcendimus, ſola erat, & ante templi fores neſcio quid cogitans obambulabat, aduentu noſtro nihil mota eſt. Inſtamus oraret, ut uirium ſuarum aliquod nobis experimentum prebeat. illa diu excuſata brachij ualitudine, tandem graue ſaxum, ac ferream trabem iuſſit afferri, quam cũ in mediũ proiecisſet, ut tolleret atq; experirentur hortata eſt. quid multa? Longa ibi (ut inter pares contentio) & magna res acta certamine, ſpectatrice quidem illa, & ſingulorum uires in ſilentio eximante. poſtremo facili iactu, adeò ſe ſuperiorem approbauit, ut reliquos ſtupor ingens, me etiam pudor inuaderet, denicq; ita inde diſceſſum eſt, ut uix oculis fidem dantes, ſubeſſe aliquid præſtigij putaremus. Fama eſt Robertum ſummum illum, & uirum & Regem, his quõdam littoribus magna claſſe prænauigantem, permotum talis fœminæ miraculo, uidendi gratia ſubſtitiſſe Puteolis, quod ideò apud me ueri faciem non habet, quia in tanta uicinitate terrarum euocaturus illam fuiſſe uideatur. Sed fortaſſis aliam ob cauſam, cũ illuc applicuiſſet rẽ nouã ſpectare uoluit, ardẽs & noſcẽdi cupidũ illũ ingenium, uerũ huiuſce rei fides, ut cæterarũ quas auditui credimus, penes narratores maneat. mihi quidem fœminæ huius aſpectus credibiliora efficit, quæcunq; non modo de Amazonibus, & famoſo illo quodã regno fœmineo. ſed etiam quæ de bellatricibus Italis uirginibus traduntur, duce Camilla, cuius inter cum cunctas celebre nomen eſt. quid enim in multis opinari prohibet, quod in una, niſi uidiſſem, eſſem forſan ad credendum segnior? & illa quidem uetus non procul hinc Priuerni, ſcilicet tempore Iliacæ ruinæ, hæc recentior Camilla Puteolis noſtris temporibus

poribus orta eſt, quam tibi interim literulis meis teſtatum eſſe uolui. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. V.

Tempeſtatem, quam apud Neapolim ingentiſsimam uiderat deſcribit.

INſignem tempeſtatem deſcribens, Satyricus, ut multa paucis clauderet, poẽticam tempeſtatem ſurrexiſſe ait. quid enim breuius. quid expreſsius? Nihil iratum cœlum aut pelagus poteſt, quod non æquet uerbis ac ſuperet poẽtarum ſtylus. & ne manifeſta in re ſuperuacuis utar, Homericam tempeſtatem, noſti, & alliſum ſcopulo ducẽ. atq; omnẽ Capharei montis inſultum quem imitati noſtri Poẽtæ. aquarum montes, ad ſydera ſuſtulerunt. nihil ſanè uel pingi eloquio, uel animo fingi poteſt, quod nõ externa dies impleuerit, immò procùl exceſſerit, ſingulare quoddam, & omnibus ſæculis inauditum malum. Itaq; Homerus Graiam, Aeoliã Maro, Lucanus Epirenſem, alij alias tempeſtates canant, mihi ſi unquam uacuum tempus erit Neapolitana tempeſtas, carminis materiam abundè tribuet, quanquam non Neapolitana tantum, ſed totius ſuperi atque inferi maris, & uniuerſalis quodammodo tempeſtas (ut opinantur) fuerit, mihi Neapolitana eſt. quia me Neapoli graues moras agentem, repperit. Sanè quanta inter præſentis temporis anguſtias, & feſtinationem nuncij loqui datum, hoc tibi perſuade, nihil unquam horribilius, nihil concitatius uiſum eſſe. Præuenerat quidem mirum dictù, inſtantis mali famem, religioſo quodam Epiſcopo aſtrorũq; curioſo, uicina quadam inſula, aliquot ante diebus periculum nunciante, ſed ut ferè nunquam coniecturis ad uerum penetrant, non maritimum, ſed terreſtrem motum prædixerat, ruituramq́ue Neapoli ad *VII.* Cal. Decembris, *M. CCC. XLIII.* uſque adeò miris cuncta terroribus impleuerat, ut magna pars populi peccatorum pœnitentiæ, & ſub mortem mutando uitæ ſtatui intenta, omne aliud negotij genus abijceret. multis contra uanos metus irridentibus, eoq; magis, quod per eos dies, non paruis quibuſdam tempeſtatibus in die erratũ, & tota uaticinij fides abſumpta uideba tur, ego nec ſpei plenus nec timoris, ut ad neutrum prolapſus, ſic ad utrũlibet pronus erã, ſed pronior ad timorem. nam & ferè hoc in rebus eſt, ut ſegnius ſperata quàm formidata proueniat, & multas eo tempore cœli minas audieram, ac uideram, quem gelidis in regionibus habitare ſolito, monſtri inſtar, hyemali frigore, in metũ ac penè in religionem uertebam. quid pluraꝰ Nox aderat, quàm lux ſuſpecta ſequebatur, trepidula fœminarum turba periculi potius quàm pudoris memor, per uicos plateas q́ue diſcurrere, atque ad uerba, preſsis infantibus, ſupplex & lachrymoſa, templorum liminibus obuerſari, trepidatione igitur publica permotus, prima ueſpera domũ redij. ſolitò quidẽ trãquillius cœlũ erat, quæ fiducia qui mecum ſunt maturius in cubiculum conceſſerant, mihi expectare uiſum eſt, contemplaturo qua luna fronte occumberet, erat autem (niſi fallor) ſeptima. Inſtiti igitur ad occaſum ſpectantibus feneſtris, donec eam obuolutam nymphis & mœſta facie ante medium noctis, proximus mõs abſcondit. tum demum & ego lectulum meum, dilatũ ſoporem excepturus ingredior. uix dum totus obdormieram, cum repente horribili fragore, non tantum feneſtræ, ſed murus ipſe, ſaxea teſtudine ſolidus, ab imis fundamentis impulſus tremit, & nocturnum lumen, ſopito mihi uigilare ſolitum extinguitur, excutimur ſtratis, & in locum ſomni, uicinæ metus mortis ingreditur. Ecce autem dum inter tenebras alter alterum quærit, & beneficio diræ lucis, oſtenſos trepidis inuicem nos uocibus cohortamur, religioſi uiri, quorum ædibus habitamus, & ſanctiſſimus eorum prior, quem honoris cauſa nomino, Dauid, qui ex more ad nocturnas CHRISTI laudes ſurgebant, repẽtino malo territi, crucibuſq́ue ac ſanctorum reliquijs armati, & alta uoce Dei miſericordiam implorantes, thalamum ubi ego eram, prælatis facibus irrumpũt. Reuixi tantiſper, omnes inde ad Eccleſiam pergimus, ibiq; effuſi multis cum gemitibus, pernoctamus, cum iamiam affuturum finem, & ruitura circum omnia crederemus. Longius eam, ſi omnem illius infernæ noctis horrorem uerbis amplecti uelim, & quamuis longè cætera uerũ ſiſtat, uiri tamen fidẽ tranſcẽdet oratio, quis imber, qui uenti, quæ fulmina, quis cœli fragor, quis terrarum tremor, quis mugitus pelagi, quis hominum ululatus, cũ in hoc ſtatu, quaſi magicis carminibus, geminato noctis ſpatio, ad aurora uix tandem ueniſſemus,

& diei uicinitas, magis coniectura animi, quàm lucis indicio appareret, amicti sacerdotes sacra, altaribus instaurant, & nos cœlum nudum intueri ausi, in uda & nuda circum tellure prosternimur, cæterùm, cum haud iam dubia licet nocte simillima dies, & omnis repentè clamor hominum superiore urbis parte siluisset, sed de littorea regione, magis magisq; crebresceret, neq; percontando, quid rei esset appareret, desperatione (ut fit) in audaciam uersa, equos ascendimus, & ad portum uisuri moriturique descendimus. dij boni, quando unquam tale aliquid auditum est? decrepiti nautæ, rem sine exemplo asserunt, in ipso portus medio, fœdum ac triste naufragium, sparsos æquore miseros, & uicinam terram manibus prændere molientes, unda saxi impegerat, & ceu totidem tenera oua dissecerat, totum elisis & adhuc palpitantibus refertum cadaueribus littus erat. huic cerebrum, illi præcordia fluebant, hæc inter tantus uirorum strepitus, tantaq; mulierum eiulatio, ut maris cœlicq; fragorem uincerent, accedebat ædium ruina, quarum multa funditus, uiolentior fluctus euertit, cui nullus die illo limes, nulla uel humanæ manus reuerentia, uel naturæ statutos fines, & littora consueta transcenderat. & tam moles illa ingens, studio hominum aggesta, quæ obiectu laterum (ut ait Maro portum efficit, quàm omnis uicina mari regio undis obruta, & ubi planum siccis pedibus interfuerat, periculosa nauigatio facta erat. Mille illic uel eò amplius Neapolitani equites. uelut ad exequias patriæ conuenerant, & ego turbæ immixtus, iam partius timere cœperam, tanta cum acie periturus, dum nouus repẽte clamor tollitur. locus ipse in quo stabamus, fluctu subter penetrante domitus ruebat, eripuimus nos in editiorẽ locum, non erat oculos in altum mittere, iratam Iouis ac Neptuni faciem, mortalis acies non ferebat. mille inter Capreas atq; Neapolim fluitabant undarum montes, non ceruleum. aut (quod in magnis tempestatibus solet) nigrum, sed canum, horrifico spumarũ cãdore fretum cernebatur. Regina interim iunior, nuda pedes, & inculta comas, & cum ea fœmineum ingens agmẽ, expugnata periculis, uerecundia regia egrediuntur, & ad Reginæ uirginis templa festinant, orantes ueniam rebus extremis. sed iam tanti pauoris exitum pauidè, nisi fallor, expectas. Aegrè nos in terris euasimus, in alto nauis nulla parfluctibus inuenta, ne in portu quidem res Massilienſium longas naues (quas Galeas uocant) quæ Cypro reduces, & tot maria emensæ mane nauigaturæ in ancoris stabant, illachrymãtibus uniuersis, nemine autem ferre auxilium ualente fluctibus mergi, nautarum atq; uectorum, ne uno quidem saluo uidimus. aliæ quoq; maiores, & omnis generis naues, quæ in portum uelut in arcem tutissimam confugerant, pari fine consumptæ sunt. unde tam multis sola superfuit, onerata latronibus, quib. iustum supplicium remissum erat, ut in expeditionem Siculam mitterentur, & huic gladio erepti, in illos inciderent. horum ingens quædam & fortissima, & taurinis corijs armata nauis, cum usque sub occasum solis uim pelagi pertulisset, tandem & ipsa uinci cœperat. illi uerò undique fatiscenti carinæ, supremis urgentibus periculis occurrunt. erant enim, ut aiunt, quadringẽti numero, turba classi, nedum nauigio sufficiens, & erant uiribus pollentes, & qui à morte liberati, nil iam grauius formidarent, eoq; pertinacius atq; animosius obsisterent. itaq; dum differunt, sensimq; merguntur, usque ad proximæ noctis partem naufragium traxêre, tum uicti, desertis armis, in superiora nauis eruperant, dum ecce præter spem, & cœli uultus serenari, & fessi maris ira lentescere cœpit, itaq; cunctis pereuntibus, pessimi omnium euasêre, siue

Quia seruat multos fortuna nocentes,

(ut Lucanus) siue quia dijs aliter uisum est, ut Virgilius ait, siue ut intelligi detur, illos inter mortis pericula tutiores, quibus uilior uita est. hæc hesternæ historiæ summa est, quæ ne frustrà digitos meos auresq́ue tuas detinuerit, quamuis humanorum discriminum amplam præferat materiam, de quibus multa quidem sæpè, sed pro rei qualitate pauca, semper à sapientibus dici solẽt, hoc unũ mihi certè præstiterit, ut te obsecrem, ne me unquam amplius uitã uentis ac fluctibus credere iubeas, hoc enim est, in quo neq; tibi, neq; Romano Pontifici, neq; patri meo, ad lucem redeat parere uelim. aërẽ uolucribus, mare piscibus relinquo, terrenum animal terrestre, iter agam, dum pes meus terrã calcet, nec pharetratum Sarmatam,

Sarmatam, nec ludentem in hospitibus Maurum adire renuo, mitte me quo uis, ne Indos quidem excipio. alioquin parce confesso, non Decembribus tantum Saturnalibus, sed toto anno libertate utar. quid enim, oro, mihi amplius suadeas, aut quibus unquã me uerbis aggrediaris, ut nauigem? firmã puppim, doctos nautas elige, at his utrũq; cõtingerat, cum sole portum pete, nocte anchoram demitte, hostis occursum caue, lege littoris oram, at si diurnis horis in portu, anchora harenis tenacibus affixa, & penè littus ipsum remigio tangentes, inter tot millia miserantium amicorum perîere. Hæc ego non legi, nõ audiui, sed oculis meis uidi, itaq; desine iam tandẽ, & in hoc saltem pauori meo, pudor tuus ignoscat, scio quid aduersus hoc à doctoribus disputetur, ubiq; par periculũ, & si in mari clarius appareat. sit ita, ut tamen ingenuè feceris, si in terris ortũ, in terris mori permiseris, uix ullum inter nos mare est, cuius non sæpè naufragus fuerim, cum tamẽ inter laudatas Publij sententias illa sit:

Improbè Neptunum accusat qui iterum naufragium facit. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. VI.

Gladiatorios ludos detestatur.

ABsolui grauibus occupationum laqueis sperabam, & successisset (ut arbitror) nisi constrictos pietate animos, serpens ille tabificus resoluisset, non ore Psyllus promptiùs, quàm ego aure uirus cognoui. institi occurrere, sed iam uereor, ne lætale malum sit, retemptabo tamen, donec ille spei reliquiæ supererunt. & forsan heri ad uesperam, uel repulsæ gratiam meruissem, nisi consilium diremisset festinata nox, & domum maturius coëgisset immedicabilis ægritudo, huius uerbis, quæ multis in rebus præclarissima, unum hoc obscurum habet, & obscœnũ & inueteratũ malũ. Nocturnũ iter, hic non secus atq; inter densissimas syluas, anceps ac periculis plenũ est, obsidentibus uias nobilibus adolescentulis armatis, quorũ licentiã nulla unquam, uel patrum disciplina, uel magistratuum auctoritas, uel regum maiestas atque imperium frenare quiuit. quid autem miri est, si quid per umbram noctis, nullo teste petulantius audeant, cum luce media, inspectãtibus regibus ac populo, infamis ille gladiatorius ludus in urbe Itala, celebretur, plusquàm barbarica feritate? ubi more pecudum sanguis humanus funditur, & sæpè plaudentibus insanorum cuneis, sub oculis miserorum parentum, infœlices filij iugulantur, iugulo q; gladium cunctantius excepisse, infamia summa est, quasi pro Rep. aut pro æternæ uitæ præmijs certet? Illuc ego pridem ignarus omnium, ductus sum ad locum Vrbi contiguum, quem Carbonariam uocant, non indigno uocabulo, ubi scilicet ad mortis incudem, cruentos fabros denigrat, tantorum scelera officina. aderat Regina & Andreas regulus, puer alti animi, si unquã dilatum diadema susceperit, aderat omnis Neapolitana militia, qua nulla cõpertior, nulla decentior, uulgus certatim omne confluxerat. ego itaq; tanto concursu, tantaq; clarorũ hominum intentione suspensus, ut grandè aliquid uisurus oculos intenderam, dum repente quasi lætum quiddam accidisset, plausus inenarrabilis ad cœlum tollitur. circunspicio, & ecce formosissimus adolescens, rigido mucrone transfossus, ante pedes meos corruit. obstupui, & toto corpore cohorrescens, equo calcaribus adacto, tetrum atq; tartareũ spectaculum effugi, comitum fraudem, spectatorum sæuitiam, & lusorum infamiam identidẽ accusans. hæc gemina pestis Pater optime, quasi per manus tradita, à maioribus ad posteros, semper crescendo peruenit, eoq; progressa est, ut iam dignitatis ac libertatis nomen habeat, licentia delinquendi. sed de his hactenus. Nam & tragicum opus est, & multa super his, inter obstinatos ciues iam perdidi, minimè uerò mirabere amicos tuos, tanto auaritiæ præmio propositio, in ea urbe uinctos esse, in qua hominẽ innoxiũ occidere, ludus est, quã licet, unã ex omnib. Virgilius dulcẽ uocat, nõ iniquè tamẽ, ut nũc est bistonia notasset infamia.

Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.

Ego quidem & de hac patria dictum illud accipiã, & nisi aliud audieris, ante triduum uel infectis rebus effugisse me credito, in Cisalpinã primum Galliam, inde in Transalpinã, &

ad te, qui omne tempus, omne mihi præter æquoreum delectabile iter facis. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Andreæ Bononiensi, S. VII.

Somnijs quanta adhibenda fit fides.

NOcturno te somnio permotum scribis, usq; adeò, ut nisi quia quod somniasti, ex illorum genere est, quæ amplius quam semel fieri nequeunt, & uigilantem te uidisse crediturus fueris, quod dormiens uideras, & secundo cernere, quod uigilans uidisti, itaq; continuò subsequens euentus (ut memoras) minime iterabilis rei, docuit somniũ fuisse quod prius uideras, & an aliquid mihi tale contingerit in uita, quidue de tota hac re sentiam, quid docti homines censeant quæris? Magnus sermonum campus, magna disputandi materia est, præsertim quia quæstio hæc, non intra literatos tantum (ut pleræq;) sed in uulgus excutitur, & cuiq; per se grabatuli sui argumenta suppeditant, ut in tanto disceptantiũ stre pitu, uerum inuenire difficile sit. Neq; enim uulgus modò, sed docti quoq; dissentiunt, quorum omnium sententias nosti. nisi quia de industria me ad scribendum elicis. habes Macrobij cõmentum in Reip. Librum sextum, ubi de somnijs clara & breui distinctione deseruit, habes de his & horum adiacentijs Aristotelicum uolumen, habes demũ Ciceronianæ diuinationis libros, ibi quid alijs, quid sibi uideatur inuenies, quid me iubes replicare notissima? Sanè post ueterum auctoritatem, opinionem meã audire uelle curiosum est, quippè curiosa est omnis amicitia. si quid uerò momenti repositum apud te, in iuditio meo est, & quid mihi etiam placeat, ad rem pertinere arbitraris, cum in multis, tum in hoc Ciceroni meo assentior, minimè quidem pertinaciter, sed paratus cum eodem mutare sententiam, si quid certius affulserit, affirmandi superbiam temeritatemq; declinans. id ipse mihi de Academiæ suæ fontibus consilium præbet, hæc summa est, si quid de hac re uerbosius agentem audire uolueris, est in manibus liber Memorandarum rerum, qui si unquam in publicum exierit, prima operis pars, de his latius tecum aget. alienis autem exemplis, quæ ibi multa collegi, duo hic mihiipsi (quoniam id postulas) per quietem uisa subijciam, alterum læti, alterum mœsti, sed utrunq; certissimi euẽtus, utriusq; testes uiuunt, qui ex me hæc intersomnum, & somnij exitum audiere, sic enim & tibi satisfiet, & dulce mihi fiet amborum recordari. Amicus mihi primus sub annis fuerat, quo nihil carius ætas illa, uel à fortuna uel à natura datũ habuit, hic repentè graui pressus ægritudine, nec Medicis suæ, nec mihi meæ uitæ spem reliquerat, quod unum supererat, genus solatij lugebam, & per diem ac noctem lugenti, semper mihi supererant lachrymæ. nocte quadam usq; sub auroram peruigil, somnum tristem fatigatis tandem oculis excepi, imago mox illius affuit, cuius ad conspectum horrendos edens gemitus, socios exciui, qui (sicut post ex eis didici) ut dormientem me uiderũt, & si graui aliquo somnio implicitum cogitarent, longas tamen uigilias miserati, turbidam me, quàm nullam quietem suscipere maluerunt. Aeger autem amicus ad me accedere, lachrymasq; meas leuiter abstergere uidebatur, & orare, ut dolori quẽ ex falsa causa suscepissem, finem facerẽ, cunq; ego dictum refellere, & multa aduersus fortunam meã dicere pararẽ, interrumpentẽ querelas meas, audire illum uidebar, & dicentem: Tace quicquid dicturus es scio. Sed en adest, qui colloquium hoc nostrum dimittat, illi, oro, te salutis meæ spem restitue, & sic habeto, me nequaquam ex hoc morbo periturum esse nisi desero hæc, inter impulsum cubiculi hostium strepuit, quo sonitu & imago pariter & somnus euanuit, respicio, & iam albescente aurora, unus ex Medicis amicior ambobus, qui de illo desperans omne studium ad me solandum sanandumq; conuerterat, ante lectulum meum stabat, aggredior charissimum, & indulgentissimũ mihi uirum, multis obsecrationibus ut ad amicum meũ pergeret, neue aliquid desperaret in homine, præsertim tàm iuuene, dum ullæ spiritus reliquiæ superessent. ille aũt subtristis, inanẽ & importunã sollicitudinẽ admirari, curãdi nõ suscitandi scientiã se professum dicere, hoc est Medicũ esse non Deũ. ego cõtra nocturnis adhuc lachrymis madẽs, quid corpore sobrio, licet, curis ebrius, uidissem exposui, assusus opẽ rebus afflictis petij. quid multa? Luctantẽ impuli, iuit, & mox reuersus, nescio

nescio quid spei melioris attulit, inde certatim, qui deseruerant omnes redière, sic amicus meus, ex ipsa mihi morte restituitur, & quanquã dulcedine captus, in rebus propijs sim longior, tamen quod sequitur non silebo. Iacobus de Columna, hic Iunior, non nostra tantum ætate uir clarissimus, sed ingenio præditus fuit, facile quibusuis sæculis in altũ euasurus. huic ego, dum uixit satis familiariter charus fui (uerum hanc unam asperioris fortunæ leuitatem experior, perrarò supremis me doloribus meis, interesse sustinuit, de longinquo nocuit, & uulnerasse aures cõtenta pepercit oculis) multa de illo uiro dici possent, quæ prætereo, quoniam & à proposito longè sunt, & de moribus quidem eius, nil tu nouum audire potes, qui è cunctis episcopis, hunc unum tibi colendum uenerandumq; delegeras florenti ætate generosissimi adolescentis eximiã indolem, ingeniorum solertissimus agricola, de flore fructũ cogitans fouisti, uirtutem mox uirilis animi, optimè cognitã amasti, tãdem debitos honores, dignitati ac sacerdotio detulisti: postremò de procursu tantarum rerum, & è medijs uitæ laboribus, quãuis ad meliora translatum, tamen humanitatis affectu pijs lachrymis prosecutus es dignitate patrẽ, ætate filium, familiaritate germanum. Sed ad rem redeo. Perosus ille igitur uitæ mortalis strepitum, uerendũ genitorem, fratres ac patriam fugerat, secq; præsul egregius, sedem suam repetens, in Vasconiæ recessibus abdiderat, illic cum reliquas, ubiq; magnificè, tũ partẽ uitæ extremã, uelut instãtis præsagus termini, prorsus episcopaliter ac deuotissimè transegit. ego autem nõ paruo terrarum spatio distractus, in Cisalpina Gallia, & hoc ipso in hortulo, unde tibi hæc scribo, dulci tũc ocio fruebar, pertulerat ad me fama quosdam ægritudinis suæ rumusculos, sed ita ut inter spem & metum fluctuans, certiores assiduè nuncios expectarem. horresco nunc etiam memorans, locus ipse sub oculis est enim, ubi eum nocte, per quietẽ uidi. Incomitatus erat, & hũc ipsum horti riuulum transibat, obuiam ferebar admirans, & de multis interrogans. unde? quo pergeret? quid tàm properè? quid tàm solus incederet? ille nihil ad reliqua, sed ut erat in sermone iucundissimus subridens? meministi, aiebat, olim dum trans Garũnam mecum degeres, ut molestæ tibi Pyreneæ tempestates erant, illis ego nunc fatigatus, & irrediturus abiẽs Romam peto. hæc dicens, iam loci extremũ festinabundus attigerat, contra ego ut ducerer instabã. ille me semel & iterum manu oppositа suauiter repulso, tãdem alio & oris habitu & uocis sono, desine, ait, nolo te nunc comitem. figo oculos, atq; exangui pallore mortuum agnosco, & metu mœstitiaq; tactus, exclamo. ita ut eo ipso momento temporis experrectus, accentus ultimi mei clamoris audierim. Diem signo, rem omnem, & præsentibus amicis narro, & absentibus scribo, post uicesimum quintum diem, nuncius ad me mortis allatus est, collatis temporibus eo ipso die, quo uita decesserat, sic mihi illum aperuisse cõperio. reliquiæ eius (quod nec sciebam, nec suspicabar quidem) Romam anno demum tertio reportatæ sunt. spiritus enim, ut spero & cupio, cœlo reditus triũphat. sed iã satis somniatum est. Expergiscamur hoc addito, neq; quia mihi anxio uel dominũ uel amicũ somnus obtulit, neq; qa hic obijt, ille reuixit; cæterũ in utroq;, uel q̃ optabã, uel q̃ horrebã cernere uisus sum, & cum uisis meis fortuna coincidit, idcirco somnijs fidẽ habeo, nõ magis q̃ Cicero ipse, propter unius sui somnij fortuitã ueritatẽ, multorũ ambagib. implicatur. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Andreæ Bononiensi, S. VIII.

Quid de adolescente amore noxio capto, sentiat.

DE adolescente tuo, quid mihi uideatur, & quid sperẽ? amore noxio, & (quod peius est) turpi atq; omnino malis retibus captus est; subiraisci interdum potest, uno uerò sæpè cõgitur. hæc natura amoris, hæc amantium uita est, irascunt, & litigãt, & frequẽs bellum, crebra pace cõcludũt, & uix momẽto rẽporis, unus propositi tenor manet. nulla quidẽ ex omnib. uitæ difficultatib. incõstãtia & fluctuatione uehemẽtior est, itaq; rarissimè lætos, sæpe mœstos, semper uarios, uniformes nũquã uideas, illũ tum modo delitijs acriter insensum scribis, credo, quin aliter esse non posse certè scio. quis enim tã obstinatè miser est, ut nõ interdũ oculos aperiat, miseriasq; suas dum uidet oderit. sed tecũ in eò q̃d sequit nõ sentio. Tu enim spẽ optimã hinc elicis, posse eũ à uinculis resilire, ego ut est ætas hominis

atq;

atq; animus, niſi præſentiſsimo Dei auxilio, intricatũ iri magis magiſq; illum reor. Illaque atæ uolucris mos eſt, ut exagitando ſeſe artius implicet, melius ſperarẽ, ſi non odio amorem ac litigio, ſed obliuione ac ſilentio finiret. illud ſanæ mentis, hoc læſi amoris indiciũ eſt. timeo illud Terentij in Andria:

Amantium iræ amoris integratio eſt,

Timeo illud Senecæ ad Lucilium: Nihil facilius recrudeſcit quàm amor. timeo Vergilianum illud:

Improbe amor quid non mortalia pectora cogis.

Timeo quicquid quarto die Cicero de hac re in Tuſculano ſuo diſputat. ad poſtremum timeo cunctorum hac in parte concordiã Philoſophorũ Poëtarum q; ſententias. uerum ſuper omnia lenonum ac meretricũ nefarias artes, & inenodabiles laqueos paueſco, horreo Sirenũ blanditias, & uiſcũ tenaciſsimæ uolũtatis, importuoſam hanc ipſam horreo, quàm is nunc nauigat Charybdim, multorum naufragijs infamem, deniq; nihil eſt, quod rebus ſic euntibus non timeam. nam quod ille, nunc uel atrociter minatur, uel iratus ſecum cogitat:

Ego' ne illam, quæ illum, quæ me, quæ non?

Et quæ ſequuntur in hanc ſententiam ſimilia. hæc omnia, una me hercle falſa lachrymula, ut Terentius idem ait, quàm oculos terendo miſeræ uix ui expreſſerit, reſtinguet, & ſe ultrò accuſabit, & dabit ei ultrò ſupplicũ, magno licet clamore deſæuiat, ſeq; tumultuosè in libertatem aſſerat. Ego ſi iudex ſim, ſecundũ murmur aniculæ in ſeruitutem aſſerentis, uin ditias dabo. cur quæſo? quia noui quã ſit illud murmur, hoc clamore potentius, quantũ ue artes artibus antecellãt, nulla rerum paritas, nulla proportio eſt, inde ferrum hinc lutum, inde ignis hinc ſtipula, Inde fingendi celeritas, hinc facilitas credendi, inde unci innumerabiles, hinc totidem anſæ ſunt. noſti omnia, & quanquam ab his te curis ætas abſtraxerit, nil tibi tamen ignotũ loquor. Parum'ne his fidere Plautina tibi uidetur anus in Aſinaria? quæ tumidum & minacem adoleſcentem ſic alloquitur:

Fixus eſt hic apud nos animus tuus clauo Cupidinis.
Remigio uelo q; quantum poteris feſtina & fuge.
Quàm magis te in alium cæpeſsis, tùm æſtus te in portum referet.

Secura erat ualde mulier uenefica, quæ talibus adoleſcentium ſucceſsibus, plenam uitam experiendo didicerat. ad hæc ego tibi, nunc nihil adiecerim, niſi hoc unum ut cogites, lapſu temporis ruere quidem urbes, regna transferri, uariari habitus, innouari leges, quæ uerò naturaliter ſunt, non mutari. & animos hominum, & animorũ morbos prope omnes eoſdem eſſe, qui fuerunt dum Plautus iſta fingebat. Quod ab hoc ſanè crebro iactari ſolitum ais, arſiſſe ſe quidem, ſed amplius nõ ardere, ſi id paſsim prædicat, ſignũ in hoc morbo mortiferum eſt. ſcitus eſt Naſonis uerſiculus:

Qui nimium multis, non amo dicit, amat.

Non uerbis ſed operibus, credo, hiſq; non ſtatim, ſed ſi pertinaciter inſtiterit contraria uita, maculas uitæ ſuperioris eluere. uetuſtam ægritudinem repens medicina non adiuuat, quod longo uſu didicimus, longa deſuetudine dediſcendum eſt. habes de adoleſcente tuo præſagium meum, quod utinam falſum fuiſſe res doceat, & certè potẽs eſt excelſi dextra, mutatione illa Dauidica: dicto citiùs ab uno miſerarũ fundo miſericorditer attollere, ſed id rariſsimum & pauciſsimorum hominum ſcito eſſe. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Andreæ Bononienſi, S. IX.

Quid de libidinoſo ſene ſentiat.

DIſsimilem primæ, ſed iuſtiorem Satyræ materiam afferes, luxurioſum ac laſciuum ſenem (ut enim declamator ille ait) adoleſcens luxurioſus peccat, ſenex luxurioſus inſanit. ac profectò ſic eſt (ut ait Plautus) deliramus interdũ ſenes, immò uerò non interdum ſed ſæpiſsimè, hoc illa iam tunc ætate cœptũ erat, nũc aũt reptamus infantes, ludimus pueri, adoleſcentes inſanimus, conflictamur uiri, deliramus ſenes. ita nullã uitæ partem perdimus, ſed omne æuũ, uarijs quidẽ errorũ gradibus, immò ſtultitiæ tenore traducimus. neſcio quid dicã, niſi tantis in tenebris, aliquid æthereæ lucis affulſerit, parũ abſum, ab antiquorũ ſenten-

ſententia, ut non naſci optimum fuerit, proximũ quàm primum mori, omniũ tamẽ huiuſcemodi ſenũ, excuſatio una eſt. Imbecillitas ætatis, ſolatio egentis, & iam uſu publico pmiſſa licentia, ſic in Aſinaria petulantiſsimum ſenem ſuum, idem Plautus excuſat his uerbis:

Hic ſenex, ſiquid clàm uxore ſuo animo fecit uolup'
neq; nouum, neque mirum fecit, nec ſecus, quàm alij ſolent:
Nec quiſqua'ſt tàm ingenio duro, nec tàm firmo pectore,
quin ubi quicquam occaſionis ſit, ſibi faciat benè.

Hæc ille dixit, hæc omnes dicimus, ſiue adoleſcentes, quibus luxuriari gloria eſt, ſiue uiri, quibus conſuetudo eſt, ſiue ſenes, quibus iam ueniale peccatum eſt, quem tu inuenies ſenem, qui ſi qua facultas affuerit, teſte ſubmoto, non ſtatim oblitus uirium, iuueniliter ruat in Venerem? ipſe ſibi blandiens, quaſi quicquid delectat aut mulcet, & proſit & deceat, & quaſi ſenectutis unicum ſolamen ſit luxuria, quæ potius ſenectutis obprobrium ac ruina eſt. Tu uerò ſenem noſtrum ora, ut inducat in animum attendere, quid agat, quo progrediatur, quanq; aduerſo tempore, quàm indecora, quanq; ambigua & intempeſtiua Venus ſua ſit. pudor forſan ac metus efficient, quod ratio iam pridem ac ſatietas debuiſſent. ſin pergit, unũ hoc illi meis uerbis dicito, breui uel inuitus deſinet. ſiquidem iuuenilis luxuria, ſenectuti proxima, ſenilis autem ſepulchro contigua eſt. Vale.

Fran. Petrarcha Barbato Sulmonenſi, S. X.

Quod in hoſtium inſidias deuenerit.

VT more noſtro, fortunas laboreſq; meos tecũ partiar eſt animus. ad Parmã bellum conſtitit; ut noſti, circunſiſtimur, & magnis non Liguriæ tantũ, ſed propè totius Italiæ motibus, intra unius urbis ambitũ, coartamur, nõ quod animus noſtris, ad pugnã deſit, (q; ſæpius animoſa eruptione teſtati ſunt) ſed ea hoſtis aſtutia eſt, ut nec pacis nec prælij uiã pandat, durãdo uincere & debilitare animos, lentæ obſidionis tædio cõfidit, itaq; iam ſæpè uariante fortuna, idẽ ipſe qui obſidebat obſeſſus eſt, nec dum certus eſt exitus. cæterũ ſummis utriq; uiribus res agitur, & (niſi fallor augurio) ſummus fatorum dies accelerat. nutat animus, ac neutrã in partem totus inclinat, ex quo declinare ſtudẽs, & inanẽ ſpẽ & ſuperuacuum pauorem. In hoc ſtatu non iam paucorũ nos dierum, ſed multorũ menſiũ premit obſidio, inter calamitates bellicas haud ultima, his ita ſe habentibus ſubijt, nuper deſiderium libertatis, quã omnib. uotis expoſcere, omni ſtudio amplecti, poſtremũ quã terra mariq; fugientẽ ſequi ſoleo. ſubierat iam ante cupiditas trãſalpini Heliconis, quoniã Italus Helicon bellis ardebat, ita ergo hinc odio, hinc deſiderio agebar, ſed qd agerẽ? Quæ ea ducit ad occaſum uia, prorſus inacceſsibilis facta erat. uertor ad Orientẽ, & ſi enim omnia hoſtiũ plena eſſent, tutior tamẽ breuis tranſitus, quã ille ingens per Hetruriam circuitus uiſus eſt. Quid multa? Inter hoſtium ſtationes, cum paucis egreſſus *VII.* Cal. Martias abeunte ſole, carpo iter, cum propè Rhegium inimicã urbẽ, ſub nocte media peruenisſem, repentè latronum manus ex inſidijs erumpit, magno mortẽ clamore denunciãs, nõ erat cõſilij facultas, tẽpus, locus & circũfuſus hoſtis ſuſpectiſsima omnia faciebat, pauci inermes, impuidi, qd aduerſus plures armatos, ad ſcelus inſtructos facerẽt? una in fuga atq; in tenebris ſpes erat.

Diffugiunt comites, & nocte teguntur opaca.

ego, etiã fateor, meipſum morti & circunſonantib. telis eripui, dũq; iam omne diſcrimẽ euaſiſſe crederẽ, quid oro te, uſquã tutũ homini eſt? ſeu foſſæ, ſeu trunci, fortè ſeu ſaxi obice, uihil enim prorſus cernere ſinebat, illius nubiloſæ cæcæq; noctis obſcuritas, equus ipſe fidiſſimus uector meus cernuus ad terram ruit, tãto impetu, ut confractus ac penè examinatus ſim, colligo tamẽ in extremis animũ, & aſſurgo, quiq; multis iam diebus interiectis, ad os manũ referre nondũ ualeo, tũc ſubleuãte metu in equũ reſilui. E' ſocijs pars domum rediit, pars uagó errore circũacta, incœptũ nõ deſeruit, duo uiarũ duces, cœli ac terrarũ inditijs amicis, ſeſsi ac trepidi inter auia ſubſiſtere coëgerunt. Vnde ne quid terrificum deeſſet, inimicorum uigilum uoces, uicinis neſcio quibus, ex mœnibus audiebantur. ad hæc & ſeua grãdine mixtus imber acceſſerat, & inter crebra tonitruã, famoſioris aſsiduus timor moris.

Longa

Longa erit hiſtoria,ſi eam per ſingula,illi ergo uerè tartaream noctem ſub diuo atq; humi iacentes egimus,cum interea magis magisq; læſi brachij tumor ac dolor ingraueſceret. nõ herboſus ceſpes ad ſomnum,non frondoſæ ramus arboris,aut cauæ rupis fornix,ſed nuda tellus, aër turbidus & iratus Iupiter,hominum ſimul ac ferarum metus.atq; inter totaſpera corpus inualidum,unum quod miraberis forſan,& miſereberis ſolatij genus,in tãtis difficultatibus fuit,equis medio calle tranſuerſis,pro tentorio uſi ſumus,& illorum terga procellis obiecimus,qui paulo ante fremẽtes,ac rapidi mox taciti,& immobiles,non ſine quodam quaſi miſeriæ ſuæ ſenſu, geminũ nocte illa nobis obſequiũ præbuerunt,ſic ad aurorã laborando,ac trepidãdo peruenimus.ubi primũ ſemitã inter uepres uicinæ lucis,dubius fulgor oſtendit, præproperè ſuſpecta loca reliquimus,& amici oppidi,Scandianum uocant, mœnibus excepti,didicimus nocte tota,magnam equitũ ac peditum cateruam,circa muros ut nos exciperent in inſidijs latuiſſe,paulo q; antè noſtrum aduentũ pulſam tempeſtatibus abiiſſe. i nunc & negare aude, magnum aliquid eſſe fortunam, quæ & conſilia impernitiem,& errores in ſalutem uertere potens eſt.Ludo tecũ Barbate chariſſime, de fortuna enim iuditium meum tenes,formidabile nomen eſt. utcunq; ſe res habeat, profuit error uiæ,profuit procella,peiora malis euaſimus. illic ergo,cum iam illuxiſſet cælatũ caſum meũ, non ſine multis comitũ lachrymis aperio,& quoniã,ne ibi quidẽ tuta uidebatur mora,alligatus pro tẽpore mõtano calle,Mutinã inde.luce proxima Bononiã ueni,hinc tibi præter ſolitũ,alienis digitis iſta præſcribo,ne aut meo aut rerũ ſtatui fides deſit.Circa curam corporis ſit,quantum humano ingenio fieri poteſt,ſpes eſt potius certa quàm uelox, æſtatis opem medici,ego Dei omnipotentis auxilium expecto, interim torpens mihi dextra non obſequitur,animus ſit promptior in aduerſis. Vale.

Fran.Petrarcha Andreæ Mantuano, S. XI.

Obtrectatorum uerba contemnenda eſſe.

VIx unquam aliter iuſtior mihi quærelarum cauſa, uix uberior defenſionis materia, oblata eſt,in triuijs laceror, quid agã, auctor tangit iniuriæ. fama mea ab infamibus carpitur,contemnendus obtrectator. cæterum eò moleſtior, quò uilior, diſſimulare difficilè,ſed decorũ ſilentiũ,iuſtæ querimoniæ præferendũ, linguas acuat uerba,non metuo,ſi ſcripto egerint,ſentient & me calamum habere. Viuus ego uiuorum ſubruam calũnias,at ſi quid fortè poſt buſtum minitantur. audio enim eos aſſiduè parturire,neſcio quidẽ, an ridiculum murẽ,an elephantẽ Indicũ pariturос,quod ipſum ſi conſulto inquam, in id tẽpus trahunt, quo amplius hic non ero,timidè agunt minimeq; inſidias ſtruunt.quorũ conſilijs, quid aliud dicam niſi Planci illud,in Aſinium Pollionẽ,cuius in principio naturalis hiſtoriæ Plinius ſecundus meminit.Cum mortuis laruas ſolere luctari. proinde ſi quid habent, proferant in medium,dum adeſt qui reſpondeat. Videbis conuitijs attritum nomẽ ſplendeſcere, clariorem facit Aeſchines Demoſthenem,Catonem Galba,Saluſtius Ciceronẽ, Aemilianus Apuleium,alioquin inglorium belli genus eligunt in abſentem loqui,& mutis decertare cineribus,quamuis (ut eſt ætas) impudenter idipſum ſperent. Vale.

Fran. Petrarcha Andreæ Mantuano, S. XII.

De eadem materia,de qua in ſuperiori epiſtola.

THeon ille,ſiue mauis Bion,iurgium quærit,agnoſco ſibilum,aſpis in proximo eſt,indigner an mirer,ſi mihi nõ parcat,qui nec ipſe pepercerit Homero: puto extimet, ut quæ ſibi eadẽ mihi uoluptas ſit,longè uero fallitur,nihil mihi gratius ſilentio, poſt illud nil colloquio dulcius amici.ſin pergit effugiã,ſi ne id dabitur,quid ſim acturus interrogas? ſilebo. Si ne id quidem,loquar. quantum ſanè, nihil breuius. Et quid dicam? Comminabor in primis id conuitij genus,quod nunquam audierit turbabitur,congelaſcet,& forſan (ut fit) multa ſibi conſcius tacebit, atq; hic iurgio finis erit.Siquidem nil magis maledici linguam frenat, quàm mordatioris alterius linguæ metus. ſic ne hic tamen deſinet. culicem hunc quibus armis excutiam? Vlciſcar aniliter, & quod anus anui dixiſſe traditur dicam ſibi.

ſibi.o uir maximè omniumq; modeſtiſsime,o decus ac ſpes patriæ. Certè nunquam tale aliquid audiuiſti,quid nunc ais? An non ſatis promiſſum impleſſe uiſus ero,aut ego fallor, aut & ſi calloſas conuitijs aures habet,hoc unum hactenus non audiuit,non ex ore amantis,non arriſoris,non deriſoris,non adulatoris quantumlibet impudentis,ſic ut reor inſuetum ſtilum,ille mirabitur,tu ridebis,ego interim euaſero. Vale.

Fran. Petrarcha Socrati ſuo, S. XIII.

Moram ſemper aliquid periculi habere.

OBſecro,obteſtorq; te,meq; ipſum ſimul obſecro,ſi quis apud utrumq; noſtrum precibus meis eſt locus,ut ſi tu nondum pectoris tui curas cõpoſuiſti,ego enim inquietudinis meæ mihi ſum conſcius, propellamus iam tandem cuncta,quibus angimur,& ad huc fluctuante animorũ noſtrorum ſtatum,aliquando cõpeſcamus,nec nos pigeat,quod multum diſtulimus uel ſerò aggredi. neq; enim uiatori,quanquam uel ſomno grauis, uel uino obrutus,uel tædio fatigatus,tardè ſurrexerit ſuadebis,ut uiſo ſole in cubiculum reuertatur,ſomnum tractaturus ad ueſperam.multò ſatiùs eſſe monſtrabis,accelerare greſſum, ingeminare,& in id niti,ut quod ſopor eripuit reddat induſtria. & nos (ſi recolis uiatores ſumus,& immenſum nobis ſupereſt iter,& hora iam tarda eſt,noſtrũ enim mane dormiuimus,quo uigilantius exurgendum eſt. ne cunctantes fortè nos opprimat,plura res exigit, tempus autem pauciora & certè intelligenti uolentiq; ſatis eſt dictum. Vale.

Fran. Petrarcha Socrati ſuo, S. XIIII.

Seruorum malignitatem deteſtatur.

NVper dum fugiẽdi faſtidij & relaxãdi animi gratia,læpidiſsimas fabellas,apud Plautum legerem,curiſq; mordacibus tantillũ temporis uetuſtiſsimi uatis auxilio cor furarer,mirũ dictũ quot ibi elegantes nugas inuenerim, quas ſeruiles fallacias, quas aniles ineptias,quas meretricũ blanditias,quã lenonis auaritiã,paraſiti uoraginẽ,quã ſenũ ſollicitudinem,quos adoleſcentium mores,iam minus Terentium noſtrum miror,qui ad illã elegantiam tali uſus eſt duce. ſed de cæteris ſuo tẽpore,nam & copioſa & ocio affluentibus, ſi unquam id nobis fortè contigerit, peramœna rei eſt. Nunc unum quod hodierno die, tempeſtiuè admodum ſe obtulit interferam. eſt illius Comœdia,cui nomẽ eſt Caſina : ibi uir & uxor de nuptijs ancillulæ diſcordant,bellum domeſticum, & pluſquàm ciuile dixeris,ita intra cõiunctiſsimos,diſiuncta ſunt omnia,prorſus nihil conuenit paterfamilias proprijs,mater filij ſtudet amoribus,ſerui duo competitores,pertinaciſsimi,certatim ad puellæ connubium aſpirant,hic à patre ſubornatus,hic à matre Herilis ergo cõcupiſcentiæ miniſter,ut incœpto abſiſteret,precanti dominæ inexorabilem ſe præbens,à domino quiſortè ſuprema uerba contentionis acceperat,interrogatur.

quoi cum litigas Olympio
Cum eadem qua tu ſemper S. cum uxore'ne hem mea?

Reſpondet ſenex,quaſi circũlocutione rem intelligens,enimuerò ad hæc ſeruus,neq; ſerviliter neq; illepidè reſpondet,quod dum hodie legerẽ, mihi quodammodo dictũ credidi.

Quam tu mihi uxorem? quaſi uenator tu quidem es
Dies atq; noctes cum cane ætatem exigis.

Hæc ille ſeruus. mihi uerò quid conuenientius dici poteſt? uxorem nempè uita noſtra non recipit,multis licet obiecta tempeſtatibus,ſed ab hac Charybdi libera & immunis,uerum aliud moleſtiæ genus eſt,cui,& illius ſeruuli uerba cõueniũt.& rem quidẽ olim experiebar, uerba non aderant,ſciebam me cum canibus uiuere,uenatorẽ eſſe, niſi admonitus neſciebam.Seruos uocant,canes ſunt mordaces, guloſi, latratores,cuncta præter ultimum ferre poſſum, latratus enim tranquillitati,quam quærimus,nimis aduerſus eſt, ſed ex omni canum grege, duo mihi prorſus importabiles ſunt, cæteros adhuc ferre propoſitum eſt. Horũ alter eſt,quem ad te multis cũ literis amicorum hodie mittebã, unde hãc tibi ſuper adderẽ epiſtolam, Plautus obtulit.hunc tu ergo uel tibi habeto, ſi uenator fieri cupis,uel in nemus uel in macellũ mitto, modò ne unq; ad me redeat.altera eſt rabidus ſenex ille, quẽ noſti

noſti optime,illum depellere pudor prohibet,neq; tàm eius,quã ætatis ſuæ ac longæuæ familiaritatis intuitus. itaq; quando me mihi uenatorem Plautinus ſeruus oſtendit, faciam quod ingenui uenatores ſolẽt, domi inueteratum canem, quamuis ſenio & ſcabie inutilẽ, latratuq; moleſtiſsimum non expellã. cæterũ quẽ fugare nõ licet,fugiem,dimiſſaq; ſibi domo uacua,in alias oras ibo,de quo, quia nondũ fixa mihi ſententia eſt, ſecretiore epiſtola propoſitum meum leges,ſumma eſt,ad fontẽ Sorgiæ,ut nunc eſt animus,piſcator eſſe potero,certè uenator amplius non ero,neq; cum his ſaltem canibus ætatem agam. Vale.

Fran. Petrarcha Socrati ſuo, S. XV.

Beatam uitam inquirendam eſſe.

IN campum Martium,omnes qui naſcimur uocati ſumus,quidã tamen non, niſi ad ſtre pitum numerumq; complendum,quidam uerò,ut honores & laborum præmia percipiant,quorum ex agmine ut ſimus,optandum enitendumq; nobis eſt. de euentu uiderit ille,cuius in manu nos & noſtra conſiſtimus. uelle quidẽ noſtri erit arbitrij,itaq; firmare propoſitum,& candidatos adeſſe,conueniet,ac ſupremi imperatoris,& amicorum eius implorare ſuffragia. non enim de cõſulatu aut Prætura,ſed ut Plautinus adoleſcens ait) de capite noſtro ſunt comitia. Vale.

Fran. Petrarcha Guidoni Ianuenſi, XVI.

Quod tardiuſcule ad eum ſcripſerit ſe excuſant.

EPiſtolam ſub tuo nomine deſcriptã perdidi,hoc mihi & nuncij longior expectatio, & ſociorum præceps fauor attulit,qui dum aſsiduo nouarum rerum deſiderio,& (ut Solini uerbo utar)impatientiùs potius,quàm ſtudioſus,per Bibliothecam meam more ſolito uagantes,in illam incidiſſent,legerunt & tulerunt,ignorante me ueriti (ut aſſerũt) ne ſicut amicis indignantibus,& incurioſitatem meam damnantibus,mihi plerunq; cõtigerat,illius etiam periret exemplum. Ego re cognita,ut mihi redderetur inſtabam, illi autem feſtinabant.quid te moror? Verum eſt quod ait quidam:

Malè cuncta miniſtrat impetus:

Dum enim omnes habere cupiunt,nullus habuit,dumq; omnium conſenſu,uni ſcribenda traditur,ille eam omnium cum dolore,uel amiſit,uel amiſiſſe ſimulauit,qualiter neſcio, niſi quod ad oculos meos ultrà non redijt. unũ fatebor, nec erubeſcam teſtimonium tuum, nunquam credidiſſem,quod res ulla tàm parua tàm magnæ mihi foret perturbationis cauſa,raro unquam alias fragilitatẽ meam,ſic euidenter agnoui. Torquebar enim,& per multos dies noctesq; perditam quærebam,ſimul & quærebar, & nunc temerariam ſociorum fiduciam,nunc leuitatem meam increpabam. illis exprobrans,quod plus æquo ſtilũ hunc, mirantes,importunè agerent,mihi quod immaturam gloriam,è primitijs ſtudiorum quærens,amicis fierem fortaſsis aſperior. quantalibet ſanè plaga, animi tempore mitigatur. Iam dolere deſij,doloremq; pudor expulit,pudet tàm grauiter doluiſſe.nunc quoniam illius nullæ mihi reliquiæ ſuperſunt,præter amantem memoriam (ut ait Auguſtinus perierit quidem illa,ſed calamo ſuperſtite,interim ergo,dum reuertor ad ſolitum ſcribẽdi morem, intermiſsionis cauſam tibi eſſe uolui,ne inſueto ſilentio mouereris.

Fran. Petrarcha Guidoni Ianuenſi, XVII.

Dolet de amiſſa Epiſtola,

NOn ſum neſcius mirari te, quid ita debiliter fortunã unius epiſtolæ ferre uiſus ſim, neq; enim magnæ indolis argumẽtum eſt,ex litteris gloriam ſperare,ex factis,non ex dictis oriri ueram gloriam,ueræ Philoſophiæ non dubitant ſpectatores. illã, inquam, gloriam,non quàm prædicat uulgus,à quo laudari magnis animis penè faſtidioſum eſt, ſed quæ ex ſobria ac iucunda recordatione bonorũ operum,in pectore uirorum excellentium uiget,atq; aliter,cuius ſine theatrico ſtrepitu,ſine fauore,uulgari fide,& conſcientia teſtes ſunt. hæc eſt equidem illa uerax gloria,quæ in ſolo ſtabili,actis altè radicibus,caſum neſcit. Illa uerò in hominum fundata ſermunculis. Primum diuturna non eſt,& perfacilè proteritur,

proteritur, & quibus attollitur flatibus, eiſdem ſemper agitatur ut corruat. deinde ſi eſſe poſſet æterna,uulgaribus tamen,ac minimè generoſis artib. quæſita,nunquam ingenuos animos delectaret,ſeruilis opere uilis merces,idq; ego mecũ cogitans, fateor, & mirabar, et mihi nõ mediocriter indignabar. ex diuerſò aũt,dũ reminiſcebar,quo mihi dulcis epiſtolæ illius lectio fuerat flectebar,ut omni culpa deſideriũ eius abſoluerem. nec ſatis ſcio, uerò ne an falsò,ſed perſuadebam mihi,multis rationibus,nullius me uentoſæ laudis ambitu perditam deflere,ſed quod eam mihi utilem ſenſeram, tantamq; fiduciam dabat, nõ ars, nõ ingenium,ſed uetus ille magiſter artis,ingenijq; largitor,ut auderem ſperare, literas illas,tanti peccatoris digito contextas,legentibus nedum placituras,in quo nudum nomẽ uertitur,ſed fortè etiam profuturas. Multa ibi contra hominũ,& præſertim meijpſius molliciem,inuectus fueram,multisq; ad uirtutem exhortationibus, nec paucis indignationibus,in ſæculum noſtrum,& uitia,toto nunc orbe regnantia,uelut alternis ſtimulis, utrumque illi latus armaueram. adeò ut ad eam rediens,uix ingenij mei opus crederem, & plus ei quàm ſcriptis meis ſoleo,uenerationis impenderem. De Phydia & Apelle nuſquam lectum eſt,fuiſſe formoſos,operum tamẽ illuſtrium alterius reliquiæ ſtant, alterius ad nos fama peruenit,itaq; tot interlabentibus ſæculis,utriuſq; artificis præclariſsimum uiuit ingenium,uariè licet pro uarietate materiæ. uiuacior enim ſculptoris quàm pictoris eſt opera,hinc eſt,ut in libris Apellem,Phydiam in marmore uideamus,idem de Parrhaſio,et Polycleto,& de Zeuxi & Praxitele cenſuerim,cæterisq;,quorum corporeæ formæ,nulla mẽtio eſt,operum decor eximius,& fama pcelebris. Atq;,ut à ueteribus,ad noua,ab externis ad noſtra tranſgrediar,duos ego noui pictores egregios, nec formoſos, Iottum Florentinũ ciuẽ,cuius inter modernos fama ingens eſt, & Simonẽ Senenſem,noui ſculptores aliquot,ſed minoris famæ,eo enim in genere,impar,prſus eſt noſtra ætas,cæterũ & hoc uidi, & de quibus fortaſsè,alius plura dicendi locus dabit,opera ſingulorum, ab auctorib. ſuis multum differentia, longæq; diſtantiæ,ſiquis ab eis cauſam quæreret, reſponderent puto, non ut olim Mallius pictor,qui ab amicis interrogatus ſuper cœnam,Cur tàm deformes filios genuiſſet,cum tàm pulchras figuras pingeret. quia in luce,inquit, pingo,in tenebris fingo. faceta reſponſio illius,horum uerior,ſi dicerent,& formam corporis, & ingenium quæ forma eſt animæ,unde opera hæc,quæ laudamus ac miramur,uelut unà è fonte procedunt,munera Dei omnipotentis eſſe, non hominum, & ſumenda eſſe, nõ tantũ æquo, ſed & grato animo,ſeu largius prouenerint,ſeu partius,cum gratuita ſint,& humanũ meritum ſemper excedant. nec ab homine quæri rationem oportere,cur plus minusue aliquid ab illo fiat,cuius uoluntas ipſa eſt ratio,ſumma & inacceſsibilis,& ad quam, fruſtrà per ſeipſum nititur humanus labor,quia quantò accedet homo ad cor altum, tantò exaltabitur Deus,& mortales intuitus,conſilij ſui profunditate,fruſtrabitur. In hanc egò narrationẽ, cum præterire poſſem,ſponte incidi,quæ eò ſpectat ne mireris,ſi mihi quoque contigerat, ut pulchram ſcriberem epiſtolam,turpis ego,& ſi in ea(ut Gregorij uerbo utar)pulchrum depinxi hominem,pictor fœdus,proinde ſpecies ea,qua ſorores ſuas illa uincebat,& ſibi pereundi,& mihi dolendi fuit occaſio,ut intelligerem,non ſolum in corporibus, ſed etiam in ſcripturis excellentem formam,interdum nocere,& mediocritatem in rebus omnibus expetendam. ſic epiſtolæ meæ,quam ipſe mihi non adoptaueram ſed genueram, pereunt, & tunc exequiarum quaſi quoddam genus lamenta perſolui, & tunc memorans, anniuerſarium diem ago,dolens de medio tàm citò ſubtractam,& ut dixerim,in ipſis cunabulis extinctam,eoq; minus huius rei conſolabilior eſt querela, quo minor eſt ſpes, de illius oſsibus, quaſi de phœnicis cineribus alteram ſuſcitandi. nullæ eius apud me reliquiæ remanſerunt,præter morem enim meum,totam chartæ crediderat,memoriæ nihil. Idcircò nec eam in memoria requirens inuenio,nec ullum ueſtigium abeuntis agnoſco.tantum illud teneo,dulcem mihi fuiſſe dum ſcriberem,dulciorem dum legerem, amariſsimam dum recordor, nec aliter eueniſſe, quàm ſi cui ſaporiferi fauus mellis, labijs admotus,repentè ſubtraheretur, amotaq; dulcedine, ſola quidem amara dulcedinis recordatio ſupereſſet.

His ego perculſus diù à ſcribẽdo ceſſaui, oderam enim uigilias meas, & unius euentu cæteras metiebar, tandem per memetipſum admonitus, eſſe ſtolidum conſilium, ut unius naufragij metu, nauigatio relinquatur, aut unius anni memor, aratrum damnet agricola, ad calamum redij. ſed quid iterum faciam? Epiſtola tua etiam mihi periit, & comitem ſecuta eſt, quantum ſuppetit memoria, duplex inde mihi gaudium fuit. Gaudeo equidem ut mos eſt hominum, tecum ſolito benignius agere fortunam, quamuis non ignorem, friuolam eſſe lætitiam, quæ de fortunæ facilitate concipitur, quæ nunquam amicior fuit, niſi ut familiarius falleret. neminem euexit niſi ut altior caſus eſſet. Verum hic unus ex humanis erroribus eſt, qui ſunt innumerabiles, quoſque ut Ciceroniano uerbo utar, cum nutricis lacte ſuxiſſe uidemur, & quos utinam uel in ſenio deponamus. certiùs gaudium ex epiſtolæ tuæ fine percipio, ubi & fortunam noſſe, & ad omnes caſus paratum, mihi uideris animum habere, hoc eſt quod optaui, hoc eſt quod ſperaui, hoc eſt quod Deum rogaui, et ut mihi, & amicis fortem animum contemptorem rerum mutabilium præſtaret. nequid enim in uita ſentiamus, aduerſi ne quicquam poſcitur. Vt quicquid euenerit feramus patienter, digniſsimæ preces ſunt. equidem (niſi fallor) in uerbis tuis animum tuum uidi, & dixi mecum. Iam uir eſt, humo erigitur, cœlum ſpectat: Vale.

Fran. Petrarcha Guidoni Ianuenſi, S. XVIII.

De conditione ſui ſtatus certiorem reddit amicum.

DE ſtatu meo, quem noſſe deſideras, breuiter ſic habe. & ſi inter benè philoſophantes, unum ſit hominis bonum, & non tria, id ſcilicet, quod in animo eſt, benè cœlitùs inſtituto, & poſſeſsione generoſi habitus inſignito, quoniam corporis ac fortunæ non bona, ſed commoda quædam, ac leuia adminicula dici debent, quia tamen credo uelle te, de omnibus audire, geram morem uoluntati tuæ, qualis ſit animus meus, nec plenè ſcio, nec aſſerere meum eſt. ſunt enim (ut ait Auguſtinus) & iſtæ plangendæ tenebræ, in quibus me latet facultas mea, quæ in me eſt, ut animus meus de uiribus ſuis, ipſe ſe interrogans, nõ facilè ſibi credendum exiſtimet. quatenus autem effari poſſum? Vndique me habent anguſtiæ, in luto carnis, & in uinculis mortalitatis meæ, adhuc aut ſedentem aut iacentem. Videor tamen, niſi forſan hoc ipſum uideri, idem ego mihi mendaciter fingo, libentiſsimè ſurrecturus. ſed ponderibus meis premor, & inualuit in me durum inueteratæ conſuetudinis iugum, à cuius ſeruitute, quis liberabit me miſerum, niſi Dominus ille, qui fouit compeditos, & illuminat cæcos? fortuna contra me hactenus perpetuum bellum gerit, ego autem ſciens, quod communio diſcordias parit, ut in pace uiuam, nequid commune ſecum habeam laboro. Imperia, regna, diuitias, honores, cæteraq; eiuſmodi ſua ſunt, & ſibi habeat. nihil eſt horum quod me moueat. Mihi linquat, ſi qua ſunt animi mei bona, hæc ſui muneris non fuerunt, & ne ſui iuris ſint flagito. quid ſæuit? Quid minatur? nimis diù debitor ſuus ſum, calculũ ponamus, auferat quæ ſua ſunt, nimis diù depoſitũ eius ſeruo, quid cogitat? nulla mora eſt, nullum luctamen, tollat quicquid id eſt, & nunquam reuerſura diſcedat, & certè iam partem non exiguam tulit, & id quantulũcunq; quod reſtat, odioſum onus eſt humeris, ad altiora nitentibus. q; ad corpus attinet. non ſum quem reliquiſti, hoſpes corporis mei, ſecũ malè concordans, implacabilem litem agit, hæc iugis ſollicitudo, faciem meã mutauit, ante annos, ita ut iam uix primo me cognoſcas occurſu. Huius tamen rei, me cura nõ tangit, adhuc enim integer Domitiano principi credideram. Nihil gratius decore, nihil breuius. ad maiora uerò genitus ſum. q; ut ſim mancipiũ corporis mei. Seneca, inqs, hoc dixit. qs negat. & ego dico, & multi dicẽt poſt me, & ante eũ multi fortè dixerũt, & quiſquis id dixerit, modò ne mẽtiat, egregiũ magnificũq; uerbũ dixerit. ego & illud dixi, & q; ſequitur dicã, & in utroq; ſcio, q; non mentior utinam nec fallar. Abſit à me ut amore corporis, aut huius lucis deſiderio, diem mortis horreſcam, quoniam & hoc ab alio ueriſsimè dictum, in uſus meos uerti, quod hæc noſtra quæ dicitur uita, mors eſt. Vale.

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS, LIBER VI.

Fran. Petrarcha Hannibali Tuſculanenſi, S. I.

De Inuidia, Auaritia, cæteris q; eccleſiæ procerum uitijs.

INfœlicem inuidiam dixit Maro, nec immeritò. quid enim infœlicius, q; ſuis malis, alienis q; ſimul bonis affligi, non ineleganter quidem, in Mutium neſcio quem, apprimè inuidum, atq; maliuolum luſiſſe legitur Publius quidam, cum enim triſtiorem ſolito uidiſſet. Aut Mutio, inquit, neſcio quid incommodi acceſsit, aut neſcio cui aliquid boni. prorſus ita eſt, inuidus alterius bonum, ſuis aſcribit incommodis, & ut ait Flaccus:

Inuidus alterius rebus marceſcit opimis.

Magna miſeria, nõ aliter ſaturitate alterius, quàm fame propria torqueri, atq; alio pinguescente, non ſecus ac ſe eſuriente marceſcere. ſed aut temerè diffinierim, an nõ inuidia tantũ ſed uitijs omnib. infœlicior auaritia ſit. inuidia enim mœſta eſt ſæpè, ſed ocioſa eſt, auaritia triſtis, & occupata ſuperbia dũ ſe aliquid magnũ putat, falſa licet opinione delectatur, auaritia ſemper ſe famelicam & egenam ſentit, neq; fallit. ueriſsimũ enim eſt Poëticum illud:

Semper auarus eget.

nã ſi auarus eſt, cupit, q; ipſum uitij nomẽ indicat. ſanè q; ait Seneca: Nõ q; parũ habet, ſed q plus cupit, pauper eſt. & hoc inde cõcludit, q; nõ paucitas rerũ inopẽ facit, cũ paucis natura cõtẽta ſit, cui qui ritè ſatisfecerit diues eſt, & nihil ei deeſt, ſed cupiditas expleta, q; indicat ſibi tantũ deeſſe, quantũ cupit, cupit aũt omnia, & optando ſupuacua fecit neceſſaria. ita egeſtatẽ minimã, cuiq; pfacile ſuccurri poterat, irremediabilẽ atq; immẽſam fecit. rurſus enim et illud eſt uerum, q; Philoſophis placet, auaro tã q; habet deeſſe, q; q; nõ habet. niſi q; mihi quidẽ magis uidetur, auaro deeſſe q; habet, q; q; nõ habet. ex illo enim nil præter ſollicitudinẽ ppetuã, & ueros metus, ex hoc nonnunq; breue falſum gaudiũ capit, dũ ſibi arridet, & optatũ bonũ, ſpe fallente præoccupat. ita nunquã ſatiat, fera quadã, ut aiũt) & inhumana dulcedine. auaritia uerò nunquã. nã & ſucceſsib. inardeſcit, & Satyricũ illud uerũ eſt:

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

& minus hũc optat, q; nõ habet, cuius rei cauſam unã, (nam plures excogitari queũt) in epiſtola quadam ponit Anneus Seneca. Neminẽ, inqt, pecunia diuitẽ facit, immò cõtrà, nulli nõ maiorẽ ſui cupidinẽ incuſsit. & ſequit: Quæris, q; ſit rei huius cauſa? plus incipit habere poſſe, qui plus habet. Venio ad reliquas peſtes, & eius quidẽ, quã accidiã noſtri uocant, eadẽ ratio eſt, q; inuidiæ fuit. Gula aũt ac libido, ſæpè ſuis fruuntur delitijs, q bus exultant, & gaudio fugitiua percipiunt, auaritia nulla re fruitur, niſi curis auariſsimis, dũ enim q rendis inhiat, & illa nõ habet, & q ſita nõ uidet, niſi ad ſuppliciũ hinc trepida, inde ſollicita. quæ cũ ita ſint, iure auaritia ſororũ omniũ peſtilentiſsima dici poteſt, quam radicem malorũ omnium uocat Apoſtolus. Nec ſum neſcius, te mirari quid hodie tecũ, hac ut aiũt importuna Philoſophia, præter ſolitũ uti uelim, ego aũt nõ te magis, q; mortales ferè omnes, & præcipuè tuũ genus alloquor, inter quos maxima, & ſolium poſuiſſe, & uexillũ fixiſſe, uictrix mihi uidetur, & imperioſa cupiditas, quod eò indignantius miror, quo minor uobis cupidinum cauſa eſt. cui enim hos auri cumulo aceruatis? legitima quidem uobis negata poſteritas, uos parcus & exiguus cultus decet, reliqua pauperum CHRISTI ſunt, quos fraudare prædariq; nõ timetis, domino illorũ ſpectante deſuper, & minitante uindictam, & neſcitis cui ueſtrũ crimen utile ſit futurũ, q; uobis interim laborioſum peſtiferumq; & funeſtũ eſt. multi ſe propter filios excuſant, & uitio animi, uelũ pietatis obtendit (ſic leæna, ſic tygris fit enixa ferocior, & animalia manſueta, nouæ pliis amor exaſperat) uobis excuſatio nulla, uelamẽ uitij nullũ eſt, ante totius orbis oculos, nudi eſtis, digitoq; monſtramini, populorum

omnium cum exprobratione mordaci. ecce uirtutis, inquiunt, præcones, qui cũ de uita æterna, deq; animi libertate, multa magnificè loquantur, sine causa tamen, & temporalib. addicti, & auaritiæ serui sunt. re enim uera, & si de omnibus dicat, non ne de uobis tantũ sensisse uidet Dauid ubi ait: Vniuersa uanitas omnis homo uiuens, ueruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustrà conturbatur. Et ut rabiem Pontificalis auaritiæ, tot post sæculis futuram notaret expressius, Thesaurizat, inquit, & ignorat cui cõgregabit ea. hæc utiq; uobis ante alios auari Pontifices dicta sunt, parentes quidẽ thesaurizantes filijs, & legimus & uidemus, quamuis sæpè fortuna paternis uotis obstante, q; alijs partũ erat, ad alios deuoluat, parentũ tamẽ intẽtio nota est. uestra intẽtio quæ nam quæso? qd agitis, cui thesaurizatis, nisi diabolo & angelis eius, qui sollicitè uos obseruant, numerant dies, & hæreditatẽ uestram auidissimè præstolant, gratissima trophæa uestris inscripta nominibus, in limine tartari, de manib. spoliatorũ pauperũ erecturi? sed admirans percõtabere, cur hodie potius ista, q̃ alias, an uel hactenus, uos non auaros, uel auaritiam uitiũ non fuisse, uel tenũc primũ oculos aperuisse crediderim, qui prius ista non uideris? respõdebo admirationi tuæ. Et sciebam uos auaros, & auaritiam uitiũ esse, nemo usquam est q̃ nesciat, & in utrũque, non nũc primum oculos aperto, sed cũ fortè nudiustertius uenissem ad te, altaria tua, immò uerò altaria Domini uirtutum, argento atq; auro & gemmis onusta conspexi, atq; insanis fulgoribus, pculsus obstupui, & dixi mecũ. Ecce noua auaritiæ arma, nouũ pereundi genus. Auaritia nobis nostra non sufficit, nisi auarũ quoq; CHRISTVM facimus, & diuos ipsum q; uocamus in partẽ pdamq; Iouẽ (ut Virgilius ait) Vos quidẽ diuitias malè partas, iustificasse uideamini, si pdæ rapinarũq; uestrarũ pauperẽ CHRISTVM cogitis esse participẽ, & auro obsidetis inuitũ. nõ hic placandi numinis modus. An nõ legistis apud Senecam, deos tunc propitios fuisse, cũ fictiles fuerunt? atqui deos nunquam propitios fuisse, nec esse potuisse certũ est, quomodo enim propitius alijs esse potest, q̃ miserrimus est sibi? placet igitur nõ hæc Senecæ sentẽtia, sed uerba, q̃ fœliciori materia licet inserere. profectò CHRISTVS semper ppitius humano generi, sed tũc psentior fuit, cũ fictilis fuit. nunc aureus atq; gemmatus irascit, & pces nostras iustissima indignatione nõ audit, nõ aurũ odit ille, sed cupidos, qbus optandi q̃rendiq; nullus est finis. Primi hominũ, q; erat apertè ppitebant, q̃rebant diuitias, ut abundarent, uos q̃ritis, ut ornetis CHRISTVM piũ opus, si spolijs ille miserorũ, & nõ potius uirtutibus, ac deuotione fideliũ, uellet ornari, & si nõ fictioni iũcta cupiditas, odiosior Deo esset. animaduerti olim tale aliqd in principibus, dominisq; terrarũ, q; omni studio libros quærũt, petũt, rapiũt, mercant, non literarũ amore, quas ignorant, sed auaritia inducti, nec animi, sed thalami q̃rentes ornatum, nec scientiam, sed nomẽ, neq; librorũ sentẽtias, sed pretia cogitantes, uerũ his colorata excusatio, licet falsa non deerit, dicent enim, sobolem se ac posteros cogitare, & uerbo quidem nondum natis, aut q; uitæ genus eligant prorsus incertis, ueræ autem auaritiæ propriæ atque ignorantiæ bibliotheca congeritur, uobis congerendarum opum, quis est color? respondebitis, Vt CHRISTI templa farciatis auro. see quid Persio dicitis, exclamanti?

O curuæ in terris animæ & cœlestium inanes,
Quid iuuat iuuat hoc templis uestros immittere mores?

neue hoc alijs dictum crederetis, audite, ut statim uestro nomine uos appellat:

Dicite Pontifices in sancto quid facit aurum?

Respõdete Põtifices, uobis enim loquit. respõdete tot senes, uni iuueni, tot Theologi, uni Poëtæ, tot Christiani, uni pagano. qd dicitis? In sancto qd facit aurũ? si respõdere negligitis Poëtæ, an' non saltẽ respõdebitis Prophetæ: Qui non aurũ, sed alia quædã à uobis ornamẽta tẽplorũ exigit? apud Malachiã legitis: Filius honorat patrẽ, & seruus Dominũ suũ timebit, si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit Dominus exercituũ. & ut noscatis quia uobis dicit. sequitur: Ad uos ô sacerdotes, q̃ despicitis nomen meũ, nisi fortè quisquam est, q̃ putat ulla unquam ætate, dignius hoc q̃situm, q̃ nunc quærit. Video quidẽ ut dixi, uulgus auaritia ardere, & fateor, nihil excusat, nulla est enim excusatio peccati, sed natorum caritas, multiplex q; necessitas, & uulgaris ignorantia crimen leuant. Vos uerò Pontifices, dicite, oro, Quid sibi uult hæc rabies habendi,

bendi, inter diuitias tàm certas? In tanta rerũ diuinarũ humanarũq; notitia, in uita solitaria et cælibe, & de crastino cogitare prohibita? Illud mihi fortè notissimum ingeretis. Aurum habet Ecclesia. benè si habet, pessimè si habetur. placere possunt diuitiæ uirorum, uiri diuitiarum penitus non placent, qui cum somnum suum dormierint, in manibus suis nihil inuenient. uerior igitur illa responsio, quàm percontationi proprià Persius ipse subiecit, cum enim secundo quæsisset, In sancto quid facit aurum intulit:

Nempè hoc, quod Veneri donatæ à uirgine pupæ.

Facessat, oro, iam tandem aurũ templis inutile, & in alia tẽpla Dei, hoc est in usus hominũ egentium conferatur. sit CHRISTI charitas, quæ seculi pompa est. nec semper sub obtentu, deuotionis idololatriæ seruiat. Nescitis q; auaritia est idolorũ seruitus? nulla tot indolis gens abundat, nulli cõuenientius dicitur. Cauete à simulachris. credite mihi Pontifices, aurũ potuit CHRISTVS habere sed noluit, diues esse potuit, dũ inter homines agebat, pauperatẽ maluit, Corynthijs uasis uti potuit, fictilibus usus est. nolite Pontifices excusationes friuolas aucupari, aut sub CHRISTI nomine pabulũ auaritiæ, & uestris alimẽta furoribus aggregare. CHRISTVS uestro auro non eget, nec uestris superstitionibus delectatur, puri ac nudi cordis est, appetens piorum actuum honestarũ cogitationum, & humiliũ uoluntatum, quis inter hæc auro locus? Nolite miseri curare, quàm superbè sacrificetis, q̃ ornatè, quàm splendidè, sed quàm piè, quàm humiliter, quàm castè, quàm sobriè. sacrificate quod diruptis uinculis liberatori suo Rex propheta sacrificat, hostiam scilicet laudis, sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate non in auro, sed in domino: Audite Psalmistam surdi, diebus ac noctibus clamantem: sacrificium Deo spíritus contribulatus. Quid hic opus est auro? spiritu opus est, eoq; nõ nisi contribulato, opus est corde, sed cõtrito & humiliato, hoc est sacrificium Deo gratum, atque homini sine terrarum effossione parabile, submisso & immaculato opus est animo. Contrà nec terso nec rudi, auro opus est. nescio quid amplius dicam, & uereor uerba iactare, sed si post Prophetam ipsum quoq; Persium, Poëtam audire non piget. uidete, quid ibidem paganus homo, Pontificibus suis dicat:

Quin damus id superis, de magna quid dare lance.
Non possit magni Messalæ lippa propago.

& ne dubium foret, quid est, hoc superis offerendum, quod genere atque opibus superbi, cæci diuitum filij non possunt, subsecutus expressit:

Compositum ius fasq; animi, sanctosq; recessus,
Mentis & incoctum generoso pectus honesto.

præclarum uerbum, dignumque de CHRISTO dictum esset. Tu Vale: & quàm fidelibus conuitijs aurem præbe.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. II.

Veritas, non secta sequenda.

DEambulamus Romæ soli, meũ quidẽ obambulandi Peripateticũ morẽ nosti. placet. naturæ moribusq; meis aptissimus est, ex opinionibus quædam placent, aliæ aũt minimè, nõ etenim sectas amo, sed uerũ, itaq; nũc Peripateticus, nũc Stoicus sum, interdum Academicus, sæpè aũt nihil horũ, quotiens quicquã occurrit, apud eos, q; ueræ ac beatificæ fidei aduersum suspectũue sit, ita enim Philosophorũ sectas amare, & approbare pmittimur, si à ueritate nõ abhorrẽt, si nos à nostro principali, pposito nõ auertũt, q; ubi fortè tẽptauerit, seu ille sit Plato, seu Aristoteles, seu Varro, seu Cicero, libera cõtumacia cõtẽnantur omnes, atq; calcent, nulla disputationũ argutia, nulla uerborũ lenitas, nulla nominum nostrorũ auctoritas. homines fuerũt, quantũ humana inquisitione fieri potuit, & notitia rerũ docti, & eloquo clari, & naturali ingenio fœlices, sed supmi & ineffabilis obiecti priuatione miserabiles, & ut, q; uirib. suis fideret, uerãq; lucẽ nõ requireret, cæcorũ in morem sæpè lapsi, sæpè ad lapidẽ offendẽtes. itaq; sic illiorũ miremur ingenia, ut ingenijs ueneremur auctorẽ, sic illorũ cõpatiamur erroribus, ut nostræ gratulemur, & cognoscamus nos gratuitò, sine ullis meritis honoratos, prælatosq; maioribus, ab illo, qui arcanũ suum, quod sapientibus

entibus abſcondit, paruulis reuelare dignatus eſt. denicꝙ ſic philoſophemur, ut (qꝙ philoſophiæ nomẽ importat) ſapientiã amemus. uera quidẽ Dei ſapientia CHRISTVS eſt, ut uerè philoſophemur, ille in primis amandus nobis, atcꝙ colendus eſt, ſic ſimus, omnia qꝙ ante omnia Chriſtiani ſimus, ſic philoſophica, ſic poëtica, ſic hiſtorias legamus, ut ſemp ad aurẽ cordis, Euãgeliũ CHRISTI ſonet, q̃ uno ſatis docti ac fœlices, ſine q̃ quãto plura didicerimus, tanto indoctiores, atcꝙ miſeriores futuri ſumus, ad qꝙ uelut ad ſummã ueri arcẽ referẽda ſunt omnia, cui tanq̃ uni literarũ uerarũ immobili fundamẽto, tuto ſuperædificat humanus labor, & cui doctrinas alias, nõ aduerſas ſtudioſè cumulãtes, minimè reꝑhendendi erimus. & ſi enim ad ſummã rei modicũ, forſan ad oblectamentũ, certè animi & cultiorẽ uitæ modũ plurimũ adieciſſe uidebimur. hæc incidenter, quantũ locus iſte capere uiſus eſt, dixerim, ꝓcedo. Vagabamur pariter in illa urbe, tàm magna. q̃ cũ ꝓpter ſpaciũ uacua uideat̃, populũ habet immenſum, hæc in urbe tantũ, ſed circa urbẽ uagabamur, aderatcꝙ per ſingu ſingulos paſſus, qꝙ linguã atcꝙ animũ excitaret. Hic Euandri regia, hic Carmentis ædes, hic Caci ſpelũca, hic Lupa nutrix, & Ruminalis ficus, ueriori cognomine Romularis, hic Remi tranſitus, hic ludi Circenſes. hic Sabinarũ raptus, hic Capreæ palus, & Romulus euaneſcens, hic Numæ cũ Aegeria colloquiũ, hic Tergeminorum acies, hic fulmine ictus uictor hoſtiũ artifexcꝙ militiæ Tullus Hoſtilius, hic Rex architector Ancus Martius, hic diſcretor ordinũ Priſcus Tarquius habitauit, hic Seruio caput arſit, hic carpẽto inſidens atrox Tullia trãſiuit, & ſcelere ſuo uicũ fecit infamẽ. Hæc aũt Sacra uia eſt, hæc ſunt Exqliæ, hic Viminalis, hic Quirinalis collis, hic Cœlius, hic Martius cãpus, & Supbi manib. decuſſa papauera, hic miſerabilis Lucretia ferro incũbens, & in mortẽ fugiens adulter, & læſæ pudicitiæ uindex Brutus, hic minax Porſenna, & Hetruſcus exercitus, et infeſtus errãti dextræ Mutius, & Tyranni filius, cũ libertate cõcurrens, & hoſtẽ urbe depulſum, ad inferos ſequens Cõſul, & fractus à tergo uiri fortis pons Sublicius, & Horatius natans, & Tyberis reuehens Cloëliam, hic erat Publicolæ, ne quicquã ſuſpecta domus, hic Quintus arabat, dum fieri meruit, de aratore dictator, hinc abductus Serranus ad Cõſulatũ uenit, hoc eſt Ianiculũ. hic Auentinus ille ſacer mons, in quo ter irata patrib. plebs ſeceſsit, hic libidinoſum tribunal Appij fuit, & ferro patris iniuriæ ſubducta Virginia, & decemuiri luxuriæ dignus finis, hinc Coriolanus armis fortè uicturus, ſuorũ pietate uictus abſceſsit, hoc ſaxũ defendit Manlius, hic excidit, hic Camillus inhiantes auro Gallos, ſubito repulit interuentu, & deſperantes Ciues, amiſſam patriã ferro docuit recuperare nõ auro, hic deſcẽdit Curtius armatus, hic inuẽtũ ſub terra caput hominis & immotus terminus, p̃ſagiũ ſummo & ſtabili impio fuẽre, hic fallax uirgo armis obruta & ſuis circũuẽta fallacijs, hæc Tarpeia arx, et Romani populi cenſus toto orbe collectus, hic anſer argenteus, hic cuſtos armorũ Ianus, hoc Statoris, hoc Feretrij Iouis templũ, hæc fuerat cella Iouis, hæc domus omnium triumphorũ, huc compulſus eſt Perſes, hinc repulſus eſt Hannibal, hinc impulſus eſt Iugurtha (ut quidam opinantur) alij uerò in carcere illum necant, hic triumphauit Cæſar, hic periſt, hoc Auguſtus in templo reges affuſos, & tributarium orbem uidit, hic Pompeij arcus, hæc porticus, hoc Marij cymbriũ fuit, hæc Traiani colũna, ubi ille unus omniũ imperatorũ (ut ait Euſebius) intra urbem eſt ſepultus, hic eiuſdem pons, qui ſancti Petri nomen inuenit, & Hadriani moles, cui ipſe quoqꝙ ſubiectus eſt, quod ſancti Angeli caſtrum uocant, hoc eſt ſaxum miræ magnitudinis æneiſqúe leonibus innixum, diuis imperatoribus ſacrum, cuius in uertice, Iul. Cæſaris oſſa quieſcere fama eſt. hæc Telluris ædes, hæc Fortunæ domus, hoc templum Pacis, aduentu uerè pacifici regis euerſum. hoc opus Agrippæ quod falſorum deorum matri, ueri Dei mater eripuit, hic uinctus Petrus nonis Auguſti, hinc riuus olei fluxit in Tyberim, hic, ut fama eſt, monſtrante Sibylla, ſenex Auguſtus CHRISTVM uidit infantem. hæc Neronis inſolentia & in ædificijs feruens luxus, hæc Auguſta domus uia Flaminea, ubi ſepulchrum ipſius domini quidam tradunt, hæc Antonini columna, hoc eiuſdem proximum Appiæ palatiũ, hoc Seueri Aphri Septizonium, quam tu ſedem Solis uocas, ſed meum nomẽ, in hiſtorijs ſcriptum lego. hoc Praxitelis Phidiæq; extans in lapide, tot iam ſæculis, de ingenio & arte dictamen. hic CHRISTVS profugo uicario fuit obuius, hic Petrus in crucem actus, hic truncatus eſt Paulus, hic aſſatus Laurentius,

rentius, hic ſepultus ueniẽti Stephano locũ fecit, hic ſpreuit feruẽs oleũ Ioãnes, hic Agnes poſt obitũ uiuẽs, ſuos flere ꝓhibuit. hic Sylueſter latuit, hic leprã depoſuit Cõſtãtinus, hic glorioſam Calixtus exercuit libitinã. ſed q̃ pergo? poſſũ ne tibi in hac parua papyro Romã deſignare? proſectò ſi poſsim, nõ oportet. noſti omnia, nõ quia Romanus ciuis, ſed qa talium in primis rerũ curioſiſsimus, ab adoleſcentia fuiſti. Qui enim hodie magis ignari rerũ Romanarũ ſunt, q̃ Romani ciues? inuitus dico, nuſquam minus Roma cognoſcit̃, q̃ Romæ, qua in re nõ ignorantiã ſolam fleo, quanq̃ qd ignorãtia peius eſt, ſed uirtutũ fugam exiliũqꝙ multarũ. qs enim dubitare poteſt, quin ilicò ſurrectura ſit, ſi cœperit ſe Roma cognoſcere? ſed hæc alterius tẽporis eſt q̃rela. Solebamus ergo poſt fatigationẽ, q̃ nobis immẽſa urbs ambita peperat, ſæpius ad Thermas Diocletianas ſubſiſtere, nõnunquam uerò ſupra teſtudinẽ illius magnificentiſsimè olim domus aſcẽdere, qꝙ & aër ſalutaris, & ꝓſpectus liber, & ſilẽtiũ, ac uotiua ſolitudo, nusqꝙ magis ibi de negotijs. nihil omnino, nihil de re familiari, nihilcꝙ de Rep. q̃ ſemel fleuiſſe ſatis eſt, & euntib. p mœnia fractæ urbis, & illic ſedẽtibus ruinarũ fragmenta ſub oculis erant. qd ergo? multus de hiſtorijs ſermo erat, quas ita partiti uidebamur, ut in nouis tu, in antiqs ego uiderer exptior, & dicanẽ antiquæ q̃cunqꝙ ante celebratũ Romæ, & ueteratũ Romanis principib. CHRISTI nomẽ, nouæ aũt, ex illo uſcꝙ ad hanc ætatẽ. Multus quoqꝙ de ea parte Philoſophiæ q̃ mores inſtruit, hinc nacta cognomẽ. interdũ uerò de artibus, & de earũ auctorib. & principijs, itacꝙ die quodã, dum in eam mentionẽ incidiſſemus, flagitaſti, ut dicerẽ, explicitè, unde putarẽ liberales, & unde mœchanicas initiũ habuiſſe, qꝙ carptim ex me audieras. feci qꝙ iubebas, haud duriter, qꝙ hora diei & uacuitas inutiliũ curarũ, & ipſe locus hortabat̃, ut ſermonẽ lõgiuſculũ ordirer, & attẽtio tua rẽ tibi admodũ placere indicio erat. teſtatus ſum tamen me nihil nouũ, nihil ferè meũ dicere, immò uerò nihil alienũ. omnia enim undecunqꝙ dicimus noſtra ſunt, niſi forſan abſtulerit ea nobis obliuio. quæris nũc, ut qꝙ illo die dixi repetã, ac literis mandẽ. multa, fateor, dixi, q̃ ſi nõ mutatis uerbis dicere cupiam, nõ poſsim. redde mihi illũ locũ, illud ociũ, illam diẽ, illam attentationẽ tuã, illam ingenij mei uenam, potero qꝙ unquam potui. ſed mutata ſunt omnia, locus abeſt, dies abijt, ocium perijt, pro facie tua mutas literas aſpicio. ingenio meo relictarũ à tergo rerũ fragor officit, q adhuc in aurib. meis tonat, quamuis ob hocipſum in primis, inde diffugerim, ut tibi liberius reſponderem, parebo tamẽ ut potero, poſſem te ad ad antiquos, & ad modernos mittere, à quibus quod poſcis acciperes, ſed ne ita me liberẽ prouidiſti, dũ rogas, ut dicam meis uerbis quicquid id eſt, qꝙ, ut ais, tibi omnia ex ore meo cùm gratius, tùm clarius ſonent. Gratiam habeo, ſiue ita ſe res habet, ſiue ita ut accendas animum dicis. accipe igitur, quod tunc dixi, uerbis fortè alijs, ſed eadem profectò ſententia. uerum qd agimus? nam & nõ parua res eſt & epiſtola hæc abũdè creuit, & non dũ cœpimus, & diei huius extremũ eſt. uis parumper digitis meis, atcꝙ oculis tuis parcam? differamus quæ reſtant in proximũ diẽ, & laborem & epiſtolam partiamur, nec eadẽ papyro res diuerſiſsimas inuoluamus. ſed quid rurſum cogito? quidue pollicor tibi diẽ proximũ epiſtolamcꝙ alteram? nec diei unius opus eſt, nec epiſtolare negotiũ, librũ exigit, quẽ non prius aggrediar, ſi tamẽ curis maioribꝰ. non retrahor atcꝙ diſturbor, quã in ſolitudinem meã me fortuna reuexerit. ibi enim nõ alibi meus ſum, ibi meus eſt calamus, q nunc paſsim rebellat, & recuſat imperiũ, moleſtiſsimis occupationib. meis fretus. ita ille, q ex ocio meo iuge negotiũ habet, ex negotio ſibi ociũ quærit, & quaſi impius ſeruus, ac cõtumax domini laborem in requiem ſuam trahit. ubi uerò primum fines meos attigero, ſuum iugum ſubeat cogam, & de eo, quod quæris ſeorſum ſingulari libro, quid aliorum ſcriptis, quid meis conjecturis aſſequor ſcribam. ſanè ut familiares epiſtolas, ludens & in ipſo maximè uiarum diſcurſu, tumultuqúe rerum ſcribere ſoleo, ſic ad ſcribendum libros, ſolitaria quiete dulciqúe ocio, & magno nec interrupto ſilentio opus eſt. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. III.

Humanam calamitatem nullam beatæ uitæ obeſſe poſſe.

VNa mihi mihi tecũ lis eſt, cũ cæterarũ rerũ omniũ ſit tanta cõcordia, nimis eſt q̃rulus, nimis indulges tibi, ſortẽ ꝓpriã deflere, miſerari res tuas, excuſare teipſum, accuſare

fortunã,denicp nimis molliter humana toleras,cũ sis homo.mouit mihi fateor lachrymas, epistolæ tuæ principiũ,qd enim occultare cogitẽ affectus meos,et ubi constãtiã tuã reqro, illic,ppriã dissimulare mollicie?certè ubi te lætũ esse iubeo, mœstũ me fuisse nõ inficior.sed est cp mihi interblãdiar,honestiores lachrymæ sunt in alienis calamitatib. q̃ in nostris,quan quam uscp adeò sint nostra cõmunia, ut nil ,ppriè alienũ dici possit ab altero cp alterius no strũ sit.id cp nõ modò in tãta amicitia,sed ne in cõmuni etiã societate hominũ dici posse Satyricus ait:Vbi uiro bono,nullũ alienũ malũ,& humano generi pietatis ad indiciũ datas, à natura lachrymas docet.cp tãto ante Comicus dixerat:Homo sum,,humani à me nihil alienũ puto.enimuerò licet id uerũ esse,nõ negẽ,tamẽ haud dubiè, in hoc publico diligendi debito,gradus sũt,qbus ex amplissima,ut ita dixerim,humanitatis area,cognationis amicitiæcp redigimur in angustũ,et uniuersalis amor,omniũ singulari quadã charitate paucorũ, ac bñuolẽtia coarctat. sed qd rursus occultẽ tibi cp sequit?ut lachrymas epistolæ principiũ, sic risum mihi finis mouit,aduersa sunt inqes, scio, licet interdũ uno defonte ,pdeant, risus & lachrymæ.nõ minus forsitã mœstus erat Democritus,qui ppetuo risu pulmonẽ agitare solebat(ut ait ille)q̃ madẽs ppetuo lachrymarũ rore Diogenes,nec lætior Hãnibal in calamitate patriæ, solus ridẽs,q̃ populus q lugebat.sicut ex diuerso,si Lucano credim⁹,nõ mœstior in morte generi flens Cæsar,q̃ exercitus q plaudebat.sed ad te reuertor. Prima igitur epistolæ tuæ pars id egit, ut multarũ ac ,ppè omniũ cõgeriẽ ærumnarũ, uni tibi incubuisse diceres,sicut miserabili,sic magnifico qdẽ stylo,legẽs lachrymas nõ tenui,& tuarũ lituris, ut dixeras,lachrymarum nouas addidi. nescio enim quõ casus suos,uiriliter q̃ muliebriter lamẽtantẽ,uirũ ,pfundius miseramur.,pseq̃bar intẽtus animo,atcp oculis,& ipsa styli dulcedo blãdiebat,ut legerẽ q̃is lõgiuscula epistola esset.ecce aũt dũ cætera humẽtib. oculis p legissem,expectãs qd insolitæ & tantis q̃relis æquæ miseriæ patereris,totã malorũ summã trib. in finẽ aut q̃tuor uerbis includeras,Esse te Tybure,senẽ,pauperẽ,podagricũ. qbus in malis ferre te illud ægerrimè,cp tibi nostræ spes ablata p̃sentiæ uideret:necp enim te morbo uinctũ,loco moueri posse,necp ausurũ de tam lõginq̃ ad te amicũ euocare,occupationum suarũ nõ ignotis tibi põderib. irretitũ,hoc,flebilẽ epistolã fine cõcludis.hic fateor risi.et qd, dixerit quispiã, Pauca hæc tibi uidẽt an leuia?neutrũ quidẽ,sed sũt adeò uulgaria omniũcp cõmunia,ut penè inhumanũ sit penituscp ridiculũ,talib. incõmodis indignari hominẽ uel mirari.qs enim,ut à primis ordiar,qs hominũ unq̃ uixit,q nõ uiuẽdo senuerit? priscos illos patres,multis sæculis ,ptẽdisse uitæ spaciũ legimus,nũ quid tandẽ & senuisse nõ legimus? mitto illos,q in mũdi primordio memorant, q̃s uelut in ipsius sæculi inuẽta editos in lucẽ, uegetiores,atcp uiuaciores fuisse, ac ,ppè ad M. uitæ annũ puenisse cõfirmant, sed eosdẽ licet serius,tamẽ senuisse nõ negãt.hos inq̃ omitto,de quorũ ætatib.magna inter magnos solet esse cõtẽtio,q̃ p̃sentis nostri,ppositi nõ est,ad illos uenio,qbus ut minus mira,sic sensib. nostris accõmodatior est ætas.senuit Abrahã,senuit Isaac,senuit Iacob.de quorũ primo scriptũ est:Erat aũt Abrahã senex dierũ cp multorũ.& iterum:Deficiẽs mortuus est in senectute bona, prouectæcp ætatis,& plenus dierũ.de secũdo:Senuit aũt Isaac et caligauerũt oculi eius,et uidere nõ poterat.& rursum:Cõsumptuscp ætate mortuus est, & appositꝰ populo senex,& plenus dierũ.de tertio:Oculi Israẽl caligabant, p̃ nimia senectute,& clarè uidere nõ poterãt.Audis ecce,nec senectutẽ,modò sed oculorũ quocp caliginẽ ad defectũ. Moyses fortassè robustior, de q̃ cũ centũ uiginti esset annorũ,& moreretur ita legimus:Nõ caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. nunquid ideò tamẽ non senuerat,quia solidior senex esset? cuius successor Iosuæ bellator insignis, qui tot reges occidit,tot populos strauit,senio obstare nõ potuit,quando audiret Dominũ dicentẽ sibi: Senuisti & lõgæuus es. & ipse congregato populo diceret ad eos:Ego senui,& ,pgressioris ætatis sum.Ille uir cuius uoci Deus paruit,q inaudita fiducia soli ac lunæ p̃cepit,ut starẽt, & steterũt, nunquid illũ fugacissimæ diem uitæ continere potuit, ne properaret, aut obuiam senectutem retardaret? quid Dauid rex? non'ne & ipse senuerat, habebatcp ætatis plurimos dies, cum qúe operiretur uestibus non calefiebat? is cuius & inter homines, & erga Deum talis ardor fuerat,breui adeò refrixerat senectute,ut accubãtis puellæ patrocinio, uteretur.qui de seipso

seipso loquens.Iunior sui,inquit,& cõfestim addidit: Et enim senui habes cui fortè dierũ numerũ inuideas,at nõ perpetuã iuuẽtutẽ.omne cp est ortũ,necesse est,aut immaturũ occidat,aut senescat,mox maturius occasurum.in secularibus historijs, nõ æquam humanæ uitæ mensurã inuenies,& siqd tibi tale reprehẽderis, irrisiuè nõnũq̃ potius q̃ historicè dictũ scito.quippè supra Ninũ Assyriorũ regẽ,q Abrahæ cõtemporaneus uidet de excellenti rerũ gestarũ memoria,ut Macrobio placet, ,ne Græca qdẽ extat historia. omnes historici, q lõgissimè retrocedũt,à Nino initiũ scribẽdi faciũt,multis cp post illũ tẽporib. nostrorũ senũ incipimus exempla colligere.itacp minimè mirandũ putãt qdã.nam alij litigãt,ut dixi,si senescente iã mũdo,& uita breuior & fragiliora sunt corpora,& apud exteros quidẽ, & pauca de multis,sed illustriora p̃stringã,diutissimè uixit Nestor,q(ut scriptũ est)tertiã iam ætatẽ hominũ uiuebat.diù Hiero Syracusius, diù etiã Masanissa Numidarũ rex,quorũ alter nonagesimũ annum attigit, alter excessit.laudata Solonis, nec illaudata Sophoclis senectus, quorũ primus nũq̃ intermisso studio, sempcp aliquid addiscens senuit.secũdus morti pximus,nobilissimã Tragœdiam,ea quidẽ scripsit ætate, qua uix sui cõpotes esse solẽt,q ad uitam illã uenirũt. Isocrates orator,eadem,ppè ætate quarto scilicet,& nonagesimo uitæ anno, cũ uolumen eximiũ edidisset qncp annos supuixit, serã uoluptatẽ sui operis percepturus. Homeri nõ tantũ senectutem,sed et oculorũ cæcitatẽ lego,sed an senectus,an alia cæcitatis causa sit,nescio an tu legeris,mihi enim nõ occurrit.qualẽ aũt,& q̃ iucũdam credimus Homericã senectutẽ,omnibus suis accumulatã,& instructam curis,quarum paruæ reliqæ,post amicorũ milia,tanta me dulcedine afficiũt.atcp perfundũt,puto idẽ alijs accedere, ut sæpè mearum immemor curarum oblituscp præsentium malorum, totus in illius cæci senis memoriã cõquiescã.Carneades ad nonagesimũ,Cleantes ad undecẽtesimũ, Gorgias Leontinus ad centesimũ ac septimũ uitæ annũ,tranquilla senectute peruenit.Chrysippus nono ac trigesimo anno,cœptũ miri opus acuminis,octuagesimo moriẽs reliquit. qua ætate Simonides,in carminũ se certamẽ descendisse cõmemorat. Aetate prouectũ Socratem legimus, & ibat ulterius, nisi uenenatus obstitisset calix, cuius præclarissimus ille discipulus Plato, uno et octoginta annis expletis,eodem ipso natalis sui die obijt,& in eoipso cui diutissimè animũ intenderat,exercitio literarũ. Cuius discipulus Aristoteles,non nisi ad tertiũ & sexagesimũ accessit,quem periculosum numerũ annorũ, & humano generi, uel morte, uel insigni calamitate terribilẽ ferũt. Et cur ita sit rationes quidã, alij obseruationẽ solam experiẽtiæ longioris afferũt,utrũcp sanè quid uiriũ habeat, ipsi qui attulẽre discutiãt: hunc, si uera memorãt,uitæ scopulũ humanæ,ne trãsire posset noster Cicero, nõ senectute sua, sed Antonij crudeli ac nephario imperio effectũ est,& q̃niã ad nostros obuio Cicerone peruẽtũ est,uenerabilis apud nos, Romani regis Numæ Põpilij senectus, sed uenerabilior Catonis, Camilli,Fabrij, Metelli ac Valerij Coruini,quorũ ferè omniũ una est ætas,centum anni Appij quocp illius cæci,de cuius cæcitate,omniũ ciuium oculi, & uniuersa Resp.cõsilium expectabãt.Glorioſissimè senuit Augustus, Pompeius infœlicius,uerũ nõ de fortuna,sed de ætate hic agit.certè Augustus ipse, omniũ maximus ac potentissimus monarcha,post incœptum, ut quibusdam placet & quod nemo negat, diutissimè summacp cum pace gubernatum imperium,inter multas Romanorum lachrymas, intercp castissimæ cõiugis amplexus,sexto ac septuagesimo ætatis anno, placida morte subtractus est. Eandem metam tenuit Augustinus,ut nomine,sic uitæ termino imitatus Augustum,Hieronymus uerò uiuacior fuit, Origenes ad septuagesimum uitæ annum uenit, tertium & sexagesimum Bernardus impleuit,de Ambrosio Gregoriocp non ita compertum teneo. omnes tamen procul dubiò senuerunt prouidente illo,apud quem fons uitæ est, ne hi parum uiuerent, quorũ uita multum profutura erat Ecclesiæ.ad octogesimũ annũ uenit Asinius Pollio, Marcus Varro uiuendo & scribendo seculi unius fortitus est spaciũ. Multa de sua senectute locutus est Seneca senex, aliq̃to senior futurus,nisi ferox discipulus, uetuisset ꝓmitte mihi oro te,indulgentissime Pater, permitte mihi, ut narrationem quæ ualdè animum meum premit,huic loco inseram,te fauente & senectus adhuc unicũ exemplũ,humile quidẽ,ac recẽs, sed honestũ & cui mihi dulcis ac ueneranda recordatio est,tot gloriosorũ senũ illustribus

exemplis adijciam, nunquam id, ſi apud alium loquerer auſurus. Fuit mihi proauus paternus, uir ſanctiſsimus, & ingenio quantū ſine cultura literarum fieri potuit, clariſsimo, uſq; adeò, ut eum non tantum de re familiari, de negotio, de contractu, de natorum nuptijs, uicini, aut de Rep. magiſtratus, quod de Appio cæco traditū accepimus, ſed de rebus etiā altiſsimis, & ad Philoſophiam ſpectantibus literati homines, præſentes abſentesq; conſulerent, omnesq; in illius reſponſis, & æquitatem iuditij & acumē ingenij mirarentur. uiro nomen fuit Garcius, his modis, eaq; pietate prædito, ut ad cōſecrādam uiri memoriam, nihil ei præter promotoris auxiliū defuerit. nuper me iā adoleſcentiā egreſſo, multi ſuperāt de illo mirrabilia narrantes, quæ ſpōtè p̄tereo, hoc ipſum nō dicturus, niſi ne faſtidires exemplum. Is ergo, poſt innocuè ac fœliciter actam uitam, ut audiebam ſenes noſtros dicere, quarto ac centeſimo ætatis anno, ipſo etiam, ut Plato natalis ſui diei, ſed trium & uiginti annorum ſpatio uiuacior, quàm Plato, & præterea eodem in thamo, in quo natus fuerat, longè ante prædicta multis tranſitus ſui hora, in gremio filiorum ac nepotū, nulla corporis aut animi moleſtia, nil niſi de Deo & de uirtutib. loquēs, inter loquēdū quodāmodo cōſopitus eſt, q; ex eius ore ſonuit extremū illud Dauidicū fuiſſe ferunt: In pace in idipſum dormiam & requieſcam. quibus uix uerbis explicitis, quieſcens, obdormiuit in pace. Gratias tibi pater amantiſsime, q; me hactenus paſſus es, proaui mei memoriam repetere, & nomen eius, his ad te literulis occulere, q; neſcio, an uſquā dignius q̄ inter egregios ſenes inter collocandum eſſet, ſed quid ago? breuis cōſolatio, in longam hiſteriam uerſa eſt. dabis autem ueniam, ſi ſcias quāta cū delectatione uerſatus ſum, cū his optimis atq; lectiſsimis ſenibus quibus te iā nūc, neq; nō multo poſt aſcriptos cupio, & ſi cæteris in rebus impares, at æquanimitate & patientia ſaltem pares. ne enim me propoſiti prorſus oblitum putes, quis ægrè ferat, ſe ſenem fieri, dum tales uiros, ſenes factos eſſe meminerit, immò uerò, qs nō magno cū gaudio participet ſortē beatiſsimorū hominum, & alacri animo, cōmunem ſibi cū talibus excipiat ſenectutē. quis enim horū, ſeu quis omnino hominum diù uixit & nō ſenuit, cuius longam uitā legimus, nō in ſenio deſinentem. At nos uoto contrario, ſecūq; pugnante diù, immò ſemper uiuere cupimus, nunquam ſeneſcere, nunquam interire. ſcio aūt quid reſpōſurus es, horū te omniū nō ignarum, illud dolere, q; ante tēpus ſenueris, cōmunis omnium ſeneſcentium querela. & Numa Pompilius, cuius ſuprà mentionem feci, patria ætate canus fuit, & Virgilius poëta, tota ætas noſtra, hic lamentis abundat. Egoipſe, non tàm queri ſoleo, quam mirari, q; canos aliquot ante uigeſsimum quintū annū habui, cū illud nō exciderit, q; genitor quondam meus, in reliquis neq; me ſanior neq; ualidior, quia poſt quageſimū ætatis ſuæ annū, conſulto ſpeculo, ſupra uerticem ſibi unum fortè capillum ambigua canicie albeſcētem uiderat, plenus ſtuporis & querelarū. totam nō modò familiā, ſed uiciniam excitauit. hoc eſt, q; æuum noſtrum dolet, hoc q; iuuentus noſtra cōqueritur, multum breui tempore uariaſſe, uiuendi ſeneſcendiq; modum quibus forte ſecundum fatear, primū negem. ſeneſcunt ſolitò citiùs, nec id forſan, uſq; quaq; uerum eſt, ſed quod incūctāter affirmem, ſolitò citius ſeneſcunt, ſiue id latens cauſa, ſiue curarum multitudo efficit, profectò enim noſtri maiores melioribus, nos pluribus curis inuoluimur. nihil eſt autem, quod magis præcipitet iuuentæ florem, quam curarum anxietas & labor animi. cæterū uitæ modus, niſi eū caſus, aut culpa præſecuerit, idem propemodum permanet, qui Pſalmographo præſcriptus eſt carmine. Sed quoniā tua me religioſa modeſtia, certū facit, nō te canos cōq̄ri, q̄s potius amplecti, & ſi intēpeſtiui eſſent, ac gaudere nō dubito, ſi q; Stiliconi ſuo Claudianus attribuit. Vultus factura uerendos, canities feſtina uenit, uerū alia q̄dam ſenectutis incommoda lamentari, quæ plura apud alios, apud Tullium ſunt quatuor. Imminutio uiriū, auocatio à rebus gerendis, ademptio uoluptatum, mortis q; uicinitas. multa quidem hoc loco in tuam conſolationem dici poſſent, ſed rem à Tullio ex intentione tractatam retractare temeritas. habes eius de Senectute librū. qui inſcribitur Cato maior, quo lecto nihil erit q; requiras amplius, ut reor, nihilq; q; nō modò moleſtam, ſed nō planè gratiſsimam ſenectututem faciat tibi. nam quantū ad celeritatem anticipatūq; tempus attinet, hoc unū dixerim. ſicut enim ubicunq; mors occurrit, ſenectus eſt noſtra (q; doctiſsimis uiris placet) ſic ubiuis debilitas corporis affuerit, ſenectus noſtra eſt. nam ut uitæ terminus eſt mors, ſic floridæ

floridæ ualidæq; iuuentæ terminus eſt, quandocunq; incidens, māſura debilitas, ſiue igitur totius, ſiue robuſtioris uitæ finis, dici ſenectus debet, qualibet ætatis parte ſe offerat, datum tēpus impleuimus, & legitima eſt ſenectus. de Paupertate quid dicā? quis nō eſt pauper, niſi qui nihil cupit? hi qui ditiſsimi uidentur, eò cæteris pauperiores ſunt, quò pluribus egēr, cū neceſſarijs egere, ea demū ſit paupertas. at iſti procul à uerò falſis opinionibus acti, ſibi neceſſaria fecerūt, quæ apud minus inſanos, uoluptuoſa quidem, apud ſanos uerò ſuperuacua, poſtremò aūt apud doctos damnoſa etiā, atq; omni ſtudio fugiēda ſunt. uerè itaq; ſunt omniū pauperrimi, innumerabiliū egeni, & uel aſſecutione rerū optatarū accendentes, indigentiam, uel expectatione torquentes. nec ſum neſcius, quid ad iſta reſpōdeant. cōtemni paupertatem aliquantò difficilius re q; uerbo, non obluctor, dura res eſt fateor, ſed dij boni q̄ tuta, quàm ſecura, q̄ expedita, quàm libera, q̄ denique, ſi amare illā, in animū duxerimus iucundā, ſed deſinamus paupertatem laudare, & amare diuitias, & reuera, quotus hominū inuenitur, qui cū paupertatem ualdè laudauerit, laudatam tota intentione nō fugiat? uicta erit, & in æternum ab animis hominum relegata, uel potius extincta cupiditas, ſi q̄t laudatores habet paupertas, totidem habeat amatores. habebit autem multò plures, ſi innoteſcere cœperit quid boni habeat, quid quietis ac fœlicitatis adducat. hactenus tamen, ut ætate Lucani erat munus Dei eſt, nondū mortalibus intellectū, niſi admodū raris. in quibus ſunt exēpla illa clariſsima. Valerius, Cincinnatus, Curius, Fabricius, Regulus, nō diutius q̄ dū legūtur, audiūturue, & tunc quoq; nō niſi ſuperficietenus, animos cæcos auaritia & cupiditate tangentia. ſed multo ſacratiſsimi ſenes noſtri, q̄ circumierunt orbem terrarū, ueritatē ingerendo pectorib. hominū, in fame & nuditate lætiſsimi, uictiſq; & calcatis neceſsitatibus triumphantes, quorū nudis pedib. nō erat tellus digna calcari, aude teipſum talibus exemplis inſerere, aude hoſpes contemnere opes, nō fortuitò neq; indeliberatè, aude, inquā, plures ad cōtemptum uitæ, & ad effundendū propriū ſanguinem, proijciendasq; animas, q̄ ad cōtemnendas diuitias fuēre magnanimi. aude igitur & tu hoſpes, qui nō habes, hic māſuram ſtationem, deponere ſarcinam libertatis amatoribus importunam, tanto tutior ad patriam peruenturus, quantò expeditior inceſſeris. aude, inquam, cōtemnere opes, & q; ſequitur te quoq; dignum finge Deo. quis enim dubitet, opes potentiamq; cōtemnere, dū meminerit, ut ſileam cæteros, CHRISTI ſacrā atq; humilem paupertatem, p̄ciptè ſi huic cogitatio illa ſuccreuerit, quantū calamitatū, quantumue diſcriminum, iſte omnibus uotis exoptatæ expetitæq; diuitiæ ſecum ferāt? certè Salomonis, q apud Hebræos ſapiens habet, ut Lycurgus apud Lacedæmonios, Solon apud Athenienſes, Cato uel Lelius apud noſtros, nō diuitias neq; paupertatem optat à Deo, ſuperbiendi ſcilicet deſperandiq; materiam, quid ergo? tantū victui meo tribue, inquit, neceſſaria. quem ſecutus Apoſtolus: Habentes uictū inquit, & quibus tegamur, his cōtenti ſimus. at nos non modò diuitias optamus, ſed in his ipſis nihil magis appetimus q̄ q; nocet, luxum ſcilicet & exceſſū. quid enim oro te, quid eſt in auaritia q; delectat? nempè nil aliud, q̄ querendi labor, quàm ſeruandi pauor, nil inquam aliud quàm timere ruinas, incendia, rapinas, domeſticos & extremos fures, ad extremum mures actineas. eſſe ſemp occupato animo, ac mœſto, omnes curas ipſumq; cor uiuentis in auro ſepelire: cū ſit ſcriptū: ubi theſaurus tuus, ibi cor tuū. Verè ergo miſera eſt,

magni cuſtodia ſenſus. ſed hæc nobis accidunt neſcientibus (ut ait Flaccus)

Quid ualeat nummus, quem præbeat uſum.

Sic affectis, ſi honeſtus diuitiarū modus acceſſerit, paupertas dura uidebitur, ſunt ſine ulla difficultate fortunæ, illi duo diuitiarum gradus, à Seneca deſcripti, habere q; neceſſe eſt, habere q; ſat eſt. accedat & tertius, q; abūde eſt, & q̄rtus, accreſcat q; multū eſt: nihil actū putabitur, donec ad id anhelando & æſtuando peruenerimus, quod nimium eſt. ita niſi nocere cœperit, niſi cauſas miſeriarum & laborū & forſan feſtinatæ mortis attulerint, diuitiæ nō erūt, ſed qd rurſus ago, q tibi aduerſus paupertatē arma cōquiro? q̄cūq; de hac re nō tantū dici, ſed cogitari poſſunt, nota ſunt tibi. Vnū erat in animo p̄ter uulgata hæc, q; tibi nō ſubtraham. equidem, ut euacuatio prægrauato corpori, ſic tibi neceſſaria eſt paupertas. tergiuerſenē licet, ut audio, quidē ex ueſtris, & cauillenē, paupertatē tamen uel expreſsè uel tacitè nouiſti. Benè habet, tu illam fugiebas, illa te ſequitur. iam quæ attigit arripuitq;, uotis optanda

optanda neceſsitas, quæ te cogat implere quod debeas, CHRISTI ſeruus es, ſcis quid illi conueneris, ſile, patientiã habe, non te poſſum æquis auribus audire. perinde mihi pauper-tatem defles, quaſi neſcias, nudum te intraſſe in hanc uitam, nudum egreſſurum, & quaſi non paupertatem CHRISTI, ſed Croeſi diuitias ſis profeſſus. Crede mihi pater, paupertas ſæpe multis utilis, ad ſalutem fuit, nulli unquam inutilis, niſi his, qui eam impatientia & lamentis exaſperant, tibi quidẽ adeò non tantum utilis, ſed neceſſaria & ſalutaris eſt, ut ſine illa neq; ſaluus eſſe, neq; creatori tuo potueris pacta ſeruare. hæc in præſens de honeſta & ſobria paupertate perſtrinxerim. illa enim importuna & ſordida, quæ turpis egeſtas, apud Poëtam dicitur, Deo gratias, te non tangit, ad quam leniendam, maioris eloquentiæ uiribus opus eſſet. Iam hinc ad podagræ remedia ueniendum eſt, ò ſi quis eo morbo tentus, in hanc epiſtolæ partem fortè oculos coniecerit, quàm putas ſpem concipiet, fomenti cuiuſpiam, aut pulueris, aut lenitiuum cuiuſcunque conſilij, deſinat ex me talia ſperare. uolo labori ſuo parcere, ſi ex his litteris hoc ſperat ulterius non legat, huius enim generis remedia, Medicorum eruditiores, magna ex parte deſperant. reliquos ſi conſulas, nihil homini diuiti deſperandum, nihil inopi ſperandum dicent, cum tamen ſæpius diuitum domos hæc peſtis inhabitet. ſi hos igitur audire uolueris, præſtabunt tibi, ut inter anguſtias præſentium dolorum, & futuræ ſanitatis ſpem ſemper ligatus ulules, ſem per oleo triſtitiæ unctus, atque unguentis madidus ingemiſcas. ego uerò te ſiccum ſolutumq́e ac liberum dolere maluerim, dieta, exercitio, laboribus, aduerſus nouum hoſtem ſolidare corpuſculum, hac in re nihil à Medicis ſperare præter uerba, ſi quid aduerſus podagram auxilij eſt, totum à paupertate, uel ſi id fruſtrà ſit, ab animi moderatione poſcendũ. Podagræ medicina optima paupertas eſt, ſeu illam neceſsitas, ſeu uoluntas attulerit. ultimam hanc frugalitatem uocant, quam definiunt uoluntariam paupertatem. De his autem alia ad te olim epiſtola ſatis dixiſſe uideor, quando nondum ad me, niſi podagræ ſolius fama peruenerat, ſi unum quod tunc me latebat, illis addidero. credere me diuinitus permiſſum, ut podagræ paupertas acceſſerit, ut ſicut ex quibuſdam uenenoſis animantibus fit remedium ueneni, & ſicut apes, ex quibuſdam herbis amarioribus dulciſſima mella conficiunt, ita tu malis tuis non aliundè, quàm ex tuis malis poſsis conflare remedia, & de paupertate quidem, remedio q́, quod illa ſecum habet hactenus. de animi autem moderatione, patientiaq́e longior ſermo eſt, auctoritatibus, rationibus & exemplis inſtructus. hic occurrit Marius, hic M. Attilius, hic integræ Romanæ Legiones. nulla enim gens in hac gloria par eſt. Hic ex alio genere hominum, Poſsidonius, Anaxarchus, & quò uilius, eò ni ſi fallor efficatius exemplũ. Seruus Apher, ultor domini à Tito Liuio relatus, qui tormentis laceratus, non modò non ingemuit, ſed ſuperante lætitia dolores, ſpeciem quoque præbuit ridentis. Innumerabilia ſunt id genus, è quibus non modò epiſtolam impleas, ſed librum. ueruntamen, ut dixi, poſt Ciceronem uerecundum modeſtumq́e ſilentium uidetur. & ſecundus illius inter Tuſculanas diſputationes liber, quem ſæpè ſalubrem in meis doloribus expertus, aliquot inſignes uiros audiui de libri illius efficacia ſimilia memorantes. illum tibi familiarem facias uelim, illum in manibus habeas, quotiens notis indiciis, ad uentare podagricum ſenſeris dolorem. quanquam eſt alia multo dulcior multoq́e ſuauior, & docto ac religioſo uiro dignior medicina, in omnibus laboribus ac doloribus noſtris quibus carere nequit uita mortalis, meminiſſe laborum ac dolorum, quos nobis CHRISTVS pertulit, meminiſſe uulnerum, quibus uulnera noſtra ſanata noſcq́; periculo ſempiternæ mortis erepti ſumus: meminiſſe clauorum ac lanceæ pretioſiſsimiq́e ſanguinis, quo lauacro ſordibus ablutis recreati, & clementer admoniti ſumus, tẽporales alto animo calcare moleſtias, nihilq́; niſi æternæ damnationis & pœnarum immortalium ſupplicia formidare. Illud inſup meminiſſe profuerit, nõ modò CHRISTVM, cui ppter Deitatẽ ſuã propter incõparabilẽ gloriã inacceſsibilẽq́; potentiã omnia prona erãt atq́; facilia, ſed cãdidatũ q́q́ quẽ uocãt martyrũ exercitũ, multoſq́; ut nos ſumus mortales homines, &, q́ miraculi clarioris eſt, nõ modò uiros fortes, ſed ſæpè etiã mulierculas ac puellas, diuino ſpiritu, afflatas illa ptuliſſe, in quorũ cõparationẽ q́cq́d pareris, q́es atq́ ſolatiũ dici poſsit. tria hæc, tibi & in primis

in primis profeſsionis tuæ debito notiſsima, ideoq́; diutius non inſiſto, ad ſecretiora feſtinans. Eſt remedij genus, quod tu fortè nõ cogitas, quod cum legenti mihi literas tuas ſubitò occurriſſet, riſum mouit, ut dixi, nolo autem indigneris, me quod in meis ſæpè ſoleo, in tuis malis etiam iocari, non in doloribus tantum, ſed in morte iocari ſolitos, uiros fortes dicto q́ſq́ cõperimus, teſtes ſunt Veſpaſianus princeps, & Socrates Philoſophus. patere me in pedum tuorum doloribus idem facere, quanquam non metus, ſed ueritate conditus iocus meus eſt. qd enim putas? recenſe Pater ab adoleſcẽtia curſus tuos, & animũ ſtare neſciunt, uidebis ut frenum equo indomito, ſic tibi neceſſariam podagram. eſſet neceſſaria forſan, & mihi ut iam tandem ſtare loco, diſcerem ac mecum habitare, tibi tamen proculdubiò ante omnes q̃s ego nouerim, neceſſaria eſt. Iſſes extra noſtræ habitabilis zonæ terminos, tranſiſſes Oceanum, adiſſes antipodas, nullum tibi diſcurrẽdi finem, qua polles in reliquis ratio feciſſet. quid multa? non alio quàm podagræ auxilio ſiſti, quibus illa tibi frenum ſtringit, iubet q́ conſiſtere. quid ais? parebis, uelis nolis. noli autem iniuriam arbitrari, nihil cuiquam tempeſtiuius accidit, nihil unquã opportunius, fluitantem carinam, magiſter puppis fune uel ancoris regit, & tibi propè terram, unde primum es in altum euectus, ancora iacta eſt. Permiſit tibi tua ſors, uagam ac laborioſam iuuentutem, nec ſenectuti daturus ferias uidebaris, podagræ beneficio quieſcet. uagum & inſtabile iumentum, cautus paſtor alligat, ubi diſcurſu uetito quieſcendi paſcendiq́; ſit facultas. agnoſce paſtoris tui prouidentiam. non te in Perſide, non in Arabia uel Aegypto, ubi uelut in ſuburbano uagabaris tuo, ſed in patriam integro membrorum obſequio reuerſum, poſt peregrinationes innumeras, &, ſi te noui, nunquam tuo iuditio deſituras, uberrimis & amœniſsimis alligauit in paſcuis, ad cumulũ enim gratiæ cœleſtis accedit, quod nõ te Romæ clauſit, ubi & proprijs & familiæ tuæ titulis es clarior, quàm quieti tuæ expedit. ſed nec procul & extra proſpectum dilectæ urbis amouit, quid ergo? Tybur tuo ſenili ocio deputatũ eſt, prouiſum q́ ne fugias. doles, & non potius Deo gratias agis, qui te tot terreſtribus maritimis q́ periculis, totq́ tàm longis anfractibus ereptum, hac demum uoluit conſiſtere terra (ut ait Maro) ubi ſcilicet animæ ſimul & corporis alimenta non deſint, libri tui, ſeruor tuus, ingenium tuum, & puriſsimi aëris & nitidiſsimarũ ſpecies aquarum, & pulcherrimæ tellus amœnitas, tetricũ licet & agrestem animum mulcere queant, ubi ſemper aſsit patriæ prædulcis aſpectus, amicorum moderata propinquitas, ſubmotis tædijs, abſente faſtidio, quæ tibi uel immẽſæ urbis ſtrepitus, uel iugis fortaſsè tot notorum conuerſatio peperiſſet. fuere bonis tuis gratanter, æquanimiter, pacificè, melius tibi accidit quàm putabas, commodiorem toto orbe locum nequiuiſſes eligere, quàm quæ tua tibi ſors obtulit. ſed inſtabis. & cur non inquies, ſine hac corporis iniuria, iubes reſpondere quod ſentio? Animus tuus uinculis egebat. id non ad infamiam, ſed in partem laudis accipias precor, quò enim fertilior eſt ager, eò pluribus abundat compeſcendis extirpandiſq́e, ut ſeges utilior coaleſcat, & ſæpè quò generoſior atq́ ualidior, eò ferocior eſt equus, & tenacioribus uinculis egẽs. eſſes nunc, ut auguror, in aliquo mundi angulo, iam Nilum, iam Indum aut Tanaim transnatares, iam Rhipheos montes aut Hercinij ſaltus dumeta tranſcenderes, uagus ſemper & profugus ſuper terrã. occurrit pietas illius, qui ſolus morbos noſtros, et morborum noſtrorum medicamẽta cognoſcit. non idcircò minus utilia, quoniam amariora ſunt, illa magis ingenua uideri poteſt, & humanitate tua dignior querela, quod præſentiam atq́ cõuictum meum ualdè ſuauiter requiris, & in quo unicè tibi complacebas, ut dicis, dum cum maximè delectaret, ablatũ luges. enim uerò nihil negotij eſt hic. ſi es amicus, immò uerò ſi Pater, neq; enim aliũ te pietate eximia & paternis ſemper affectib. cõprobaſti, nullus tibi me locus, nullũ tẽpus eripiet, pone me in ſup̃mo Atlantis, Meduſeis luminib. durato uertice, te in rupe Caucaſea, ubi uinctus Prometheus de Ioue cõqueri, ſimul ſedebim⁹, ſimul ambulabimus, ſimul cœnabimus, ſimul fabulabimur, ſimul ſeria tractabimus, nihil unq̃ interueniet, q́ uicinos cernere, & audire, phibeat. uolucer eſt amor, nõ terras tãtũ, ſed cœlũ trãſit & maria, nec podagrã nouit ille nec cõpedes, liberrim⁹ eſt, et fortuna licet obluctãte, ubi uolueris pſẽs. miraris? mortis q́q́ neſcit impiũ, & q́ illa uidẽ abſtuliſſe cõplectit. ita q́ uerſos in cineres, apd illũ integros inuenies, &

natum

natum Octauia, uirum Artemiſia, amicum. Lelius inuita morte, & effractis, ut ita dixerim, tumulis, uiuos habent ac præſentes. habe igitur me, nam & ego te habeo, nulla mihi ſine te dies agitur, nulla nox, nullum iter, nulla conſeſsio, ubique tecum ſum. quiſi forte, quoniam negare non poſſum, dulce quiddam, & iucundum in ſe habere præſentiam amicorum, modò illud mihi non negetur, ſæpè dulciorem eſſe memoriam, & quod nollem, ſæpè delicatam eſſe præſentiam. ſi ergo ad ſolatium uitæ, tàm tibi utilem præſentiam meam putas, duplex ad id uia eſt, nam & ego ſupra ſpem tuam ad te uenire, tuumque & Horatij uatis æſtiuum habitaculum uidere, quantumque deſiderio tuo ſufficiat, manere non renuo. & tu ſi ad me uidendum uenire malles, humanus enim animus his dulcis frui ſolet, quæ laborioſius quæſiuit, monſtrabo tibi uiam, in qua nec pedum uitio tardéris, nec terram cogatis plantis attingere, inter ſeruorũ manus, ad amnem Tyburtina mœnia prælabentem perges, ibi nauiculæ impoſitus, prono alueo deſcendes, donec ad dexteram Tyberis occurrerit. inde iam latiori amne per ipſius urbis Romæ mœnia, ad mare peruenies, inde etiam dextrorſum, ſed fortiori aluo creditus, Tyrrheni ſinus æquoris obibis, donec lõgè relicta Maſſilia, rurſus ad dexterã, ratæ fluminea Rhodani oſtio ſubuehare, qua uetus Arelas paluſtribus uadis, & lapidoſa planitie, mox in rupe horrida triſtis ſedet Auẽnio olim, nunc Pont. Max. Rom. propriis ſedibus deſertis, obſtante, ut arbitror, natura, caput orbis efficere nititur, & Laterani immemor & ſylueſtri. inde ſemper aduerſo flumine, tribus paſſuum millibus, aut paulò amplius, aſcendens, argenteum gurgitem obuium habebis, ad dexteram flecte iter, Sorgia eſt placidiſsimus fluuiorum. cuius aquis, quindecim aut circiter paſſuum milia conſcendens, nulli ſecundũ fontem luciditiſsimi amnis originem uidebis, & incũbente ſcatebris prærupta rupem, ut iam tranſiri ulterius, nec poſsit nec oporteat, ut enim dextera & ſecunda ſint omnia, illic tandem in terram depoſitus, ad dexteram me uidebis: ubi enim procul ab Italia poſsim eſſe tranquillius? uidebis autem modicis, ſed umbroſis hortulis, angusto cp contentum hoſpitio, ſed quod tanti hoſpitis aduentu, factũ putes auguſtius. uidebis quẽ deſideras optimè ualentẽ, nullius egentẽ rei, nil magnoperè de fortunæ mãib. expectantẽ. uidebis à mane ad ueſperã ſoliuagũ, herbiuagũ, montiuagũ, fontiuagũ, ſyluicolã, ruricolam, hominum ueſtigia fugientem auia ſectantem, amantem umbras, gaudentem antris, roſcidis pratis cp uirentibus, execrãtem curas curiæ, tumultus urbium uitantem, abſtinentem liminibus ſuperborum, uulgi ſtudia ridentem, à lætitia mœſtitiacp pari ſpatio diſtantem, totius diebus ac noctibus ocioſum, gloriantem muſarum cõſortio, cantibus uoluerum, & nympharum murmure, paucis ſeruis, ſed multis comitatum libris, & nunc domi eſſe, nec ire, nunc ſubſiſtere, nunc querula in ripa, nunc tenero in gramine laſſatum caput, & feſſa membra proiſcere, & (quæ non ultima ſolatij pars eſt) neminem accedere, niſi perrarò, qui uel milleſsimam uaticinari poſsit ſuarũ particulam curarũ. ad hæc modo obnixũ defixumque oculis tacere, modo multa ſecum loqui. poſtremò ſeipſum & mortalia cũcta contemnere. ecce pater, dum te uoco, ueniendi laborem abſtuliſſe uideor, ſi enim hæc perlegis, & fidem habes, abunde me uides, iam tandem, dum enim colloqui uideor, epiſtolam me ſcribere ſum oblitus. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. IIII.

Exempla ueterum, curſcribens toties recitat.

EXemplis abundo, ſed illuſtribus, ſed ueris, & quibus, niſi fallor, cum delectatione inſit auctoritas. poſſem aiũt paucioribus uti, fateor, poſſem & ſine exẽplis agere, nec iſtud inficior, quippè cum & tacere poſſem, & fortè conſultius, ſed in tot mundi malis, inter tàm multa dedecora, tacere difficile eſt. Satis patientiæ præſtitiſſe uideor, quod nondum Satyræ calamum applicui, cum diù ante hæc monſtra ſcriptum uideam:

Difficilè eſt Satyram non ſcribere.

Muta paſsim loquor, multa etiam ſcribo, non tàm ut ſeculo meo proſim, cuius iam deſperata miſeria eſt, quàm ut meipſum conceptis exonerem, & animum ſcriptis ſoleat. uerum tamen ſi ratio quæritur, cur exemplis interdum affluam, curioſæcp in his uidear immorari, dicam, puto lectorẽ eo animo eſſe, quo ſum ego, me quidem nihil eſt cp moueat, quantũ exempla

exempla clarorum hominum. Iuuat enim aſſurgere, iuuat animum experiri, an quicquam ſolidi habeat, an generoſi aliquid, atcp aduerſus fortunam indomiti & infracti, an ſibi de ſe ipſe mentitus ſit, id ſanè præter experientiam, quæ certiſsima magiſtra rerum eſt, nullo melius modo fit, quàm ſi cum his quibus ſimillimus eſſe cupit, admoueam, itacp ſicut omnibus, quos lego gratiam habeo, ſi mihi ſæpè propoſitis exemplis hanc experiendi facultatẽ dederint, ſic mihi gratiã habituros ſpero, qui me legent. fallor forſan in hac ſpe, tu tamen in hac narratione non falleris. hæc enim una uera rei cauſa eſt. Altera eſt quod & mihi ſcribo, & inter ſcribendum cupidè, cum maioribus noſtris uerſor, uno quo poſſum modo, atque hos, cum quibus iniquo ſydere datum erat, ut uiuerem, libentiſsimè obliuiſcor. inq hoc animi uires cunctas exerceo, ut hos fugiam illos ſequar. ſicut enim horum grauiter cõſpectus offendit, ſic illorum recordatio magnificiq actus, & clara nomina, incredibili me afficiunt. atcp inextimabili iucunditate, quæ ſi omnibus nota eſſet, multos in ſtuporem cogeret, quid ita cum mortuis eſſe potius, quàm cum uiuentibus delectarer. quibus ueritas reſponderet illos uiuere, qui cum uirtute & gloria diem obierunt. hos inter delitias, & falſa gaudia exultantes, luxu ſomnoq marcidos, uino graues, & ſi uiuere uideantur, eſſe tamen adhuc quidem ſpirantia, ſed obſcœna iam & horrẽda cadauera. uerum hæc inter doctos & indoctos æternalis maneat, ego ſequar inceptum. Habes ergo cp interrogationi tuæ quodcp quorũdam, qui tecum ſunt admirationi, modò reſponſum uelim, cur exemplis abundem, ueterũ illuſtrium, quod & aliis profutura ſpero, & mihi ſcribenti ac legenti profuiſſe, admodum, certè ſcio deinceps, quoniam nihil ab uno homine, quod omnibus hominibus placeat fieri poteſt, mirenẽ, improbẽtq ſi libet, certè ego, ne propter alienũ murmur intermiſiſſe uidear morem meum, inſerere huic etiam epiſtolæ, aliquod exempla non deſinam, & quid exempla poſsint, exemplis oſtendam. Omnes qui ante Marium à Medicis ſecabantur, uinciri mos fuerat, quia enim dolorem corporis, animi robore ſuperari nõ poſſe perſuaſum erat, uinculorum auxilio utebantur. primus Marius, ſolutus ſectus eſt, ſed poſt eum plurimi. cur quæſo, niſi quia exemplum uiri conſtantiſsimi, ad imitandum animos erexit, &, ut compatriotæ ſui uerbo utar, ualuit auctoritas? Bello Latino Decius Cos. ſeipſum pro legionibus, & pro P. R. uictoria deuouit, res dictù, quam executione facilior, ſponte tua mortem appetere, ut alteri uictoriam quæras. tàm efficax tamen exemplum fuit, & tàm ualidum, ut bello Samnitico ac Gallico, filius Decius & ipſe Cos. patris imitator exiſteret, & nomine patrẽ uocans, ſecurus iret ad mortem, quàm pro ſalute ſuorum ciuium. contemnere illo auctore didicerat. quos bello Tarentino aduerſus Pyrrhũ imitatos Nepos, tertio tandẽ uno de grege uictima, & ſi non eodem inſularum habitu, pari tamen animi uirtute, eademq Reip. pietate procubuit. nunquam talis uir Themiſtocles fieret, niſi Milciadis exemplis accẽſus, fieri illi par in animum induxiſſet, nunquam Iul. Cæſar, in illud gloriæ culmen aſcendiſſet, niſi mirari & imitari Marium ab adoleſcẽtia didiciſſet. quin & Alexandri profuit imago, in tẽplo Herculis Gadibus conſpecta, qua mox ad cupidinem magnas res agendi, non exarſit modò, ſed, ut ait Tranquillus, ingemuit. profectò autem, ſi ſtatuæ illuſtrium poſſunt nobiles animos, ad imitandi ſtudium accendere, q Q. Fab. Maximũ, & Q. Cor. Scipionẽ dicere ſolitos, Criſpus refert, quantò magis ipſa uirtus hoc efficit, claro dum proponitur non marmore, ſed exẽplo? corporũ nempè liniamenta ſtatuis forſan expreſſius continentur, rerum uerò geſtarum morumq notitia atcp habitus animorum, haud dubiè plenius atcp perfectius uerbis, qp incudibus exprimuntur, nec impropriè mihi uideor dicturus, ſtatuas corporũ imagines, exempla uirtutũ. qd de ingenijs loquar? imitatio unũ inſigne par ſyderũ linguæ Latinæ Ciceronẽ ac Virgiliũ dedit, effecitq ne iã amplius Græcis ulla in parte eloquentiæ cederemus. Dũ hic Homerum ſequitur, ille Demoſthenem, alter ducem ſuũ attigit, alter à tergo liquit. in omni hominum genere licet oſtendere. idem, ſed in eo, q in me reprehẽdit arctius, nolim hodie nimius uideri. Vnũ etiam nũc exẽplũ, tibi notiſsimũ, quo minus interſerã tẽperare neq̃o. ſiqdẽ quẽ uitæ callẽ eripet, diutiſsimè fluctuãti Auguſtino, & Antonij & Victorini rethoris ac martyris, pfuit exẽplũ, necnõ & illorũ duorũ, in rebus agẽtiũ apud Treueros, repẽtina cõuerſio, q̃ cũ ſibi Põtianus miles imperatorius enarraſſet, ipſius Auguſtini uerba tenes octauo, niſi memoria fruſtrat, confeſsionum libro poſsita.

Exarſi.

Exarſi,inquit,ad imitandum.ad hoc enim, & ille narrauerat. hæc ergo conſilij mei ratio eſt,propter obſeruatores ac miratores meos,ſæpius iteranda.uideo enim quãmultis exẽpla contulerint,ad uirtutem,& quid in me agant ſentio,& de alijs idem ſpero, ſic fallor, res periculo abeſt,& quibus exempla non placent,non negant,neminem cogo, & ſi me rogas,à paucis legi malim. Vale.

Fran.Petrarcha. Barbato Sulmonenſi, S. V.

Regis Andreæ mortem deplorat.

HEu quàm uiolenti,quàmq; ineuitabiles ſunt fortunæ exitus uel præuiſi,ſæpè quidem, ut noſti, Barbate amãtiſsime,de fortuna deq; alijs quibusdam loqui ſoleo,ut uulgus, ne in ſermone communi ſingularis appearem,ſi ſeorſum interroger, reſponſurus fortaſsè longè aliter.ſed tranſeo ne ſi hæream,acturus aliud,de hac re ſuperuacuis diſputatiunculis implicer abſtraharquę. ut autem cœptum ſequar, & fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum,non cum uulgò ſolum, ſed cũ maximis atq; doctiſsimis quibuſdam uiris,& in primis cum Virgilio uideri poſſet,niſi & unus omnipotens,& fati nomen in ore catholico ſuſpectum foret,at quæcunq; uis illa ſit,ſeu Dei iuditio,ſeu permiſſu,res hominũ uerſans, haud dubiè magna uis,et prorſus ineluctabilis eſt,& aduerſus quam fruſtrà imbecillitas noſtri conatus accingitur. nam in curſu facili,conſilium humanum opprimit,mali moles, & mortale remedium diſcutit,inuicta neceſsitas,id ſi unquam alias,nunc maximè intellectũ conſpectumq; clariſsime eſt.rogo quid nouí,quid inopini accidit? quis nõ iſta præuiderat? & præuidiſſe,quid profuit?.tàm profundè enim totis regni præcordijs, ſe nequitiæ dirũ uirus infuderat, ut iam niſi mortiferum eſſe non poſſet, tantum audaciæ tantumq; licentiæ reproborum,tanta piorũ deſperatio, tantus mœror inceſſerat, erãt crebra undiq; uelut in ſtantiũ procellarum ſigna,graues frontes,turbida nubes,obduxerat,et turbida pectora pugnaces urgebant uenti,fulgurabant oculi ardentes,flabant ora minacia,tonabantq;.propè erat ut manus impiæ fulminarent,æquor aulicum iam tumebat,iamq; æſtus horriſonus,& reciproci fluctus,& obſcœnæ aues,& peregrina prodigia,ueſtris latæ littoribus recurſabãt. morte regis mutata regni facies,& cũ unius uiri anima,omniũ uigor & cõſiliũ euanuiſſe uidebant.ſpectabamus hæc omnes,futuriſq; nõ ſecus ac pſentibus angebamur malis, loqui aũt quis auderet, ubi uix liberi cogitatus erant,& non tantum uocibus, ſed nutibus parata ſupplicia? quamobrem in triuijs muti omnes, in thalamis murmur ambiguum, mœſta præſagia,& impendentium nuncij malorum,taciti augures, metus ac dolor,denicq; ſic aperti s oculis torpuerant animi,quaſi quos uicini fulminis lux horrenda præſtingeret. nemo, niſi fallor,unus hominũ me apertius timuit,doluitq; liberius,nemo illa curiæ portenta & introſpexit acutius,& contumacius,aut ligna percuſsit,aut calamo.heu quanta,quamq; euidẽs prouerbiorum fides? Mala uaticinet,inquiũt,qui uates ueridicus fieri uult. & iterũ: Ratò ulla calamitas ſola uenit.ſic eſt,ſic ab antiquis audiuimus, ſic uidemus. magna ſemp ærũnarum acies,incomitatæ non prodeunt miſeriæ,in multas incidiſſe ſe nouerit,q in unã incidit,equidẽ ut in tãta malorũ copia miſeros multos eſſe neceſſe eſt,ſic in tãta bonorũ inopia fœlices paucos,& ſanè miſeris miſerorũq; gemitibus, atq; q̃relis referta ſunt omnia. cõtrà aũt quã ſit mortalibus rara fœlicitas,qs non uidet,cũ & in hoc uitæ tramite,ſi acriter intuea refortunæq; phaleras diligenter excutias,nemo uſq; uerè fœlix,aut uotorũ plenè cõpos occurrat, & apud ſcriptores rerũ,uix comitem unũ procul in ultimis Arcadum latebris,fœlix ille habitus Mettellus inuenerit? qbus ita ſe habentibus, qs miretur ut in hominũ turbã cõiecta ſpicula, ſic in cõgeriem malorũ miſſa uaticinia nõ errare? utq; ad uiuũ illa,ſic ad uerũ iſta pertingere. Meminiſti amice, ut olim præſens uerbis,uiuo adhuc, mox extincto Rege, cui ſoli ſuum, hoc & proprium nomen fuit,abſens literis,nec multo poſt,præſens iterum uiua uoce,non ſine ſuſpiriſs quid ſentirem, quidue in poſterum præſagirem, quaſi iam tunc uenturi certus explicui, Videbam enim,ſubtractum regni faſtigio fundamentum,erantq; ſub oculis corruentis regiæ graues caſus. caput adoleſcentis innocui primũ omniũ hac ruina oppreſſum iri,fateor,nõ uidebã,neſcio quid obſtabat,feralib.coniecturis, id unum quod in malis peſsimum erat abſcondens, quanq̃, ut meminiſſe uideor, iam inde, primis

primis ad te literis agnum lupis obiectum, utinam nõ tam certo dixerim augurio, & profecto luporum morſus ac rabiem,& illa cõmunia perditorum hominum,contemptum,odium,inuidiam,dolum,rapinam,carcerem,exilium cogitabam.tales homines, talem mortem nec cogitare didiceram nec uereri,quippè qui nullis ex tragœdijs, tàm nepharias & tàm truces inſidias meminiſſem. Tulit ecce feraciſsima ſcelerum ætas noſtra:quo glorietur antiquitas, quo ſe poſteritas conſoletur, utque omne ærum fiat excuſabile, hoc in tempus fœuitiæ ac totius inhoſpitalitatis erupit,ò breui multum mutata Neapolis, ò infœlix Auerſa,uerè auerſa,nomen ex re ſumptum,auerſa, inquam, prorſus ab humanitate ac fide,quarum prima homini,ſecunda Regi,& iuſto domino debebatur, in te utriuſque ſpreta reuerentia,utriusq; in te ſacrum gentibus fractum fœdus,in te enim fraude impia periit Rex tuus,ferro utinam,aut uirili morte alia, ut hominum manibus interfectus, non ferarum dentibus atq; unguibus laceratus uideretur. ò iniquo condita ſydere,infauſto ſignata uomere,cementis extructa ſanguineis, & uipereis habitata cultoribus,magiſtra urbs crudelium exemplorum.abundè impietatis & criminũ erat, animantũ principis ſacro ſanctam effigiem,ad imaginẽ Dei factam,uiolare tàm atrociter,tàm ſuperbè, nunc id ſcelus non in homine,quolibet auſa es,ſed mitiſsimum,innocentiſsimũ hominũ, & dominum tuũ,& ante annos tui ſollicitũ, tui amantẽ,raræ indolis puerũ,magnæ ſpei regem, truculentiſsimè laniaſti. immò non tu,ſed in te acres & immites,dicã homines an belluæ? an quod aduentitij genus monſtri, qui orbem Italicum Barbarica feritate maculantes,tuũ ſuumq; regem,non gladio,non ueneno,dura licet ac ſolita regũ morte, ſed uelut incendiarium aut latronẽ,infami laqueo peremerunt, et cuius uertici debitũ ac ſperatum diadema, diù perfida tergiuerſatione diſtulerant,eius collo reſtem & nodos miſerabiles iniecerunt, ut exequiarum genere alio, & uita longiore digniſsimi corporis ludibria indigna, præteream,ſi noſtro fortè ſilentio poſterorum notitiæ ſubtrahantur,tu quidem miſera ciuitas, hæc perpeſſa tuis in penetralibus, quæ omnes terras,& omnia ſæcula triſti ſint inquinatura memoria,cæterùm & culpæ expers, niſi quod patientia criminum,ſæpe conſenſui proxima eſt,& nec obſtare poteras. nec ulciſci, miſeratione potiùs digna,quàm odio. Attu CHRISTE ſol iuſtitiæ,cuncta uidens,& æternis radijs uniuerſa colluſtrans, ut quid hanc infamiæ,nebulæ paſſus es,terris noſtris incumbere,cum poſſes tàm facilè, niſi delicta hominum obſtarent, uapores noxios odiorũ, caliginoſæ noctis algore concretos,feruido tui amoris ſplendore perrumpere? tu aũt ſumme Regũ noſtri temporis Roberte,quam ex alia qua cœli parte,res noſtras & miſerari crediderim & ſpectare,quib.hoc nephas luminibus aſpexiſti,& hanc tantam tui ſanguinis iniuriam,quo animo pertuliſti? an non poteras prijs precibus,impium ſcelus? an poteras,ſed nolebas? ſubdifficilis coniectura. & ſi enim ſimillimum ueri ſit,te cœleſti gaudio repletum,terrenis doloribus non moueri,nunquid tamen tuorum charitate,atque ingenita pietate non tangeris? ut cunque eſt, fœlicem te, qui hunc diem in corpore habitans,non uidiſti, quin te ſuperſtite, nunquam tàm flebilis illuxiſſet dies,nunquam tantum inuidiæ licuiſſet.fuit enim uerè frons regia,regni ſalus,conciliatrix animorum, iuſtitiæ altrix,expultrixq; perfidiæ,ac uelut quædam ſalubris umbra,gregibus tuis,ut iucunda paſtoribus,ſic funeſta ſerpentibus.Quod ſi humana uirtus obſtare decretis æthæreis non ualet,optanda utiq; & penitùs opportuna mors fuit,quæ oculos tuos,quibus ad huc naturæ legibus horror & lachrymæ inerant,tàm mœſto ſpectaculo liberaret. pròh dolor,tuum illud eximiè charum,pium dulce depoſitum,quibus ſeruandum colendũ quę cõmiſeras perdiderunt,non ſomno aut ignauia uicti, ſed flammanti odio & inuidia ſtimulati.ô ultrix ſcelerũ iuſtitia, neq; illi aut innocentia aut ſanguis aut maieſtas profuit? non hominum quiſquàm aut Deorum, non quæ efficaciſsima ſperabatur tui recordatio opem tulit,uoces illas monitusq; nouiſsimos pij patris,& regis optimi, quibus moriens, quantum mortali conſilio datum erat,in longũ & familiæ tuæ proſpexeras,& regno præruptæ deſperatæq; nequitiæ uẽtus tulit,atq; omnis diuini & humani iuris cõtexit obliuio. ſed iam fletuum ſatis eſt,modo ne ubi finem fingimus, initium ſit. cum enim ut dicebam, & crebra & comitata ueniant mala,cum rara & ſolitaria bona ſint, ex hoc malo neſcio qd

malorum ſequi uideo, quod ne iterum certior, quàm uelim mali nuntij uates ſim, ſilentio premam. meliora cuncta proueniant quàm ſpero. nec Reipub. noceat paucorum furor qui in illis, quorum eſt, inultus (ut auguror) nõ erit. & ſi enim diuina iuſtitia, ſæpe miſericordiæ ſuccumbat, in his tamen hoc accidit, quos pudet ac pœnitet, non his qui flagitio gloriantur. hæc tibi quoque Sorgiæ ad fontem, quo rurſus è tanto Italiæ naufragio, uelut in portum fugi, & præteriti dolens, & uenturi trepidus, dictabam Cal. Sextil. intempeſta nocte. Vale tui cautus, memor mei.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S VI.

Deplorantis uitijs corrigendis, inanem eſſe laborem.

SIne illum, linque eum ſibi, ætatem habet, uiæ patent, ire licet quocũq; libet, demitte in collum habenas homini indomito, fruſtra niteris, repeto, linque ſibi, eat quo fert animus, crede autem mihi, non aſcender. uidiſti equos ad iter & aſcenſum pigros, ad pugnam pauidos, tamen impatientes ſocij frementesq;, degeneris animi, ſignum eſt inſultare minoribus, non poſſe comitem pati, nocere cum poſsit occaſionem expectare, non cauſam. muſcæ macros ſtimulant boues, pauperem peregrinum canis inteſtat. homunculum noſtrum his exemplis aſcribito. ubi uel miſerabilis orbitas, uel extrema paupertas, denicq; ubi defenſionis eſt minus, ibi plus ſæuitiæ, nocendiq; feruentior libido, qua in re nihil deliberat, niſi an facultas aſsit, uoluntas nũquam abeſt, & ſemper una. quid caſtigas igitur? perdis operã, plus aliquid quàm uerba requirit hoc malum, da illi parem aduerſarium, cõfeſtim ardor iſte tepuerit, ſemper erit lupus oue conſpecta, admoue lupum, ouis erit. quid igitur ardor iſte tepuerit, ſemper erit lupus oue conſpecta, admoue lupum, ouis erit. quid igitur (ut ait Flaccus) obſeratis auribus fundis preces, quin tu ſine illum ſceleribus obrutum, & (ut ait Flaccus) obſeratis auribus fundis preces, quin tu ſine illum ſceleribus obrutum, & oppreſſum ſuis ſuperbia tumidum, ardentem, auaritia, iracũdia rabidum, inuidia tabeſcentem, libidinibus efferatum, gulæ uentriſq; mancipium, nimio ſemper ſopore confectum, & (ut ait Maro)

Somno uinoq; ſepultum.

quid enim huic faciasq; quid loquaris? dolio loqueris, & quidẽ pleno, & nil penitus reſponſuro, nil intellecturo, nil etiam audituro. perpropriè in hunc dixiſſe Licinius Craſſus uideretur, modo barbam æneam haberet, cætera enim aſſunt. Os ferreum, cor plumbeum, utique callosas aures, calloſumq; animum habet. callũ mẽdacijs ſuperductũ, uera uerba non penetrant: neſcio an ex illis ſis, quibus perdere uerba leue eſt, illud certè ſcio, quæ in homine uerba perduntur, tollerabilis forè iactura, niſi contemptus hinc ſimul atque odium quæreretur. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. VII.

Loquaces contemnendos.

QVod ad ſtudiũ rei familiaris attinet, coaceruandasq; diuitias, prouidentiſsimum hominem, omniumq; quos ego quidẽ nouerim, circumſpectiſsimum, non nego, qui que non in uultu tantùm, ſed (ut Plautina anus) in occipitio quoq; oculos habet, cæterum in eo quod de eloquentia hominis addidiſti, longè diſſentio. inter facundum enim ac loquacem largiter refert, alterũ qualitatis eſt, quantitatis alterum. hoc ingenium, & ars, & exercitatio modeſta, illud præceps impetus, et impudentia præſtabunt. contraria ſunt hæc, plærique tamen in diſcernendo falluntur, tu illo loquente, ſi diligentius animum aduerteris, fateberis, ut nihil promptius, ſic nihil illius ſermone durius, nihil aſperius, nihil intempeſtiuius, quod non ideò ut ſibi, cuius nomen ſciens ſilui, eloquentiæ falſam famam, ſed ut tibi iudicij errorem eripiam, dictum ſcito. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. VIII.

Mineruam ut recipienda,

QVàm pauper quamúe ſis diues neſcio, loquor de arcula, animus enim proculdubio diues eſt, Bianteo more, ſua ſecum bona circumferens, nec incendio peritura, nec naufragio, & quibus nihil omnino non prædonũ uini, non furũ mœtuit dolos, non rubiginẽ tineasq;, nõ morbos, nõ mortẽ, nõ ſenium, nõ ruinã. de arcula ſanè idcirco ſum dubius, quia dum

tis, quia dũ animum moresq; tuos, fortunamq; ſimul extimo, ſimulq; non multis, ſic nonnullis egere te ſuſpicor. ſicut enim inſanorũ eſt, innumeralibus indigere; ſicuerũ eſt, quod ait Xenophon ille Socraticus. Nihil egere eſt Deorum, quamminimè aũt proximum à dijs. quamobrem quia de arcula ipſa, nuper à conſcio quodam, neſcio quid audiui, pro uiri li parte ſuccurrendum ſtatui. Ecce itaq; de fortunæ meæ ſi reliquijs dicam ſuperbius quàm uelim, ſi de muneribus aliter loquar ac ſentio dicam ergo, de muneribus, quibus ille me talia non curante, ſupra ſpem ſupraq; uotum cumulare dignatus eſt, aliquantulum ad te miſi, quod quantulũcunq; eſt, haud dubito dignãter accipies, & in exigua re, paruo uelut in ſpeculo cõſpiciẽs, magnũ mittẽtis affectũ, munuſculi paruitatẽ, animi uolũtate pẽſabis. nõ quod ego ſim neſcius, quos dã fortes quos dã doctos ac ſimillimos tui uiros, & utroſq; magnanimos, fruſtrà olim muneribus fuiſſe tẽptatos, in quib. antè alios eſt Fabricij clarũ nomen, & Curij Romanorũ ducum, quorum alter Pyrrhi regis, alter aurum cõtempſiſſe Samniticum laudatur. clarius uterq; contemptus, ſed nobilitatis alter etiam claritate reſpõſi. Quamuis enim ſcholaſtici quidam, more ſuo cõfundant hiſtorias, reſponſum tamen illud nobile & famoſum, Romanos nolle aurum, ſed aurum habentibus imperare, non Fabricij, ut uulgus putat, ad regem, ſed Curij eſt, ad Samnitium legatos, Xenocrates legatos Alexandri Macedonis, cum quinquaginta talẽtis, ad eum ab ipſo Rege tranſmiſſos, inuitatos ad cœnam, in uillam Academiæ ac mediocri & minime apparato cibo, Philoſophice habitos, cum dimiſiſſet, poſtridie reuerſos, quærẽteſq; cui numerari pecuniam regis uellet, ſic increpuit. Quid uos, inqt, heſterna cœna, nõ intellexiſtis, me pecunia nõ egẽre. quo reſponſo, cum mœſtos factos cerneret, ne munus ac legationẽ, regiã ſpreuiſſe diceretur de magna pecunia, exiguã particulã accepit, reliquũ referri iuſsit ad regẽ. fertur erga eundem regem & Diogenis Cynici contemptus, ad quẽ uerſatili dolio habitantẽ, cũ Alexãder uidẽdi cupidus ueniſſet, & miratus hominẽ quæriſſet, An donari ſibi à rege aliqd uellet. Cætera, inquit, alias, nũc ut à ſole dimoueas peto. erat enim hyẽs, & fortè tũc fundo teſtæ illius ad aquilonẽ obuerſo, ore autem ad meridiem applicabatur ſeminudus, ſed feruẽs animi ſeniculus. facetũ hoc, duriùs & propè ſuperbũ Demetrij reſpõſum, qui miſſum ſibi ab imperatore Romano aurũ, ridẽdo ita contẽpſit, ut diceret: Si tẽptare me uoluit, toto illi fuerã experiẽdus impio. Calanus Indus, dũ ingẽti lignorũ cõgerie extructa & incẽſa more patrio, nudus ad uolũtariã mortẽ iret, Alexandro Macedoni obuio, & quærẽti ſimiliter. Nũ ſe aliquid uellet: Nihil, inquit, eſt opus, breui te uidebo. ſed hic quidem miri nihil, quod enim non ſpernat, qui ipſam, ppter quã cætera concupiſcimus, uitam ſpreuit? contẽptus ſanè miraculũ, ſuppleuit uaticinij certa fides, ſiquidem intra dies paucos, Alexander apud Babylona cratere illo, Perſarũ atq; Indorũ ultore, conſumptus eſt. urbanius aliquanto Dindymus, ad quem nudum cum Alexander, idem omni faſtu regio depoſito ueniſſet, in extrema ſolitudinum, è cunctis muneribus ab opulentiſsimo rege ſibi allatis, non niſi minima & uiliſsima rerum ſumpſit, ne contẽptus aſperior inſolentiæ notaretur. ſed hæc ſingulorũ hominum, illa publica animorum & incomparabilis altitudo, Pyrrhi regis, cuius ſuprà memini, legatus Cyneas, uir ingenio & ſapientia excellens, immenſis cum muneribus Romã miſſus, Senatu primũ, atq; ordinibus cunctis, ex ordine, ne quicquã temptatis, poſtremò plebẽ ipſam fruſtrà etiam aggreſſus, ac nemine prorſus inuento, cuius domus aut mens muneribus regijs pateret, cum eo ipſo, quod adduxerat auro, ad ſtupentem Regem, ſtupens ipſe reuerſus eſt. cæterum hi omnes, aut ab hoſte rege, uel populo, aut à ſuperbo aliquo donatore temptati ſunt. At non Romani Senatus dona Ptolemæus rex Aegyptus, non Africani ſui munus, Maſaniſſa contempſit, non Africanus alter, munera regis amici, non denique P. ipſe R. munerum licet ſpretor hoſtium, Pergamæi regis, quem amabat hæreditatem teſtamentumq; deſpexit, multum refert, quo animo quid donetur, & à quo, & ſicut quidam longè magnificus, ſic alter inhumanus atq; inſolens eſt contemptus. Amicus ego non temptator uenio, nec (ut uerum fatear) dono aliquid tibi, ſed tecũ partior, quæ ſcis ipſe iampridem nobis eſſe communia, ac munus exiguum, magnis uerbis exaggerem accipe quicquid id eſt, & boni conſule, quod profectò, ne idem ipſe qui fert, nec alius qui-

dem quiſquã, quid aut quale ſit nouit, & ego iam, ſiquid mihi credis, oblitus ſum. Vale.

Fran. Petrarcha Philippo Epiſcopo Cauallicenſi, S. IX.

Se ad eum uenire, ad Socratem ſuum ſecum adducere ſcribit.

VEniam ad te, quando ita placere tibi ſentio, & Socratem noſtrum, deuotiſsimum tui nominis adducam, poſtridie ueniemus, nec horrebimus urbis aſpectum, inculta quamuis & ruſticana ueſte contecti. huc enim pridie, raptim, ex urbe inquieta & turbida, ſaltu uelut in littus, fracta pube confugimus, latitandi ociandiq; propoſito, eoq; habitu, qui & rurí & brumæ cõueniẽtiſsimus uiſus eſt. ut ſumus, in tuã urbẽ cõmigrare iubes, parebimus, eoq; libentius, quo ardẽtiore tuo deſiderio trahimur. neq; magnopere curabimus, quales extrinſecus uideamur, cui animos noſtros apertos ac nudos eſſe, & cupimus & ſperamus. illud tuorum uoto Pater amantiſsimè non negabis, ſæpe nos hoſpites habere uis, ut non apparatum exquiſitumq; conuiuium ſed menſa nos familiaris excipiat. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE RERVM FAMILIARIBVS, LIBER VII.

Fran. Petrarcha Barbato Sulmonenſi, S. I.

Amorem ſuum erga illum ſignificat.

INter multifidas, quibus obſideor curas, illa non ultima eſt, quam ex rerũ tuarũ expectatione cõcipio, qd enim mihi Barbato meo clariusq; quid dulciusq; anxia res amor, credula, timida, ſollicitè omnia circumſpiciens, & uana etiam ac ſecura formidans. ecce quod ſemper timui, ecce quod ſemper ſcripſi, ecce quod quotidie dicebam, non poterat tàm fœdum facinus impunitum eſſe, & eſt ultio hæc aliquanto ſerior quàm putaui. Verte autem Deus, iram tuam, in auctores ſcelerum & noxia capita digno ſupplicio feri, parce piis, parce fidelibus. quid inſons meruit plebecula? quid ſacra tellus Auſonia? ecce iam puluis Italicus, greſſu quatitur barbarico, & uictores olim gentium, nunc heu, uincentium præda ſumus, ſiue id peccata noſtra metuêre, ſi iniquum & triſte ſydus aliquod, aduerſo limine nos exercet, ſiue (in quod magis inclinor) integri nũc ſceleſtis additi, crimínibus plectimur alienís. ſed abſit, ut Italiæ metuam, à qua rebelles potius, quod metuant habebunt, dum nuper urbi reddita POT. TRIB. uigebit, & caput noſtrum Roma non ægrotabit. Pars Italiæ ſollicitum habet, illa uidelicet, quæ olim magna Græcia dicebatur, Brutius, Calaber atque Apulus, nunc laboris Terra, atque olim præpotens Capua, nunc regina urbium Parthenope. in has terras amœniſſimas, ab aſperrimís Danubij ripís, præceps ruit exercitus, & cœli noſtri ſerenitatem, fœdis nubibus inuoluit, ab aquilone oriens procella, quam uereor, nedum reſponſum tuum operior, cum ingenti fragore detonuerit. ſic omnia iam in extremum adducta referuntur. Iam Sulmonem primo belli impetu calcatum, in ditionem hoſtiũ peruenìſſe fama eſt, heu generoſum oppidũ, tuã & Naſonís patriã, quibus proſequar lamẽtis, ab his hodie poſſeſſam, inter quos ille morte græuius putauit exilíũ? qui autẽ, adeò miſerabiliter non tã de exilio, q̃ de loco exilij q̃ſtus eſt, ut librũ nõ exiguũ texeret querelarũ. qd dicturus fuiſſet, ſi Iſtri populos, & id genus hominum, q̃ uagus

uagus Sarmata, & arcitenens Getes, niuoſos oberrant collibus, ad occupandam armis patriam ſuam uenturos, ullo tempore præuidiſſet, ad quos ſe Cæſaris imperio proficiſci, tàm iniquo tulit animo, ut nihil aliud flere, nihil aliud deprecari, nihil aliud loqui poſſet. te uerò frater, quid nunc dicere arbitrer iſta cernentẽ, quæ nec ego præſentia ſine lachrymis audio, nec ille futura ſine gemitu cogitaſſet? ô fœliciora iam ſaltem Naſonis oſſa, externa tellure obruta, quàm ſi patriæ Pyramidis honore condita, huius temporis ludibrio ſeruarentur, iam tranquilliora dixerim ſepulchra inter Iſtrum & Hypanem, quàm inter Lirim & Vulturnum, illinc Barbari magno agmine diffugiunt, huc irrumpunt, at ego dum dolorem animi ſequor, propoſitum exceſsi, & euehebar longius, niſi me expectans, & crebro interpellans hic nuncius reuocaſſet. igitur unde diſceſſeram reuertor. Magno ſuper te pauore torqueor, ſed nihil in me, quod ipſe nouerim, conſilij eſt, nihil auxilij, quia tamen plus interdũ aliqui poſſunt, quàm ſe poſſe confidunt, ſi quid in me operis agnoueris, iure tuo utere. gratiam fateor, non mediocrem, apud tribunum ſtirpe humili, ſed excelſo uirum animo propoſitoq;, & apud P. R. habeo, nullis profectò meis meritis, ſed Deus mihi malorũ odia, bonorum beniuolentia compenſauit. nõ quod uel illis nocuerim, his profuerim, uel malus eſſe deſierim, uel ſim bonus, ſed quia malos odiſſe, bonos amare diſpoſuit, & ab illorum turba, ad horum paucitatem ſæpè transfugere uolui, ſi datum eſset, & uolo ſi dabitur. ſiqd igitur in præſenti diſcrimine, apud præfatos Tribunum ac Populum prodeſſe tibi interceſſio mea poteſt, Ecce animus & calamus præſto ſunt, eſt mihi præterea in longinquo, & ab his moribus ſecuto, Italiæ tractu domus, parua quidem, ſed duobus unum animum habentibus, nulla domus anguſta eſt, nullæ illam damnoſæ diuitiæ, ſed nec paupertas, nec cupiditas, libelli autem innumerabiles, inhabitant, hæc modo nos expectat, me ab occidente reuerſurum, quem iam biennio affuiſſe conqueritur, te ab oriente ſi fata cogerint, & ſi libuerit uenturum. quid tibi præter hæc offeram non habeo. Domus autem ad quam inuito te, ubi ſit noſti, in loco ſalubri, & terroribus uacuo, & pleno gaudijs, & ſtudijs opportuno, tu quicquid conſilij cœperis, & ad fœlicem exitum Deus applicet. Ego interim utinam falſa timuerim, & abſentia quod naturaliter ſolet, metum auxerit amantis, animus quidem meus non quieſcet, donec uel te uidero, uel per literas accepero, te ſaluum ex his tempeſtatibus enataſſe. Vale.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. II.

Veram humilitatem non eſſe ſpernendam.

NOli obſecro amicũ ideò ſpernere, q̃a humilis, ne cõtrarius fias dicto irrefragabili, quo humilitas exaltanda promittitur. uera quidem humilitate, nil minus contemptibile, nil minus uera ſuperbia uenerandum, in diſcretione tamen huius rei, & aliarum quoque multarum fallimur. Viles enim timidosq;, & abiectos humiles uocamus, magnanimos aũt ſuperbos. contrà autem ueros humiles, falſo credita puſillanimitate contemnimus. Inſolentes uerò ceu uerè magnanimos ueneramur, ſcitumq; eſt illud Catonis huius iunioris à Saluſtio relatum. Vera rerum uocabula iampridem amiſimus. ſi igitur conſtat de re, amicum q; tibi (ut eſt) humilẽ fateris, uide quæſo, ne humilitatem altiſsimã uirtutẽ CHRISTO q; grauiſsimam deſpexeris, nequod nunquam fuiſti importunè, & odioſè ſuperbus uidearis. quis enim uel mediocris ingenij, qui utrarũq; ſacrarum ſcilicet ac ſæcularium ſcripturarũ ſeriem legerit, non aduertat, quantum magiſter humilitatis CHRISTVS humilia ſemper amauerit, ut equidem à primo ordiar, ex quam humili radice naſci uoluit ille, cuius faciem uidere ſumma & ſola fœlicitas eſt, an non ex nobiliſsima qualibet naſci poſſet, uel nobilitate quam uellet, ſed nobilitate contempta humilitas quærebatur, Egreſſa eſt uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendit. cuius ſub umbra reges ſedent, populi requieſcunt, cuius orbis totus odore reficitur. quæ nam uerò radix iſta Ieſſe, quàm ſuperba, quàm nobilis, cui Ruth materna auia, mulier aduena, inops, uidua, orba, ſocrum extra fines patrios ſecuta, & poſt pueros meſſores, in agrum Booz ad legendum ſpicas, primũ miſericorditer admiſſa, deinde & nocturnis quoq; blanditijs, in ipſius domi promota coniugium, un

de Iesse pater prodijt, per seipsum obscuri uir nominis: ipsum quoq; Iesse quis nosset, nisi propter eius filium Dauid? immò quis quẽquam nosset eorum, nisi propter CHRISTVM ex illorum radice surgentem? quorum originem, quantum spernere, quantoq; cum stomacho & filium Isai, & seruum suum dicere, solebat ipse Saul cõpatriota superbior, nouissima licet familia editus, minimè tribus Israël, quis quis regũ libros legerit inueniet. Ipse Dauid quamuis eximiæ uirtutis atq; excellẽtis ingenij, tamen adolescẽtulus pastor erat, quando est electus à domino, & sublatus de gregibus ouiũ (ut ipse fatetur) & de post fœtantes, ac ceptus in Regem, pauit Israël innocẽtia cordis sui. An Moyses fortè nobilior, quãdo uisionem illam uidit rubi ardentis, & incõbusti, quando tot prodigiorum signis illustratus, ad liberandum populũ Israëliticũ seruitute Aegyptiaca deo iubẽte profectus est? certè nõ rex, aut princeps, qui tanto operi eligeretur, sed humilis pastor fuit, & (quod magis stupeas) a lieni gregis. iam ipse pater Abrahã, filiusq; & nepos, quorũ nominibus omnis sacræ paginæ plenus est angulus, quorũ tanta est gloria, ut omnipotẽs ab illis cognomẽ accipere, & Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob dici uoluerit. atq; ipse de se loquẽs, eodem ipso cognomine usus sit, putas, reges aut tetrarchæ essent? immo uero uel agricultores, uel pastores ouiũ fuerũt, asellis uilibus insidentes, stipati gregibus suis, inter filios & uxores sedes mutabant, sed in hac humilitate, Deum merebantur ducem, qui eoipso tempore potentissimis ac superbissimis Assyriorum regibus, non modò familiaris esse, sed ne nasci quidẽ uelle dignatus est. ipse Iacob à quo in scriptutis sacris, crebrius illud insigne cognomẽ, ac familiarius Deo est, nõ supbia originis, sed humilitate sua clarus, qualiter ab illo soceri sui diuturno & graui seruitio redeat attende. certè nõ sceptrũ reuehit, non diadema, non purpuram, non curtus aureos, non armatos exercitus, sed ouium & caprarum, bouumq; aciẽ instructa clàm fugiens, filiorum turbã, ac seruorum, & simul duas ducit uxores, ac totidẽ concubinas, semen gentis innumeræ, quarũ ex utero, duodecim Tribus Israel, & tanta populorum multitudo, Deo fœcundante mulierculas & humilitatem honorãte descenderet, fiebãt illis in figura, quæ superficietenus cõtẽptibilia uiderẽtur, essent aũt in ipsa rerũ uerita te magnifica. si enim nõ aliter accepta fuerint, quã narrẽtur, qs nõ audita despiciat? q si gloria tẽporalis clarior foret, quã humilitas, qs dubitet, q̃ in partẽ iste tãtus Dei fauor, multato propẽsior futurus esset? cõfert enim cũ his tribus senibus tã famosis, cũq; omnib. illorũ gregib. atq; cõiugib. tres immẽsis exercitib. subnixos Romanorũ duces, Scipionẽ, Africanũ, Hãnibalis cornua cõfringentẽ, & tributario iugo imperiosæ Carthaginis colla subdentẽ, Magnũ Pompeiũ in Septẽtrione atq; Asia tonantem, et non lacte, sed auro repleta patria, captisq; non ouium sed regum gregibus, à mari rubro ad Mæotidas paludes Ripheosq; montes uniuersa calcantem, Iulium Cæsarem in Gallijs ac Germania fulminãtem, perdomitisq; hostibus, ad postremum in uiscera patriæ uictricia pila uertentem, ipsamq; tum gẽtibus imperantem Romam, & in eo terrarum orbem unico Thessalico prælio uincentem: quanta quidẽ hæc sit imparitas rerum uides, poterat nasciturus ex homine Dei filius, uel ex his nasci, uel eos ipsos è quibus nasci decreuerat tales facere. quippè qui utrosq; creauerat, poterat non Dauid in angustijs Iudææ finibus, sed Augustum in toto orbe regnantẽ habere stirpis auctorem, uel Dauid ipsum, tamen principem facere, quantum fecit Augustum. poterat non in Bethleem uico exiguo, sed Romæ cui Iudea inter cæteras seruiebat, & in thalamo aureo nasci, non in stabulo, poterat natus, cui cœlum sedes est, cuius est terra & plenitudo eius, non in summa pauperie, sed in summis delitijs enutriri, nisi quia nobilitatem & delitias nostras spernit, utinam & non oderit. postremò poterat, qui ei succederent, suumq; nomen gentibus prædicarent, discipulos sibi literatos, ac potentes, reges oratoresq; & Philosophos, non piscatores, rusticos, inopes, & indoctos eligere, nisi quia ipse Deus est, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, nec potentia nostra egẽs ad agendum, quoniam ipse dixit & facta sunt, nec; ad persuadendum eloquentia mortali. Viuus est enim Dei sermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingẽs usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; & medullarum, & discretior cogitationum, & intentionum cordis, hoc sermone discipulos suos armauerat, quãdo eos ad persua-

dendũ generi humano, toto dispersit orbe terrarum, nõ consulari trabea, non imperiali diademate, non laurea triumphali, non Philosophorum sententijs, non oratorum floribus, non aculeis sophistarum, non denique Verbi sapientia (ut ait Apostolus) ne euacuaretur crux CHRISTI. non inter eos Cæsar fuit, qui cogeret, non Plato qui doceret, non Aristoteles qui argueret, nõ Cicero qui suaderet, sed homunculi pauperes, imbecilles, & inculti, qui nunquam aut scholas intrassent, aut literas didicissent. ij tamen inter persequentium gladios, & ferarum dẽtes, flãmasq; ac tortores, persuaserunt publicè quod uolebant. CHRISTVM Deum & hominem natum, passum, descendisse ad inferos, surrexisse à mortuis, ascendisse in cœlum, rediturum ad iudicium, & cætera omnia, quæ ille mandauerat, qui ut scriptum est, stulta mundi elegit, & infirma ut confunderet fortia, qui cum prodesse omnibus uenisset, elegit (ut ait Augustinus) prodesse imperatori de piscatore, non piscatori de imperatore. quod similiter prorsus de Oratore ac Philosopho dici potest, idq; non ætate rudi accidit, & ad credendum facili, sed longè magis inueteratis literis atq; doctrinis omniq; illo antiquo, ex inculta hominum uita, errore sublato, lõgeq; magis iam doctis hominibus, ac temporibus ipsis eruditis, quàm ætate Romuli fuerãt, de cuius diuinitate credita Cicero loquens, ait, hæc in sua Repub. & Augustinus retulit in sua; ut ad fingendum, si tum uix quicquam (ut idem ait) nunc omnino minus esset loci. Antiquitas enim, inquit, recepit fabulas, fictas etiam nonnunquam incondità, hæc ætas iam exculta præsertim eludens, omne quod fieri non potest respuit. quæ si, ut dixi, ad colorandam falsam Romuli diuinitatem, quæ credi iam cultiore ætate potuerit, Cicero, uelut non parua argumenta conquirit, Roma uix dum condita, & unum è septem collibus uix integrum, eumq; non tectis, muroq; marmoreo, sed dumoso ambitu, & culmis agrestibus occupante, atque adhuc nescio quid pastorium redolente, quid ætate CHRISTI dici debet, Roma dante iam iura gentibus, imperantibus Augusto Tyberioque, quorum sub altero natus, sub altero CHRISTVS est passus, inter quod tempus & Romuli ætatem, incredibilior, quàm pro numero annorum, rerũ mutatio facta erat, non quod medium tempus exiguum sit, siquidem ex quo, propter suam insolẽtiã à Senatu Romano, ad Capreæ palũdem discerptus est Romulus, usque dum propter peccata nostra, in Iudæis, in monte Caluario crucifixus est CHRISTVS, paulo (nisi fallor) plus minusue septingentorum annorum tempus effluxit, quamuis enim Cicero minus sexcentis dixerit, non ad suã ibi, sed ad Africani & cæterorũ respexit ætatem, quos in eo ipso libro Reipub. loqui facit. & præterea inter Ciceronis cædem, sub Antonio, & CHRISTI passionem sub Pilato, quantũ uerisimilib. coniecturis assequor, septuaginta uel circiter annorum spatium intercessit Longius ferebar, sed nuncius tuus scribẽti imminet, & singulos calami tractus notat, morulasq; medias metitur, & crebro ostiũ cœloq; respiciens suspirat. misereor, expertus, quid est expectatio properãti animo, & ante destinatum, cogor ut dicam, humilitatem ama. Vale.

Fran. Petrarcha Socrati suo. S. III.

Somnium, quod de inuento thesauro somniauerat narrat.

HEsternæ noctis somnium referam tibi, uidebar mihi incertum unde, nihil enim tale, uel cogitare sum solitus, uel loqui, uidebar, inquam, in agello meo, quem ad fontem Sorgiæ habeo, thesaurum inuenisse, monetæ peruetustæ aureæ, nõ mediocrem cumulum, una spatiabamur soli (ut noster est mos) te itaq; confestim euocans, digito rem designo ambos, ut fit, gaudium stuporque defixerat, mihi quidem ut eram, Nemini enim, occurebat illud Annei. Vitate quæcunq; uulgò placent, quæ tribuit casus, ad omne fortuitum bonũ suspitiosi, & pauidi substitite, & fera & piscis, spe aliqua oblectãte decipitur, munera ista fortunæ, quæ putaris insidiæ sunt. de hoc ergo consultantes, parumper hæsitauimus, læti trepidiq;. quid multa? ultimæ insaniæ usum est, quod per terras ac maria, tantis laboribus tantisque periculis quæri solet, id oblatum ultrò contemnere. Mox certatim oneramur auro domum clàm taciti conuehimus, additis pro tempore, qui exportari uno fasce non poterant, hoc semel, hoc iterum & iterum facimus & semper auidius, semper enim, ut natura rerum

habet, cũ pecunia ſollicitudo cupiditaſq; creſcebãt. Ferit aures interim murmur, inuiſum ſe cretũ noſtrũ, nulli licet creditũ, ſpõtè ſua in uulgus eruperat, nec ita multo poſt, neſcio quis maior dominus, locorum aderat, uendicans ſibi iure theſaurum, obnitimur. hinc primum longa & inamœna colloquia, inde lis minæq;, & ſemper litibus iuncta conuitia, illo acriter urgente, nobis indignantibus, in noſtro reperta, nobis eripi, propitiæ dona fortunæ. mille ſubinde rerum motus, & mille conſilia, nunc matura & cauta, nũc temeraria & acerba, cum iam ad reſiſtendum nos, non tàm noſtra cupiditas, quàm inexorabilis aduerſarij ſuperba durities, inflammaret. iam ab ocio ruris, ad urbana negocia, iam à ſtudijs ad arma translati, nouis curarum turbinibus agebamur, iam pro intentione peruigili, & inquiſitione pulcherrima, nouarum rerũ, pernox odiũ atq; ira ſucceſſerant. poſtremò iam res litigio, ad bellum ſe uerterat, ita mutatus animorũ ſtatus, & ſæpe reperti auri pœnitebat, Philoſophabamur in inſomnijs. Vbi uitam ſerenam atq; tranquillam linquimus? quis nobis has curarum ſuperindixit nubes? Quis in has procellas non impegit? an ignorabamus, in auro ſpecioſam ærumnam & ſplendidam eſſe miſeriam. neceſſitas, cum diuitijs creſcit, & fugit cum mediocritate fœlicitas. occurrebant aceruatim exempla eorũ, qui uel in diuitijs infœlices, uel in paupertate fœliciſſimi fuiſſent. ſpernebantur inutiles opes Cræſi, & funeſtũ Midæ auri, & Dionyſij Craſsiq; ſpolia, tẽplis auulſa laudabãt Cincinnati, Curij, Reguli, Fabritij fœlix & glorioſa pauperies, accedebat acies hominũ noſtrorũ, qui nudi in ſolitudine, ſolibuſq; & frigoribus aduſti, radicibus herbarũ & ſylueſtribus baccis paſti, pro tecto cœlum', terram habentes pro cubiculo, cum uoluptate torrentem turbidum hauſerunt, aſperòq; & anguſto calle gradientes, ſpe patriæ melioris, omnia prorſus mortalia contempſerunt. cæterùm quò plura huius generis ingerebantur exempla, eò grauius dolebamus, non uidiſſe, nos in tempore ſed in tergo, ut aiunt, oculos habuiſſe: deniq; ſic eramus, ut iam ne cœpto uellemus abſiſtere, ſolus reddẽdi pudor obſiſteret, & iam ſupremi certaminis inſtabat alea, cum repente medio noctis, ira metuq; anxius expergiſcor, gelidus ſudor' corpus omne perfuderat. Ita me diuinitas ſaluum uelit, ut ego perinde feſſus animi, feſſuſq; membrorum eram, ac ſi graue durumq; negocium non ſomnians, ſed uigilans agitaſſem. nec facilè dici poteſt, quàm lætus fui, ubi ſenſi me theſauro ſimul, & ſollicitudine liberatum, & tãtum habere quantum, alit, nõ quãtũ angit, quantumq; uitæ ſufficit non quantum affluit, quanq; per ſomnum in ea ſententia radicatus ſum, quàm mihi uigilans perſuadeo, eſſe ueriſsimam ſcilicet, plus mali quàm boni cupidis mortalibus afferre diuitias. Surrexi demum hora ſolita (conſuetudinem meam noſti) dumq; quotidianis laudib. Deo dictis, ex more manum calamo applicuiſſem, hoc primum quod ſopitum exercuerat, ſeſe obtulit expertò, huius ergo ſententiæ te particípem facio, qui particeps ſomnij uidebaris. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Tricaſtrino, S. III I.

Promiſsit ſe uelle ſtare.

PEtitionis tuæ memor, promiſsiq; mei non oblitus, Italiam, ſiue (ne grammatica lite implicer, quam in epiſtolis Ciceroni ſuo mouet Atticus) in Italiã uado. ſcio quidem, & memini, quid me de ipſius Ciceronis libris in ordinem redigẽdis, & quarundam (ut dicere ſoles) ueluti ſcintillarũ lumine declarandis, ſæpè rogaueras. demum quo ineluctabiles præceps eſſent, ut Rom. Pon. qui ſeruoris tui conſcius, hanc generoſam bibliothecæ ſuæ cuſtodiam ita ibi credidit, ut olim noſtri principes, Iul. Cæſar Marco Varroni, Cæſar Auguſtus Pompeio Marco, & Rex Aegyptius Ptolemæus Philadelphus, Demetrio Phalerio, commiſiſſe noſcuntur, curam prorſus ingenio tuo dignam, ut Romanus, inquam, Pontifex digredienti mihi, ſuum hac in re modeſtiſsimè indicaret animum, effeciſti. quid facerẽ, notum licet ignoti Poëtæ carmen:

Eſt orare ducum, ſpecies uiolenta iubendi,
& quaſi nudato, ſupplicat enſe potens.

parebo ſi potero. nã & ſi parere neceſſariũ, & tibi placere delectabile, contraq; preces tuas ſpernere durum, illius iuſſa negligere ſacrilegum, totum in hoc uertitur, quàm mihi in illis

illis, quos poſcitis emendatis codicibus reperiendis, fortuna fuerit. noſti enim, expertus facili noſtri crimen, quanta ſit rerum taliũ penuria, cum tamen inutiles & ſuperuacuæ, immò uerò pœnitus dãnoſæ funeſtæq; diuitiæ, tantis curis ac laboribus aggregẽtur. quod in me erit, ſtudium indefeſſum, ac diligentiã adhibebo. ac ne moram fortaſsis accuſes, ſcito me reparãdis uiribus corporeis, quas morb. imminuit, in ſolitudine mea ad fontẽ Sorgiæ, uſq; ad autũni temperiẽ ſubſediſſe, metuentẽ corpus, adhuc inualidũ, lõgæ uitæ cõmittere, tunc auctis uolente Deo uiribus, atq; æſtibus imminutis iter arripiã. Interea utinam ſcire poſſes, quanta cũ uoluptate ſoliuagus, ac liber, inter mõtes & nemora, inter fontes & flumina, inter libros & maximorũ hominũ ingenia reſpiro, quamq; me in ea quæ ante ſunt cum Apoſtolo extendens, & præterita obliuiſci nitor, & præſentia non uidere. Vale.

Fran. Petrarcha Lælio ſuo, S. V.

Quod non multa ad eum ſcribat, ſe excuſat.

MVlta ſcribere tẽpus dehortatur, ſomnus prohibet, noctem iam tertiam inſomnem ago, neq; ueteribus curis liber, & oppreſſus nouis, quas mihi profectio mea peperit, multa in faciem & in tergum curanda denũcians. cum ex æquo deſpicere omnia in animum induxero (quod magna ex parte iam feci) tùm primum tranquillos ſomnos carpere incipiam, non aliter, quàm Aeneas ille Virgilianus, qui

Iam certus eundi,
Carpebat ſomnos rebus iam rite paratis.

Aut enim fallor, aut anceps & lõga deliberatio, plena moleſtiæ ac laboris eſt. dubitãdi exitus initium eſt quietis, dici nequit anxia mens, & cõſultationibus uagis exercita, quãtũ electione cõſilij, in unũ aliquod uerſa propoſitũ, conquieſcat. Tũc igit ut occurret, nũc ſemſopitus, & uelut inſomnis loquar, excuſationẽ tuã, quãuis ſuperuacuam amplector, ſcio enim locorũ diſtantiã, ut amantib. odioſam, ſic honeſtis amicitijs, non obeſſe ubicunq; ergo erimus, ſimul erimus. De negotio tuo faciã ut ſcribis, q; mihi ſcilicet fieri uellẽ, breuiter expedire, nil enim in me moleſtius experior, quàm uerbis trahi, hanc amicis ſciens, moleſtiam nũquam feci, nec faciam quidem, placebo ſi potero, alioquin ne deſpiciam prouidebo. Verſus tuos excitato apud Helicona noſtrũ ingenio, texere meditabor, ſed neſcio, qualiter ſcedula tua, quam decies in manibus habui, diſcedẽtem me fefellit, & ſine me domi ſubſtitit, quære eam ibi, & poſt me mitte, licet, & ſine illa ſcire uidear, quid dicturus ſum, modo frondoſi nemoris uſpiam diuerticulum occurrat. Tribunitiæ literæ, copiam quam mihi miſiſti, uidi, legi, ſtupui, quid reſpondeam non habeo, fatum patriæ agnoſco, & quocunque me uerto, dolẽdi cauſas materiamq; reperio. Roma enim lacerata, qualis Italiæ ſtatus? Italia deformata, qualis mea uita futura eſt? in hoc publico & priuato mœrore, alij opes, uires alij corporeas, alij potentiam, alij conſilium confetent, eſto quid conferre poſsim, præter lachrymas non uideo.

Fran. Petrarcha Socrati ſuo, S. VI.

Mediocritatem ſe amare ſcribit.

SVmmæ quidem rerum mearum, quas ſpectatæ fidei tuæ credidi, nihil detraho, nil adijcio. non tantum firmus, ſed fixus etiam in propoſito meo ſum, cuius ſi meminiſti, ſuperuacuum eſt, quicquid de hac re ulterius loquor. Vt tamen me, mei non immemorem ſcias, breuiter ſic habe: Magnæ fortunæ appetens nunquam fui, ſiue id modeſti, ſiue puſilli, ſiue (quod quibuſdam magnis uiris placet) magni animi eſt, uera quidem, & uulgo etiam nota cõmemoro, & quorum te in primis teſtem habeo, & interdum laudatorẽ. interdum uerò pro qualitate temporum amiciſsimum reprehẽſorem, quod ſcilicet (ut uerbis tuis utar) cœpto nimis inſiſterem, & uidendum eſſet, ne unde famam ſummæ conſtantiæ quærerem, inde pertinaciæ nomen infamiãq; conſequerer. Me tamen conſilij mei hactenus non pœnitet. Omnis enim mihi altitudo ſuſpecta eſt, & præcipitij admonet omnis aſcenſus, multoq; facilius natura duce, in illorum conſortium declinare, qui (ut ait Poëta:)

Habitabant uallibus imis:
quàm eorum qui (ut ait idem:
Posuere in montibus urbem.

Quæ cum ita ſint, ſi optata mihi mediocritas, quàm iure Flaccus auream uocat (ut pridem promittebatur) obuenerit, eſt quod grata intentione ſuſcipiam, & per liberaliter mecũ agi dicam, ſi inuiſum illud, & graue maioris officij oris imponitur renuo, excutio, pauper eſſe malim quàm ſollicitus, quãuis ut res eunt, & ut eſt animus, pauper eſſe non poſsim. Hæc & his ſimilia, quæcunq; inter nos, in hãc ſententiam dici ſolẽt, tu qui noſti optimè & amicis, & dominorum domino, nota fac obſecro, cum tempus uidebitur, quamuis à me ipſo nec occultata nec tacita. Sed ſunt quidã, quibus ut in animum penetret, ſæpè ueritas inculcanda eſt, quod eò nũc minus mirer, quo quicquid de me modò dicturus es, uideri ſcio, & ab ætatis noſtræ moribus, & ab ipſa uulgi opinione remotius, cum quo mihi ut in multis, ſic præcipuè in eo quod nunc agitur, diſcordia multa eſt. Sed incredibilitatẽ audientiũ, uigor animi & facundia loquẽtis excutiet. Multa Socrati meo de re qualibet, ſed multò plus auctoritatis ac fidei fuerit, amico de ſecretis amici conſilijs diſſerenti, multa quoq; de amici ore, quàm de proprio fauorabilius audiuntur, illud in finem ne diſsimules, ne quis forte de noſtra ſimplicitate ſibi placeat. Non eſt uera liberalitas dura, non lenta, non difficilis, nihil reſpicit niſi quem complexa eſt. illi morigera eſt, non iubet illa, ſed obſequitur, & implet uota non limitat. ſcimus ergo, quia petenti modicum, immenſa porrigere, ſpecies eſt negandi. Vale.

Fran. Petrarcha Nicolao urbis Romæ Trib. S. VII.

Famam amici imminutam indignatur.

FEciſti fateor, ut ſæpè per hoc tempus, illud apud Ciceronẽ loquentis Africani dictum, multa cum uoluptate repeterem: Quis eſt hic, qui cõplet aures meas, tantus & tàm dulcis ſonus? quid enim in tanta claritate tui nominis, ad tàm lætos & tàm crebros rerum tuarum nuncios conuenientius diceretur, idq; quàm cupidè fecerim, inſcriptus tibi exhortationum mearum liber indicat, ſtimulis meis, ac laudibus tuis plenus. Noli, quæſo, cõmittere ut dicam, quis eſt hic qui uulnerat aures meas tantus: & tàm triſtis fragor? caue obſecro, ſpecioſiſsimam famæ tuæ frontem, proprijs manibus deformare. Nulli fas hominum eſt, Viſi tibi uni, rerum tuarum fundamenta conuellere, tu potes euertere qui fundaſti. Solet architectus eſſe optimus, propriorũ operum demolitor, noſti quibus tramitibus ad gloriam aſcendiſti, uerſis retrò ueſtigijs, inde deſcenditur, & natura facilior eſt deſcenſus. latiſſimè enim patet, neq; ſolum apud inferos locum habet (quod à Poëta dicitur)

Facilis deſcenſus Auerni.

Tantum ab illorum deſperata miſeria, præſentis uitæ uarietate differimus, quod quamdiũ hic ſumus, cadimus quidẽ, & reſurgimus, deſcẽdimus & aſcẽdimus. inde aũt nullus eſt reditus. quid uerò demẽtius, quã cũ ſtare poſsis, cadere fiducia reaſſurgẽdi? Sẽper ex alto periculoſior caſus eſt, & quid, oro, uirtute altius ac gloria, quarũ in uertice cõſcẽderas, noſtris temporib inacceſſo, tàmq; impigrè & tàm inſueto calle, ad ſumma queneras, ut haud ſciã usq; formidoloſior, cui ſit ruina. Pedẽ figere oportet, obnixus ut conſiſtas, neq; ſpectaculũ pbeas, ridendũ hoſtibus, lugendũ tuis, nõ quæriẽ gratis clarũ nomẽ, nec ſeruatur quidem.

Magnus enim labor eſt, magnæ cuſtodia famæ:

Permitte mihi, meo ueſiculo tecum uti, qui adeò mihi placuit, ut eum ex quotidianis Epiſtolis, non puduerit ad Africam transferre, & hanc mihi quoq; duriſsimam neceſsitatem exime, ne lyricus apparatus tuarum laudũ, in quo teſte quidẽ, hoc calamo multus erã, deſinere cogatur in Satyrã, neu me caſu in hanc narrationem incidiſſe, aut de nihilo locutum putes. E curia digreſſum, amicorum literæ conſecutæ ſunt, in quibus ad me rerũ tuarũ diſcolor, & primæ multũ diſsimilis fama peruenit. non te populũ ut ſolebas, ſed partẽ populi peſsimam amare, illi obſequi, illã amare, illam admirari. quid dicã, niſi quod Ciceroni ſcribens Brutus, pudet cõditionis ac fortunæ? mũdus ergo te uidebit, de bonorũ duce, fatellitem reproborum. ſic nobis ſubitò turbata ſunt ſyderа? ſic infenſa diuinitas? ubi nunc ille tuus

tuus ſalutaris genius? ubi (ut uſitatius loquar) ille bonorũ operũ cõſultor ſpiritus, cum quo aſsiduè colloqui putabaris? neq; enim aliter talia fieri poſſe, per hominẽ uidebantur. quid aũt torqueor? ibũt res, qua ſempiterna lex ſtatuit, mutare iſta non poſſum, fugere poſſum, itaq; nõ parũ mihi negocij remiſiſti, ad te animo properam, flecto iter. Certe te alterũ non uidebo, tu quoq;, longum uale Roma, ſi hæc uera ſunt, Indos ego potius, ut Garamantas petam, ſunt ne autem uera hæc? ô multum principio diſsimilem finem, & ô nimium delicatas aures meas? aſſueuerant magnificis rumoribus, pati iſta non poſſunt, ſed & poſſunt, falſa eſſe quæ loquor, & falſa ſint utinam, nunquam libentius errauerim. magna quidem apud me eſt ſcribentis auctoritas, ſed cognitæ mihi multis inditijs, generoſæ dicam, an animoſæ cuiuſdam inuidiæ, non parua ſuſpitio. igitur & ſi plura, loqui dolor imperet, frenabo tamen impetum, quòd profectò non poſſem, niſi quia ſollicitudinem meam incredulitate conſolor, ſecundet hæc Deus, & lætiora faciat quàm narrantur, potiusq; me amicorum alter mendatio, quàm impietate alter flagitioq; læſerit. ſiquidem conſuetudine peſsima effectum eſt, ut mẽdaciũ iam quotidianum, & uulgare peccatũ ſit, proditorem patriæ, nullius æui licentia, nulla conſuetudo, nulla libertas criminũ excuſat. potius ergo ille mentiendo, paucos mihi mœſtos dies, quàm tu patriam deſerendo, mœſtam omnem uitam feceris, ille ſiquid uerbo dereliquerit, uerbo purgabitur. tuum ſi (quod fictum cupio) uerum ſcelus eſt, quibus unquam piaculis abolendum ſperes? immortale decus eſt, immortalis infamia. Quamobrem ſi (quod opinari nequeo) tuam fortaſſe neglígis, at ſaltem famæ meæ conſule. ſcis quanta mihi impendeat procella, quanta ſi labi cœperis, in caput meũ reprehenſorum turba conſpiret, proinde dum tempus eſt (ut Terentianus loquitur adoleſcẽs) etiam atque etiam cogita, circũſpice oro, ſummo ſtudio quid agas, excute acriter teipſum, examina tecum nec te fallas, qui ſis, qui fueris, unde, quo ueneris, quorſum inoffenſa liberate progredi phas ſit, quàm perſonam indueris, quod nomen aſſumpſeris, quam ſpem tui feceris, quid profeſſus fueris, uidebis te non dominum Reip. ſed miniſtrum. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Aretino, S. VIII.

Patriæ libertate congratulatur.

OMnia optato proueniunt amice, gratulor ego libertati patriæ, principum noſtrorum gloriæ, trãquillitati ciuium, religionis augmento, publicæ lætitiæ, ſingulariter honori tuo, cuius manibus turbidæ hactenus, & tenebroſæ urbi blãda ſerenitatis, & pax p̃dulcis inuehitur, uotiuo quoq; ſucceſſui, familiarium rerum tuarum gratulor. Perrarum eſt, ut læta cumulatè accidant, quin fortunæ dulcia ſemper, immixtus aliquis amator inficiat. At ſi quando plenè propitia eſſe uult, ex amaritudine rerum, ipſa dulcedinem inſperatam, miris modis nouit elicere. ſæpè igitur dura molliens, & inflectens quæ triſtia uidebantur, uertit in gaudium. Vtendum fortunæ muneribus, non fidendum, certè hoc nunc artificio uſa eſt, Itaq; quid uis dicam? non tantum uotiuis euentibus, ſed caſibus ipſis noſtris, atq; difficultatibus gratulari incipio, uni ſcilicet motiunculæ, illi tui corporis, quam ingens atq; animi multiplex lætitia temperata eſt, & uiarum mearum impedimentis, multis ac uarijs quibus effectum ſpero, ut ambo ſimul in patriam reuertamur.

Fran. Petrarcha Thomæ Meſſanenſi, S. IX.

De ficta amicitia.

AGreſtè prouerbium, Lectum cani ſternere magnus labor. dicti ratio ſi quæriẽ, quia ſcilicet accubiturus, huc atq; huc in gyrũ uertitur, ut neſcias tibi puluinar collocet. ludicra quidẽ cognatio illius, cui primũ hoc dicere in animũ uenit, & tamen ſic eſt. Idẽq; de multis hominib. dici poteſt, q̃d de cane dictũ rides. Multi enim ſunt, quib. nihil ritè fiat, ita crebro uoluunt, ut q̃ in partẽ ſint caſuri, aut q̃d uelint ſciri nequeat. cum illis placuiſſe credas, nihil egeris, omnis labor, omne periit obſequiũ, ſi urbanas illis offeras delitias, ruris frugalitatẽ laudẽt, ſi ex urbe deduxeris, frequẽtiã quærãt, ſolitudinẽ execrenẽ, ſi colloquio cœperis, faſtidiãt indignenẽq; ſi taceas, abſentes deſiderẽt, p̃ſentes deſpiciãt amicos, ſæpè etiam

oderint

oderint. à talibus ſemper abeſſe cõſultius, intelligis quid uelim, & fruſtrà erit, quicquid amplius dixero. dico tamẽ, ne qua diſſimulationis occaſio tuæ manſuetudini, meo ſilentio præbeatur. ut quid operã perdis generoſe anime? lõgè tibi imparẽ atq; diſſimilẽ nactus, pedem retrahe, ab incepto laborioſo & inefficaci rei, cõciliare illũ tibi, ne quicq; niteris, inuito amicus eſſe nõ potes, formidabilis inimicus potes eſſe, quẽ nũc ille contẽnit, timere incipiet, ſi aperte incipias iraſci ſentietq;. quiſnã eſſet, quẽ gratis, ingrato animo laceſſendũ duxerit. medicorũ morẽ in hoc ægro & infecto homine ſequere, oro te, experire cõtraria. mãſuetudine irrita, efficax fortè ſeueritas fuerit, odiũq; potẽtius amore, quẽ blandientẽ ſpernit, horrebit ex ꝓfeſſo inimicitias exercentẽ. morib. aduerſum meis, ſed cõſentaneũ reb. cõſiliũ dedi. quid enim illi facias, qui amorẽ uocet inſidias, humanitatẽ, putet eſſe formidinẽ? Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Anchiſeo, S. X.

Qua cauſa potius Ciſalpinam Galliam, quàm Florentiam petierit.

LIteræ tuæ plenæ gratiſsimis atq; dulciſsimis reprehenſionibus, inuenerunt me circa Padi ripam. IX. Cal. Aprilis ad ueſperam. confer aduentus diẽ, cum illarũ miſsione, & uide ſi eo tẽporis ſpatio uenire debuiſſent, ex Aegypto, uenerũt cum eis & amicorũ litteræ, & duorũ facie mihi noti notorũ, ſed utiq; illuſtriũ (ut dicis) Iuuenũ, ut ſcripta teſtantur ſenũ, quales utinã multos haberet ciuitas ueſtra, ſi tamen nõ eſſet in exiliũ miſſura; immò etiam ſi miſſura, quorũ diſperſio, reliquas ſaltẽ ciuitates Italicas adornaret. Sed omitto hãc inexhauſtam ſemper, & ueterẽ quærelam, & reuertor ad literas. omniũ ferè una ſententia eſt. Arguor poſt propoſitũ ueniendi Florentiã iter in Ciſalpinã Galliam deflexiſſe, quaſi natalis patriæ contẽptor, & ſpes ac uota multorum me illic expectantium eluſiſſe. Poſſem ad hæc multifariam reſpõdere, & quid aliorũ reſpõſurus ſim literis, nedũ ſcio, reſpondebo tamen aliq̃d, licet occupatiſsimus. rogas enim, ſequar impetum, dum calamus erit in manibus, ille mihi quo ſe duci uelit, oſtẽdet. Certè cum illis ut ſtylo ſcribentium ſatisfiat, muſarum mihi ꝑſidio opus erit, tibi autem, cui ſine ullo artificio aperta & nuda omnia eſſe debent, unũ hoc minimè tacuerim, quod neq; uiarũ labor, neq; peſtis anni huius, uniuerſum orbem, ſed cuncta præſertim littora proterens, atq; cõſumens, neq; animi mei dolor, neq; mala (niſi fallor) & iniqua patriæ tractatio, me à ſuſcepto itinere detorſiſſet, præſertim cum maiore laboris parte confecta, iam Ianuã perueniſſem, hæc igitur uerior & potior cauſa fuit, quod ſecundũ ſpem, quã merito cõceperam, immò uerò (ut euentus docuit) ſomniaueram, fieri non poſſe uidebat, quin aliquem tibi rerũ noſtrarum letiorem exitum afferrem, itaq; dulce erat expectare, donec in locũ ſpei, res ipſa ſuccederet, & iam non curſum modò, ſed uolatum meditabar, uidebarq; mihi ſine ullo laboris ſenſu, alpes Bononiæ tranſiturus, Apenninum uulgariter alpes dixi, inde enim improuiſus licet, non inexpectatus tuis, & amicorũ oculis adeſſe decerneram. accedebat quod hinc potiſsimè cœpti operis adminicula ſperabantur, quibus mora omnis inimica erat, quippe cum nec celeritas exacta ſufficerit. quid dicam? ſcio res ſolidas eſſe, ſpes inanes, ſcio quod qui ſpem prodit, nihil perdit, minus dixi, multum uerò lucratur, & tamen expertus loquor, ut nulla minor iactura quàm ſpei, ſic nulla moleſtior cauſa eſt, quia ſæpè pluris fiũt ſperata quàm poſſeſſa, & ſæpè quantum nos ſpes rerum blanda fefellerit, adipiſcendo cognoſcimus. hinc eſt, ut quotiens ante experimentum ſpes interijt, graui nos incommodo affectos extimemus. præuertit ergo conſilium meum Deus, & curas quas pias arbitrabar ſuperuacuas declarauit, ut uel ſic edoctus agnoſcerem, cogitationes hominum uanas eſſe. & de hoc quidem hactenus. Super negotio litis noſtræ nil aliud dico. res in curia uertitur, ſpero fore ut illius prædonis inſidiæ detegantur, in omnes tamen caſus paratus eſt animus, uictor gaudebo, uictus uicta cum cum iuſtitia, me ſolabor, non nunc primum fortunæ ludis exerceor, didici quibus artibus caducæ ſpei uulnus eluditur. eant igitur res utcunq;, modo ego non moueor, neque hercle quo moueri debeam intelligo. nempè æquo animo poſſum uel aſſequi, quod meum eſt, uel dimittere quod nunquam aſſequi potui. compendiaria ad diuitias Philoſophorum uia eſt, quæ monſtrat non addendum diuitijs, ſed cupiditatibus detrahendũ. hanc ſequi diſpoſui, ne

ſui, ne in illud durum ac laborioſum negociorum inextricabiliũ iter incidam, à quo me Deus & ipſa naturæ meæ conditio, manu (ut ita dixerim) retraxerunt. De lite igitur, ſit quicquid eſſe poteſt, mihi paupertas mea nõ moleſta nec ſordida, ſed plus etiam quàm uellem, inuidioſa ſufficiet, cum qua ſibi benè, mihi conuenit (ut uidetur Senecæ) diues ſum. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Anchiſeo, S. II.

Aduentui amici gratulatur.

CRedi non poſſet, quantum mihi curarum deceſſerit, quantumue letitiæ acceſſerit, recenti quodam nuncio, quod tecum, quamuis multa loqui, longum tempus q; prohibeat, partiri quantalibet breuitate diſpoſui. Franciſcum noſtrum aduentare audio, & iam eſſe Maſſiliæ, multis quidem iactatum caſibus, & terreſtribus maritimiſq; periculis ſaluum tamen, & ad me primum ille nũc recto, ut aiunt, calle feſtinat, & de uiarum, ut certus ſum, prolixitate conqueritur, ſæpe Virgilianum illud in ore habens:

Italiam ſequimur fugientem, & uoluimur undis.

Nec immeritò, putabat enim me in Gallia reperire. ſed illam curiæ ſentinam tolerare nequiueram, Proximus illi ſaltus in patriam, tui eum deſiderio ardere certe ſcio, ſed mihi crede, quod non ſcriberem, ſi propoſitum meum præuertere poſſes, ulla prouidentia, crede, inquam, mihi, de conſilijs hominum fortuna iudicat. Inter cogitatus atq; actus magnus quidam (ut uulgò dicitur) mons eſt, quando hic erit, quem iamiam affuturum ſpero, injiciam manus. Imperioſa res eſt amor, nihil non licere ſibi extimat, uidebor iure meo uti, ſi quaſi reinuentum theſaurum domi recondidero, curam quę ſumpſero, ne tàm facile rurſus eò caream. id tibi prænunciatum uelim, quo patiẽtius feras, cum acciderit. Neq; enim ut aduentus ſui famam, tecum modò partitus ſum, ſic ipſum quoq; partiar amicũ, multo rarior, multoq; pretioſior res eſt amicitia, quàm aurum. in qua ſi quid auidius egero, excuſet utcunq; poſſeſſæ rei pretium, duritiẽ poſſeſſoris. ego quidem te conſortem, non reſcio, ita tamen, præſentem partiamur. ut partem igitur tuam feras, immò uerò ut pro uno duos habeas, uenire te amor agat. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Anchiſeo, S. XII.

Amici ſui mortem immaturam dolet.

HEu quid hoc eſt? quid audio? ô ſpes mortalium fallax, ô curæ ſuperuacuæ, ô labilis ſtatus, nihil homini tranquillum, nihil ſtabile, nihil tutum. hinc fortunæ uis, hinc mortis inſidiæ, hinc fugacis mundi blandi: iæ, undiq; circumuallamur miſeri, & inter tot laqueos, ſpondere nobis iucũdum aliquid audemus? totiens fruſtrati, totiens ludibrio habiti, ſperandi conſuetudinem, & millies eluſam credulitatem neſcimus exuere, tãta fœlicitatis (licet falsè) dulcedo eſt. heu demens, heu cæce rerumq; oblite tuarũ, quotiẽs mecum dixi. uide hic, nota, attende, ſubſiſte, recogita, imprime ſignum fixum, manſurum, indelebile. memento fraudis huius & illius. nihil unquam ſperaueris, nihil crediderís fortunæ mẽdax eſt uaria, leuis, infida, priora eius blanda & mitia, poſteriora acerbiſsima. noſti iam hoc ferale prodigium, expertus à nemine iam docẽdus, tuis igitur exemplis tibi conſule, & ullum, cum hac inire cõmertiũ caueto, æquè promittentẽ ac negantẽ deſpice, æquè rapientem largientemq; contemne. Hoc decreueram, hoc mente firma ueram, at poſt tàm uirile propoſitum, ecce rurſus quàm muliebriter, quàm ineptè decidi, ridiculosè dixerim, an uerò flebiliter? ridiculosè alijs fortaſſe, mihi quidem prorſus mirabiliter ac miſerrimè. Poſt tot rerum ſperatarum inopinos caſus, induxi in animum, ſperare iterum, atq; huic momẽtaneo & uelut hyberinæ ſerenæ noctis credere, & ex euentu craſtini pendere præceps, temerarius, inconſultus, interblandiri curis mordacibus auſus ſum. Ecce iam dilectus meus aderit, Franciſcus meus, non minus mihi iũctus uoluntate, quàm nomine, non minus amore, quã ſanguine. ecce aderit, & fortè iam adeſt, tàm uehementi enim meditatione in eum incubuerã, ut ſæpè uelut ante oculos aſpicerem, tanto maris ac terrarum ſpatio diſtantem, & heu, nunquam amplius in huius mihi peregrinationis exilio reuiuendum, ſed ego iure quodam

meo

meo (quod amantium omne eſt cõmune) fictis cõgreſsibus, atq; colloquijs, inuiſæ moras ſolabar abſentiæ, meq; ipſum (ut fit) quadam cum uoluptate fabellam. quotiens aliquis ex pueris meis, quibus ille ſe fecerat multa morum ſuauitate chariſsimum, ad me aliquid nunciaturus intrauerat, ita eram, quaſi ille iam afforet. quotiens quis'nam fores impulerat fluctuabam, & paſtorium illud in primis occurrebat animo.

Neſcio quis certe eſtic & Hylas in limine latrat.
Credimus, an qui amant ipſe ſibi ſomnia fingunt?

Hæc miſer amans ſomnia fingebã, his angebar curis, his æſtuabam ſollicitudinibus, paſcebar q; tenui quadam ſpe, nõ aliter quàm opimis per quietem dapibus ſopitus, eſuriens, & latratus canum, & ſeruorum uoces, & moti ſtridor cardinis, & pauimentum proterens ungula cornipedis, & omnis omnino ſtrepitus excitabat. quotiens uel libellos, quibus inhiabam, uel cui inhærebam calamum, feſtinabundus abieci? quotiens ſurrexi? quotiens proſilui, uidendi auidus, tenendiq; dilectum meum, & curarum mearum prædulciſsimum participem. Neq; fratrem ſolum (ut Tullij quibus hoc loco poſſum propriè uerbis utar) ſed ſuauitate fratrem, propè æqualem, obſequio filium, conſilio parentẽ, quem neſcio an nimis ſerò cognouerim, an uerius nimis citò, niſi enim amare hominem cœpiſſem, nequaquam morte eius in has lachrymas incidiſſem. Biennio uix integro illius conuictu & amicitia fretus ſum, tẽpus, heu, uix alloquij, ne dicam amicitiæ ſatis patens. ſed hoc uno ſolor orbitatẽ meam, quod ambo certatim illius temporis breuitatem, ardentiſsima hinc illinc charitate laxauimus, & quicquid in amicitia dulce uel ſanctum eſt (quod in ſpatioſo æuo alij ſolent) nos explicuimus in anguſto, ut iam delectatio noſtra diuturnior, amicitiæ uerò fides certè neq; ſincerior, neq; familiaritas artior eſſe poſſet. Inuidit guſtatam mihi uitæ dulcedinem fortuna, plurima & magna fidei ſuæ pignora, ſanus ægerq; ſuſcepi, qua in animi mei penetralibus, adamantina ſede reconditi, ſpero itidem de me, ille ſentiret, eoq; propẽſius, quò & humaniorem illũ & amantiorem, natura protulerat, nũc aũt illius tẽporis memoria, & amara mihi ſimul & dulcis eſt, hinc mulcet, hinc cruciat, nec ſatis expedio, malim'ne fuiſſe illi homini notus an incognitus. Amicũ enim talem, fœlix & dulce quidẽ habuiſſe, ſed amiſiſſe miſerrimũ atq; amariſsimũ, nunq; ferè alias meipſum ut nunc excuſſeram, q; nõ ſine pudore fateor, & affectuum in me plus, & uirium minus quàm opinabar inuenio. putabam enim, & dignum erat multa lectione, lõgaq; rerum experientia obduruiſſe, aduerſus omnes ictus, & iniurias fortunæ. Fallebar infœlix, nihil me mollius, nihil eneruatius, putabam immò, equidem certus eram, me Franciſcũ meũ amare tenerrimè, hoc enim illius erga me charitas, & obſequia merebant. quantũ tamen amauerim, heu, ſerò nec aliter q; perdẽdo cognoui, ideoq; nunc intractabilius ulceroſa mẽs dolet, plus ſe cernens amiſiſſe, quàm crederet, qua in te nihil magis obfuit, quã impræmeditatio eius, q; euenire neceſſe erat, nõ cogitaueram moriturum, & profectò, ſi quis in hoc torrente rerũ humanarũ ordo eſſet, antè me mori nõ debuit, poſt me natus. Acceſsit feruens atq; anxia eius expectatio, de qua multa iam dixi. ſic enim ipſe mihi ſupremo lachrymans degreſſu, ſic deinde, per literas pollicitus, ſic Socrates meus, nõ futurũ iã, ſed præſentẽ eius nunciauerat aduentũ, digreſſum ex Gallia, recto ad me tramite in Italiã properare, heu mihi, nunc recolo, uelut adhuc fœlix atq; integer, proximam abſciſionem, & inſtantes miſerias præfagirem, meq; confeſtim ſcitẽ optima mei ipſius parte cariturum. breuiſsimam fœlicitatem meam nitebar expendere, quid fata mecum agerent ignorans. ueniet dicebam, prius me, grandæuum patrem, quàm dulces fratres ac ſorores uiſere. iniſciam manus, ac tenebo, hæc magnis uiribus opus erit. opitulatorem ex aduerſo inueniam. Amor, qui cum illo habitat, partes mecum faciet, iam ille crebro mihi dicere conſueuerat Horatianum illud:

Tecum uiuere amem, tecum obeam libens:

Sed ecce manus, quas ego ſibi iniſcere cogitabam, mors iniecit, & (quod ad te pridie breui quadam epiſtola dixeram, de conſilijs hominum iudicare fortunam) longè aliter atque ego ſenſeram interpretata eſt. nunc erepta ſpe, geminatoq; deſiderio, quid agam? lachrymis'ne atque ſuſpirijs alat, & in amiſsi locum memorem meum indeſinenter amplectar? an uerò ſerenare animum nitar, & circunſtrepentibus fortunæ minis, in arcem

in arcem rationis euaderem? hoc præſtat, il ud placet, hinc uirtus erigit, hinc affectus incuruant, & quo me uertã, quidúe potiſsimũ ſequar incertus ſum, & malè mihi eſt ſæpiſsimè cadẽti, ſæpiſsimè reſurgenti. Saona nocens, atq; impia q̃ me his anxietatib. inuoluiſti, quid tibi pro meritis imprecer? abſtuliſti animæ meæ dimidiũ, ac florentiſsima ætate, creſcẽte p iuuenem uirtute, dum adhuc ordiretur inexorabiliter ſuccidiſti, & nunc illi pectori, in quo Franciſcus meus hoſpitabatur, uiolenter incũbis. ipſe enim abijt, te licet inuita. nihil in illũ iuris habes, corpus tantũ illius, & ſpem meã ſimul obruis, pro quo qd aliud optẽ tibi? curuati in arcũ colles extendantur, ut in faciẽ directi, & importuoſi littoris redacta. iniquã præbeas claſsib. ſtationem. corruãt moenia, & manufacta præſidia, quæ uentis ac fluctib. obieciſti. huc uis Syrtium & Eurypi feruor, huc Scyllea rabies, huc charybdis impetus, & quæcunq; uaſti maris pericula trãſferantur, laxet Aeolus in quietos fratres, auſtrũ & reliquos qui tuis finib. inſultare ſunt ſoliti, ut toto orbe trãquillo, te unã perpetuæ quatiant procellæ, quicquid uel mortiũ, uel morborũ per omnes terras, ac maria peſtifer hic annus effudit, in te ſolam cõfluat, quæq; alijs annuatim, tibi peſtis æterna ſit, purgetur inſula Sardiniæ, & quicquid cœli craſſioris uſquã eſt, purgentur ſtagna & ſulphurei lacus limoſaq; penitus paludes, tepeſcat arctos, refrigeretur Aethiopia, uacuetur ſerpẽtibus ſuis Aphrica, tigribus Hyrcania, quicquid mõſtrorũ & immaniũ belluarũ orbis habet, in te, ex omni terrarũ parte cõueniat. in te triſtes nebulæ, in te latices funeſti, & inclemẽres auræ, in te frigora æſtuſq; deſæuiant, deniq; cum ſumma humani generis ſalute, tu ſola depereas, tu locus mortis, tu formidinis ac terrorum, regio tu luctus ac miſeriæ domus eſto, te peregrinus, te mercator, poſtremũ te ciues tui fugiant, te uiator pallidus è ſummis montium deſpiciat fugis, te nauta trepidus ex alto proſpectet, & infamem ſcopulum declinans, opem uelorum remis adijciat, heu, quo me dolor perpulit, quid loquor, aut ubi ſum? Mortalia mortalis tàm grauiter fleo, & inſontem terram, quæ ſuum ius recipit execror, incertus ubi nam ipſe moriturus, atque hunc puluerem terræ redditurus ſim. itaq; iam lamentis & gemitibus abſtinendum eſt, & pro fratre præmiſſo, dum ſuperſumus orandum, id potius uiros decet, tibi uerò ciuitas pulcherrima, quæ depoſitum meũ ſeruas, ad me tandem reuerſus gratiam habeo, quod in terra forſan barbarica iaciturum ipſa complecteris. Vitæ quidem breuitas fatalis fuerat, tuum eſt, quod amico meo iuueni licet, feſſo tamen iam curarum, contigit Italici ſaltem requies ſepulchri, leue ſolamen, ſed multis iam uiris illuſtribus optatũ. te nimirum hactenus, ut cupidè uiderem, ipſe terrarum ſitus, amœnitas q; præſtabãt, deinceps chariſsimi mihi cineris ſeruatricem, amara quadam dulcedine multo libentius uidebo, ſi enim amantiſsimæ olim coniugi Pompeij ſui mors, & truncum impie cadauer, arenas Niliacas commendabat, uſq; adeò, ut inde nollet auelli, cur non ego dilecti mei, perpetuam ſedem, littus Italicum amabo? Salue tellus egregia, fraternarum reliquarum cuſtos fideliſsima, tu me largius flere, tu partius ſperare docuiſti. Tu autem, ante tempus ereptæ mihi frater, qui hæc in me lamenta præcipitas, æternum uale. ego quidem ex te gaudium ac ſolamen, quod in his quibus aſſiduæ morimur terris expectabam, ubi neq; gaudij neq; ſolatij locus eſt, multo certius præſtante Deo, multoq; cumulatius, deinceps in terra uiuentium expecto. ſed ecce nunc experior, quod apud Statium legi:

dulce loqui miſeris.

Profectò ſic eſt, quàm multa enim non ſentiens, impetu magis, quàm animi iuditio dolenter effudi, nec loquendo ſatior, ſed accendor, nec deſinere quidem ſcio. abrumpam igitur. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Columnæ, S. XIII.

Forti animo fratrum & nepotum obitum ferendum eſſe.

FAtebor ingenuè, & ſi enim ſoluendo non ſim, bonæ fidei debitor ſum, fatebor tibi, me omnia debere, ingeniũ ſcilicet, & corpuſculum hoc, quod peregrinus inhabito, & ſi quid externorum obtigit bonorum. neque enim minus aula tua, animo meo contulit, quàm corpori, quàm fortunis, ſub te nutritus à iuuentute mea, ſuo te auctus arq; eruditus ſum, quãtum uel intercurrentiũ caſuum malignitas, uel ingenij mediocritas paſſa eſt.

Vtcx

Vt ex merito teneat,& hunc calamum,& hanc dexteram,& hoc quantulumcũq; eſt animi lumen, ad animi tui ſolamen refrigeriumq; conuertere. id me in alijs malis,noſtris pro uiribus,obſeruaſſe memini,nec ut reor oblitus es. in hoc uerò tàm graui tamq; intractabili & funeſto uulnere,quod nobis nondum flentibus noſtris ſatiata mors intulit,quid agerem;quid loquerer,uel omnino quid hiſcerem non inueni,corrui miſer,ad primam rei famam,& uelut repentino fulminis fragore dirigui.deinde ubi primum ſparſa rationis arma colligere,& proſtratũ aciacentẽ animum attollere poſſe cœpi,literas infœliciſſimi rumoris,quem prius ab egregio uiro Paganino Medialonenſi,qui hanc urbem regit, dolenter narrante,mœſtus audieram,poposci,& oſtẽſas,non ſine lachrymis legi.enimuerò illic ambagibus perplexa omnia& nil penitus certum legebatur, ab urbe ueteri fama ſurrexerat, mox perlata Florentiam,& per quorundam religioſorum literas,Apeninum tranſgreſſa, Bononiam primo,inde ad nos ſemper,ut fit, creſcendo ac uariando peruenerat. in re igitur dubia(quia natura hoc habet,ut audita quæ diſplicent,uix totis præcordijs admittãtur) malui mihi interim fœliciora promittere,ſic ægra mens,ad melioris ſpei dulcedinem recurrebat,ea tamen euanida,& uelut ſomniãtis miſeri fugitiua fœlicitas erat,quid multa?quam uis aſsiduè ſuperuẽtu nouorũ nunciorũ,ſpes illa decreſceret,nihil tamen prius planè comptum ſciui,quàm ad me Socratis noſtri lachrymabiles literæ peruenirẽt,ita mirum Tybetinas erumnas,ex alio orbe mihi Rhodanus nunciauit. ille uerò mihi literæ ancipitis ſpei refugium præcluſerunt,quo effectum eſt,ut id modicum intellectus, unde nonnunquam animi medelam mihi atq; alijs elicui,fletus & quæſtum pondus opprimeret,non ceſsi tamen nec ceſſaui?quotiens aſſurgere niſus,ſcribere aliquid uoluit?quotiens libellos euolui, rubiginem ingenij tabeſcentis abſterſi,& in intimas memoriæ meæ cellulas,mœſtus ſcrutator introijt?denicq; omnia feci, incaſſum tamen. uenerunt ad manus meas epiſtolæ quædam, quas uiſitante nos ſæpius fortuna,per hos annos, utroq; ſtilo ad te miſeram, in quibus nihil omnino meis,ne dicam tuis angoribus,non ſolum curandis,ſed etiam leniendis ſatis efficàx uiſum eſt.& pudebat totiens uulgata repetere, noua autem cudere exhauſto in primis ingenio non ualebam,ordiri tamen & temptare non deſtiti,ſi fortè ſuprà ſpẽ orſa ſuccederent. Poſſem tria uel quatuor literarum oſtentare primordia diuerſo charactere, modisq; ferè omnibus,quibus pro uarietate rerum grauidæ mentis affectus, conceptusq; parturio.Sanè quantum mihi illa placuerint,cõditor idem,& caſtigator calamus tranſuerſo liturarum uulnere indicat. his ego difficultatibus implicitus,ſilere firmauerã, & præſentem gemitum CHRISTO conſolatori optimo,ſolandum finiendumq; cõmittere. hæc pro excuſatione ſilentij mei dixerim,& nunc quod te,poſt tantũ tempus alloquor, non mutati propoſiti,ſed inſperati gaudij eſt, quod pectori meo nuper obſtinatius,dolẽti,& (qui miſeris mos eſt) mœrorẽ propriũ amanti,eiuſdẽ Socratis recentiores inuexerũt literæ,quibus animi tui inter tot fortunæ impetus,incõcuſſam magnitudinem eminẽtiamq; perdidici,& qui dolorem meũ tacitus tuleram,ſuperaduenìens gaudiũ ferre non potui,quo minus pias ſimul in lachrymas.& in uerba prorũperẽ,quod me priuolis ne quicquã tẽptare ſermunculis,pudor & dolor,& reuerentia uetuerant,& id ab illo cœleſti artifice factũ uidens,cui cum pro alijs multis,tũ pro hoc præcipuè gratias agere,dignũ eſt, quod tibi tot rerũ bellis exercito,fortitudinẽ tribuit,& cõſtantiã exemplarẽ. itaq; decus meũ,& iam quaſi ſola ſpei meæ,& multorũ ancora cõpoſito,tandẽ ſtatu fatigati pectoris,& ſedatis imbrib. lachrymarum,qui ubi uehemẽtius ingruerint,ſerenitatẽ mentis offuſcant, & conſpectũ præripiunt ueritatis,quid aliud ſuadeã?quidue aliud rogẽ,niſi inſiſtendũ cœpto,& inuicto animo fortunæ minacis inſultibus occurrendũ,reſpiciendũ ſobriè ad naturæ noſtræ uiolẽtas ac ſuperbas leges,quid ſumus,ubi ſumus,quãdiu uel hoc ipſum,uel hic futuri ſumus,unde funẽ ſolumus quem petimus portũ,quos inter ſcopulos nauigamus, quantũ maris emẽſi ſumus, quantulũ eſt quod reſtat,quantũ ſub fine periculũ,quã multi per tumidum æquor incolumes,in faucib.portus & in littore perierũt?Poſtremò quã graue iugũ ſuper filios Adã,non ut ſuper colla boũ,alternis horis ac dieb.ſed prorſus omnib.nulla eſt immunitas,nulla ges à die exitus de uentre matris eorũ(ut ſcriptũ eſt)uſq; in diẽ ſepulturæ,acreditus in matrem omnium.

omniũ.hoc nos omnes,nõ magis graui,quã continuo iugo premimur mortales,q; non genus,non forma,non diuitiæ,non ingenium,non facundia, non uires excutiũt, non arma, non ſatellites,nõ amici,non denicq; legiones,& claſſes & exercitus,ſed patientia,longanimitas,conſtantia.cogitandũ qd nõ liceat fortunæ,in eos dico,q caduca & fugacia iſta complexi,ſeſe illius imperio ſubmiſerũt,reliquos enim territat, quidẽ urget & uellicat,ſed non iternit.reuocanda ſub oculis omnis ætui exẽpla. quas ſeu p̃potentiũ populorũ opes effuderit,ſeu ſup illuſtrium regum regna calcauerit,ſeu qd uſquam ab origine mundi intactu furibũda reliquerit. Nõ uacat hiſtorias euoluere,q; in alijs conſolatorijs epiſtolis ad te feci, & q̃cunq; poſſem ſtudio,conqrere nota ſunt tibi, non demiſsè neq; muliebriter agam, non enim uel fœminã alloquor, uel puerũ,uel unũ è plebe multiuola,ſed uirum fortem, & natura ſemper excelſum,nũc ſpero fortiorẽ ſolito,& ipſis calamitatib. altiorẽ, uirũ crebris ſignatũ fortunæ uulneribus,duratoq; iam uirtutis callo,minas illius & prælia contemnentem.non itaq; delinimẽta blanditiarũ,aſperitatib. tantis interſeram,neq; ingeram ſpem nepotũ,quamuis & illa Deo caſus noſtros miſerante nõ deſit,tibi oſtendam.Orabo luctus tuos numerare,iacturas extimare,deſine in ea q̃ reſtãt,lumina iam terſa cõuerte.Circũſpice familiæ tuæ ſtatũ, Columnienſium domos, ſolito pauciores habeat colũnas,quid ad rem, modò fundamẽtum ſtabile ſolidumq; permaneat.unus erat Iul. Cæſar,Fratrẽ nõ habuit, nec filios,& patris nomẽ occultũ eſt,quid tamen unus egerit norunt omnes.perſuade tibi quæſo,quod ueriſsimum eſt,quo plus ſæuijt,eò minus metuendam eſſe fortunam, quod potuit fecit,breui tẽpore,& fratres tibi,& nepotes & propinquos abſtulit, florentiſsimãque proſapiã redegit ad paucos.ſecurus generoſæq; plenus cõtumaciæ illam intuẽre, præter magnanimũ genitorẽ,propè iam nihil eſt in q; arietare poſsit.& illi quidem,ut humani nihil unquam intolerandũ fuit,ſic nihil deinceps intẽpeſtiuũ accidet,mortalis ætui metas lõgè poſt tergũ liquit. quem uerò ſenum mihi dabis, qui tot uitæ annos numeret, quot hic noſter fœlicitatis & gloriæ numerat?omnium profectò fortunatiſsimus, quos noſtra ætas habuit,ſi aliquanto citiùs abijſſet. cæterũ ſollicitudo ac metus, non niſi expectantis animi eſſe ſolet. qui iam ſuum recepit, in tuto eſt. quantum uerò ſolatium fortitudo tua,ſibi tribuet,inter ſeniles anguſtias, quibus eum ſub uitæ finem ferox implicuit fortuna, & unde illum explicare,non niſi uel propria,uel ſuperſtitis filij uirtus poteſt.hæc & his ſimilia præſentis mali remedia tibi ſunto, reliqua enim quæ remedia uidentur, ſtimuli ſunt,non leniunt,ſed acerbant,mors nec lachrymis redimitur, nec lamentis uincitur, uitari non poteſt, ſperni poteſt.hæc inſuperabilis, & ineuitabilis mali huius uictoria ſola eſt. pluribus agerẽ niſi ſcirem, quod erectus & ſui memor animus loquaci conſolatore non eget. deiectum uerò,& propriæ nobilitatis oblitum uerba non erigunt,perge modò quæ cœpiſti, & bona fide q; monſtras exterius,intus age,ne fortè ſub tranquilla fronte, turbida mens lateat, q; periculoſiſsimum multis fuit,dum diſſimulatis ulceribus,in publico uelut læti,in cubilibus ſuis mœſti,latenti mœrore tabuerunt.Parum ſani capitis, & in pernitiem propriam laborantis eſt iſta caliditas,ægritudinem profiteri,& palàm flere ſecurius eſt. denicq; quod ſæpè dixiſſe memor ſum, & dicendum ſæpius exiſtimo, alto loco ſitus es, unde aſpectum & iudicia ſermonesq; hominum effugere non potes,quo accuratius tibi decoris ac famæ ſtudium eſſe debet,inter multas quidem iniurias,unum hoc de te benè meruit fortuna, magnam laudis obtulit materiam,habent qui nobiſcum uiuunt,habebunt qui naſcentur, poſteà quid in te ſuſpiciant, quod laudent, quod efferant, quod mirentur, infractum malis animi robur & generoſam uerè Romani ſpiritus maieſtatem. Vale.

Fran. Petrarcha Brunoni Florentino, S. XIIII.

Amantum cæca eſſe iuditia.

SOlum ſeu ſolis comitatum curis, epiſtola tua me repperit, laudum mearum onuſta præconijs.& quanquam teſtis afforet,erubui tamen,interlegendum fateor, quia uerò non proprium, aut alterius non amantis,ſed illius amiciſsimi ſenis teſtimonium ſecuta, in eam narrationem uenerat,minus attulit negotij,illud enim omnibus, quæ uel dicta ſunt,

uel in eandem ſententiam dici poſſunt, reſpondiſſe ſuffecerit. ſolere amantũ cæca eſſe iudi tia. Hinc & apud Flaccũ. Balbinus Agnæ polypo delectatur, & apud uulgus, amatoria fa bella eſt eius qui monoculæ mulieris amore correptus, à parentibus tandem morbo con ſulentibus, in alias oras miſſus, & poſt aliquot annos, amore depoſito, in patriam reuer ſus, fortè illi quam uehementer amauerat obuius, ac repentè triſti concitus ſpectaculo quæ ſiuit, quo nam illa caſu oculum amiſiſſet. Minimè illa, oculum amiſi, ſed tu oculos inueni ſti. grauiter quidem ac præclarè. ſed ne plura. Siquis uſquam eſt amans, ſenex noſter eſt amantiſsimus ſuorum. in reliquis igitur deinceps (ſi quid mihi fidei eſt) ſibi, non ut Dodo neo Ioui, uel Delphico Apollini, ſed ut uiro unicè ueridico, adhibe aures animum qúe, quotiens ad me, quem paternæ amat, eius melliſluus & ſuauis ſermo deſcenderit, partius crede, niſi fortè, quod neſcio an in ſapientem cadat, errare nonnunquam, & decipi dul ce eſt. Sanè carmen egregium, quod inſertum erat epiſtolæ, ſine reſponſo manſiſſet, tacita mei pectoris admiratione contentum, niſi obſtitiſſet ingenij tui meritum, in tanta præſertim uulgaris ignorantiæ nube radiantis. accipies igitur ſeorſum, & qualecunq; eſt boni conſules, carmen breue, quod in lachrymoſa materia occupato, nunc animo uix ex torſi, non tàm ut id reſponſum eſſet, quàm ne nihil. Vale.

Fran. Petrarcha Luchino Vicecomiti Mediolanenſi, S. XV.

Veterum Principum & recentiorum collatio.

QVales ſperaueram, immò qui dẽ quales nec ſperaueram literas tuas legi. gratulor inter excellentiam tuam, & humilitatẽ meam, hoc ſaltem interueniſſe cõmerciũ, talẽq; mihi ad notitiã tui aditũ aperuiſſe fortunam, in eo ſanè, q; literarũ ipſarũ ultima pars iubet, diligentiæ meæ cura non deerit, eoq; promptius enitar, quò plus delectationis labor afferet, dũ hortulanus herbis & arboribus, ego uerbis & carminib. incũbam, inuitante riui murmure, q querulus fugit, et dextera læua q; pminentẽ pomiferã ſyluam ſecat, cuius ſtudij primitias, iam nũc deguſtabis. Et ſi fortaſsè animũ altiſsimis intentũ curis, iſta nõ tangant, ut temporũ mos eſt, ſcio tamẽ, illos tàm magnos rerũ Dominos, Iuliũ & Auguſtum Cæſa res, ſæpè à Reip. negotijs, bellorũq; laboribus, in noſtri tranqllitate ocij quieuiſſe, & rigen tes gladijs dexteras, ab hoſtib. feriendis, ad ſyllabas numerãdas, ac uoces aduerſis agmini bus, intonare, interq; tubarũ clangorẽ, & militarẽ ſtrepitũ, exaudiri ſolitas, ad Pierij modu laminis dulcedinẽ tranſtuliſſe. Neronem tranſeo, ne præclarũ ſtudio, glorioſaq; nomine il lius monſtri commemoratione, commaculem. quã deditum muſis Hadrianum credimus, cuius intentio tàm uehemens fuit, ut ne uicina quidẽ morte lenteſceret; prorſus mirum di ctũ, ſub extremũ uitæ ſpiritum, de animæ diſceſſu uerſiculos ediderit, quos inſererem, niſi qa uel tibi, uel tuorum alicui notos eſſe confido. quid Marcũ Antoninũ loquar, qui cũ nõ am bitione, ſed meritis ad imperiũ aſcendiſſet, uetus Philoſophiæ cognomen tenuit, nouũ ſpre uit, aliquantò maius extimans Philoſophũ eſſe, q̃ principem. huius generis exemplorum copia ingens eſt, uixq; aliquis principũ, ſine hac literarũ ſupellectili, ſe principem, immò ue rò ſe hominẽ eſſe cenſebat. ſed mutata ſunt tẽpora, reges terræ, bellũ literis indixerũt, aurũ credo & gẽmas, atramentis inquinare metuunt, animũ ignorantia cæcum ac ſordidum, ha bere nõ metuũt. ſed grauis & periculoſa materia eſt, uiuũ potentẽ uerbis offendere, nec ad offenſionem longo ſermone opus eſt. Quiſquis malè uiuit, nuda lædit ueritate, mortui autem ſecuriùs reprehenduntur. Nulli grauis eſt percuſſus Achilles, ut ait Satyricus, ita que hoſtes literarum reges, noſtri temporis, non nominare conſiliũ eſt. non eſt enim tutũ, in eũ ſcribere, q poteſt, pſcribere (ut ait Aſinius Pollio egregius orator, in Cæſarem Augu ſtum iocans) cuius ego nunc exemplo, ſuppreſsis reorum nominibus, accuſationem pu blicam peregero. propè enim omnes idem error agit, & cum nullus eos, quos ſuprà retuli literarum amicos principes ſequi uelit, certatim Licinium Cæſarem imitantur, qui ruſticæ næ uir originis, ita literas oderat, ut eas uirus ac peſtem publicã appellaret. uox non quidẽ imperatore digna, ſed ruſtico. at non ſic Marius & ipſe quoq; ruſticanus uir, ſed, ut ait Ci cero uerè, uir, quẽ licet uel occupatio, uel natura literarũ ad ſtudia tardiorẽ faceret, literatos tamen homines amabat, præcipuè Poëtas, quorũ ſperaret ingenio ſuarum rerũ geſtarum, gloriam,

gloriã, celebrari poſſe. & nimirum, quis eſt hominum, niſi ſit idem prorſus agreſti duritie, qui & ſi non ualdè literis delectet, clarum ſaltem non cupiat nomen, quod profectò ſicut ſine uirtute, non quæritur, ſic ſine literis non ſeruatur. Fluxa eſt hominum memoria, pictu ræ labiles, caducæ ſtatuæ, interq; mortalium inuenta, nihil literis ſtabilius, quiſquis illas nõ metuit, oportet ut diligat, omninoq; uerum eſt illud Claudiani:

Gaudet enim uirtus, ſibi teſtes iungere cauſas.
Carmen amat quiſquis carmine digna facit.

Noſtri uerò, q nihil, niſi Satyrico carmine dignũ gerũt, quas metuunt literas oderũt, itaq; cum Licinio ſentiunt omnes, nemo cum Mario, nec cum alijs dicam, &, qua nulla tur pior deſidia unquam fuit, id quod pretioſiſsimum habebant, furripi ſibi per plebeios ho mines paſsi, eò ſenſim peruenêre, ut iam inter diuitias ſuas, grauiſsima premantur inopia, ita qui pro exíguo ſenſu, pro paruo regni angulo, in aciem deſcendiſſet, relictum ſibi à pro auis theſaurum inextimabile proiecerunt, inq; ipſam animi regiam permiſerunt alienige nas ingredi, qui eos non purpureis, ſed ſydereis ueſtibus ſpoliatos, inde depellerent. unde illud regale dedecus, uidemus plebem doctam, regesqúe aſinos coronatos, licet ſic enim eos uocat, Romani imperatoris epiſtola quædam, ad Francorum regem. Tu ergo hac ætate uir maximè, & cui ad regnum nihil præter regium nomen deſit, è duabus princi pum ſententijs, cui potiſsimum te applices ignoro, ſed meliora omnia de te ſpero, itaque (ne in longum exeam breue carmen, quod ex tempore occurrit, inter arbores illas, de qui bus tibi admodum familiariter partem poſcis, excellentiæ tuæ miſi, quod ſi placuiſſe tibi ſenſero, in eo genere poſſe enim uideor, quam putas, & quam occupatio mea ſpondet li beralior, apparebo. Vale.

Fran. Petrarcha Iacobo Florentino, S. XVI.

Adulationem uitandam eſſe.

VEris utinam laudibus meis, plenæ tuæ nuper ad me literæ uenêre, & dulcedine mira permiſere animum, ſic in eis affectum potius quàm effectum metiebar, ſi enim ab alio mitterentur, illud crederem. nunc de puriſsima quidem animi tui parte prodeuntes, ſcio non fallunt, utinam non fallantur, proinde uera tibi uideri omnia, quæ ſcribis certus ſum. amori tuo gratulor: compatior errori, nec tamen hic te partius errare uoluerim, adeò delectat, quod non ſum uideri tibi, mallem eſſe quod uideor. quid ſi ab alto negatum eſt, tu tamen ne amicus tibi error excidat caueto, equidem ego quamuis mihi temperatè ne quiuerim, quominus ad literas tuas, iterum atque iterum reuerterer, ſenſi tamen lectio nem ipſam, non uacare periculo, ſic enim grauiter, ſic ornatè, ſic dulciter, ſic denique ad perſuadendum appoſitè in propoſito uerſaris, ut ualde metuendum ſit, ne legentem ad credendum quidlibet facile poſsis impellere, quod ſi efficis, habebis opinionis tuæ comi tem, niſi quod cum tuus generoſus & ingenuus error ſit, me implicueris errore ridiculo. Itaque conſilium fuerit, & ſi cum labore fiat, ab illa deinceps literarum tuarum parte, ocu los auertere, & ſi poſt hac rerum me tuarum iugem ac ſedulum lectorem uis efficere, uide quæſo, ut Satyricè potiùs quàm Lyricè mecum agas. Larga enim materia eſt, ſi intendere cœperis, uidebis in me multa, amicis licet oculis grauia, & fauentis etiam linguæ non eua ſura cenſuram. hic precor incumbe, huc facundiſsimum tuum calamum uerte. oſtende me mihi, iniſce linguæ manum, arripe, liga, feri, ure, ſeca, tumida comprime, ſuperuacua reſcin de, nec ruborem mihi feciſſe timueris, nec pallorem. triſtis potio triſtes pellit ægritudines, æger ſum quis neſcit? Acriore tibi ſum curandus antidoto, non cedunt amara dulcibus, ſed amara inuicem ſeſe trudunt, ſi prodeſſe uis, ſcribe quod doleam. Milonianam Ciceronis, cum reliquis accepi, gratias ago, non mihi nunc primum, tuæ mentis indulgentia nota eſt, reſcribi faciam, & remittam. Comœdiam quam petis, me admodum tenera ætate dictaſſe, non inficior, ſub Philologiæ nomine. illa quidem procul abeſt, & ſi ad eſſet, quanti eam modò faciam, quàmúe ac doctorum hominum auri bus dignam rear, ex communi hoc intelliges amico. Vale.

Fran. Petrarcha Gilberto Grammatico Parmenſi, S. XVII.

De ſcholaſtica diſciplina.

ADoleſcentulum noſtrum conſilij inopem, & ætatis agitatum ſtimulis, paternæ ſolli-
citudinis ope complectere, iam ut uides, ad biuium Pythagoricum ueniendo ꝓuenit,
nuſquam prudentiæ minus, nuſquam periculi magis eſt. læua quidem ad inferos fert, ad
cœlum dextera, ſed illa facilis, prona, latiſſima, & multarum gentium trita cõcurſibus, hæc
ardua, anguſta, difficilis, & paucorum hominũ ſignata ueſtigijs. Non ego hoc dico, dixit
Dominus omnium & magiſter. Spatioſa uia quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui
intrant per eam. arcta uia, quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. puerũ ſanè
noſtrũ, ſi hic ſibi dimiſeris, qd acturũ putas? nempè uel cæci more uulgarẽ ſti epitũ ſequet,
uel ferrato (ut aiunt) ibit itinere, &, quæ grauiũ corporũ natura eſt, deorſum ſuis ponderi-
bus feretur. nũc tu, oro, uir optime, ſuccurre, & incautũ ac nutantẽ adiuua, rege, ſuſtẽta, di-
ſcat te magiſtro, dextrũ ſequi callẽ, diſcat aſcendere. ꝙ promptius faciet, ſi peculiariter in
eum oculos defixeris, & adoleſcentiæ ſuæ morbis, ſingularis quædam tuæ prouidentiæ me
dicina ſubuenerit. ſcis quam in partẽ pendeat, unde ſit ruinæ ꝓximus, illic opportuno præſi
dio fulciat. Vetus medicorũ regula eſt, cõtraria cõtrarijs curari. in lætitiã effuſo, ti iſte quidli
bet, mœſtitia cõtracto lætũ aliqd obijcito. Intenſione nimia, ſi obtuſum erit ingenium, mo
re ſolertis agricolæ, alterna intermiſſione reparabitur, ſi rubiginem ſitu traxerit, exercitio
eniteſcet. atque ita fiet, ut labor quietem condiat, laborem quies, uiciſſim quẽ nunc ocio,
nunc negotio recreetur animus. Innumerabiles præterea ſunt morum differentiæ, & tàm
diuerſa remedia, non magis morborum corporis, quàm animi paſſionum, ut quod uni pe
ſtiferum eſt, alteri ſit ſalubre, in hoc tota diſcretio ꝓceptoris uertitur. Iuuenilis pator, fami-
liaritate ac blanditijs mulcetur, Inſolẽtia minis, & ſeueritate cõprimitur, nec una ſchola-
ſticæ cenſura militiæ eſt, leuia uerbis, grauia uerberibus caſtiganda. hic laudib. erigendus,
hic coẽrcendus infantia, hic opere fatigandus, hic domandus eſt ferula. generoſo animo,
perſeuerantiæ ſtudium, affecto ſolatium, deſperanti ſubſidium, feruor algenti, præcipiti fre
num. lento calcar addendũ. Notiſſima ſcienti ingero, ut attritu memoria recaleſcat, & de
communibus magna pars artium conſtat, & aliquando iucũdius aſſueta loca reuiſimus,
ſæpè non tàm notis, q̃ nouis cantibus delectamur. Puero huic, ut ad rem redeam, uel inui-
to manũ inijce, ne corruat, ne deuiet ad ſiniſtram, doce quanto periculo proceſſurus, quan
to inde labore, quantoq; diſpendio regreſſurus ſit. oſtende illi, quanto tutius, iam hic rec-
tum iter ſequi, q̃ ſpe reditus, q̃ multos in abruptum egit ultrò diuertere. Facilem caſum
eſſe, paratumq; omnibus, in aſſurgendo aũt magnis uiribus, magno niſu, magno auxilio
opus eſſe. monſtra ei uana eſſe uulgi ſomnia, falſam de omnibus, ſed præſertim de uolu-
ptate ſententiam, nihil ad læuam uiæ huius, niſi fœdum, fuſcum, fragile, caducum, nihil ad
dexteram, niſi pulchrum, lucidum, ualidum, immortale. & quàm propriè illam ſequentib.
conueniat, quod ſcriptum eſt: Derelinquunt iter rectum, & ambulant per uias tenebro-
ſas. atq; illud: Viæ eorum & tenebræ & lubricum. & illud: Via impiorum tenebroſa, ne-
ſciunt ubi corruant. Hanc uerò alteram ſectantibus, illud potius conuenire: Viæ illorũ pul-
chræ. & illud: Via iuſtorum ſine offendiculo. De utraq; autem ſimul dictum. Vias quæ à
dextris ſunt nouit dominus, peruerſæ uerò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. neque ſolum uni di-
ctum populo, ecce ego do coram uobis uiam uitæ, & uiam mortis. fac iſta conſideret, fac
uideat, quàm reprehenſibilis poſt tot duces, quamq; error ambiguus, per inextricabiles ui
tæ anfractus, unde ſæpè redeuntibus ſeu redire meditantibus mors occurrit, denique dum
res integra, dumq; ipſe ſuus eſt, nec dum peccati iugum ſubijt, doce, quantò facilius iugũ
illud declinare, quàm excutere, & Poëticum illud teneris auribus frequenter inculca:

hac itur ad aſtra & illud:
Hac iter Elyſium nobis, at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

In quo Poëtæ noſtro, ſapientũ Hebræorũ unus cõſonat, ſic enim ait: Via peccantium con-
culcata

culcata lapidibus, & in finem illorum inferi & tenebræ & pœnæ. his hac ætate conſueſcat
monitis, has hauriat diſciplinas. Facilè quamuis formam recens excipit materia, facilè qui
uis habitus, nondum duratis mentibus imprimitur, ubi falſis opinionibus aditum præbue
ris, operoſius excluduntur, inſta ergo dum uotiui ſpem ſucceſſus tractabilẽ tempus præ-
fert. & ſic habeto, plus te illi puero hoc beneficio collaturum, quàm ſi omnes ſimul inge-
nuas artes, in pectus ſuum ſedulo ore transfunderis. Magna quædam res eſt, fateor, ſcien-
tia literarum, ſed maior uirtus animi. Et ſi utramque ex te diſcipulus docilis, ſperare queat,
noſti ingenium quid poſſit, noſti melius expertus. ego id unum noui, paucorum eſſe, ut li-
terati fiant, omnium ut boni, modò ſe bonis ducibus exhibeant obſequentes. Faſtidioſior
quidem eſt ſcientia quàm uirtus, cum ſit illa nobilior, paucorum dignatur ingenia, illa nul-
lius animum contemnit, niſi à quo prius contempta eſt. Vale.

Fran. Petrarcha Lanceloto Equiti Placentino, S. XVIII.

De Remedijs amoris.

HAerebat calamo dextera, ſcribendi auida, ſed incerta, quid ſcribet, tàm multis
& tàm uarijs uno propè tempore, nuncijs pulſabar. interpellabat hinc Tyberis,
hinc Arnus, hinc Rhodanus, ille mihi infœlicis, & de me optimè meritæ urbis ſtatum,
immò uerius ruinam, quam ſine lachrymis audire non poſſum, nunciauerat. ille quorundã
ingenioſorum adoleſcentium querelas, ad me diuerſo quidem ſtylo, ſed una eademq; ſen-
tentia tranſmiſerat, indignantium gratiterq; tolerantium, quid illic expectatus, huc diuer-
terim, ſeu quid ita natali ſolo habitaculum, iſtud antetulerim, quæ crebra multorum admi-
ratio eſt. ille autem curialium literis amicorum ſilentio meo, in tanto excellentis amici ge-
mitu, ꝙ in leuioribus malis minimè ſolebam, quodq; non tàm iuditio, quàm ſtupore cadẽ
tis illuſtriſsimæ familiæ ac mœrore ſuſcepi, calcar blandæ, ſed ualidæ reprehenſionis incuſſe
rat. quo nã ergo primũ uerterer, Romanis amicis miſeratio, Florentinis excuſatio, Tranſ-
alpinis conſolatio debebatur, in hoc triuio hæſitanti, quartus rumor acceſſerat, quidam &
nomine mihi iunctus, & ſanguine (quodq; ſuper omnia eſt) & amore & obſequijs animo
meo probatiſsimus, atq; chariſsimus, dum ex Gallijs ad me uiſendi cupidus accelerat, mor
bo, ſeu laboribus uiarum, ceu cœli inclementia contracto, Saone ſubſiltere coäctus, acerba
mihi morte ſubtrahitur, qua in re, quibus longæui parentis ac miſeræ matris orbitatẽ, fra-
trũq; ſolitudine ac ſororum lachrymas conſolarer, qui meas proprias lenire nõ poſſem? ita
que turba rerum circumuẽtus. feci quod in talibus ſoleo, quiq; mos peculiaris inertiæ meæ
eſt, ſtatui ex æquo, uniuerſa negligere, uel ſi poſſem etiam obliuiſci. ſi affecto tua incidens
epiſtola, torporem abſtulit, & deſtitutum atq; abiectum calamum reſtituit, tàm dulcis gra
uitas, & tã grauis dulcedo inerat. ſanè ꝙ inter cætera ſcriptũ erat, Aphricæ meæ nomẽ iu-
ſpirare, uel inuitũ compulit, neq; enim ſolus cœpti illius exitum expectas, mihi uerò prom
ptius ſit, arenas maris, & cœli aſtra numerare, quã cuncta fortunæ laboribus meis inuiden
tis obſtacula. finem & ipſe incertus operior, prorſus ne fruſtra uigilauerim, an mihi ſaltem
ſtudij mei uoluptas aliqua, quamuis ſera ſeruetur. ꝙ ſi ritè ſucceſſerit, ad hoc qualecunque
ſpectaculum ingenij curabo, ne quis te præueniat in orcheſtra. Vltimam literarũ tuarum
particulam ſubridens legi, iuuat enim morbi mei, ueteris tales noſſe participes, & arbitrari
cogor, non ignobile accidens, quod in tali conſederit ſubiecto, ſolamen uerò uulgaris elo
quij, ꝙ ex me iocoſè (niſi fallor) exigis, ego ex te, ſi fortè animi uulnus fando lenteſceret, &
poſcendũ dicerem, & ſperandũ. hiſcine uerſiculis ſperas, tibi poſſe dolores atque æſtus cura-
ſque graues è pectore pelli? augentur potius alunturq;, alia eſt igitur huius ægritudinis
medicina, cuius quidem, quod fateri ueritas iubet, noſter Aeſculapius auctor eſt. herbæ au
tem, quibus illa conficitur, uel in hortulo tuo certè non ſunt, uel incognitæ tibi ſunt, uel in
amœno guſtu efficiunt, ne tangantur. uale, et quod optimum aduerſus omnia uitæ noſtræ
mala remedium reor, quicquid ſe ad mouendum loco animum obtulerit, diligenter exa-
mina, & ſi principio delectaris, finem cogita.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS, LIBER VIII.

Fran. Petrarcha Stephano Columnæ, S. I.

Fortitudinem animi laudat.

HEu Miserande senex, heu uiuacissimum caput, quo piaculi genere cœlũ offendisti? quid fecisti, ut tàm longæ uitæ supplicio punireris? Metellus alter dicebaris, nec immeritò, omnia conuenerant, patria, genus, forma, diuitiæ, aliæq; corporis atq; animi singulares & admirabiles dotes, uxor quoq; clarissima, & uxoris generosa fœcunditas, & Cos. dignitas, & in Romanis exercitibus imperij fastigium, & uictoriarum ac triumphorũ tituli. senectus longæua, & inconcussa usq; sub ultimum fortuna, si quid enim aduersi inter miscere hactenus ausa est, qualia multa famosis persecutionib. pertulisti, fecit hoc ut asperitate insigni abstergeretur, & enitesceret gloriæ tuæ decus. Hãc tibi fidẽ propè centesimũ uitæ annũ fortuna seruauerat, & tu similiter in orbe terrarũ, & in orbis regina Vrbe princeps natus, poteras ubi de fœlicitate agitur, ea scilicet quæ sperari potest, in hac uita rarissimis exemplis, tuum nomen inserere, non ut Sophidius inops, & inglorius arator, menda ci fœlix dictus oracuIo, sed ut glorioSissimus omniũ nostræ ætatis Romanorum ducũ, & q; prorsus difficillimũ ac penè impossibile dixerim, in altissima fortuna fœlicissimus, poteras excluso Archade peregrino, sedere fidentius, Romanus cum Romano, princeps cum principe, Stephanus cum Metello, nisi quod præter religionis eminentiam, cuius inter paganum Christianumq́ue hominem, comparatio nulla est, cedere illum tibi, saltem fratrum ac liberorum numero dignum erat. fratrem ille nullum habuisse legitur, tibi quinque contigerant, summi uiri, &, ut breuiter dicam, nec sanguine nec fortuna, quàm uirtutibus & gloria clariores. quatuor ille filios habuit, prætorios, consulares, censorios, triumphales. tibi septem fuerunt. unus R. Ẽ. Cardinalis. alius uel Cardinali maior futurus, si ad legitimam peruenisset ætatem, tres Episcopi, duo bellorum duces & bellica gloria parenti, ut omnia simul expediam, propè pares, illi tres, tibi uerò sex filiæ, de quarum moribus silentium breuiloquio præferendum puto, & quæ nam Deus bone, quàm flores ex utroq; sexu, nepotum ac pronepotum acies, quàm dulcis turba, quàm iucunda societas? quis ille, ne infinita sequar, ex primogenito filio, primogenitus nepos, Ioannes diuinus quidem, & plenus priscæ ueræq; Romanæ indolis adolescens, cui iure optimo Columnæ cognomen obtigisse diceres? neque enim de columna ut cæteri, sed ipsa columna dicebatur, in quam scilicet amicorum spes, in quam domus ingens & antiqua recumberet. alter iam Marcellinus euaserat, eadem ætas erat, eadem uis animi, par corporis uigor, idẽ & amor armorum, et equorum studiũ, & equitandi peritia, alter quoq; Marcellus indies, uel si quid Marcello clarius fiebat. quæ cũ ita essent, quaquauersum. Romanũ resonat nomen, uulgò iam fœlicissimus, si duci potest, fœlicior ac summis sublimior uidebaris, sed sapientes expectare finẽ iubent, quod ille fortunatissimus olim rex Lydorum, Solonis cõ silio monet. Re enim uera de mortali fœlicitate mors iudicat &, q; mirabilius, de æterna. Nemo ergo confidat lubrica fœlicitas est. Vis te fœlicem fatear? morere, ueri testes uitæ, sunt ciuis ac sepulchrum, aliter enim, quò altior es, eò grauiori subiaces ruinæ, unicum fœlicitatis exemplum eras nostri temporis, si qualis uitæ cursus, talis exitus fuisset, nihil mali est, q; non secum afferat longa ætas. ut multorum dierum nauigatio, sic multorũ annorũ uita est. Non unum cœlo sydus, non una tempestas pelago, sæpè flectendus clauus,

clauus, sæpè cõtrahẽda sunt carbasa, & sæpè, quo nihil periculosius habet ars nautica, pro uentorũ uarietate flectenda sunt, nunquã expectes ut diù sit immota tranquillitas, aut maris aut uitæ, mutantur assiduè rerum facies, & sæpè serenissimus mane dies, nubilo fine concluditur: *Me ne salis placidi uultum fluctusq; quietos, Ignorare iubes? Me ne huic confidere monstro?*

Hoc apud Virgilium ille famosus nauta, in mari dicit, hoc apud seipsum sapiens uir dicet in uita. nihil metuit armatus, & iugi meditatione præparatus animus, improuidum & sibi læta omnia promittentem, quælibet aduersa deiciunt. Sed ad fortunæ tuæ uarietatem redeo. quinque germanos fratres iampridem sepelieras, quem non tantarum columnarum ruina prosterneret? mansisti tamen inconcussus, &, q; propriũ magni inuicti q; animi fuit, in te unũ uniuersam domus sarcinam transtulisti. ex illo quidẽ, damnũ irreparabile, immortali cõpensabas, Fama rerũq; p grandiũ memoria, solabaris, in q; tot fratrũ locũ, nepotum lõgus ordo successerat. dilecta tibi interim & amãtissima uxor eripit, fœlix morte sua, nec in hũc seruata dolorem, multò quidẽ sua morte fœlicior, q̃ uxor Euandria, de qua id dictũ est. Illi enim ne unius, huic ne plurimorũ filiorũ acerbũ interitum uideret, tempestiua morte cõsultum est. eripitur & natorũ maximus, cui singulariter incũbebas, geminũ graue uulnus, tàm multa ppesso, mansisti tamen iam ruentib. fundamẽtis. inde alijs usq; ad inuidiosam magnitudinem auctis, & mira luce fulgentib. fortunæ peperceras, & miscens amara cũ dulcibus, desideriũ defunctorũ superstitũ solatio leniebas. iam sensim obliteratus priorũ uulnerũ dolor erat, fœlix adhuc, & (ut dixi) Metello fœliciori mori poteras, lõga uita præstitit, ut fieres Priamo similior, quàm Metello. Metellum quippe sepelierunt sui, suos Priamus sepeliuit. multum diuersa conditio. trux fortuna, pauca ne inconstantiæ tuæ argumẽta præbueras, nisi ueteribus etiam, nunc exemplis Stephanus noster accederet, quem breuissimo tempore, uario genere moriendi, filiorum ac nepotum multitudine spoliatũ, de fœlicissimo patre miserandus orbitatis spectaculum posuisti? ô magnanime uir, ô memorabilis Stephane, iam fœlicior apparebas, quàm qui fieri posses infœlix, iam comitatior eras, quàm qui solitudinem formidares, iam morti proximior quàm cui esset mors filiorum adolescentium metuenda, extra teli iactum constitisse uidebaris. sed impotens illa, & immitis Dea est, seu uerius Dei ministra, & diuinarum uoluntatum executrix impigerrima, sed occulta, miris & incomprehensibilibus modis agens. cuius ut clandestini semper & uarij, sic sæpè mœsti & flebiles ludi sunt, & certè nullum hac ætate clarius, suæ uarietatis indicium erat, ideò insidiatam esse, & ascensui glorioso fauisse crediderim, quo se mundo notiorem faceret, & post tantùm fauoris insignior clades, & ex tàm alto terribilior casus esset. neque enim poteras tàm infœlix. Talium filiorum numerus efficit, ut spectabilis orbitas tua, heu dulcedo amarissima, heu laboriosa requies, heu funestæ blanditiæ, quid metuendum? quid optandum? quid tenendum uitandũ ue homini est? Importunum nihil habuisse, quod placeat, durum dulcia tot habuisse quæ perderes. uixisti nimium fateor, sed sic oportuit, ut doctior morereris. putasses solidum aliquid esse, fortunam, si eius alteram tantummodò faciem aspexisses, ô multis iactate casibus, quid nunc expectas ut dicam? nolo speres, nolo desperes, alterum uani, alterum infirmi animi est. quid enim oro te speres? nouos filios? noua coniugia? intempestiua est ætas, tàm senectus apta nuptijs quàm bruma messibus. ridiculum ioci genus, sponsus, senex, contrà autem quid desperes? de tot filijs nullum habes. si habes teipsum satis est, nullæ diuitiæ maiores, nulla clarior possessio, quàm in potestate animum habere. inuenimus, qui centum quindecim filios habuerit. Herotimus quidam rex Arabum, mirum dictũ, septingentos habuisse traditur. seipsum habere paucis contigit. Amisisti colloquia filiorum, tecum loquere, cum alijs enim omnium, secum loqui paucorum est, multa sunt quæ loquaris, multa quæ respondeas, multa enim in tàm longa uita fecisti, quorum uel meminisse iucundissimum esse potest. Non possunt (ut apud Ciceronem ait Cato) omnes esse Scipiones aut Maximi, ut urbium expugnationes, ut pedestres, naualesq́ue pugnas, ut bella à se gesta, ut triumphos recordentur. tũ uerò de illorum

es acie, quibus rerum ſuarum recordatio glorioſa eſt. recordare quæ geſſeris domi militiæ, quæ, terra pelagoq; ſis paſſus, quos labores, quæ pericula obieris, quæ tibi clariſsima contigerunt. fateberis credo te, & ſi ſemper ſine liberis fuiſſes, magnum uirum, & non ocioſa quidem fœlicitate, ſed fœlicem tamen. nunc uerò nec ſine liberis fuiſti, & tales habuiſti, quales ut amiſiſſe durum, ſic habuiſſe ſuauiſsimum ſit. adde quod nihil incauto accidit. Ea ſapientia tua eſt, ut non modo quæ tibi euenerunt, ſed & omnia quæ poſſunt euenire præuideris. poſsibile enim, nihil eſt inopinabile ſapienti, ſtultorum impræmeditata ſunt omnia. non hoc dicere uolo, maius quiddam in animo eſt, cuius tibi uno uerbo memoriam renouare ſatis erat, ſed nec quid eorum quæ ex te audierim effluere mihi putes, dicam expreſsius. Memento ergo, mihi enim imago illius temporis ante oculos eſt, dum ante annos decem, Romæ tecum agerem, & fortè ſoli, hora diei iam ſera eſſemus, deambulantes in uia lata, quæ à domibus tuis ad Capitolij arcem ducit, conſtitimus tandem illic, ubi tranſuerſa illam ſecat uia, quæ à montibus ad Camilli arcum, atque inde ad Tyberim deſcendit, dumq; in illo quadriuio, nullo interpellante multa colloqueremur, de ſtatu domus ac familiæ tuæ, quæ tunc ut ſæpè alijs externis clarior periculis, ciuili bello grauiſsimo agitabatur, incidit (ut fit) unius ex filijs tuis mentio, quo cum ſuggeſtu malituolorum reor, eo tempore pluſquàm paterna iracundia diſsidebas, ſed tribuit mihi benignitas tua, quod multis ante negaueras, ut me auctore ille tunc rediret in gratiam) cæterum cum de eo multa mecum familiariter queſtus eſſes, mutata fronte, tandem adieciſti hæc ferè (non enim rerum modò, ſed uerborum mihi ſuppetit memoria). Filius meus, amicus tuus, de quo me cogis, ut paternæ ſim affectus, in ſenectutem meam, quæ honeſtius continuiſſet euomuit, ſed quoniam negare tibi hoc non poſſum, præteritorum omnium obliuio, &, ut aiunt, abolitio ſit, poſt hanc diem, nullum mihi in uerbo iræ veſtigium uidebis. unum non ſilebo, cuius te tempus in omne teſtem facio, mihi quidem obijcitur in primis, qui contra ætatis meæ decus, pluribus me bellis implicem, q̃ oportet, hanc filijs odiorum atq; diſcriminũ hæreditatẽ relicturus, ego uerò Deum teſtor, nullam me aliam ob cauſam niſi amore pacis bella ſuſcipere. quietis auidum me uel ſenectus ultima, & in hoc iam tereo pectore frigeſcens animus, uel longa humanorum caſuum reddit obſeruatio. uerũ ita fixum atq; firmatum habeo, labori terga non uertere, mallem tranquilliora, ſed ſi ita ſors tulerit, ad ſepulchrum potius pugnando perueniam, quàm diſcam ſeruire ſenex. Ad id ſanè, quod de hæreditate dicitur, hoc unum reſpondiſſe uelim, & hic fige in me oculos, animumq;. Vtinam hæreditatem aliquam filijs dimitterẽ, ſed aliud uoto meo debitum, aliud fato uiſum, quod mœſtus dico, ſiquidem cum ſuſo naturæ ordine, filiorum meorũ omniũ hæres ero. hæc dicens, undantes lachrymis oculos auertiſti. id quo'nam ſeu animi præſagio, ſeu Dei monitu dixeris incertum, quamuis uaticinari aliqua, de natorum euentibus, principes ſolere, teſtis eſt diuus Veſpaſianus, qui alterius natorum mortis genus, amborumq; prænunciauit imperium. Ego quidem die illo, tanquam uel caſu tibi elapſum, uel ab indignatione profectum uerbũ cõtempſi, fateor, necq; tantarũ fore uirium ſuſpicatus ſum, poſt longum uerò tempus, dum crebris filiorum mortibus, quæri fidem, uaticinio uiderẽ, rem inter amicos retuli. inde in uulgus effuſa eſt, itaq; ſacræ memoriæ Ioannes, Romani de cus Cardinis: & familiæ tuæ princeps, tribus iam fratribus defunctis, euicit precibus extorſitq;, ut ſibi rem totam ordine narrarem. quod cum inuitus feciſſem, ille ſuſpirans ait: Vtinam genitor noſter nõ tàm ueridicus uates eſſet. eodẽ anno, ferali illo primogeniti tui, ac nepotũ caſum, magis ac magis horrere præſagiũ tuum cœpit, donec ipſe dolore confectus, ut arbitror, nouiſsimè moriendo, dictum patris triſti quidem, ſed plena fide compleuit. quæ res cunctis qui eam audiuêre mirabilis, mihi uerò magis indies horribilis ac ſtupenda eſt. Meminiſti omnium non dubito, ego certè ſic memini, ut adhuc ſepulchrum illud marmoreum antiquum, quod in angulo eſt, & cui uterque noſtrum cubito inſiſtebat. ad hæc, & omnis tui habitum ſpectare, uocesq; illas tuas his auribus audire mihi uidear. quæ cum ita ſint, non debet intolerabile damnum eſſe, quod tanto ante præuiſum eſt, armat enim meditatio animum. quid pateris, quod non te paſſurum ſcires? nemo

nemo plorat filium ſe genuiſſe mortalem, niſi ſit idem amens & propriæ mortalitatis oblitus. Amamus noſtri ſimiles filios habere, nihil uerò magis eſt noſtrum, quam inſita atque indicta naſcentibus conditio moriendi, ſola omnium inſeparabilis inhærens quæ oſsibus ac medullis, quid ergo dolent, homines in funeribus filiorum? profectò non certum & publicũ naturæ debitũ, ſed mortis inſperatũ ordinẽ, hic tibi (quantũ intelligi datur) nec improuiſus nec ignoratus fuit, prima lugendi cauſa ſublata eſt, inopini dolor uulneris, aut igitur affectus tuos, diuino ſubdis imperio, quod docti omnes & benè inſtituti faciunt) & quæcunq; tibi acciderunt, tàm præuidiſti æquanimiter, quàm tuliſti. aut ſi fortè (quoniam ſuum naturæ ius eripere difficile eſt) gemitũ reluctanti paternus amor ui expreſsit, tantum tamen tempus efluxerit, ex quo lugere primũ cœperis, ut iam ueriſsimile ſit, lachrymas aruiſſe. lenteſcit enim tractu dolor, lenteſcit & gaudium, quodque unum habent bonum, humanarum paſsionum nulla perpetua eſt. ſed quoniam magnas res agentibus, oratio longior inuiſa, finem faciam, ut uerò non inhumani patris fuerit epiſtolæ principium, ſi id pietas coëgerit, humentibus oculis legiſſe, ſic ſiccis ſinem luminibus perlegere uiri fortis erit, & indomiti, itaque totum animum collige obſecro, & ingenti niſu fortunæ ruentis incurſum excipe, quiſquis primum impetum pertulerit uictor erit, plures enim terrore quã ui ſuperat. ſed quid ago? quod ſuadeo impleſſe te ſpero, id duntaxat, obteſtor ac deprecor, ne unquam fortè, ut eſt animus ſæpè curioſior, eorũ in quibus nullũ iam niſi memoriæ ius habet, uetera memorando, in nouas miſerias relabaris, ac nimis indulgens patrio dolori, reſcidas hærentium uulnerũ cicatrices, ſine abijſſe, quæ ut redeant impetrari nequit. an crucient, an delectẽt, in tua poteſtate ſitum eſt, uulgus te orbum, ſenem, miſerũ appellet, tu uulgus, ut ſolet inſanire & te fœlicem credito, de utroq; fortunæ dolio guſtaſti. ſcis quid ſapiant, lætũ te dulcia fecerũt, amara cautum faciunt, ut intelligas quorſum fidendum ſit ſecundis. uidebas & olim credo, ſed hoc non negabis, nunquam te clarius uidiſſe. nullæ ſunt certiores ſcholæ, quàm in quibus experientia magiſtra eſt, quod à multis audieras uidiſti, & aurium diſciplinam oculis approbaſti. uides eam, de qua omnis ferè mortalium ſermo eſt, nihil eſſe fortunam, uides fabulam eſſe, quæ uulgò dicitur fœlicitas, illamq; amiſiſti, inueniſti aliam certiorẽ, atque ſolidiorẽ. Et quã, inquies inter tot dolores mihi fœlicitatem oſtentas? quam putas, niſi quam nemo tibi unquam ſi nolis eripiat? Monſtro tibi fœlicitatem contrariam, primæ bonis tuis eſſe contentum, ſcire quibus ornatus uidearis, tua non fuiſſe, diſcuſsis demum erroribus, ueras opiniones executum licet ſerò. ante omnia formidatum gentibus fortunæ imperium, nõ timere. quid dicam ampliùs? In hoc deſino, nudus intraſti, nudus ingredere, & illam humanarum, ut aiunt, rerum dominam, celſo animo cõtemnere: nocuit uſque adeò, nocere iam non poſsit, quid nunc etiam cogitat, quid minatur? exhauſit pharetram exarmata eſt, nec habet illa quod iaculetur, ne tu habes, ubi de cætero feriaris. Vale.

Fran. Petrarcha Olympio ſuo, S. IL.

Se domum non repererit dolet.

NIhil omni ex parte fœlix aut dulce, dũ uiuimus, ſentio quàm impropriè locutus ſim, immò uerò dum nõ uiuimus, cũ enim uiuere cœperimus, nihil niſi dulciſsimũ ac fœliciſsimum erit. ecce dũ eo lætus ac redeo, exoptatiſsimũ mihi tuũ, & illius amici optimi cõſpectum colloquiumq; perdidi, uix lachrymas continui, domum hodie reuerſus, ubi comperi uos ſimul, hic fuiſſe, mei uiuendi deſiderio, ſuperatis alpibus, atque omni uiarum aſperitate calcata, mecq; non inuento, magna uelut deſtitutos ſpe dolentes abijſſe. hæc enim & famulorum uocibus perdidici, & literis ueſtris, quas inter libellos meos, tanquam eximiæ dilectionis obſides reliquiſtis, & arrabonem moræ breuis & pignora redeundi. ſed quoniam dura leniorem in partem flectere ſapientis eſt, cogitemus id cœlitus actũ, ne me ut optabatis inuẽto, cõgreſſu amici feruor ille tepeſceret, & animorũ, quo nũc ut reor, per abſentiam irritato, pro paucorum forte dierum gaudio prærepto multorum

nobis annorum iucunditas compenſetur, de hoc tamen illa uiderit, cuius adamantina duritie, ſæpè humani conſilij acies, infirma retunditur, certò ego ſic mihi fingo, ſic cogito, ſic ſpero, & in hac ſpe multis obſeſſus laboribus conquieſco. De quo quid ſentiam, quid uetibi ſuaſurus ſim, quod & magna res eſt, & nuncius hic feſtinat, in diem alium differre coactus ſum. Vale.

Fran. Petrarcha ad Olympum, S. III.

Quanto fontis Sorgiæ amore teneatur.

EXpectaui anxiè, nec dum aut patiens nuncius, aut ocioſus dies affuit, itaq; ſimul concepta carptim explico, non quidem ex animi mei ſententia, noui enim orationis perpetuæ quanta uis, ille orientalium fluuiorum maximus, multis diſtinctis alueis, uides quàm nõ modo permeabilis, ſed etiã cõtemptibilis factus eſt, ſed pareamus tẽpori, ſit libitũ quod licet, quando q; eſt libitũ nõ licet. & quoniã nuncij huius, haud ſat explorata fides erat, unã duntaxat epiſtolæ tuæ partẽ exequar, ubi reditũ ad fontem Sorgiæ diſſuades, ut illã tibi ſolicitudinem eripiã. uideris enim mihi, de hac re non mediocriter curare, nec immeritò quod eò ſæpius uocantẽ Socratem noſtrũ, non audire non potui, itaq; ſuictus tandẽ precibus, ſpoſpõderam, ſi tractata ſuccederent, quibus & honeſtus illic manendi color, & uitæ neceſſaria quærerentur, uitæ, inquam, ſodalitũ, et multorum ad me illic de more conuenientiũ, mea enim uita, non modo neceſſarijs inſtructa, ſed uereor, ne ſuperuacuis impedita ſit, quo ſibi libuiſſet ſecuturum, non ignarus quidẽ rerum harũ & illarum, ſed magnũ ibi hactenus ducem noſtrum, & uos omnes eſſe cogitans, quos mihi reliquos mors feciſſet, amoris ueſtri, uelut uncis quibuſdam ualidiſsimis retrahebar. nunc mutata ſunt omnia, & amicorum turba abijt, & dux noſter obijt, & Socrates meus, qui ſolus ibi eſt, quamuis unus in me poſſit omnia, quamuis inueteratæ conſuetudinis ui, & ipſe ibi eſſe, & omnes ſuos, mecq; ante alios ſecum eſſe deſideret, nunquam tamen audebit, omni ſpe abſciſſa, in eas nos terras accerſere, ubi omnes prorſus alienigenæ atque hoſpites futuri ſimus. neque enim ludus eſt, hominibus mortalia & caduca corpuſcula trahentibus dicere, quod animæ fœlices corpore reſolutæ, apud Virgilium loquuntur.

Nulla certa domus, lucis habitamus opacis,
Ripарumq; thoro, & prata recentia riuis
Incolimus.

Si enim iſta ſufficerent, poſſet utiq; Clauſa uallis, unde Sorgiæ fons erumpit, nobis omnibus abundè riuulos nitentes, & frondoſas domos, & herboſa cubilia miniſtrare. ſed plus aliquid exigit natura, philoſophos quidem, & poëtas duros ac ſaxeos uulgus exiſtimat, ſed in hoc fallitur, ut in multis, carnei enim ſunt, humanitatem retinent, abijciunt uoluptates, eſt autem certa, uel philoſophicæ uel poëticæ meta neceſsitatis, quàm præterire ſuſpectum ſit. non eſt per ſe ſufficiens (ut ait Ariſtoteles) natura, ad ſpeculari, ſed oportet & corpus ſanum eſſe, & cibum & reliquum famulatum exiſtere. neq; enim cantare ſub antro Pierio, thyrſum ue poteſt contingere, ſæua paupertas, atq; æris inops, quo nocte' diecq; corpus eget (ut Satyricus ait) magno ac perpetuo apud doctos philoſophici poëticique dogmatis conſenſu rerum, ſed uerborum uarietate multiplici. Igitur Clauſa uallis (ut cœptum ſequar) ad aliquid breue tempus, urbanarum uoluptatum tædio affectis, ut olim diuerticula, non inamœna ſufficeret, in longum certè, nec promitteret neceſſaria, nec præſtaret. nobis ſanè, ſi ſapimus, non in longum modo, ſed in finem quoque proſpiciendum eſt, ut uitemus illud Senecæ, quod humano generi facit improperium, ubi ait: De partibus uitæ cogitare omnes, neminem de tota. uerè ſic eſt enim, & hoc eſt, quod conſilia noſtra præcipitat, ut inter occupationes tàm uarias, miſerandum ſimul, & ridiculum ignoremus, quonam fluctuantis uitæ gubernacula dirigamus. Scio Clauſæ uallis optabilem æſtiuo præſertim tempore ſtationem, & ſi illi unquam ſeceſſus, ille gratus fuit, mihi fuiſſe gratiſsimum, decennis indicio eſt mora, quod ſi apud te, immò uerò apud alterum me ſine iactantia gloriari licet, pace montium ac fontiũ ſyluarumue, quid uſq; nunc loco illi non dicam clarius, ſed certè

ſed certè notius incolatu meo accidit: opinari auſim, apud multos, non minus illum meo nomine, quàm ſuo, miro licet fonte cognoſci: quod idcircò dixerim, ne quis dubitet, me illius rus non ſpernere, quod mihi meisq; rebus aptiſsimum ſemper inueni, ubi ſæpè curas urbanas, ruſtica requie permutaui, quod non tantùm electione ipſa, ſed agreſtibus muris, & (ut ſpero) ſolidiore cemento, uerbis atque carminibus illuſtrare pro uiribus ſtuduiillic, iuuat enim meminiſſe, Africam meam cœpi, tanto impetu tantoq; niſu animi, ut nunc limã per eadem referens ueſtigia, ipſe meam audaciam, & magna operis fundamenta, quodammodo perhorreſcam illic & epiſtolarum utriuſq; ſtyli partem nõ exiguam & penè totum Buccolicum carmen abſolui, quàm breui dierum ſpatio, ſi noris ſtupeas. Nullus locus, aut plus ocij præbuit, aut ſtimulos acriores, ex omnibus terris ac ſeculis, illuſtres uiros in unũ contrahendi, illa mihi ſolitudo dedit animũ, ſolitariam uitã religioſumq; ocium, ſingula ibi, ſingulis uoluminibus perſtringenda, & laudanda ſuſcepi. denicq; iuuenillem æſtum, qui me multos annos torruit (ut noſti) ſperans, illis umbraculis lenire, eo iam inde ab adoleſcẽtia ſæpè confugere, uelut in arcem munitiſsimam ſolebam. ſed heu, mihi incauto, ipſa nempè remedia, in exitium uertebãtur. nam & his, quas mecum aduexeram curis incendẽtibus, & in tanta ſolitudine nullo prorſus ad incendium accurrente, deſperatius urebar, itaq; per os meum flamma cordis erumpẽs, miſerabili, ſed, ut quidã dixerũt, dulci murmure, ualles coelũq; cõplebat. hinc illa uulgaria iuuenilium laborũ meorũ cantica, quorũ hodie pudet ac pœnitet, ſed eodè morbo affectis, (ut uidemus) acceptiſsima. quid multa? ſi quæcunq; alibi, cũ his quæ ibi ſcripſi conferantur, loca omnia, locus ille, me iudice, hactenus ſuperet. eſt igitur eritq; dũ uixero, ſedes illa mihi gratiſsima comemoratione iuuenilium curarum, quarũ uſq; adhanc ætatẽ in reliquis elaboro. ueruntamen niſi noſmetipſos fallimus, alia quædã ſunt uiro tractanda, quàm puero, & ego aliud illa ætate non uidebã, obſtabat tamen recto iudicio cæcus amor, obſtabat ætatis imbecillitas, paupertas q; conſilij, obſtabat reuerentia ducis noſtri, ſub quo eſſe pluris erat, quàm libertas, immò ſine quo, nec libertas, nec uitæ iucunditas plena erat. nec & illum, & quicquid dulce ſuperat, uno penè naufragio amiſimus, quodq; ſine ſuſpirio dici nequit, uirentiſsima olim laurus mea, ui repentinæ tempeſtatis exaruit, quæ una mihi, non Sorgiam modò, ſed Druentiã Ticino fecerat clariorem, uelumq;, quo oculi mei tegebantur ablatum eſt, ut uideam quid inter uallem Clauſam, Veneſini, & aptas Italiæ ualles, colles q; pulcherrimos, & urbes amœniſsimas ac florentiſsimas interſit. interq; unicum Sorgiæ fluuium ac fontem, & tot lucidos fontes, tot uaga flumina, tot piſcoſos lacus, duo longè clariſsima maria Italiam, curuis & ſpecioſis anfractib. hinc inde uallantia, ut reliquas naturæ præſtantiſsimas dotes ſileam, atq; in primis ingenia moresq; hominum, non hic dicendi locus eſt. & tamẽ uide, quantum primæ impreſsiones animis hæreant, quantum ue conſuetudo longior poſsit in rebus omnibus, ut enim iuxta perfectæ legem amicitiæ, omnes tibi pectoris mei fluctus aperiam, ſenſum hac in parte rationi rebellantem ſentio, & fateor uallem illam, nunc uel maximè repudiãs ſuſpiro, mecq; uel inuitum neſcio quis locorum amor uellicat. Ibam uerò nunc longius ſed expectantis murmure nuncij admoneor, ut dicam. Vale.

Fran. Petrarcha Olympio ſuo, S. IIII.

Illum iterum cæteroſq; amicos ad uitam ſolitariam inuitat.

OMnis amor impatiens moræ, feſtinationis apperens, nec ulla tanta celeritas eſt, quæ nõ tarditas ſit amãti. multa tibi heſterno die ſcripſerã. ſed quoniam & multa ſuperant, & exonerari animus ardebat, cũ fortuitus nũcius nõ adeſſet, ad domeſticos me cõuerti, & ſingulorũ quidẽ obſequia trutinanti, ut intelligas, quàm uẽtri deditus ſim, coquus primus occurrit, quo ſine incõmodo, immò uerò nõ ſine cõmodo carerẽ. coquus, inquã, q; non te latet, apud maiores olim noſtros, uiliſsimum mãcipiũ, uicta demum Aſia in pretio haberi cœptum. nunquam utinam armis Aſiam uiciſsemus, ne unquam ſuis illa delitijs, nos uiciſſet. ſed ad noſtra feſtino. Coquus ergo nunc mihi pro uiatore fuerit, uillicos pro coquo, ſcis me ruſtico apparatu, & cibis agreſtibus delectari, & in tenui uictu ſolum cum Epicuro ſentire, cui in hortulis & oleribus illius à ſe laudatæ uoluptatis ſumma reponitur. ſæpè quidem ruſticitati meæ gratulor, quæ mihi perpetuã fecit, q; his delicatis ac lautis uiciſsitudo

uicissitudo facit, alternum. quis est enim tàm fastidiosè arrogans, cui non semel in anno dulce sit, uel in herbosis aggeribus sub diuo, uel in amici pastoris tugurio discumbere, quamuis auratæ trabes non impendeant, quamuis mensas argentum graue non oneret, murosq; marmoreos, purpurea aulea, nõ uestiant, cuius tàm ambitiosa sitis est, ut præter patulam gemmam seu leones aureo nemore decertantes, Polycleti opus poculũ omne fasti diat? aut cuius tàm superba fames, quæ non interdũ rustico conuiuio sedari queat, quãuis peregrinæ Colchorum uolucres nõ alsint, nec ignotis littoribus iactatus rhombus, interq; duos põtes captus Tyberinus lupus, cui ueterum opinio palmam inter pisces tribuit? hæc ergo, quæ his nauseatoribus nõnunquam raritatis lenocinio temptantur, mihi naturæ beneficio semper accepta sunt. & si quando forsitan alternare libuerit, hic mihi iugis uiuendi tenor placeat. lautiora non respuam, sed quæ rarissimè et magno redeant interuallo. neue me frustrà loqui putes, cũ longè aliud sim dicturus, ista sic accipies, ne fortalsis incõmodo meo consuleris, coquum meũ mihi ante remiseris, quàm plenè consiliũ ceperitis, de summa rerũ nostrarum quæ nunc agitur. in quam quæso, aperite aures, & non repugnantes animos adhibete. quod enim uni dico, omnibus dico, & cupio has literas (si fieri possit) per ora amicorum omniũ circũferri, & si quis ibit istinc ad occidentẽ nuncius, Socrati nostro nominatim dirigi, ut omnes agnoscant, uel sensus meos uel ineptias. multa quidem altius dici possunt, an nõ multa (nisi fallor) utilius, de hoc tamẽ uos tamẽ uideritis, ego institutũ sequar. Equidẽ aut omnino nihil calleo, aut nisi iam uiri sumus, nunquam erimus. nemo nobis blandiatur, nemo nos iuuentutis appellatione decipiat, nõ sumus decrepiti, esto ne senes simus, at profectò nec pueri, tempus est puerilia relinquendi, tempus est, inquam, esset utinam, nec transisset, sed mihi crede transiuit, & magna iam ex parte post tergum est. sed & aliquid reliqui esse nõ inficior, id ne pari segnitie dilabatur, celeriter occurrendũ est, alioquin euẽniet nobis (quod uulgò ferè omnibus) ut adolescentiam respectantes, & in illam oculis ac mente conuersi, senectutis in foueam incidamus, atq; ita demum iacentes, illusiq; de naturæ fragilitate, decq; æui breuitate lamẽtemur, & ueræ querimoniæ Theophrastum proferamus auctorem, Cicerone ac Salustio, & Seneca resistentibus, magnificè superandum, quin arripimus hoc quantulumcunq; quod restat, incq; usus nostros uertimus, ita ut secundum ipsius Senecæ sententiam, quæ Ciceronis ante fuerat, quod facere solent, qui serius exeunt, & uolunt tempus celeritate reparare, Calcar addamus, cuius ope ueras opiniones, & fugientem hactenus beatã uitã, uel sub ipsum uitæ terminũ consequamur. nunquã enim serò fit q; salutariter fit. Nã & si reprehẽsionẽ dilatio mereatur, emendatio tamen laude digna est, certe q; bonum est, intempestiuum esse non potest, alioquin bonum utique non est, si tempestiuum esse desijt. qualem esse credamus pœnitentiam defunctorum, ad nihil iam, nisi ad miseriæ cumulum ualituram, cum contrà non inefficax pœnitentia senum sit. Nos uerò nõ pudeat, quod multò ante decuit fecisse, uel nunc aggredi pudeat, potius ne nunc quidem uariante capillo, turpè est, uariantia non firmare consilia. Aggrediamur itaq; iam tandem & cogitemus, acriter, quo instatu res nostræ sunt, nec nostræ solum res sed quorumcunq; mortalium, quid enim quæso uita hominis flatus exiguus, & tenuis fumi uapor? sentit in se quisque q; putre, q; debile, quàm caducũ corpus inhabitet, sed errore iã publico dissimulamus, & imbecillitatis nostræ conscij, diuturnitati proxima cupida menti concepimus. sic est. Nemo est. qui se moriturum credat, immò uerò nemo est, qui non se mortalem sciat, sed diem mortis, qui forsan hodiernus est, in longum pro se quisque reijcit, ita cuius maximè præsentia timemus, eius absentiæ maximè fidimus, cum nihil tàm ambiguè absit, nihil tàm subitò præsens fiat. fallit miseros Aristotelicum illud, ait enim quæ longè, ualdè non timentur. sciunt enim omnes quod morientur, sed quia non propè nihil curant. hæc ille uir tantus, in Rhetoricis, ego autem & nihil curare mortem homines fateor, & esse quam idem dicit incuriæ causam, non nego, sed eam ipsam falsam esse concedo, nam quid falsius, quàm longè ualdè mortem credere, quæ ne unquam longè sit, uitæ breuitas facit, ut semper impendeat, supraq; caput sit? facit humanorum casuum mira uis, ineluctabilis euentus, infinita uarietas. nihil ergo homines mortem curant, non quia est, sed

est, sed quia creditur longinqua, si enim scirent, quàm propè est (quod necessario scirent nisi ultrò oculos auerterent) puto uel timere mortem inciperent, uel ita se uirtutibus armarent, ut eam ceu melioris uitæ principiũ, meritò non timerent. nunc uerò quem inuenies, qui nõ uirtute abiecta, longæ uitæ spem arripiat? quæ ut nõ fallat, & ut sit uita longissima, breuis erit, & in finẽ uitæ spes uiuẽdi, q̃uis rarius, q̃uis nihil mentita fefellerit. Quẽ, inquam mihi reperies, qui nõ coëtaneis suis, se superuicturum speret? ita cogitatus nostros, actus q; disponimus, quasi nullus noster, omnium hæredes futuri simus, cum interim nostra suos expectatores habeat hæreditas, & haud dubiè falli alterutros sit necesse. eripiamus nos huic ludibrio, & si ratio non mouet, moueant nos exempla, quæ undiq; uel nolentibus oculis se offerunt, & uel exclusa se ingerunt, uel admissa præcordijs insident, nec facile nisi contemptu impio & obliuione mortifera differuntur. delectat scire quid scimus, & quo imus, quis cunctantes tergiuersantesq; manet exitus, intueamur alios, non lynceis oculis est opus, aut illius acie, qui à Lilybei specula, digredientem portu Carthaginis classem Punicam numerabat, iuxta respicere iubeo, uicina ostia, contiguas domos, urbes ipsas, quas incolimus, nimis uagos, ad proprios lares ac limina redeamus, uidebimus, quàm repentè uelut somnium ac umbra præterijt, atque ab oculis nostris euanuit, quicquid in terris charius habeamus. amici qui pro nostra uita ituri ad mortem, si res poscceret uidebantur, mœstam nobis, & nimis solitariam sorte sua uitam effecerunt. non illi nos hic perpetuos reliquêre, sed eodem properantes prœuenêre, & sorte sua in tempore usi sunt, utemur nostra nos, nam, ut ait Flaccus: Omnes eodem cogimur, omnium uersatur urna serius, ocyus, sors exitura, exiuit ocyus fors illorum, exibit nostra serius, sed confestim: nulla mora est, quantulum enim refert, senex an iuuenis moriare? si ad finem uitæ respicis, quæ ultima & communis omnium est senectus, uerum est illud:

Nemo non senex moritur.

Si ad uitæ spatiũ nemo nõ iuuenis, si ad opiniones, nemo nõ puer. uerũ ista prætereo, tàm multa enim occurrant, ut uix ꝓpositũ sequi possim, piget & impedior gemitu stringere numeris, quos affectus intimos, quæ dulcia pignora mœstus, ac pestilens, & ex omni seculorum serie eradendus nobis annus hic abstulit, pauci fateor, ex omni grege hominum, pauci admodum superestis, cum quibus & uiuere eligam & mori. non quod ego plures alios ab hac acie secludam, nisi quos à nobis uel coniugium, uel occupatio, uel ætas, uel difficultates aliæ disiungunt, amaricq; iubente longinquo. neque uerò nunc de superioribus agitur, quorum beneuolentia fortasse aliqua conuersatio nulla est, obstat enim mutuo conuictui, disparitas fortunarum, & amicitiarum uirus insolentia, dũ uilescere metuentes, adorari expetũt, non amari. nos uerò qd impedit, quo minus has uitæ reliquias, quantulæcũq; sunt, simul in pace animi bonarumq; artium studijs transigamus? & si infreto? uiximus (ut ait Seneca) moriamur in portu. an quod uni quondam domino obsequẽtes fecimus, id nobis uiuentes non audebimus? plusq; in nobis potuit seruitutis studium, quàm libertatis amor potuerit? Et si enim nobis ea seruitus libertate qualibet gratior foret, quod illius uiri optimi, & in eo statu minimè insolentis affectio, merebatur tamen, esse sub altero, parêre alteri, alieno uiuere, uideri possunt seruitutis honestioris, ueræ autem libertatis utiq; non sunt. En inuisa licet, contigit libertas, aliquantoq; citiùs quàm optauimus nostri sumus, & animos quidem nosse, omniũ uideor, an fallor? impedimenta rerũ, sors omnia nõ nouit, & si mihi nihil in uobis occultum rear. non sumus principes maris & terræ (ut Aristoreles ait) nec oportet ad beatam uitam, habemus autem quod sufficere possit animis molestis, sequè componentibus ad naturam, quod si singulis sat est, quid omnibus euenturũ suspicemur, ubi uicissim alter alteri manum dabit, & quicquid necessitatis inciderit, alterna ope supplebitur? Abundabimus mihi crede, magisq; forsan inuidia nobis, quàm inopia metuenda est. quid igitur expectamus? quid mari & montibus fluminibusq; distrahimur? cur nõ tandẽ domus una cõiũgit, quos olim iunxit unitas uoluntatum, nisi quia noua quælibet, & insueta refugimus, multa què pollicitam spem dimittere, uocantemquè nos altius fortunam, non audire stultum credimus, cum multò sit stultius, cõtemptis rebus, certis ac solidis, in

umbris

umbris inanibus ſpem haberet? ego quidem non conſcientiæ meæ, ſed præſentis epiſtolæ teſtimonio, in uos culpam omnẽ retorqueo, quicunq; fueris, ad ſalubre conſilium tardiores, quin huc ſolutis ſeu præfectis occupationum laqueis feſtinate, neq; mihi detur arrogãtiæ quod trahere uidear non ſequi, ad utrumlibet exæquo paratus eſt animus. ſi quis uſquã uitæ noſtræ locus eſt aptior, raptim adero, nõ ſum enim qui fidele conſilium ſpernere ſoleã, nulli credo mortaliũ, maiorũ eſt uel fides uel auctoritas amicorũ, ſin hic ueſtro iudicio præla tus eſt, quod noſtræ fatentur literæ, quod uos nũc etiam tenet? Nolite cupiditati aurem da re, nunquam dictura eſt ſufficit, ſemper neſcio quid deerit, habet hoc auaritia proprium ac peſsimum inſatiabilis eſt, & dum promittit abſentia, præſentibus uti uetat, hæc habendi ſi tis nunquam plura quærendo, ſed pauciora concupiſcendo ſedabitur. crede non mihi, ſed Philoſophis, quorum hæc ad ueras diuitias uia eſt. quod ad me attinet, cupiditatibus metã fixi & oraculi loco Poëticum illud accipiens: *Semper auarus eget.*

Ne ipſe quoq; ſemper egeam, quod ſequitur feci, certum uoto finem petij, eumq; iampridẽ licet reflantibus fortunæ uentis attigit. ne uerebor, ne mihi ſegnitiem meus hæres obiiciat, mihi uiuo, non ſibi, & rerum mearum cum amicis, Dominus non negotiorum eius, qui nõ dum certè mihi noſcitur ſum geſtor, pro me autem, quid mihi tantoperè laborandum? expedit, expeditum eſſe, impedito itinere gradientem, quid nunc etiam inutiles. & funeſtas ſarcinulas cogitamus? eleganter ait Flaccus:

Spatio breui ſpem longam reſeces:

Id ne aũt de breui aliqua uitæ particula dictum putes, & non de tota uita, alio loco ait idem:

Vitæ ſumma breuis ſpem nos uetat inchoare longam.

Ita eſt, non fallitur, nihil eſt uerius, & ſi enim uitæ huius anguſtias, quo poſſumus modò, ætatũ ſcilicet operoſa diſtinctione, laxemus, & in quãtaslibet minutias diuidamus, reduc tamẽ in unam cuncta congeriem, & curioſius ſciſſa reintegrans, à primo ad ultimũ, quam uis longiſsimæ uitæ diem, totum ſimul mẽte complectere, fateberis ſummam huius rapidiſ ſimi temporis eſſe breuiſsimam, huius ipſius ſi retrò circumq; reſpicimus, bona pars nobis exacta eſt. Colligamus nos igitur ad extrema uiarum, quodq; non ambigitur, duriora abie ctisq; ſuperuacuis neceſſaria tenemus. quid procraſtinamus? quid differimus? dies diem, menſis menſem ſequitur, atq; in ſe, ſua per ueſtigia uoluitur annus (ut præclarè ait Maro) deſinendoq; reincipit, & nunquam ſic deſinit ut quieſcat. quis igitur expectandi modus? aut quis finis? canos iam comites ſenectutis, & nuncios mortis aſpeximus, quid amplius præſtolamur? an ut oculi ſenio caligent? tremant poplites? terga curuentur, primum quis Mathematicus tam longè nobis ſponſor eſt uitæ, Eſto, ſit Petoſyris, ſit Neclepſus, ſit Nigidius ex noſtris, ſit Veritas demum ipſa, quanta tamen amẽtia eſt, quod iuſtis in ſpatijs, et ex cõmodo fieri poteſt inter anguſtias differre, præſertim, quia ut uini & olei, ſic temporis & uitæ ſex in fundo iacet, at illam te, cũ ſuperiora neglexeris, reſeruare ridiculum. Votum ſolet eſſe uiatoribus ante noctem hoſpitari, accingamur obſecro, & poſt multos itinerum labores, illi nos æterno tandem hoſpitio præparemus, in hoc uobis luce chariores fratres, ſi qd in me opis aut conſilij eſt, ſi quid oblectationis aut gratiæ, ex me ſperari poteſt, ſi qd ſubſidij ex his rebus, quas impropriè meas dicunt, cum fortunæ ſint, deniq; meipſum, ẽd ſine arrogantia poſſum, libellos atq; hortulos meos, offero, & ſi quid eſt aliud. ſunt autem non pauca, quorum indiget inops hæc & mortalis uita, quæ nominatim ſtylo inſeri decor uetat. ad extremum, ut in uota precesq; deſinam, inſpiret utinam nobis conſolator ſpiritus, in hoc ſaltem conſpirare, ut dum ſpiramus adhuc, ad requiem aſpiremus, & qui tota die ſuſpirauimus, reſpiremus ad ueſperam. Vale.

Fran. Petrarcha Olympio, S. V.

Solitudinem ſuadet ad capeſſendam Sorgiæ fontem.

IAm ſuperiori epiſtolæ anulum impreſſeram, dum ecce nondum ſatiato animo, quædam uenturi dulcedo temporis, quam mente & cogitatione præcepto, fatigatũ mihi reſtituit calamum, & cunctante nuncio, ne occaſionẽ perderem, ſed ultrò moræ cauſas exquirem admonuit.

admonuit. iuuat enim diù colloqui, iuuat lateri tuo, quos ipſe experior ſtimulos incutere. ſi omnes igitur beatam quærimus uitam, neque ab hoc fine, ulla uſquam mortalium ſecta diſſentit, quanquam quibus ad illam tramitibus perueniatur, multum ſoleat humana curioſitas altercari. ſi, inquam, nobis eſt illa, quam licet perdimus, nec perdere poſſumus ſi uelimus, nec perdere ſi poſsimus, uelle poſſumus, ipſa cum anima fœlicitatis inſeparabiliter adiuncta cupiditas, ſi fœlicitatem ipſam ſcimus, ſine amicorum ſolatio, plenam hic non poſſe contingere, quo gaudijs noſtris obſtamus? quidue omnium bonum impedit tarditas ſingulorum? Venit equidẽ ad nos, ut ait Seneca, ex his, quos amamus, etiam abſentibus gaudium, ſed id leue & euanidum, conſpectus & præſentia, & conuerſatio habent aliquid uiuæ uoluptatis. ea ergo, quàm primum nobis arripienda eſt. Et enim ſi obſcœnæ uoluptatis, Philoſophorum aliqui adeò appetentes fuerunt, ut ibi ſummam boni ponerẽt, & illam humanorum actuum dominam ſtatuẽtes, ipſius quoque uirtutis ſibi tribuerent famulatum, quis erit tàm ferrei pectoris, qui honeſtæ uoluptatis non capiatur illecebris, quàm uirtutis comes amicitia præſtare poteſt? Nam quæ, oro te, uita fœlicior aut lætior, quam cum illis degere, cum quibus te perfectus amor, & mutua charitas, unum fecerint, indiſſolubili quodã nodo, conſenſu unanimi, rerum adhibito: Cum quibus tibi nil diſſonum, nil occultum, ſed concordes animi, ſerenæ frontes, ſermo uerax & inelaboratus, apertimq; etiam cogitatus. hæc ſi nobis uita cõtingerit, nil amplius optabo, & ſicubi fœneratorẽ aut hæredipetam alieno tumidũ uidebo, nullam mihi mouebit inuidiam, me quidem extimatore pauperrimus, licet (ut Satyricus ait)

Poſſideat, quantum rapuit Nero, montibus aurum
Exæquet, nec amet quenquam, nec ametur ab ullo.

Vbe ſanè unum in locum conuenerimus, quid enim & uenturo prohibet gaudere? ſi quidẽ hoc meum habitaculum approbare uidemini, nec immeritò, etenim & ſi non quale habet apud Virgilium rex Latinus, auguſtum, ingens, centum ſublime columnis, at certè iucundum, ſolitarium, ſalubrè, & profectò paucorum tàm benè concordium hoſpitum latè capax. Siquidem ergo uos huc fata contraxerint, iaciemus ancoram, portum inueniſſe uidebimur, & ſi forſan ad quietis noſtræ famam, confluentium amicorum turba ſuccreuerit, nõ deerit urbe media domus auguſtior, quam ſub hac ſpe uacuam ſino, ego enim partem eius exiguam non implerem, cum omni familia quæ mihi ſolitudinis auido, turba ingens eſt. neue tibi his uerbis iniectas compedes, teque uni domicilio aſcriptum putes, erit nobis in Bononia ſtudiorum nutrix, in qua primùm adoleſcentiæ tempus expẽdimus, & dulce erit, mutatis iam non ſolum animis, ſed capillis antiqua reuiſere, & firmiore iuditio ciuitatis illius, ſimul que noſtrorum animorum habitum, & ex collatione temporum, quantulũ uiuendo proceſſerimus contemplatio. erit inde Plato imminẽs Placentia, & Antonini tui uenerabilis domus, cui tu præſides, mediocritatem loci non aſpernatus, multis opulentioribus neglectis, quoniam, ut dicere ſolebas, uicinitatem meam, in prouentibus numeraſti, illic tu omnium hoſpes eris, occurrent, ſi paulo longius proficiſci libeat, hinc Mediolanum, illinc Ianua, illa terreſtrium, hæc maritimarum decus urbium. illa tractus lacus habet & fluuios, hic æquor undiſonum, tumidum, uelifuolum, illic Larium uidebimus uberem lacum, cui Comum adiacet, unde Abdua amnis egreditur. uidebimus Verbanum, qui lacus Maior ab incolis dicitur, quem Ticinus interſecat. uidebimus unde Ollius prodit, nec procul inde Benacum, unde Mintius erumpit, uulgò lacus notiſsimos, doctis etiam incognita nomina. uidebimus impendentes lacubus alpes, aëreas, ac niuoſas æſtate, gratiſsimũ ſpectaculũ, & ſylua aſtra tangentes atq; inter cõcaua rupiũ, q̃rulos riuos ſummiſq; de montibus, magno cũ ſonitu cadentia flumina, & quocũq; te uerteris, auiũ murmur ac ſonitũ. In hoc aũt tractu altero, Apeninus ſupra uerticẽ erit, mare ſub pedib. Tritones in oculis, & pelagi mõſtra, Neptuniq; fragor in auribus, & ſaxorũ fletus, & Nereidũ q̃relæ, ibim⁹ p̃ eos, quibus ultra q̃ credi poſsit oblector, Tyrrheni ſimus æquoris, uacui mordacium atque pungentium curarum, & optatum ſemper ocium, q; nobile illud amicorũ par Scipio ac Lelius, poſt

labores

labores bellicos,in Caietæ olim,nos Ianuæ littoribus,poſt labores pierios ſortiemur,ſi quã do autem hac terrarum parte,pleni erimus,alia nobis Patauí nec minus tranquilla,nec minus idonea ſedes eſt,ubi non ultima portio bonorum fuerit, talis illius uiri meruiſſe conuictum,ſub quo ciuitas illa nunc,multorum ſerie laborum feſſa,reſpirat,ipſum honoris cauſa nomino,Iacobum Carrarienſem, quem amare & colere, in animum ut inducas uelim. nam cum omni ætate uirtus amabilis fuerit,noſtra eò amabilior,quò rarior,eritq; nobis,ad latus omnium quas ego uiderim,& uidi cunctas ferè quibus Europæ regio ſuperbit,mira culoſiſsima Venetiarum ciuitas, eiusqúe dux illuſtris, honorisquoque cauſa nominandus, Andreas,non minus bonarum artium ſtudijs, quàm tanti magiſtratus inſignibus uir clarus,erit & Taruiſium,fontibus fluminibusqúe circumfluum, domus emporiumq; lætitiæ,itaque quotiens identitas tædij mater offenderit,aderit optima faſtidij medicina uarietas,& quicquid moleſtiæ obrepſerit,alterno colloquio, & locorum talium mutatione purgabitur, uides non dubito, quibus te armis aggredior,quibus artibus urgeo,ut uirilibus montis,blanditias muliebres miſceo,omnia facio,ut perſuadeam,quàm fideliter, ipſe mihi ſum teſtis, quàm efficaciter, exitus arguet. quod in me erat præſtitiſſe uideor, poteram fortè ſi uellem hoc ipſum comptius eloqui,ſed affectus immodicus, ſæpè facundiæ officit, dixi utcunq; q; in animo erat,dixi quod intelligeres,atq; utinã probares. Noli,quæſo,qualiter,ſed quid dicam extimare,melius conſulit balbutiens amicus,quàm diſertus hoſtis. ne ſcio finem inuenire,& ſentio me animi calore longius, quàm deſtinaram proceſsiſſe, unũ hoc identidem quod ſine hortatu meo tibi in animo eſſe perpendi, inculcare non deſinam. Conueniamus,oro,impigrè in hunc locum omnes,ſi locus hic omnibus placet, alioquin è totò orbe terrarum (nullum enim mundi latus,nullam barbariem recuſo) eligite,ubi uobis placeat locũ,ego affectus meos exuo, ueſtros induo, modò ſimul eſſe liceat, benè erit. eligite ubi q̃d reſtat pacificè uiuamus,ubi æquanimiter moriamur, tũ interim cura, ne ſanum conſilium corrumpat mora. Vale.

Fran. Petrarcha Bartholomeo Hæremitæ, S. VI.

Carmina quæ petierat amico mittit,

QVod profeſsionem tuam decuit,ex Auguſtini dictis,uolumen ingens,per alphabeti literas collegiſti, rem maioris operis quàm gloriæ. in quo ipſo animum tuum miror, qui ſtudio utilitatis publicæ maiora (niſi fallor) auſurum ingenium inclinaſti, cuius ut uotiuus exitus,ſic proſper euentus, ſicut decuit fuit. ſiquidem cum ob eam cauſam, Clementi Rom. Pont. literatiſsimo,ſed occupatiſsimo homini atque ob id talium compendiorũ auidiſsimo placuiſſes, patriæ tuæ Pontifex factus,& altiora ſperare iuſſus, quãuis,ut eſt animi modeſtia & religionis,humilitas, natalis ſoli iuncta dulcedini, neſcio an nihil nõ dico altius,ſed gratius inter hæc rerum prætereuntium faſtigia ſperare queas,& de labore in laborem miſſus,quod de Auguſtino feciſti,de Ambroſio facere iuberis,parebis iam,cœpiſti enim & perficies ſpero,pari utinam facilitate & fœlicitate. parebis, inquam, ſi te noui, non ut altior fias,ſed ut gratior,& ſi enim ſorte tua lætum te,altioris ſtatus cupido non tangeret, æquum tamẽ animum decet,tàm ſe gratum præbere ultrò oblatis,quàm optatis petiſcq;. nihil enim æquè in omni munere librandum ac donantis intentio. ſed ad Auguſtinum tuum redeo, et ad te. Petiſti equidem,ut in fine illius magni operis quod ſudore tuo de illius opulentiſsimi patrisfamilias,lapidibus & calce compactum, Pontifici præſenti,ſed multò maximè poſteris præparaſti, aliquot tibi uerſiculos ſubſcribendos mitterem, parui & ipſe tibi,cui nil negare uolens,& quãuis iam dudum muſis indignantibus,longeq; aliis curis exercentibus animũ,ab eo ſtudio diſtractũ reuocarũt,preces tuæ, mitto igiſ paucos Elegos,eiuſdemq; ſententiæ totidem,ſi malis hexametros. utere uel utriſque,uel utriſlibet utrosq; raptim, & extemporali impetu dictatos noueris,nuncio tuo mecum ſyllabas metiente, ita ut nulla tàm breuis fuerit, quæ ſibi non longiſsima uideretur. Vale.

Fran.

Fran. Petrarcha Socrati ſuo, S. VII.

Quod annus peſtilens & coniunctos & amicos eripuerit conqueritur.

MI frater,mi frater,mi frater, nouum epiſtolæ principium ,immò antiquum ,& ante mille ferè quadringentos annos Marco Tullio uſurpatum. heu mihi frater amantiſsime,quid dicam? unde ordiar? quo nam uertar? undiq; dolor, terror undiq; in me uno uideas,quod de tanta urbe apud Virgilium legiſti:

nam crudelis ubiq;
Luctus, ubiq; pauor,& plurima mortis imago.

Vtinam frater,aut nunquam natus,aut prius extinctus forem,quod ſi nũc optarè cogor, quid dicturum putas,ſi ad extremam ſenectutem uenero? ad quã ô utinam non uenirem, ſed ueniam,timeo, non ut diutius uiuam,ſed ut diu moriar. Noſco etenim fatum meum & ſenſim intelligo,ad quid in hãc ærumnoſam & infœlicem uitam ſim proiectus. heu mi frater optime, piget ex intimis,ac miſeret me mei. quid enim dicent,qui hæc audient? tu qui ſolamen auxiliumqúe aliis laturus uidebare, qui de te nobis nil mediocre promiſeras, qui malorum uſu obduxiſſe iam callum aduerſus omnes fortunæ tribulos,omnemq; duritiem,ſeu magis in ſilicem obriguiſſe debueras. ecce quàm molliter ſarcinas tuas fers,ecce quàm crebris eiulatibus,aures noſtras percutis, ubi nunc maximè profeſsioni tuæ debita celſitudo animi? ubi uerba magnificaq; que ſi ad ingenij laudem, non ad uitæ conſilium referantur; quid niſi ſortitus inanis,& curioſarum delinimenta ſunt aurium. Præſtolabamur exte carmen Heroicum,elegos legimus,hiſtorias uirorũ illuſtrium ſperabamus,unam cernimus proprij doloris hiſtoriã, quas putabamus epiſtolas, ſunt lamẽta,ubi artificioſas iuncturas uerborũ,noua incude percuſſorũ,& dulciter intermicãtes colores rhetoricos q̃rebamus,nil niſi dolentis interiectiones,atque indignantis accẽtus,& lituras aſpicimus lachrymarum? & quis erit modus,aut quis finis? ſi omniũ fata mortaliũ deplorare uolueris. unum tibi pectus,& una lingua,non ſufficit, ingens miſer moleſtumq; negotium ſuſcepiſti,ſuperuacuum,inexplebile,alio de fonte petendæ ſunt lachrymæ,ſemper nempè recentibus aſsidueq; naſcentibus dolorum cauſis,duo feſsi,iamq; exhauſti & arentes oculi,parũ mœſti humoris infuderint. quid agis igitur,tui oblite,& propria nõ cõtẽtæ miſeria ac morbo,in quem ſciẽs uolensq; incideris,niſi amicis inſuper uenenũ porrigas q; pollicitus medicinam? Quin potius uel fle ſolus,uel diſce mortalis æquo animo ferre mortalia,teq; non ſolum,neq; cum amicis ſolis, ſed cum omnibus rapi uidẽs iam tandem inutilibus querimoniſs modum pone? erit aliquis indignãtior natura, qui mœſtos apices prorſus abijciat,aut conculcet cũ irriſione mordaci, Abi,inget,in malũ ſydus,an ſi tu muliebriter uictus es,nos ſaltẽ uiros eſſe nõ ſines? cuncta præſentio, nilq; me horum frater fallit. Scio uiri eſſe, primũ quidem dolorem propellere,proximum extinguere, tertium moderari,ultimum abſcondere. ſed quid agam? Moriar, niſi dolorem in fletũ ac uerba profudero? illud me ſolatur, q d quicquid ſcripſero,molle quamuis ac friuolum,cum ad tuas uenerit,non ad alienas peruenieſſe,ſed ad proprias manus meas rediiſſe uidebitur, quamobrem non magis erubeſcam, dum hæc à te legentur,quam dum à me ſcriberentur erubui. nec me tamen erubuiſſe negauerim. Sẽſi enim animũ ac ſtylũ excuſſo rationis freno,extra deſtinatum iter,affectibus iẽcto trahi, quo nil moleſtius pati poſſum,id pudori meo grauius inſultat, quod iam annus integer,iamq; alterius bona pars abijt,ex quo nihil uiro dignum,non dicam facere,ſed ne loqui quidẽ cõtigit,tonãte undiq; ac fulminãte ferociter fortuna. qua in re, benigno ſub iudice forſan excuſer,ſi ad examẽ uenerit, illud quoq; non leue aliqd, ſed M. CCC. XLVIII. ſextæ ætatis annum eſſe, quem lugeo, qui non ſolum nos amicis,ſed mundum omnem gẽtibus ſpoliauit. cui ſi quid defuit,ſequẽs ecce annus,illius reliquias demetit, & quicquid illi procellæ ſuperfuerat,mortifera falce proſequitur. Quãdo hoc poſteritas credet, fuiſſe tempus, ſine cœli aut telluris incendio, ſine bellis aut alia clade uiſibili, quo non, hæc pars aut illa terrarum, ſed uniuerſus ferè orbis, ſine habitatore remanſerit? quando unquam tale aliquid uiſum, aut fando auditũ, quibus hoc unquã annalibus lectũ eſt, uacuas domos, dere-

relictas urbes, squalida rura, arua cadaueribus angusta, horrendã uastamq; toto orbe soli-
tudinem: cosule historicos, silẽt, interroga physicos, obstupescunt, quare à Philosophis, hu
meros contrahunt, frontem rugant, & digitulo labris impresso silẽtium iubent. Credes ista
posteritas, cũ ipsi, qui uidimus, uix credamus, somnia crediturí, nisi experrectis, aperti hæc
oculis cerneremus, & lustrata urbe funeribus suis plena, domum reuersi exoptatis pigno-
ribus uacuam illam reperientes, sciremus utiq; uera esse, quæ gemimus. ò fœlicem populũ
pronepotum, qui has miserias non agnouit, & fortasis testimonium nostrum inter fabu
las numerabit. mœremur hæc quidem, & grauiora, non inficior, sed & maiores nostri meri
ti sunt, atq; utinã non & posteri mererentur. quid est ergo iudiciũ iustissimè, quid est quod
insigniter adeò in nostrum tempus ultionis tuæ feruor incubuit: quid est, quod cum cul-
pæ non desint. desunt exempla supplicij: cũ omnibus peccauimus, flagellamur soli: soli in
quam, audeo enim affirmare, quod si omnium sæculorum flagella post aream illam famo
sissimam, reliquias mortalium informi pelago circumferentem, cum præsentibus extimẽ-
tur, delitiæ fuerint, & ludus & reges, neq; enim cũ his malis cõferri decet, bella quãtalibet,
in quibus & remediorum multa sunt genera, & (quod ultimum est) uiris saltẽ mori licet.
est autem solamen mortis eximium, benè mori. hic remedij nihil prorsus, nihilq́ue solatij
est, cumuloq́ue cladis additum, mali causas principiumq; nescire; nam nec ignorantia, nec
ipsa quidam pestis odiosior nugis ac fabulis quorundam hominum, qui professi omna, sci-
unt nihil, quorũ tamen ora licet assuefacta mendacijs, tandem silent, & quæ impudentia
primum ex more laxauerat, ad ultimum clausit stupor. Sed ad inquisitionẽ meã redeo. An
uerò sicut longum iter agentibus euenit, ut aliæ uiæ pars fatigationẽ faciat, alia fateatur,
sic nobis accidit, ut lenitas tua Deus, humanis paulatim lassata criminibus, & iugi accessio
ne prægrauata, nunc potissimum uicta subsederit, tuq; nos uector optime, tolerare ampli-
us non ualens, in terga proieceris, atq; à nobis misericordiæ tuæ oculos iratus auerteris. q;
si est, non nostrorum modò, sed paternorum simul criminũ pœnas damus, an peiores illis
nescio, sed certè miseriores. an illud fortasse uerius quod magna quædam ingenia suspi-
cata sunt, Deum mortalia non curare; sed absit à mentibus nostris hæc amentia. si non cu-
rares, illa non subsisterẽt. nam de his qui nostri curam non Deo tribuunt, sed naturæ, quid
sentiendum nobis sit, ueritatis tuæ studio deditis, cum Seneca ingratissimos omnium appel
let, qui mutato nomine, dissimulent Dei munus, & cauillando impiè supernè debitũ abne
gent maiestatis? Curas profectò nos, & nostra Deus, sed aliquid latitantis & ignotæ no-
bis causæ est, cur ex omnibus sæculis dignissimi uisi sumus, qui acerrimè plecterentur, non
idcircò minore iustitia, quod occulta est. namq; iuditiorum tuorum imperscrutabilis, &
humanis sensibus inaccessa profunditas, uel ergo pessimi omnium uerè sumus, quod ne-
gare uelim, potius quàm ausim, uel ad futura bona præsentibus malis exercitatores purga
tiores q; seruamur, uel omnino aliquid est, quod ne cogitare sufficimus. cæterùm quæcun
que sint causæ, quantumlibet abditæ effectus apertissimi sunt. sed ut à publicis ad priuatas
lachrymas reuertamur. Anni equidem secundi, uix dum prima pars acta est, ex quo Italiã
repetens, te procùl ad fontem Sorgiæ lachrymãs dimisi. non iubeo in longum oculos refle
ctere, hos pauculos dies numera, & cogita, qd eramus & quid sumus. ubi dulces nũc amici? ubi sunt amati uultus? ubi uerba muleentia? ubi mitis & iucunda conuersatio? quod ful-
men ista consumpsit? quis terræmotus euertit? quæ tempestas demersit? quæ abyssus absor
buit? Stipati eramus, propè iam soli sumus, nouæ amicitiæ contrahendæ sunt, unde autem
siue ad quid, humano genere penè extincto & proximo (ut auguror) rerum fine? sumus,
quid dissimilem, uerè soli, credo id agente Deo, ut uitæ huius illecebris, impedimentisq́ue
suauibus spoliati, liberius iam ad alteram suspiremus. En quo subita rerũ mutatione peruenimus, ut experiri liceat in nobis, an præclaram illam Epicuri uocem, iure possumus dicere: Sa
tis magnũ alter alteri theatrũ sumus quod ut uerè dici possit à nobis quãdiù tamẽ dici po
terit? aut quis augur statuat, quorsum nobis datum sit, de huius mutui theatri stabilitate
confidere? alteri secus nutantibus iam columnis, quid enim ego de tua uita certior, hæc scri
bens, quã tu hæc perlegens de mea? nimis caducum simul ac superbum animal est homo,
nimi-

nimis altè fragilibus super ædificat fundamentis, & tanta sodalium turba, ad quem redacti
numerum sumus uides, & ecce dum loquimur ipsi etiam, fugimus atq; umbræ in morem
euanescimus, momẽto q; tẽporis abijsse alter alterũ accipiet, & ipse mox præuiũ secuturus.
quid ergo sumus frater optime, quid sumus, nec desinimus superbire? suis angoribus con-
sternatus Cicero in epistola quadam ad Atticum: Ipsi, inquit, quid sumus, aut quãdiù hæc
curaturi sumus? breuis quidem, sed bona (ni fallor) quæstio, & salutaris & grauida, atque
utilibus plena sententijs, sub qua multum ueræ humiliratis ac modestiæ, multumq; con-
temptus rerum fugitiuarum, uigil fossor inueniet. quid sumus inquam? quàm tardo, quàm fragili corpore, quàm cæco, quàm turbido, quàm inquieto animo, quã uaria,
quanq; incerta uolubilíq; fortuna: aut quandiù hæc curaturi sumus? Profectò perbreuiter,
nempè non aliud sonat, quàm si diceret, Ipsi quid sumus, & hoc ipsum quandiu futuri su-
mus? utique hercle non diù, cum hoc idem nostrum esse, ut diuturnum esse non potest, sic
nũc possit inter uerba desinere, neq; si accidat miri aliquid acciderit. Vtrũq; igitur benè &
grauiter quæris M. Tulli, sed quæso te, ubi nam tertiũ reliquisti, & euentu periculosius, &
quæsitu dignius? post quã hic esse desierimus, quid futuri sumus? ò rem magnam & ambi-
guam, sed neglectam. Supererat hic mihi paululũ de fragmentis annis præteriti, ante alios
uir clarissimus, & (si quid mihi credis) magni animi consilijq; Paganinus Mediolanensis,
qui mihi post plurima experimenta uirtutis, acceptissimus, nec me modò, sed nobis digniss
simus uisus erat, itaq; iam hic, mihi Socrates alter esse ceperat, fides, familiaritasq; prope ea
dem (quodq; dulcissimum habet amicitia) participatio utriusq; fortunæ, apertis q; animi la-
tebris, fida communicatio secretorum. quãtum uerò te amabat, quantum uidere cupiebat,
quem internis oculis iam uidebat, quantum uitæ tuæ sollicitus erat, in illo publico naufra
gio, ut mirarer ipse hominem incognitum sic amari posse? nunquam tristiorem solito me
uidit, Quid amice, trepidus inquireret, quid rei est, quid amicus noster agit? Cum uerò be
nè te ualẽtem audiuisset, metu posito, perfundebatur alacritate mirabili. & hic quidẽ (quod
sine multis lachrymis non dico, & cum pluribus dicerem, nisi præcedentibus malis exhau
stos hosce oculos, atq; omnes, si quæ sunt lachrymarum reliquias instantibus reseruarem,
hic inquam pestilenti morbo, qui nunc orbem populatur, repentè correptus, ad uesperam,
postquam cœnam cum amicis, & quod occiduí temporis restabat, in nostro tantùm ser-
mone & amicitiæ rerum q; nostrarum commemoratione consumpserat, noctem illam, in-
ter dolores ultimos imperterrito animo transegit. mane autem rapida morte subtractus. ac
ne quid de funesta consuetudine laxaretur, triduo inexpleto; illum filij, omnis q; familia cõ
secuti sunt, ite nunc mortales, æstuate, anhelate, laborate, circumite terras ac maria, ut non
secuturas opes, nec mansuram gloriam cumuletis, somnus est uita, quam degimus, & quic
quid in ea geritur, somnio simillimum, sola mors somnum & somnia discutit. ò si prius ex-
pergisci datũ sit, sed de hoc aliàs. Nũc inexhaustã seriem gemituũ meorum prosequor, non-
dum satisfeceram fortunæ, nisi acutiore me cuspide impeteret & ad iram Dei malignorum
furor accederet. Hei mihi, iam deficere, iam tremere incipio, illorũ more, quos primus tor
por gelidæ febris inuadit, iã toto corpore cohorresco, & libẽter ualdè ab his curis & ab hoc
sermone diuerterem, sed impellit ac præcipitat animum dolor, quem frenare non ualeo.
Duos nobis amicos fortuna reliquerat, & licet alios reliquisset, ij tamen erant, tempus ui-
tæ nostræ, quod restat ea non prohibente posse traducere uidebamur, quid enim ex omni
bus obstabat? non paupertas, non diuitiæ, non disparitas uolũtatum, Animus in qua tuor
unus erat. Itaq; gloriabar antiquitatem perraris & in diuersis sæculi uno uel altero, ætã-
tem uerò nostram esse, & domum unam, breui fore, duobus simul amicorum paribus ad
ornatã. Minus propriè paria nominaui, unũ erat immò uerò nullũ par, sed una omniũ mẽs
ut dixi. quid heu mihi, Luca nostro benigniusq; quid Maynardo suauiusq; in quorum iudi-
tio nos errare, diuturnior experientia non sinebat. Primus quidem sic animo compositus,
ut præter dulcissimum iocundissimumq; conuictum, etiam nostrorum studiorum parti-
ceps, & comes esset. Alter autem, & si huiusce modi rerũ expers, abundè tamen ornatus
ijs, per quæ studijs talibus peruenitur, humanitate scilicet, fide, liberalitate, cõstantia, quid

multarũ Liberalium disciplinarum nescius, sed uir bonus & amicus esse didicerat, & in cœtu nostro talis unus aptior erat, quam si omnes studio deditos, cæterarum rerum omnium in curiositas habuisset, itaq; ad opportunitates uarias cõmodè admodum, & penè diuinitus ille nobis quartus accesserat. Nimis fœlices uisi sumus, inuidit crudelissima fortuna, & indignata est, quod nos nondum totos tantorum comitum perditione prostrasset. Mouerant ambo simul, & te frater apud Auinionem, ut certus sum, non sinè suspirijs dimisso me alteram animi sui partem cupidissimè petebant. Mœstam nimis, & miseram historiam aggressus sum. sed est quædam & lugendi dulcedo, qua sæpe nimium pascor infœlix. Veniebat pariter optimo animo, fato pessimo, miserabili euentu, ille Romam petiturus, ille Florentiam. quo ergo diuertitis amicissime rectius, ite securius non hoc uestrum iter, quid uobis cum Alpibus niuibusque? Omnia uincit amor, & uos cessistis amori. ueniebatis me uisuri, hic erat inimicus, hac cathena trahebamini nõ ibatis, sed trahebamini ab illo, cui cœlum ipsum obsequitur, cui discordãtia inuicem obediunt elementa, amor omnipotens uos trahebat. Agnosco insidias fortunæ, hoc egit ut incosolabilius dolerem, quin & illud impiè molita est, ut qui iam recurso annii spatio, pedem Parma non noueram, nunc abessem sub obtentu magni nescis cuius boni, quo scilicet & nos aspectu mutuo priuaret, & uos animo consternatos, raptim quẽ ac properè fugientes, facilius in laqueum præparatæ mortis impelleret. Heu dolor insatiabilis, heus uulnus æternum. Festinabitis obliti laborum & periculorum omnium, cæteras enim curas & spes, ac desiderium oppresserat. Natura le est, ut minorem passionem maior absorbeat, ardebat animus, me coram cernere, & me cum de uitæ totius ordinatione differere, Inde susceptum iter agere, & rebus in patria dispositis, huc reuerti, hoc eis nempè propositum erat, mi frater, ac meorum dolorum comes unice ut te illuc accersito, simul usq; ad exitum uiueremus. quod si me Parmæ reperissent, poterat mora longior, fortunæ duritiem fortasis inflectere, mutassent fortè consilium, & per nuncios actis, quæ acturi erant in patria, ipsi amoris dulcedine compediti, mecum insè parabiliter resedissent. & nunc quid prohiberet, quo minus simul omnes essemus in quete illa animi diutius exoptata? sed adamantinis fatorum uinculis tenebamur, & ut abessem ferox fortuna prouiderat. Itaque cum Parmam uenissent, percunctando per obuios, recomperta, tristes ad domum nostram, dei ecti animis acuultibus descenderunt. quid singula prosequar? Omnem domus atq; orti angulum, omnes herbosos cespites (cœperat enim iam ad arietis aduentum ꝓruma mitescere) dulci accubitu compresserunt, implentes cuncta suspirijs. deinde cum possent alibi ambo, per noctem in lecticulo meo iacuerunt, credo ut quem ad quietẽ necessariam humana fragilitas meditata est, ad laborem mihi perpetuum consecrarent. Posterò autem circa horam diei sextam abierunt literis domi relictis, quibus mihi, & eorum tristitia, redeundi propositum, multaque præter hæc alia, nota sunt, quas ego literas, dum uiuam inter delitias habebo dolorum stimulos, ac lachrymarum materiam immortalem. Mensis ab hinc integer lapsus erat, cum ego ignarus horum omnium domi redij, literas reperi, famulos quẽ meos, cum earum tenore concordes audiui & admirans. sed quid agerem? illi tanto ante discesserant, ut iam demens expectarem reditum ac negligentiam accusarem. Quæ postquam mihi debito longior uisa est, unum ex famulis Florentiam misi, Maynardum literis excitans, ad obseruantiam promissorum, atque illud adijciens ut eundem nũcium Lucæ nostro mitteret, seu ille Romæ moras ageret, seu Theani, cui ingentem quoque epistolam scripsi exhortatoriam, ad notorum modestiam & ad huius uel alterius loci electionem, quicunque rebus nostris appareret oportunior, nec non ad morem studiose solitariæque uitæ, quæ quoniam omnes æqualiter tangebat, ut per eum ad te etiam mitteretur inserui. Præclarè quidem ut multa illud à Vergilio dictum est:

Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ.

literarum portitor abscesserat, & ego qui Romam secũdam multa mihi dulcia fingebam, hæc quidem ab ortu aderunt, illa autem ab occasu. quis me fœlicior congressu talium amicorum?

amicorũ? quorum usq; tranquilliora studia? quorũ uita quietior? has inter curas quæ infausti rumoris amaritudinem geminarum, nuncius meus, die octauo, postquam hinc discesserat, per intensissimum imbrẽ nõ expectatus affuit, & pluuia & lachrymis madens, & fronte uulnus animi uisibiliter præferiente, dirigui, & excusso manu calamo, scribentem enim fortè compererat. Quid noui affers dic ocyus: exclamo. At ille gemitu uerba frangente, Infœlix, inquit, nuncius aduenio. amici tui super Apennini uerticem in sæuas latronũ manus inciderunt. hei mihi, Quid mali est? Prosequitur ille singultiens. Maynardum, qui casu quodam nil tale metuens substiterat, in insidias lapsum, & repentè cõpressum interficum gladios procubuisse, Lucã clamore permotum adacto calcaribus æquo, aduolasse uiriliter, solũq; inter decem aut amplius sicarios, stricto mucrone constitisse, multisq; uulneribus datis & acceptis, uix tandem uiuum euasisse, prædones sublata occisi præda, impio gressu abijsse, ita tamen, ut labore simul & conscientia defessi, facile capi potuerit, excitatis agrestibus ad tumultum, nisi quidã falso & indigno nobilitatis nomine superbi, quos nominare non est necesse, accurrentes è montib. & cohibuissent iustum impetũ insequentium, & cruentam prædonum cateruam suis mœnibus excepissent. Lucam adhuc gladiũ in manibus habentem, procùl inde uisum, inter rupes ac nemora, nil de eo deinceps aliud auditum. O frater, quid mihi tũc animi fuisse arbitraris? duobus una mortiferis ictibus, in corde trãsfigor, hic scilicet desperato & irreparabili dolore, inde sollicito ancipitiq; mœtu. auertat deus omne malum, quodãmodo æquanimius audiuissem ambos extinctos. Scitẽ nempè quid agerem, clauderem fores, consolatores excluderẽ, solus essem, & dolori meo totus incumberem, ita uel exonerarem mœrore animum, uel opprimerem, uel lenirem fletu desiderium, uel implerem, & amicos duris uulneribus ablatos, lachrymando conquererer. nunc uerò nõ una, sed tribus simul acerrimis passionibus indesinenter afficior, dolore, metu, spe. & miserabilem in modum, fluctuantibus atq; inter sese certantibus curis laceror, atq; discerpor, quæ mihi uita nihil morte securior est, & finem eius supplicibus, atq; assiduis uotis expecto. Aliquanto enim longior est, quàm uellem. adhuc quidem iuuenes uidebamur, ecce biennio plusquàm oportuit uiximus. Misi nuncios ac literas, per diuersa terrarũ, in primis Placentiam, Florentiam ac Romam. ex his enim præcipuè ciuitabus de eo qui superstes dicitur, aliquid expectabam. Ita iam intentus atque inhians, & omne iter circunspiciens, & ad omnem strepitum contremiscẽs, quintumdecimũ diem ago, quod tẽpus, si cum multorum annorum calamitatibus trutinetur, facilè prepõderet. Fuit mihi impetus interdum ire, nec subsistere, donec præsens Lucæ nostri statum, quicũq; esset agnoscerem, & Maynardi ò ineuitabilis sors hominum, alpinũ & rude cernerẽ sepulchrũ, fuit enim ut fama est, ingenti non modo circũstantium castrorũ, sed ciuitatis etiã concursu sum maq; omniũ misericordia tumulatus, indignãtibus & exclamãtib. multa ruricolis, grauiterque ferentibus, nõ modo defuncti casum, sed propriã quoq; fortunã, & animo præsagirẽt, id q; illicò consecutum est. Interrupto scilicet itinere pro hospitib. ac lucris, dãnosa sibi bella succedere. Issem profectò iampridem, in easdem fortè manus, simul fato impellẽte uẽturus, nisi me & anni tempus aduersum, & ualitudo corporis imbecillior tenuisset, & tamẽ, an sibi animo contrariũ suggerenti potiùs obtẽperem, hactenus frater incertus sum. Trãsibat hac, sextus hodie ut reor aut septimus dies est, nobilis quidam uir Florentinus, Ciuis è curia ueniens, cui cum fortè in uia publica equos suos currenti, occurrisset unus ex pueris meis, secretorum mihi conscius dolorũ, & ex sermone hominis ut fit etiam, patriam cognouisset, ultrò uerbis eum aggressus inquirere cœpit: An de hoc amicorum nostrorum casu noscet aliquid. & cum nosse omnia uideretur, hortatus est, ut mecum loqui, & insestum dubietatis meæ nondum uellet absoluere. At illi audito nomine meo, alioquin licet mihi incognitus, benignè admodum multis comitantibus ad me uenit, quem de omnibus diligentissime percunctatus, in summa didici Lucam nostrum uiuere, sic & apud nos literas Florentia trãsmissas, sic publicam famam loqui. Ita ego quod mirari & indignari soleo, in media positus Italia, rumores Italicos ignoro, donec ex Gallia nuncientur. Illius ergo digressu, sic remansi, quasi inter densas animi mei nubes quidam insperati gaudij radius

dius penetrasset. Heri autem, cum iam aduesperasceret, sacerdos quidam senex, familiaris meus, ad me lachrymabundus accessit, narrans nuncium quẽdam, de Tuscia uenientem dicere Maynardum non solũ, sed cũ alijs periisse, quod audienti mihi de pectore statim alterius inuecta sagitta, serenitas omnis ablata est. sed uix dum sacerdos uerba compleuerat, & ecce mercator quidam Mediolanensis, notus meus, locum in quo mœstus eram ingreditur, salute data & reddita. Cum, inquit, hac transitum facerem, audiens quod hic esses, licere mihi non credidi, sine cõspectu & colloquio tuo progredi. Vrbane, inquam, sed sed unde nũc te reuehis? Quartus, inquit, dies est, ex quo Florentia discessi. Et heus bone, inquam,, quæso quibus itineribus transiuisti? Rectum, inquit, iter sequi non potui. Audisti enim ut arbitror illius boni uiri mortem, pro cuius ultione populus Florentinus ad arma consurgens, multa iam in illis mõtibus castra cõbusit. itaq; deuio quodam, & syluestri calle profectus sum. Dic age, inquam, uir an uirorũ mortẽ memoras Hic enim & sacer dotẽ illum digito signaui, plures narrat occisos. Minimè uerò, inquit, unus profectò solus occubuit, reliqui euaserunt. & cum intentum me atq; anxium uideret: adiecit. De hac re, præter uoces populi, nihil habeo. illic enim in omnium ciuium conuentu, non nisi de unius nece audiuntur, indignationes hominũ & querelæ. credibile est autem, quod si plures essent, de plurib. loquerẽtur. Placuit coniectura, sed quia nihil certi afferebat, serenare animum, frontemq; nõ potuit, & qualem inuenerat dimisit. Hæc singula frater, tàm scrupulosè exequor, ut particulariter intelligas, quod in summa scire te non dubito, pessime mihi esse, alternantibus his curarũ fluctibus, & fragilem spei cymbam, hac illac æstu reciprocantem iactantibus. Accedit ad ærumnarũ cumulũ, quod dum numerare dies incipio, qd curiosè faciunt amantes, miror & stupeo, quid est quod ad literas meas Turuisij, inde Patauij, mox Veronæ datas, tãto lapsu temporis, nil omnino rescripseris, præsertim cum perfidos nuncios misserim, & de rebus non paruis scriptæ essent. Nescio quid nunc mihi nouæ suspitionis oboritur. audio enim pestem illam anni alterius, quæ abscessisse uidebatur ex integro, rursus inuasisse Modani ripas, à quibus utinam abesses. Sed quid ago infœlix? an non satis mihi uera, & præsentia mala sufficiant, nisi & ficto & futuro insuper miser fiam? Vertat hæc Deus in melius, ut qui falsa spe totiens deceptus sum, semel saltẽ decipiar falso mœtu. quod si acciderit, ut te cum pauculis qui supersunt, adhuc semel aspiciam, antequàm moriar, uixisse me satis arbitrabor. Cæterum epistola texi cœperat, in libelli modum euasit, cuius me illud præcipuè delectat in malis meis, quod scribentis animo nubilo & inquieto, non solum stylus ipse, sed forma etiam literarum & papyrus & atramenta conueniunt, q̃ nisi proiecero, & uim dolori fecero, nullus erit modus. Alia enim ex alijs erumpunt. sed fortè nec adhuc nobis sol dierum omnium occubuit, & aliquid in crastinum reseruandum est, litteræ exemplum quàm Florentinis misi super hac tanta eorum ignominia, quia te iuuet lecturum auguror, præsentibus innexui. Vale frater, & temetipsum rebus lectioribus præseruare studeas, ut nos, si tamen ex alto permissum est, in terris iterum uideamus. Parmæ. Iunij. xx. recommendo me domino meo domino Theanen. participi dolorum meorum. Item domino Archidiaconen. Leodensi. similiter domino meo domino Caullicensi & domino Seneschallo si propè sunt, dominum Guidonem septem. & Romanellũ & Leonem saluto. Hei mihi. Maynardũ amplius more solito non saluto, sed saluto eum sicut possum, & pro eo tantus peccator, indesinenter oro, quatenus cuius corpus mei uidendi desiderio, in pernitiem & in mortem incidit, anima saltem euadat de manibus impiorum, liberãte & saluante liberatore & saluatore nostr DOMINO IESV CHRISTO: qui propter peccata mea multa & grauia, me nunc in amici corpore uulnerari tàm grauiter, passus est. Benedictũ sit tamẽ in sæcula nomen eius. Vale iterũ & semper mei memor, & rescribe quæso si uiuis & si uales, hæc frater ut facilè perpendi possit, scripsi inter molestias & tumultus animi uarios, & cum multa festinantia, licet nuncius aliquis non adesset, sed aderit fortè, dum nõ sperabitur, uel me absente, qui perferat, ego enim quotidie per rura nostra discurro, non tàm rei familiaris cura, quæ mihi nulla est, quam amore solitudinis, ut si quo modo fieri possit, meipsum obliuiscar & languores meos. Vale.

FRAN.

Fran. Petrarcha Lobardo de Scirico, S. VIII.

Vitam quàm degimus describit.

QVid mihi, de hac uita quam degimus uideatur, interrogas? nec; immeritò, multæ enim & uariæ de hac ipsa opiniones hominum sunt, meam breuibus accipe. Videtur mihi uita hæc dura quædam arca laborum, palestra discriminum, scœna fallaciarum, labyrinthus errorũ, circulatorum ludus, desertũ horribile, limosa palus, senticulosa regio, uallis hispida, mons præruptus, caligantes speluncæ, habitatio ferarũ, terra infœlix, cãpus lapidosus, uepricosum nemus, pratum herbidum, plenum q; serpentibus, florens hortus ac sterilis, fons curarũ, fluuius lachrymarum, mare miseriarum, quies anxia, labor inefficax, conatus irritus, grata phrenesis, pondus infaustum, dulce uirus, degener metus, inconsulta securitas, uana spes, ficta fabulosa, falsa lætitia, uerus dolor, risus inconditus, fletus inutilis, inane suspirium, confusus ordo, tumultuosa confusio, trepidatio turbulenta, sollicitudo perpetua, insonoris inertia, inops copia, diues inopia, imbecilla potentia, tremulæ uires, ægra sanitas, iugis morbus, gemina ægritudo, pulchra deformitas, honor inglorius, infames tituli, ridiculus ambitus, ima elatio, excellentia fictilis, humilis altitudo, fusca claritas, ignota nobilitas, pertusus sacculus, uas rimosum, specus inexplebile, cupiditas infinita, dãnosum desiderium, luxus hydropicus, sitis insatiabilis, aridum fastidium, famelica nausea, uentosa prosperitas, querula semper aduersitas, uiror trãsitorius, flos caducus, amœnitas labilis, fugax forma, mœstum gaudium, amara dulcedo, uoluntas aculeosa, stulta sapientia, cæca prudentia, tetra domus, breue diuersorium, fœdus carcer, sine gubernaculo nauigatio, sine baculo senectus, sine freno iuuentus, sine duce cæcitas, iter lubricum, tecta fouea, lateris præcipitium, silens lima, tenax uncum, operti laquei, abdita retia, inescati hami, sentes asperi, lappæ hærentes, tribuli acuti, scopuli rigentes, uenti rapidi, fluctus impetuosi, atri turbines, horrisonæ tempestates, procellosum pelagus, uadosa littora, anceps portus, exarmata nauis, immane naufragium officina scelerum, sentina libidinum, caminus irarum, puteus odiorum, catena consuetudinum, sirenus cantus, circea pocula, mundi uincula, rerum unci, conscientiæ morsus, pœnitẽtiæ stimuli, peccatorum incendia, putre ædificium, fundamentũ fragile, muri hiantes, tecta labentia, prolixa breuitas, latæ angustiæ, calles inexplicabiles, passus impliciti, circulorum motus, statio instabilis, rota uolubilis, manens cursus, scabra leuitas, scrupulosa suauitas, blanda crudelitas, dolosæ blanditiæ, fallax amicitia, concors discordia, fidifragæ indutiæ, bellum inexorabile, pax infida, simulata uirtus, excusata nequitia, laudata fraus, honoratum dedecus, irrisa simplicitas, & contempta fides, Nugæ seriæ, ingeniosa dementia, loquax torpor, uelata ignorantia, opinio scientiæ tumida, scientia uerò nulla, querelarum suspiria, contentionum strepitus, uulgi fragor, obliuiosa peregrinatio patriæ odium, amor exilij, lemurum ciuitas atque laruarũ, dæmonũ regnũ, luciferi principatus (sic enim Principem mundi huius Veritas uocat) uita dæmonum mendax, & exanimis, spirans mors, segnis incuriositas suiipsius, inutilium cura, apparendi studium, supernacui appetitus, operosus uermium apparatus, uiuentium infernus, & uiuorum corporum diuites exequiæ, longum funus, pomposa uanitas, laboriosa militia, periculosa temptatio, superba miseria, miseranda fœlicitas. En amice, qualis mihi hæc uidetur, quæ tàm multis exoptatissima, ac gratissima uita est, nec dum tamen conceptum omnem meæ mentis expressi, peior enim est, multo miserior, quàm à me, seu quocunque hominum dici possit. sed quo ex ingenio, ex his paucis, totum reor animum, loquentis introspicis, unum tot in malis habet bonum, quod ad bonam & æternam uitam, nisi dexter trames deseratur, uita est. Vale inter colles Euganeos III. Cal. Decẽb.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM ad uiros quoſdam, ex ueteribus illuſtriores, Liber.

FRAN. PETRARCHA. M. T. CICERONI. S.

PIſtolas tuas, diù multumq; perquiſitas atq; ubi minimè rebar inuẽtas, auidiſsimè perlegi, audiui multa te dicentem, multa deplorantem, multa uariantem M. Tul. & qui iampridem qualis præceptor alijs fuiſſes noueram, nunc tandem, quis tu tibi eſſes agnoui. unum hoc uicisim à uera charitate profectum, non iam conſilium, ſed lamentum audi, ubicunque es, quod unus poſterorum tui nominis amantiſsimus, uix ſine lachrymis fundit. ò inquiete ſemper & anxie, uel ut uerba tua regnoſcas, ô præceps & calamitoſe ſenex, quid tibi tot contentionibus, & prorſum nihil profuturis ſimultatibus uolui ſtiq; ubi & ætatis & profeſſionis fortunæ tuæ cõueniens ociũ reliquiſti? quis te falſus gloriæ ſplendor ſenem, adoleſcẽtium bellis implicuit, & per omnes iactatum caſus, ad indignã Philoſopho mortem rapuit? heu & fraterni immemor, & tuorum tot ſalubriũ præceptorũ ceu nocturnus uiator, lumen in tenebris geſtans, oſtẽdiſti ſecuturis callẽ, in quo ipſe ſatis miſerabiliter lapſus es. omitto Dionyſium, omitto fratrem tuum ac nepotẽ, omitto ſi placet ipſum etiam Dolobelam, quos nunc laudib. ad cœlũ effers, nũc repentinis maledictis laceras. fuerint hæc tolerabilia fortaſsis, Iul. quoq; Cæſarem, præterueho, cuius ſpectata clemẽtia ipſa es, lateſcentibus portus erat, Magnum præterea Pompeiũ fileo, cum quo iure quodã familiaritatis, quid libet poſſe uidebare. ſed quis te furor in Antoniũ impegit? amor credo Reipub. quã funditus iam corruiſſe fatebaris. quod ſi pura fides, ſi libertas te trahebat, quod quidem de tãto uiro libet opinari, quid tibi tàm familiare cum Auguſto? quid enim Bruto tuo reſponſurus es? Siquidẽ, quod, inquit, Octauius tibi placet, non dominũ fugiſſe, ſed amicitiorẽ dominũ quæſiſſe uidebaris, hoc reſtabat infœlix, & hoc erat extremũ Cicero, ut huic ipſi tàm laudato malediceres, qui tibi ne dicam malefaceret, ſed malefacientibus non obſtaret. Doleo uicem tuam amice, & errorum pudet, ac miſeret tantorum. iamq; cũ eodẽ Bruto, hijs artibus nihil tribuo, quibus te inſtructiſsimum fuiſſe ſcio, nimirũ, qd enim iuuat alios docere, quid ornatiſsimis uerbis, ſemp de uirtutibus loqui prodeſt, ſi te interim ipſe nõ audias? Ah quãtò ſanctius fuerat, Philoſopho pſertim, in trãquillo rure ſenuiſſe, de perpetua illa, ut ipſe quodã loco ais, non de hac exigua uita cogitãtẽ, nullos habuiſſe faſces, nullis triũphis inhiaſſe, nullos inflaſſe tibi animum Catælinas. Sed hæc quidem fruſtra. æternum Vale mi Cicero. apud ſuperos, ad dexteram Atheſis, in colonia Veronẽſium tranſalpinæ Italiæ. XVI. Cal. quintiles, anno ab ortu eius, quẽ tu non noueras. MCCCXL.

Fran. Petrarcha M. T. Ciceroni, S.

SI te ſuperior offendit epiſtola, uerum enim ut ipſe ſoles dicere, quod ait familiaris tuus in Andria, Obſequium amicos, ueritas odium parit. accipe quod offenſum animum ex parte mulceat, ne ſemper odioſa ſit ueritas, quoniam ueris reprehenſionibus iraſcimur, ueris laudibus delectamur. cum quidem Cicero, quod pace tua dixerim, ut homo uixiſti, ut Philoſophus ſcripſiſti, uitam ego tuam carpſi, nõ ingenium aut linguam, quippè qui illud miror, hãc ſtupeo. neq; tamẽ in uita tua, quicq; præter cõſtantiã regro, & profeſsione Philoſophicæ debitũ quietis ſtudiũ, & à ciuilib. bellis fugã, Extincta libertas, ac ſepulta iã & cõplorata Reſpub. uide ut ciuiliter tecum ago ac tu cum Epicuro multis in locis, ſed expreſſius in libro de

finib. agebas enim ubilibet uitã probas, rides ingeniũ, ego nihil in te rideo, uitæ tamẽ cõpatior ut dixi, ingenio gratulor eloquio úe. O Romani eloquij ſumme parẽs, nec ſolo ego, ſed omnes tibi gratias agimus, quicũq; Latinæ linguæ florib. ornamur, tuis enim prata de fontib. irrigamus, tuo ductu directos, tuis ſuffragijs adiutos, tuo nos nomine illuſtratos, ingenuè cõfitemur, tuis denique, ut ita dicã, auſpicijs, ad hãc quãtulacũq; eſt ſcribẽdi facultatẽ ac propoſitũ peruenìſſe. acceſsit & alter poẽticæ uiæ dux, ita enim neceſsitas poſcebat, ut eſſet & quem ſolutis, & quẽ frenantibus greſsibus præeuntem ſequeremur, quem loquentem, quem canentem miraremur, quoniã cum bona uenia amborum, neuter ad utrunq; ſatis erat, ille tuis æquoribus, tu illius impar anguſtijs. Nõ ego primus hoc dicerem fortaſſe, quamuis plane ſentirem, dixi hoc ante me, magnus quidem uir Anneus Seneca Cordubenſis, cui te, ut idem ipſe conqueritur, non ætas quidem, ſed bellorum ciuilium furor eripuit. uidere te potuit, ſed non uidit, magnus tamen operum tuorum, atq; illius alterius laudator, hæc affirmat, quicunq; quẽq; ſuis eloquentiæ funib. circunſcribens. Verum expectatione te torqueo, quis nam dux ille ſit quæris, noſti hominẽ, ſi modo nominis meminiſti, P. Virgilius Maro eſt, Mantuanus ciuis, de quo egregie uaticinatus es. cum enim ut ſcriptum legimus, iuuenile quoddam eius opuſculũ, miratus, quæſiuiſſes actorẽ, eumq; iuuenem iam ſenior uidiſſes, delectatus es, & de inexhauſto eloquentiæ tuæ fonte, cum propria quidem laude permixtum, ueruntamen præclarumq; ac magnificum illi teſtimonium reddidiſti. Dixiſti enim,

Magna ſpes altera Romæ:

Quod dictum ex ore tuo auditũ, adeò ſibi placuit, inſeditq; memoriæ, ut illud poſt annos uiginti te pridem rebus humanis exempto, diuino operi ſuo, eiſdem penitus uerbis inſereret, quod opus ſi uidere licuiſſet, lætatus eſſes, de primæuo flore, tàm certum te uenturi fructus præſagiũ concepiſſe. Nec non & latius gratulatus Muſis, quod inſolentibus Graijs, uel reliquiſſent ambiguam, uel certã uictoriã abſtuliſſent, utriuſq; enim ſententiæ auctores ſunt, te ſi ex libris animum tuum noui, quem noſce mihi non aliter, quàm ſi tecũ uixiſſem uideor, ultimæ aſſertorem futurũ, utq; in oratoria dediſti, ſic in Poẽtica palàm Latio daturum, atq; ut Aeneidi cederet. Illas iuſſurũ fuiſſe, non dubito, quod iam ab initio Virgiliani laboris, Propertius aſſeuerare nõ timuit. Vbi enim pcij operis fundamenta cõtẽplatus eſt.

Cedite Romani ſcriptores cedite Graij.
Neſcio quid maius naſcitur Iliade:

Hæc de altero Latino ducæ facundiæ, magnæq; Romæ ſpe altera. Nũc ad te reuertor, quid de uita, quid de ingenio tuo ſentiam audiſti. expectas audire de libris tuis, quæ nam illos exceperit fortuna, quàm ſeu uulgò, ſeu doctioribus probentur? extant equidem præclara uolumina, quæ ne dicam perlegere, ſed nec enumerare ſufficimus, fama rerum tuarum celeberrima, atq; ingens & ſonorum nomen, perrari autem ſtudioſi, ſeu temporum aduerſitas, ſeu ingeniorum hebetudo & ſegnities, ſeu quod magis arbitror, aliò cogens animos cupiditas cauſa eſt. itaq; librorum aliqui, neſcio, an irreparabiliter, nobiſcum qui nunc uiuimus, niſi falſor, proculdubiò periêre, magnus dolor meus, magnus ſæculi noſtri pudor, magna poſteritatis iniuria profectò, namq; quod in tuis conqueror, & in multorum uirorum illuſtrium libris accidit. tuorum ſanè, quia de ijs mihi nunc ſermo erat, quorum inſignior iactura, ita hæc ſunt nomina Reip. Rei familiaris, de conſolatione, de gloria, quãuis de hoc ultimo, magis mihi ſpes dubia, quàm deſperatio certa ſit. Reliquũ eſt, ut urbis Romæ ac Romanæ Reip. ſtatum audire uelis, quæ patriæ facies, quæ ciuium concordia, ad quos rerum ſumma peruenerit, quib. manibus, quantoq; cõſilio frena tractentẽ imperij? Hiſter ne & Ganges, Hyberus, Nilus, & Thanais, limites noſtri ſunt? an uerò quiſquã ſurrexerit:

Imperium Oceano famam qui terminet aſtris,

Vt amicus ille tuus Mantuanus ait, hæc & his ſimilia cupidiſsimè auditurũ te auguror, id enim pietas tua ſuggerit, & error erga patriam, uſquè in tuã pernitiem notiſsimus, uerum enim tacere melius fuerit. crede enim mihi Cicero, ſi quo in ſtatu res noſtræ ſunt audieris, excident tibi lachrymæ, quãlibet uel cœli, uel Hæredi partẽ tenes. Aeternũ Vale, apd ſupos

ad sinistram Rhodani ripam, in trans alpina Gallia, eodem anno XIIII. Cal. Ianuarij.

Fran. Petrarcha Anneo Senecæ, S.

Reprehensoria uitæ & laudatoria ingenij.

PEtitam à tanto uiro, impetratamq; ueniam uelim, si quid asperius dixero, quàm aut professionis tuæ reuerentiam deceat, aut requiem sepulchri. qui enim me M. Ciceroni, quem Latinæ eloquentiæ lumen, ac fontem, teste te, dixerim non pepercisse legerit, si te reliquis itidem uera loquens, non pepercero, indignationis iustæ materiam non habebit, iuuat uobiscum loqui, Viri illustres, qualium miram patitur ætas nostra penuriam. Inter omnes quidem cui clara nomina, tuum nomen annumerandum esse, non sum nescius, id q; si aliunde nescirem, magno quodam, & externo teste cognoui. Plutarchus siquidem Græcus homo, & Traiani principis magister, suos claros uiros, nostris conferens, cũ Platoni & Aristoteli (quorum primum diuinum, secundum dæmonium Græci uocant) M. Varronem, Homero autem Virgilium, Demosthenì M. Tullium obiecisset, ausus est ad postremum, & ducum controuersiam mouere, nec eum, tanti saltem discipuli ueneratio continuit, in uno sanè, duorum ingenia prorsus imparia, nõ erubuit confiteri, quod quem tibi ex æquo, in moralibus præceptis obijceret non haberet. Iaus ingens, ex ore præsertim hominis animosi, & qui nostro Iul. Cæsari, suum Alexandrum Macedonem comparasset, sed nescio, quomodo sicut corporum, sic animorũ egregias formas, aliqua sæpè grauis iniuria naturæ uariantis insequitur, siue quod omnium parens, perfectionem mortalibus inuidet (eoq; magis, quò ad illam propius uidentur accedere) siue quod inter multa decora, deformitas omnis apparet, & quod in obscura facie, facilis ne tuus esset, in præclara cicatrix fœda est, tanta lux in rebus ambiguis, ex contrariorum uicinitate suboritur. Tu uerò uenerande uir, & morum incomparabilis præceptor, errorem uitæ tuæ, si nõ molestum est, mecum recognosce. In omnium sæculorum crudelissimum principem incidisti, & tranquillus nauta, pretiosis mercibus onustus, ad infamem & procellosum scopulum appulisti. cur autem illic hæsisti, quæso te, an ut in tẽpestate magisterium approbares? sed hoc nemo nisi amens eligit, neque enim ut fortis perpeti, sic prudentis est, optare periculũ, quin etiam si libera prudentiæ relinquatur electio, ociosa semper erit fortitudo: nihil enim accidet, aduersus quod auxilium implorandum sit. modesta potius suis utens partibus, & lætitiam frenabit, & uoluptua moderabitur. sed quoniam enumerabiles casus eueniunt, & multa fert uita hominum, quibus consilia nostra uincuntur, id circò uirtus iuncta opponitur fortunæ, non quidem secundum electionem, ut dixi, sed secundum necessitatis ineuitabiles, ac ferreas leges, at ego nunquid sanus satis uidear, si diutius cum magistro uirtutum, de uirtute disputem? & probare nitar, id cuius contrarij probatio impossibilis sit? unicum uel te iudice, uel quolibet, qui inter uitæ huius fluctus mediocriter nauigare didicerit, non fuisse consilium Syrtibus inhærere. Quod si laudem, ex difficultate captabas, hoc ipsum summæ laudis erat, emergere, & in portum aliquem salua puppe confugere, impendentem iugiter ceruicibus, tuis gaudiũ uidebas, nec timebas, nec tàm ancipitis rei exitum prouidebas, præsertim, quando quod moriendi miserrimũ genus est, intelligere poteras, mortem tuam, & fructu quolibet & gloria carituram Veneras ô miserabilis senex, in hominis manus, qui quicquid uellet posset, nil nisi pessimum uelle, posset. somnio iam ab initio deterritus, uigilans deinde, multiplicibus argumentis, fidem turbidæ quietis acceperas, quid igitur tibi cum his laboribus tàm diù? quid cum inhumano cruẽtoq; discipulo? quid cum dissimillimo comitatu? respondebis. Effugere uoluì sed nequiui, & illum Cleantis uersiculum prætendens, quo in Latinum uerso uti soles.

Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt.

Illud insuper proclamabis, uoluisse te, opibus tuis renunciare, uel ut sic laqueum, libertatis abrumpes, tecq; in tutum, ex tanto naufragio, uel nudus eriperes. Res & ueteribus historicis

ricis nota est, & mihi ipsi illorum uestigijs incedẽti, haud quanquam silentio prætermissa, uerum tibi palàm loquens, secretiora continui, nunc autem, quando ad te mihi sermo est, putas ne silebo, quod indignatio ueritasq; suggesserint? testem nempè certissimum habemus, & qui de summis uiris agens, nec mœstu flectitur, nec gratia, Suetoniũ Trãquillum: is igitur quid ait? Euertisse te Neronẽ à cognitione uerum Oratorũ, quo scilicet in tui illũ admiratione diutius detineres. illi igit̃ pectori charus esse studuisti, tibi ut fieres uilis, et irrisione dignus habereris, uel simulato certè, uel in accersito linguæ uitio curare debueras? prima est miseriarum tuarum radix, ab animi leuitate, nec dicã uanitate, profecta, inanem studiorũ gloriam, duræ senex, nimis molliter, ne rursus dicam puerìliter concupisti. ipsum quod ad imitis uerè magisteriũ accesseras, fuerit uel iuditij, uel fati cuiuspiam, quãdo excusationem errorũ studiosius aucupamur, & culpas nostras in fata reflectimus, hoc uotiũ, profectò iuditij tui fuit, non potes accusare fortunam, quod optaueras inueneristi, sed quo pergo? ha miser, postquàm in admirationem tui, uesanum iuuenẽ, eò usq; perduxeras, ut nulla libertatis, aut comeatus occasio supereesset, nunquid æquanimius saltim pati poteras iugum, quod sponte subieras, & hoc saltim præstare, ne in cõtumelioſas notas, æternæ sugillationis erumperes? nõ equidem ignorabas, Tragœdiam esse genus scripti grauitate uincere, ut ait Naso? hanc tu, quã mordaciter, quàm uenenosè, quã acriter in illũ scripseris notum est. non quod ego sim nescius, nullã uel ingenij, uel sermonis acrimoniã, nephãdis actibus æquari posse, bonis illius, si modo hominis nomine dignus est. uide tamẽ, num te deceret id scribere, de Imperatore subiectũ, de domino familiarẽ, de discipulo præceptorem, postremo de illo, cui tàm multa blandiri, ne dicam blandiendo mẽtiri, solitus eras. Relege libros, quos ad eũ ipsum de Clemẽtia, reuolue quẽ ad Polybũ de cõsolatione dictasti, cætera denique tuarum uigiliarum monumenta percurre, si modò uel libros, uel librorũ memoriam Læthei gurgitis unda non obruit. pudebit credo laudati discipuli. quia enim fronte, de tali talia scripsisse potueris, ignoro, certè ego, illam sine pudore nõ relego. sed hic rursus occurres, & adolescentiã principis, atq; indolem multum spei melioris præferrentem obijciens, errorem tuum, repentina morum eius mutatione, turbabere, quasi uerò, hæc nobis ignota sint, uerum ipse considera, quàm sit excusabile, paucula personati principatus opuscula, uel simulatæ pietatis uoculas obliquasse, animum ac iuditium tibi tali uirum, tali ætate, tam tarum experientia ac doctrina. quid enim oro, tibi placuit ex illius actis, quæ ab historicis (ut eorum uerbis utar) partim nulla reprehensione, partim non mediocri laude, memorantur, prius scilicet, quàm se totum in probra & scelera demergeret? an aurigandi potius, an cytharizandi studium? quibus tàm curiosẽ deditũ accepimus, ut secretius primùm coram seruis ac plebe sordida, deinde etiam in publico, uniuerso populo spectante princeps auriga decurreret, & quasi numen aliquod oblatum, sibi cytharam adoraret, egregius cytharista. quibus tandem successibus euectus, & uelut Italicis non contentus ingenijs, Achaiam petijt, & Græcorum Musicorũ adulationibus inflatus, solos Græcos studijs suis dignos asseruit. ridiculum monstrum, ferox bellua, an illud omen certis magni simul & religiosi principis habuisti, quod barbæ primitias, & illas inhumani oris exuuias, in Capitolio consecrauit? ij certè sunt actus Neronis tui Seneca; ea ætate, qua historici adhuc eum inter homines numerant, tu eum inter deos, nec laudante nec laudato dignis præconijs conaris inserere, nisi fortè illud maiori gloria dignum putas, quod Christianos genus hominum, reuera sanctum, & innocuũ uerum ut sibi uidebatur, & Suetonio referẽti, superstitionis nouæ ac maleficæ, supplicijs affecit, omnis pietatis persecutor atq; hostis crudelissimus. Ego quidem de te ista non suspicor, eoq; magis proposituũ animi miror, nam & superiora illa friuola nimis & uana sunt, ultimũ hoc nephariũ etiam & immane, nec ibi aliter uideri potuisse certus sum, præsertim Pauli Apostoli sacris monitis, aurẽ non neganti, & oblatam cœlitus amicitiã cõplexo, quàm utinã arctius tenuisses, ne diuellereris in finẽ, ut cũ illo saltẽ præco ueritatis, pro ueritate ipsa, & pro æterni p̃mij, p̃missione morereris, sed progressus sum lõgius, dicẽdi impetu, & intelligo me, ad hæc exaranda serius processisse, quã ut nulla

ut ulla tẽpeſtiuæ frugis ſpes appareat. Aeternum Vale. apud ſuperos in Gallia ciſalpina, inter ſiniſtram rapacis Entiæ, & dextram pontifragi Parmæ ripam. Cal. Sextilibus anno ab ortu, eius quem ante tu noueras incertus ſum. M. CCC. L.

Fran Petrarcha Tito Liuio, S.

OPtarem ſi fato datum eſſet, uel me in tuam, uel te in noſtram ætatem incidiſſe, ut ætas ipſa, uel ego per te melior, & uiſitatorum ex numero tuorum unus forem, profectò non Romam modò te uidendi gratia, ſed Indiam ex Galliis aut Hiſpania petiturus, nunc uerò quia datur, te in libris tuis uideo, nõ equidem totum, ſed quatenus nõdum ſæculi noſtri deſidia periſti. Centum quadraginta duos, rerum Romanarum libros ediditſe te nouimus, heu, quanto ſtudio, quantis laboribus uix triginta ex omnib. ſuperſunt, in illis exerceor, acri cum indignatione animi, aduerſus mores hominum noſtrorum, quibus nihil in pretio eſt, niſi aurum & argẽtum, atq; obſcœna corporum uoluptas, quæ ſibi in bonis habenda ſunt, multò cumulatius, multoq; perfectius, non tantum mutæ pecudis, ſed immobilis eſt, & inſenſibilis elemẽti, quàm rationalis hominis bonum erit, ſed de hoc aliàs. Nunc tibi potius tempus eſt, ut gratias agam, tùm pro multis, tùm pro eò nominatim, quod oblitum ſæpè præſentium malorũ, tecum me fœlicioribus inſeris, ut inter legendum ſaltẽ cum Cornelijs, Scipionibus, Aphricanis, Lelijs, Fabijs, Maximis, Metellis, Brutis, Decijs, Catonibus, Regulis, Curſoribus, Torquatis, Valerijs, Coruinis, Salinatoribus, Claudijs, Marcellis, Neronibus, Aemilijs, Attilijs, Quintijs, Curijs, Fabricijs, ac Camillis, & non cum his extremis furibus, inter quos aduerſo ſydere natus ſum, mihi uidear ætatem agere, tu uelim de antiquioribus Polybium, & Q. Claudium, & Valerium Antiatem, reliquoſq́ue quorum gloriæ ſplendor tuus officit, de nouis uerò Plinij ſecundum Veronenſem, uicinum tuũ, atq; æmulum quondam tuum Criſpum Saluſtium ſalutes, quibus nuncia, nihilo fœliciores eorum uigilias fuiſſe quàm tuas. Aeternum uale, rerum geſtarum memoriæ conſultor optime. apud ſuperos, in ea parte Italiæ, & in ea urbe, in qua & ego nunc habito, & tu olim natus ac ſepultus es, in ueſtibulo Iuſtinæ uirginis, & ante ip ſum ſepulchri tui lapidem VIII. Cal. Martias. anno ab ortu eius, quem ſi paulò uixiſſes diutiùs, cernere potuiſſes. M. CCC. L.

Fran. Petrarcha M. Varroni, S.

VT te amem ac uenerer, tua me ſingularis uirtus, & induſtria, tuum me clariſsimum nomen, cogit. Sunt quidem, quos licet extinctos, ſuperſtitibus tamen beneficijs ac monitis amamus, qui ſcilicet cæteris conſpectu & odore grauiter offendentibus, ipſi doctrinis inſtruunt, exemplisq; delectent, quique licet hinc abierint, in communem locum, ut ait, Plautus in Caſsina, tamẽ abſentes proſunt præſentibus. Tu nihil aut modicum prodes, non tua quidem, ſed omnia corrumpentis æui culpa, ætas noſtra libros tuos perdidit, quæ autem unius nummorum cuſtodiæ ſtudioſa, quis uſquam iniuſtæ rei cuſtos bonus? tu cognitione rerum ſupra fidem, & ſine exemplo deditus, non ideò tamen actuoſæ uitæ ſemitam declinaſti, utroq; calle conſpicuus, & illis ſummis uiris Magno Pompeio ac Iulio Cæſari, merito tuo charus· itaq; ſub altero militaſti, ad alterũ ſcripſiſti libros mirabiles, omniſq́ue diſciplinæ refertiſsimos, inter bellorum & publicorum negociorum diuerſiſsimas curas. Magna eſt laus, non ingenij modò, ſed propoſiti, corpore atq; animo poſſe ſimul, & uelle, non ætati tuæ tantum, ſed omnibus ſæculis prodeſſe. Ii equidem tanto ſtudio elaborati libri digni non ſunt habiti, qui per manus noſtras ad poſteros peruenirent, ardorem tuum noſtra uincit ignauia, nemo tàm parcus pater uſquam fuit, cuius nõ longæuam parſimoniam, breui tempore luxurioſus filius poſſet euertere, quid nunc libros perditos enumeremq; quot librorum tuorum, totidem famæ noſtræ ſunt iacula, tacere conſilium eſt, quoniam & contractatione recrudeſcit uulnus, & ſopitus dolor, damni memoria excitatur.

tur. Sed ò incredibilis famæ uis, uiuit nomẽ ſepultis tẽporibus, & cũ de Varrone nihil appareat, doctorũ tamen omniũ conſenſu, doctiſsimus Varro eſt, q; ſine ulla cunctatione cõpatriota tuus M. Cicero, in ijſipſis libris, in quib. nihil affirmandũ diſputat affirmare nõ timuit, ut quodãmodo luce tui nominis perſtringente oculos, uideatur interim dũ te loquit̃, ſuum principale propoſitũ nõ uidiſſe. quod Ciceronis teſtimoniũ quidã Latinitatis anguſtijs circunſcribũt, alij ad Græcorũ metas extendũt, præcipueq; Lactãtius uir, ex noſtris eloquentia & religione clariſsimus, qui nullum Varrone doctiorem, ne apud Græcos quidem uixiſſe non dubitat. Sanè inter innumerabiles præcones tuos famoſiſsimi duo ſunt, primus eſt ille, cui ſuprà mentionẽ feci, coẽtaneus & conciuis Cicero, qui multa tibi, & cui tu multa ſeruata, ex Catonis præcepto ratione ocij, ſcripſiſti, cuiusq; ut uiuaciora ſint opera, ſtylí forſan dulcedo præſtitit. ſecundus uir ſanctiſsimus & diuino ingenio Auguſtinus, origine Apher, eloquio Romanus, cum quo utinam de libris diuina tractãtibus, deliberare potuiſſes. Summus nempè theologus futurus, qui eam quam poteras theologiam, tàm ſcrupuloſè tàm anxiè diuiſiſti. Vt uerò rerum tuarum nihil ignores, quãuis de te ita ſcriptum ſit, legiſſe te tàm multa, ut aliquid tibi ſcribere uacaſſe miremur, tàm multa ſcripſiſſe, quã multa uix quemquam legere potuiſſe credamus, nullæ tamen extant, uel admodum laceræ tuorum operum reliquiæ, licet diuinarum & humanarum rerum Libros, ex quibus ſonantius nomen habes, puerum me uidiſſe meminerim, & recordatione torquear, ſummis, ut aiunt, labijs guſtatæ dulcedinis, hos alicubi forſitan latitare ſuſpicor, eaq; multos iam per annos, me fatigat aura, quoniam longa quidem, ac ſollicita ſpe, nihil eſt laborioſius in uita. hæc hactenus. Tu uerò ſolare animum, & labores egregij fructum, ex cõſcientia percipiens, mortalia perijſſe non doleas. Sciebas peritura dum ſcriberes, mortali enim ingenio, nihil efficitur immortale. Quid autem refert, an ſtatim, an poſt centum annorum milia pereat? quod aliquando perire neceſſe eſt, eſt quidem illuſtris ſimilis ſtudio fragrantium cohors, haud quaquam fortunacior laborum, cuius exemplis, quamuis nemo tibi par fuerit, tamen utcunque ſortem tuam æquanimius ferre debes, ex qua nunc aliquos numerare delectat, quoniam clarorum nominum, uel ſola cõmemoratio dulcis eſt. ſunt igitur hi M. Cato Cenſorius, P. Nigidius, Antoninus Gnipho, Iulius Higinus, Ateius Capito, C. Baſſus ueranius pontificalis, Octauianus Herennius, Cor. Balbus, Maſurius Albinus, Seuerus Sulpitius, Cloacius Verus, C. Flaccus, Pompeius Feſtus, Caſsius Hemina, Fabius Pictor, Statius Tullianus, multiq; alij, quos nominare lõgum eſt. hos omnes meis uerbis tuo ore ſalutes. Velim Iul. & Auguſtum Cæſares, quãquam ſtudio ſummiſsimos, atque doctiſsimos ſciam, uerecundius tamen fuerit, noſtris imperatoribus ſalutandos linquere, ſi tamen ſalutare illos audent, quorum ſtudio ac uirtute fundatum imperium euerterunt. Aeternũ Vale, uir clariſsime, apud ſuperos, capite orbis Romæ, quæ tua fuit, mea patria facta eſt. Cal. Octobris, anno ab ortu eius, quæ utinam nouiſſes. M. CCC. XLIII.

FRAN.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. IN EPISTOLARVM SINE TITVLO, LIBRVM.

Præfatio.

VM semper odiosa fuerit, nunc capitalis est ueritas, crescentibus nempè flagitijs hominum, creuit ueri odium, & regnum blanditijs, ac mendacio datum est, id me sæpè dixisse, interdum etiam & scripsisse memini, sed dicendũ sæpius, scribẽdumq; est. non antè fletus desinet quàm dolor. Ea me pridem cogitatio induxit, ut Bucolicum carmẽ, poëmaris genus ambigui scribe rem, quod paucis intellectum, plures forsitan delectaret, est enim nonnullis, corruptus adeò gustus ingenij, ut eos notus sapor, quamuis idem suauissimus offendat, ignota omnia, licet aspe riora permulceant, sic (mirum dictu) difficultas rerum, sæpè etiam fragilibus humeris grata est. Idem me hodie respectus inducit, ut his literis, pauca quidẽ, sed quò ueriora, eò malis odio siora concludam, bonis uerò nisi fallor amabilia, Epistolas scilicet aliquot, diuersis ex causis uarijsq; temporibus, ad amicos scriptas, quas unum in locum ideò cõieci, ne ut erant sparsæ, totum epistolarum corpus aspergerent, ac ueri hostibus odiosum facerẽt. Et ut qui has legere uoluerit, sciat ubi eas quærat, qui noluerit intelligat, quid declinet, siquis autem eradendas abijciendasq; censuerit, possit facilius partem unam, sine totius operis deformi tate conuellere. qua in re & lectori consultum uolui & mihi. Et sicut in pastorio, de quo loquebar opusculo, sic in isto, illic obscuritate quadam, hic scriptorum latebris, ac silentio tutus sum, nec solus ego, sed hi quoque quibus hæc scripseram, quorum nomina sciens uolensq; subticui, ne his forsan in lucem erumpentibus, aut noxæ si supererant, aut odio si obierint illis sint, quasi hæc eis potissimè inscripserim, quos scirem libentius audituros. Equidem liber ille, ad quorundam manus maximorum hominum, me præsente peruenit, dumq; eam partẽ legerent, qua maximè tangebãtur, quid ibi sentissem percontatos memini, meq; de industria transtulisse sermonem. Hic uerò quia nullum huiuscemodi uelum erat, prouidebo, si potero, ne uiuo me, cuiusquã talium in manus ueniat, si fefellerit, ego tamen ueri studio, quæsitum odium, non uerebor, & meritis partam inuidiam, inter titulos numerabo sin usque dum abiero, bona fide latuerit, postmodum ut libet sęuiant, irascantur, tonent, fulminent, quid ad me? certè si ut Satyrico placet, uiuenti de mortuis loqui tutum est, multò est tutius, mortuo de uiuis. illic enim potest supersse, qui uindicet, hic in quem uindicet, utiq; iam non est. Sit licet odiosa ueritas, sit pestifera, sit funesta, ipse iam in portu nauigat, ut ait Comicus, & in tuto est, iã terribilia cuncta transgressus, omnes mortalium minas spernit, si quid tunc igitur in me parant, iam hinc pro respõso habeant illud Plantij Oratoris elegans, dictum aduersus Asinium Pollionem. Cum mortuis non nisi laruas luctari. sin in hunc, seu alios libellos meos accinguntur, ubi illos huic calamo, uel mea indignatio, uel eorum obiecit indignitas, non mecum sibi fore nouerint, sed cum ueritate certamen, Deo iudice, mundo teste.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM sine titulo, Liber.

FRAN. PETRARCHA AMICO, S.

Seculi fallaciam, portum salutis ostendit.

QVid agis bone uir? quid agis pater optime? quid agis oro te? quid cogitas? quem rebus exitum, quem præsenti naufragio finem speras? portum'ne tenebimus, an in medijs tempestatibus obruemur? equorei sæuis cymba tantis impar est fluctibus, nimius carbasa uentus impleuit, & carina grauissimo fasce deprimit, remos agũt inexperti, claui aũt rector, ut uides, artis nauticæ præcepta despiciens, terram amat, quod ingens naui gantibus solet esse periculũ, idẽ & sereno nimiũ fidit, demẽs, & stellas uagas intuẽs, stabilem arcton, fidã puppibus ducẽ spernit. Hæc inter, uino madidus, æuo grauis, ac soporifero rore pfusus, iam nutitat, iam dormitat, iam somno præceps, atq; (utinã solus) ruit. iam pallorẽ cadẽtis aspeximus, iam naufragiũ miserũ murmur audiuimus, iã fatiscens aluus crepuit, sparsa iã pelago fluitãt armamenta. ô utinã si Pater excelsus, amisso fluitantem errare magistro

magistro sentiens, ipse etiam ratem suam, nocturnis in undis regat, nec emergi sinat, quàm tanto pretio redemit ab hostibus. Alioquin ualdè metuendum est, ne urgente æstu, inter piratas & scopulos pereamus. huc nos gubernatoris nostri perduxit inscitia, mitius loquor, immò uerò cæcitas, & hocipsum excusabile, loquẽdum est igitur propriè, & uera rebus reddẽda uocabula, fecit hoc furor & rabies & turpis inertia, & procellosi littoris ferui dus appetitus, & rationis imperium fortunæ traditum, & hortatu fœdè cupidinis pondus infamiæ susceptum. heu quantò felicius, patrio terram sulcasset aratro, quam scalmum piscatorium ascendisset, quid dicam, scio equidem, quod uniuersi offensæ, particularis uindicta non sufficit. sed quid amplius fiat. Ille igitur uadit pro meritis accepturus, & canib. esca maritimis, ille digitis omnium ostensus, omnium salibus aspersus, omnium ludibrium iocusque mensarum. postremo omnibus hoc mare sulcantibus in æternum fabula. De nobis autem quid putas: certè si ad clauum similis nauclerus accesserit, salus nos ipsa, si uelit salua re uix poterit, una nobis in tantis terroribus spes salutis tale nusquam esse portenrũ. tu ue rò circunspici, si qua est ad enatandum tabula, quàm complexi, in siccum euadamus. si consilium meum poscis, in rure tuo, si liceat optimè manebimus, ibi silentium optatum, & portus mihi quietissimus uidetur, hîc animum intende, & Vale.

Fran. Petrarcha Principi Romano, S.

Maiestatem læsam dolet.

QVid hinc humanitatis aut clementiæ, seu quid omnino iustitiæ sperare possis, excellentiæ tuæ nuncius, expertus testabitur, nouum genus sæuitiæ, puerum incomitatum, incautum, innocentem, hostiliter aggredi, uirgulam, quam si quid sani esset. & uereri & timere debuerat, capsulam quoq;, gratissimis ac suauissimis literis refertam, in caput immeritum, donec utrunque frangeretur allidere, ipsas quoque literas, quæ marmoreos animos mollire potuissent, disceptas effundere. en hospitalitas, en charitas, ad Durentiam captus, tortus, flagellatus, & ciuitatis ingressu prohibitus, nuncius tuus, minas cum uerberibus ac uulneribus referens, ad pedes tuos, uertice cruentato redijt. ô uere Durentia, ut uulgus appellat, durities gentium, siue ut quidam scriptores uocant, Ruentia, à ruendo diceris, præceps fluuius, damnosusq;, cuius accolæ nihil undis & alueo mitiores, & ipsi tanto impetu in quodlibet scelus ruunt. ô impudẽter elati, ô irruentes & indeuoti amnes. ô non tua sorbens, & tumidè in Dominum surgens. Sorga. ô Rhodanus rodens omnia, sic Tyberim recognoscitis. sic Romanam dominam honoratis? ô Auinio, cuius uinea (si quid coniectoribus fidei est) botros amarissimos, & cruentam profert uindemiam, sic dominam Romam colis, sic tui, sic illius, sic propriè seruitutis, sic summi imperij memor es. ue tibi infœlix, si illa cœperit expergisci, immò uerò, si caput extulerit, & dormienti sibi illatas iniurias, ac damna prospexerit, experrecta enim iam nunc est, crede mihi, non dormit, sed silet, & somnia præteriti temporis, sub silentio repetit, & quid surgẽs actura sit cogitat. expectata paululum, & uidebis magnalia in orbe terrarum, fieriq; mirabere, quæ antè factum impossibilia iudicasses. an quid scis, an ubi sis, an cui subsis ignores, an prouinciæ nomen nescis, unde discendat? quis'nam furor hic? quæ'nam ista dementia? sic modico sereno, tempestatem omnium surrepsit obliuio? siccine prouinciarum dominam uenerareris? sopita erat, tu mortua credidisti, ac uelut morte dominæ libertati reddita, ad huc seruam te putasti. Nisi libertatem ipsam flagitijs approbares, esse aliquid posse, aliquid uideri cupis, nos aliquandiù te uoti compotem, deliberando fecimus, tempus est, ut nobis admonentibus resipiscas. multorum nempè potentia, non in propris uiribus, sed in aliena debilitate fundata est. Verùm hæc aduersario conualescente, corruat oportet, tunc ergo quid fueris intelliges, cum quid adhuc sit Roma cognoueris, cuius modò nuncijs sic insultas, putans non esse qui uindicet, falleris, ineptis, insanis, est qui uindicet in cœlo Deus, est qui uindicet in terris amicus Dei, quem tu nescis, sunt uires quas ne suspicari quidẽ potes, ha misera, sed experiẽre ilicò ut spero, tuæ, nobis uim nostrã, iniuriæ reddidere,

cum

cum primum dolere cœperimus, magno tractu, & ad sanitatem & robur accessimus. tu ue rò res nostras misereare, Vir illustris, erige surgentem patriam, & gẽtibus incredulis, quid nunc etiam Roma possit ostende. de reliqua enim Italia, cui dubium est, quin quantum potuit possit, nec uires, nec opes, nec animos defore sed consensum. qui si unus affuerit, il ludentibus nomine Italico, tenore præsentis epistolæ, propinquam stragem pernitiemq; denuncio. Tu, inquam, quem tantæ rei ducem fata constituũt, perge qua cœpisti, nihil for midaueris, nubeculæ istæ sole radiante dissilient, uulpecularum astutiæ, leonis impetũ non ferent, ingressus es gloriosè, i fortiter, i constanter ad reliqua, ostende superbiæ, quãtum humilitate sit inferior, auaritiæ quantùm largitate pauperior, fallaciæ quàm stulta sit adie. cta prudentiæ, uoluptati quàm turpis admota temperantiæ ac decori. agnoscat tandẽ fu. cus hypocrisis, quàm nihil sit, ubi uera uirtus affulserit. Eia age, rumpe moras, & ranam tumore ridiculo, molem solidi bouis imitantem protere, frange, conculca. non loquor ut incitem, nec impulsore, nec lenitore indiges, & calcar & frenum in potestate habes, sed do lorem animi, tacitus ferre non potui. dolor loquendo auctus, querelam auxit, & uicissim sermo indignationi alimentum præbuit, & indignatio sermoni, quis enim tranquillus hæc uideat, uiolatum ius gentium, spreta humanitatis fœdera, in nũcij tui personaq; ô immemor honestatis ira, melius inter barbaros hostes fuisset nuncius tuus, quàm inter eos, quos & rebaris Latinos & beneuolos merebaris. euolant historias, si modò quicquam præter, qui bus inhiant, diuitias spectare queant, inquirant, & mihi respondeant, quæ barbaries lega. tos uiolauit unquamq; nisi perrarò, nulla præsertim causa interuenientẽq; tẽptauit hoc quon dam in legatis nostris, fallax & infida Carthaginensium plebs, sed prohibita uis est magi. stratuum interuentu. hãc uim, quæso, quis prohibuit? quis facta puniuit? Durior sum, im. mò uerò quis arguit uel reprehendit? quanto tutius nuncius tuus, isset in Parthiam, trun. catis Crassis & legionibus nostris fusis? quanto intactior isset in Germaniam, cæsis theu tonis & Mario triumphante, quàm huc uenit, te Romanam ecclesiam filialiter ueneran. te? certè ne uictoris insolentia, ne uicti hostis dolor, tantum præsumpsisset, quantum fictæ amicitiæ præsumpsit inuidia. Facilius puer tuus, nemorosum Pelion, & algẽtes Tauri col les hyeme media, quàm Orgonis planitiem, autumnali tempore trãsiuisset, liberius Gan gem & Tyberim, quam Durentiam transnatasset. hæc leuandi animi gratia dixisse uolui, te uerò uit magnifice, nec iniuria, nec iniuriæ illatores, nec ulla prorsus falsæ magnitudinis simulachra permoueant, non est uera magnitudo, nec uerum robur posse nocere, id enim nimis atque infirmissimis animantibus datum est, magnitudo uera est posse prodesse, ue. rior autem uelle, potuerunt nocere nocentissimi hominum, innocẽti puero, & boni nun. cij uicem hanc referre, quid hic magni est? immò uerò quid nisi nihilominus? si enim pecca tum omne nihil est, eò magis est nihil, quò peccatum maius, ita peccati magnitudo, si dici potest magnitudo, nihil est. hac modo magnitudine Viri fortes & suis artibus usi sunt, po. tuerunt quod scorpius, quod aranea potuisset, nocuerunt uni ex tuis, & quod est, in hac immanitate conspectus, tibi nocere uoluerunt, nec tibi ut tibi, sed ut libertatis ac iustitiæ de fensori. te enim non nisi propter illas odio habent, illas autem propter se, ut quas iniusto, quo superbiunt imperio contrarias norunt. Tu si ad magnitudinem animi tui redis, ho. rum tumidum, & inane propositum, simul oderis & contemnes, acria quidem ista & acu. ta, sed parua sunt. de maioribus agitur, Hæc cum uniuersitate transibunt, & serui tui ultio latebit, sub Reip. uindicta. Vale, & perfice quod cœpisti.

Fran. Petrarcha Principi Romano, S.

Romam Italiæ coniungere an utile?

LEue est quod nunc animum premit, egerendum tamen, ne neglectum stomacho ob. sit, plus enim, quàm pro quantitate bilem excitat, & paruum licet, ingẽtis nauseæ ma. teriam fert. olet nempè uirus abditũ, profundi uetustiq; odij, ita mihi uisum est, ita tibi ui. sum iri certus sum, & si latius innotescat, totius Pop. Rom. atq; omnium Italorũ animis, incus-

cussurũ iustissimæ indignationis aculeos, spero, excussurumq; grauedinẽ torporis, quo nunc priscus generosæ indolis uigor tepet, cui ui uel sponte totus olim orbis cesit, nũc pu dor, ultimi hominũ insultant, non inutile opus Reip. si successerit ut opto, breuis scintilla, magnum mouit incendium, uerbum unum, multarum ac magnarum rerum fuit indici. um, sed iam res ipsa tractanda est, nec tàm magis exaggeranda sermonibus, quàm indi. gnatione legentium. Nuper equidem inter quosdam, ex his qui sibi uidentur sapientes, aliis fortè non ita, dubitatum, & in quæstionis formam propositum fuit. Expediret ne terra rum orbi, urbem Romam, & Italiam esse unanimes atq; pacificas? & quamuis illa rerum dubitatio, satis puerilis & inepta sit, tamen disputandi studio, utrũq; poterat excusari, nisi multis argumentis ultrò citroq; iactatis, is qui omniũ sapientissimus habebatur, cũ plausu & fauore omnium, Nusquam tenus expedire, uenenata diffinitione firmasset. quod tu, quæso, Vir eloquentissimè, cum primũ ut soles, in publico perorabis, populo Romano meis uer. bis indica, ut intelligat, quæ sunt horum procerum, de nostra salute, per quas & si nihil no cent, animos tamen suos, uentosa loquacitate detegunt, dum quod de nobis cupiunt, tàm uehementer cupiunt, ut dissimulare non possint, & uotum iniquissimum, ac hostile pro. positum suum, in rationis locum transferre contendunt, cæcitate turpissima. sed ipsi qui. dem, in erroribus suis morientur. nos in manibus Dei sumus, fortunam non quam ipsi uo. lunt, sed quam ille nobis præparauerit habituri. Non tamen his deliramentis interfui, con. tristassem fortasse aliquos, neque enim aut honestum, aut mihi possibile, in tàm impia lo. quacitate, silentium fuisset, cæterùm ut res ad me perlata est, indignatus grauiter, & tunc in ter nostros contrarium diffinui, & nunc, & apud te libertatis nostræ Principem, quantu. lumcunq; auctoritate diffinio. teq; ante alios & Romanum populum atq; uniuersam Ita. liam, ut quod ego uerbis assero, rebus approbetis, per omnes cœlicolas supplex oro, & ut in statu prospero diù uiuas, & Remp. fortiter liberatam, fœliciter regas opto.

Fran. Petrarcha Populo Romano, S.

Libertatem & eiusdem assertorem, ut tueatur, & innoxium defendat, hortatur.

APud te quidẽ Inuictissime domitorq; terrarũ Populemeus, apud te clã, paucis, res magna tractanda est, aduertite animos, quæso, obtestorq; uos Viri clarissimi, uestra res agit. magna, inquã, nec solũ magna sed maxima, & cui in terris nulla par esse potest, neue forsitan sciẽdi auidos, expectatione cõficiam, aut rẽ suapte natura pmaximam, nitar uerbis augere, pfationibus omissis, ad ipsam rẽ uenio. Tribunus olim uester, nũc captiuus alienus, ô triste spectaculũ, ceu fur nocturnus, aut patriæ, pditor, ex uinculis causam dicit, & q̃ nulli unquam sacrilego pꝛepta est, apud iudices orbis terrarum, & iustitiæ magistros, iustæ sibi defensionis facultas eripitur. est ille fortè nõ indignus hæc ppeti, q̃ suo ingenio su isq;, ut ita dixerim, manibus plantatam, & iam radicatam florentemq; Remp. in ipso glo. riosissimi successus flore destituit? at minimè digna est Roma, cuius olim ciues, lege inuio labiles, & supplicio exempti, nũc nõ modò sine sceleris infamia, sed multa quoq; cũ laude uirtutis, passim sæuo quorũlibet arbitrio uiolent? ne enim causam ignoretis Viri illustres, qua olim caput & rector, nũc ciuis dicã, an exul uester opprimitur, rẽ nescio an uobis inco gnitã, sed certè mirabilẽ & indignam audietis. nõ ille quidem neglectæ, sed defensæ liber. tatis auguitur. nec deserti, sed occupati Capitolij reus est. illud sibi summũ, & crucibus ex. piandum scelus, obijcitur, quod affirmare præsumpserit, Romanũ imperiũ, nũc etiam Ro mæ, & penes P. R. esse. ô impia sæcula, ô truculentam inuidiam, ô maliuolentiam inaudi. tam. tu uerò nũc infallibilis & incorrupte rerũ arbiter CHRISTE, q̃d agis? ubi sunt oculi tui, quibus humanarũ miseriarum nebulas serenare solitus es? cur illos aduertis? Cur nõ an cipiti fulmine, causam dirimis sceleratã? & si nõ meremur, aspice in nos, & miserere nostri. respice inimicos nostros, nec minus tuos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo ode. runt nos, nec minus te. discerne quæsumus, inter partes, omni ex parte dissimiles, denique de uultu tuo iuditium nostrum prodeat, oculi tui uideant æquitatem. Certè si iugo Roma no, q̃ omnium iustissimũ atq; suauissimũ fuit, aliqua gens, immò uerò gens omnis, ut cer. nimus, Voluit colla subducere, nihil est quod indignemur, aut miremur. est enim animis

mortalium, libertatis inſitus appetitus, ſæpè etiam inconſultus ac præceps, & ſæpè dũ parẽre melioribus pudor uetat, qui benè ſubeſſent malè præſident, ſic omnia miſcentur, atq; turbantur, unde nonnunquam, in loco digni imperij, ſeruitiũ indignũ, & in loco iuſti ſeruitij, iniuſtum imperium uidemus. quod niſi ita eſſet, meliori loco eſſent res humanæ, & adhuc incolumi capite, mundus integrior, id ſi mihi non creditur, experientiæ credatur. quando unquam tanta pax, tanta tranquillitas, tanta iuſtitia, tantus uirtutis honor, tanta bonis præmia, tanta malis ſupplicia, tàm benè cõſultum rebus, quàm poſtquàm unum caput orbis habuit, caputq́ ipſum Roma fuit? quo potiſſimum tempore, amator pacis ac iuſtitiæ naſci Deus ex uirgine, terrasq́ uiſitare dignatus eſt. ſingula quidem ſingulis corporibus data ſunt capita, & orbis uniuerſus, cui à Poëta magni corporis nomen aſcribitur, uno temporali capite, debet eſſe contentus, monſtruoſum eſt enim omne animal biceps, quantò magis horrendum & immane prodigiũ eſt, animal mille capitum diuerſorum, ſeſeq́ mordentium inuicemq́ pugnantium? quod ſi capita plura ſint, unum tamen, quod cuncta compeſcat, atque omnibus præſit, eſſe debere non ambigitur, ut totius corporis pax inconcuſſa permaneat. certè quod experimentis innumeris, & doctiſsimorũ hominum auctoritate deprehenſum eſt, & in cœlo & in terra, optima ſemper fuit unitas principatus. id ſanè ſupremũ caput, uelle ſe Deus omnipotens, nõ aliud eſſe q̃ Romam, multiplicibus declarauit indicijs, quàm belli pacisq; gloria, quãq; mirabilem ſine exemplo uirtutis, tanta præeminentia dignam fecit, quæ quamuis ita ſint, adhuc tamẽ ſi humani more animi, malo ſuo quotidie gaudentis, aliqua gens, ut dixi, damnoſam & ambiguam libertatem, quàm tutum & ſalutare publicæ matris imperium mallet amplecti, poſſet inſolentiæ, uel inſcitiæ uenia deberi, illud uerò, quis inoffenſis auribus accipiat, inter homines doctos quæri. An Romanum imperium Romæ ſit? ergo apud Parthos Perſas q; & Medos, Parthorum Perſarumq; & Medorum regna conſiſtent, Romanum imperium uagum erit? q; hanc indignitatem ſtomachus ferat? quis non potius euomat penitusq; reiiciat, ſi imperium Romanum Romæ non eſt, ubi quæſo eſt? nempè ſi alibi eſt, iam Romanorum imperium non eſt, ſed eorum, penes quos illud uolubilis fortuna depoſuit. & ſi enim ſæpè Romani Imperatores, pro neceſsitate Reip. in orientis, aut occidentis extremo, ſæpè ſub Borea uel Auſtro cum exercitib. agerent, Romanũ tamen interim imperium Romæ erat, & de Romanis imperatoribus, quo uel præmio uel ſupplicio digni eſſent, Roma cenſebat. De Capitolio petebatur quis honorandus, quis plectendus, quis Vrbem priuatus, quis ouans, qs triumphans introiret, inquinent poſt Iul. Cæſaris ſeu tyrannidem, ſeu dicere malumus Monarchiam, Romani principes, quanquam iam Deorum concilio aſcripti, ad huc tamen à S. P. Q. R. gerendarum rerum licentiam poſtulaſſe compertum eſt, & data uel denegata licentia, egiſſe quæ deſtinauerant, uel ceſſaſſe. Imperatores igitur uagi eſſe poſſunt, ſtabile fixumq́ ſemper imperium eſt, nec de temporali ſtatu, ſed de perpetuitate imperij dixiſſe credendus eſt Maro, ubi ait:

Dum domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum
Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit.

neque enim hæc dicens, centum aut mille annorum, ſed immortalem illis duobus, gloriam ſpondebat. neúe quiſquam uerba hæc blanditias uocet, quæ profectò, nec lingua mea, nec ueſtris auribus dignæ ſunt, digreſsione opus eſt. ſcio ego, de hac re Virgilium quodam loco ab Auguſtino reprehenſum, non iniuſtè, ſed ibidem mox iuſtiſsimè excuſatum, cum Poëta loquentem de uobis Iouem faceret: ſic ait:

Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Mœnia Romanosq; ſuo de nomine dicet.

et origini perpetuitatem adijciens, inquit:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono
Imperium ſine fine dedi:

hoc non immeritò quidẽ notat Auguſtinus. quomodo enim imperium ſine fine dabit, q̃ nihil unquã dedit, aut dare potuit, niſi q; homo ſceleratus & mortalis poteſt, falſa diuinitatis opinione,

opinione, non ornatus ſed oneratus, & oppreſſus? præterea autem hæc, quiſquis imperium Romanum dedit, (quòd non dediſſe certum eſt, niſi omnipotentem Deum, cuius in cœlo & in terra imperium unum eſt, unde imperia cuncta deſcendunt) ubi tamen hoc imperium ſit quærit Auguſtinus: in terra an in cœlo? Et utiq; inquit, in terra eſt, & ſi eſſet in cœlo, cœlũ & terra tranſient, tranſient quæ ipſe fecit Deus quantò citius, quæ cõdidit Romulus? Hæc Auguſtinus in Virgiliũ. & certè perſpicuum eſt, regna omnia, & quicquid uſquam clarum aut magnificum oculis noſtris apparet, & ſi ante non ruerint, tunc ſaltem ruitura eſſe, dũ cœlũ & terra mouebunt. illo concutiente qui creauit, quiq; nouũ cœlũ nouamq; terram faciet, nõ mentiturus, ut Iuppiter, cũ ipſe ſit ueritas. eius eſt illud regnũ, principio carẽs, & fine cariturũ, de quo ſcriptũ eſt: Et regni eius non erit finis, q̃ licet forte Virgilius ignoraret, cui Deus ingenium excellens eloquiumq; p̃ſtiterat, uerũ hæc à ſapientibus abſcondita, & paruulis reuelãda negauerat, illud certè nõ ignorabat, peritura eſſe omnia regna, q̃ initiũ habuiſſent. Ingenti igitur cautela uſus eſt, ſiquidem ubi immortalitatem Romano pollicebatur imperio, non ipſe loquebatur ex perſona propria, ſed Iouẽ loquentem inducebat, ut mendacis Dei, mendax oraculum eſſet & falſa promiſsio. Ipſe autem ad gratiam P.R. alieno mendacio utebatur, at alibi, quando ex ꝓſona ſua loq uoluit, ueritatem ipſam idem Poëta non tacuit: *At enim res Romanæ perituraq; regna.*

Quis non clarè uideat, inter imperium ſine fine, peritura q; regna, quid interſit? ſed hic Virgilius, ibi Iuppiter loquebatur, hic homo ingenioſus, ibi falſus deus, alijs quidẽ uerbis, ſed hac planè ſententia Virgiliũ accuſat & excuſat Auguſtinus, ſecundũ quam intelligo quæ dixi, & q̃ dicã. Certè Romanus erat, ille q; ſcripſit. Omnia orta occidũt, & aucta ſeneſcũt. ſeneſcent ergo hæc omnia, ſi durent, & ſi cuiuſq; rei finis eſt? ſenectus ſua, utiq; omnia ſenescent, niſi iam fortè ſenuerint, quãdo & q̃ ſtant, cuncta occident, & occaſum ſi nõ præuenerit, ſaltẽ comitabit? ſenectus. ita nulla eſt exceptio, ſeu durent ſeu nõ durent, orta omnia, aut ſerius aut ocyus tandẽ occident, & ſeneſcent. Voluet motu cõtinuo, rotam ſuam inſtabilis fortuna, & de gente in gentẽ uolubilia regna uerſabit. faciet illa cum uolet reges ex ſeruis, ſeruos ex regibus, & in urbem Romam, & in orbẽ Romanũ, ſuam ineluctabilem potentiam exercebit. quã p̃cipuè in uos Viri optimi, multis fortè miſerantibus, nullo penitus ſuccurrente, diù miſerabilibus modis exercuit & exercet. ſcio doleoq;, & plus quã credi poſſit indignor, quid amplius faciam non habeo. nec me angit, quod fortuna iure ſuo utitur, ut in reliquis, ſic in uobis, atq; ut ſe rerum humanarũ planè dominã probet, ipſum rerũ caput attingere nõ uereꝰ. ſcio uiolentiam, inſtabiles mores noui, quarundam uerò indomitarum gentium inanem iactantiam ægrefero, quarum nunc Romano trita iugo colla laſciuiunt, ita pudor & fœlix fabula, iam (ut cætera multa & grauia ſileam) in quæſtionem uenit. an Romanum imperium Romæ ſit? enimuerò ubi nunc horrida ſylua eſt, poterunt regia tecta conſurgere, atque ubi nunc atria ſunt, auro rutilante fulgentia, poterunt cupidi greges paſci, & penetralibus regum, uagus paſtor inſiſtere, non detracto fortunæ imperium, poteſt illa funditus, ut urbes alias ſic reginam Vrbium pari niſu, ruina maiore proſternere, quod heu magna ex parte iam fecit. illud profectò nunquam potuit efficere, ut Romanum imperium, alibi ſit, q̃ Romæ, ſimul enim ut alibi eſſe cœperit, deſinet eſſe Romanum. Hæc ſe mirabilis Ciuis ueſter affirmaſſe & affirmare non negat, & hoc eſt illud graue crimen, unde in diſcrimen capitis adducitur, addit autem, ſe id multorum conſilio ſapientum dixiſſe, nec puto mentitur, & defenſionis copiam aduocatumq́ ſibi dari flagitat. negatur, & niſi diuina miſericordia ueſterq́ fauor occurrerit, actum eſt, innocens indefenſusq́ damnabitur. hominum pars magna compatitur, nemo ferè eſt, qui non miſereatur, præter eos, quibus proprium erat miſereri, & parcere erroribus, non inuidere uirtutibus. Iuriſconſulti inſignes hic etiam non deſunt, qui iure ciuili aſſerant, hanc ipſam ſententiã probari clariſsima ratione, nec deſunt qui ex hiſtorijs, ſe multa & ualida probaturos dicant, ad eiuſdem ſententiæ firmitatem, modò liberam uocem liceat emittere. nunc tamen nemo eſt, qui mutire audeat, præterquàm in angulis, in tenebris, in timore. Egoipſe, qui uobis hæc ſcribo, & fortè pro ueritate non recuſem mori, ſi mea mors

collatura aliquid Reip. uideatur,nunc taceo,neque hîsipsîs ad uos scriptis meum nomen adîjcio,stylum ipsum sufficere arbitratus,hoc adiecto,ciuem Romanum esse,qui loquitur, q̄ si tuto in loco,apud æquum iudicem,& non ad tribunal hostium res agatur,spero ueritate animum illustrante,et linguam seu calamum dirigente Deo,posse aliquid dicere,quo luce clarius appareat,Imperiū Romanū,quamquam fortunæ iniuria attritum, oppressum qúe diù,& quamquam uarie ab Hîspanis,Aphris,Græcis,Gallis, Theutonis occupatū, adhuc tamē quantulumcūq̄ est,Romæ esse,non alibi,ibidemq̄ mansurum,& si nihil prorsus ex tanta urbe,præter nudum saxum Capitolij supereſſet,quinetiam tunc, quando non dū externis manibus agebamur,tantumq̄ Romani Cæsares imperitabant,non penes eos, sed penes Capitolij arcem ac Populum Romanum,omne ius imperij fuisse,si uerum est, quod malæ fideī possessor,ullo tempore non præscribat. In hoc aūt rerum statu,dum dies trahitur,q̄ fortè desuper datū est,ut q̄ modò nec sperare quidē auderetis, tanta res in lucē ueniat,unum quod ad uestram & Romani nominis dignitatem spectare uisum est, dissimulare non potui,cogente me ad calamum fide illa,qua nos urbemq̄ uestram, inter omnes singulari quodam amore ac ueneratione complector. Claritatē igitur uestram hortor, atq̄ obsecro, ne ciuem uestrum in extremis positum deseratis, seduestrum esse monstretis,solennibus eum nuncijs reposcentes,etsi enim uobis imperij titulū nitant eripere, nondū tamē eò uesaniæ sunt euecti,ut negare audeāt,uos in uestros ciues ius habere.certè si qd homo iste peccauit,Romæ peccauit,nec dubitari potest,de cōmissis Romæ peccatis, uestrum esse iuditium,nisi uobis fundatoribus legum atq̄ cultoribus, & qui iura gentibus tradidistis,eripitur ius commune.ubi enim iustius delicta castiges,quàm ubi cōmissa sunt? ubi scilicet & locus ipse memoriam criminis renouans,sceleratis pars nō parua supplicij, & scelerū spectatores,penè spectaculū aut soletur aut terreat.q̄ si fortè Trib. uester, quoniā multi,quin potius boni omnes ita sentiunt,nō supplicio, sed p̄mio dignus est,ubi nam melius,q̄ meretur accipiet,quàm ubi fecit propter quod talia meretur? nusquam dignius præmium uiri fortis exoluitur,quàm ubi fortiter gesit,ut qui actum uiderint, ad imitandum præmio accendant̄. Fidenter itaq̄ reposcite Ciuem uestrum,nihil nouum, nihil iniustum poscitis,potiusq̄ delinquitis si tacetis.quod si communis iure patriæ,ubi nūc captus est puniendus asseritur,quantò uerius communis patria Roma est,ubi ille natus educatus qúe est,ubi qcqd id est,unde accusatur admisit,q̄ contrà nihil hic uel laude uel uituperio dignum fecit, si uerò contrà morem maiorum,cum fortuna ceciderūt animi,adeoq̄ degeneratū est,ut iustitiam poscere temeritas uideatur,his quorum patribus,nihil olim difficile uisum est,at saltē q̄ ab omni,q̄ legibus uiuat barbarie posci potest,poscite,ut ciui uestro audientia publica,& defensionis legitimæ nō negetur copia.neúe q in luce fecit omnia, immò q quantū p hominē fieri poterat,lucē mundo reddidit,in tenebris condemnetur. ostendite uos deniq̄ causam ac fortunam non negligere Ciuis uestri, resistite iniuriæ, prohibete nephas,protegite innocentem,reum uel nocentem iudicate,aut saltem,ne pro cuiusquam libidine iudicetur occurrite.ferte q̄ potestis,& q̄ debetis opem Trib. uel si id nomen euanuit,Ciui uestro,multa de Rep.benemerito,atq̄ illud in primis,q̄ quæstionem magnam atq̄ utilem mundo,multis sopitam ac sepultam sæculis,suscitauit,quæ una ad reformationē status publici,atq̄ ad aurei sæculi initiū,uia est.Succurrite illi uiro,neq̄ cōtēpseritis salutē eius,qui pro uestra salute,sese mille piculis,ac sempiternæ obiecit inuidiæ, illius ꝓpositū atq̄ animū cogitate,& meminerit̄is,quo in statu res uestræ fuerant,& q̄ repentè unius uiri cōsilio atq̄ opere,quantā in spem, non Roma tantū, sed Italia omnis erecta est, quantū subitò nomē Italicū,q̄ renouata ac detersa Romana gloria,quantus hostium metus ac dolor,quantum gaudium amicorum,quanta populorum expectatio,quàm immutatus rerū tenor,quàm facies orbis alia,quàm diuersus habitus animorum,quàm nihil sibi simile, ex omnib. q̄ sub cœlo sunt,tā mira & tàm repētina mutatio rerū fuit. Septē enim mensiū nō amplius spatio, frena Reip. tenuit,ut uix ab origine mundi maius aliquid attemptatum rear,& si successisset ut cœperat,diuinum potiùs quàm humanum opus esse uideretur.et profectò, quicquid ab homine benè agitur, diuinum opus est. Huic ergo,quem uestræ gloriæ

gloriæ,nō ambitioni propriæ desudasse notum est,fauor haud dubius debetur, de euentu fortuna culpanda est,si quis aūt torpor feruenti principio interuenit,humanæ uarietati atq̄ imbecillitati ueniam date,& dū licet uindicate,Ciuem uestrū ab iniuria,q̄ Græcos à Macedonū,Siculos à Carthaginēsiū,Campanos à Samnitiū,Tuscos à Gallorū iniurijs, nō sine graui uestro periculo uindicastis.Extenuatæ sunt fateor opes uestræ,at nunquam plus animorum patribus uestris fuit,quā dum Romana paupertas,diues uirtutum uiguit.imminuta uestra potentia est non ignoro,sed mihi credite, si qua pristini sanguinis gutta supereſt, nō parua uobis est maiestas,neq̄ mediocris auctoritas. Audete aliquid,adiuro uos memoriam rerum Romanarum,per maiorum cineres,ac gloriam, per nomen imperij, per misericordiam *IESV CHRISTI* qui diligi proximū,& succurri iubet afflictis. Audete, oro, aliquid,præsertim cuius & honesta petitio,& inhonestum ac turpe silentium est,& si non propter illius salutem,at propter uestrum decus.audete aliquid,si uultis esse aliquid,nil minus Romanū est,q̄ timor. Prædico aūt uobis,quoniā si timetis,si uosipsos cōtēnitis,multi uos quoq̄ cōtēnent,metuet nullus,sin sperni nolle cœperitis,lōgè lateq̄ metuemini, q̄ cū sæpè olim,tū nuper apparuit,illo Remp.gubernante,de quo loquor. Aperite tantū unanimiter ora uestra,sentiat mundus,unam esse uocem P. R. nemo usquā illam irridebit,aut spernet,nemo nō uenerabitur aut timebit.reposcite modò captiuū hūc,uel iustitiā poscite, alterū nō negabitur.& q parua quondam legatione,regem Aegyptiū,sub obsidione Syriaca liberastis,nunc ciuem uestrum,ab indignis carceribus liberate,& ualete.

Fran. Petrarcha amico, S.

Quod in Gallijs moram trahere cogatur,dolet.

GEminus mihi Parnassus,alter in Italia est,alter in Gallijs,qualis qualis exulantium latè Pieridum duplex domus,In Ausonio Helicone fœlicior fui:

dum fata Deusq̄ sinebant,

ut apud Maronē illa miserabilis amans ait, si tamen amans miserabilis, & nō pudicissima ac constantissima mulier fuit Dido, nunc me Gallicus orbis habet, & occidentalis Babylon,qua nihil informius sol uidet,& ferox Rhodanus æstuāti Cocyto, uel tartareo simillimus Acheronti,ubi piscatorum inops quondam regnat hæreditas,mirum in modū oblita principij,stupor est memorare illos,hos cernere auro onustos et purpura,superbos principum ac gentium spolijs uidere pro inuersis ratibus,luxuriosa palatia, & mœnibus clausos montes,pro retibus paruis,quibus olim in æstu Galilæo,uictus uix exiguus quæreba tur,quibus in stagno Genezareth tota nocte laborantes,nihil cœperant,mane autem facto,capta est in nomine *IESV* ingens piscium multitudo, audire nunc mendaces linguas,spectare membranas uerò uacuas,& pendenti plumbulo, uersas in retia, quibus in nomine eodem;sed in operibus Belial,credula Christianorum turba concluditur, ut mox squamis exuta,curarum flammis,& desolatorijs carbonibus exuatur,auari uentris expletura uoraginem. Cernere pro sancta solitudine, frequentiam sceleratam,& circunfusas acies satellitum pessimorum,pro sobrijs uoluptuosa conuiuia, pro peregrinationibus pijs ocium inhumanum,& obscœnum,pro nudis pedibus Apostolorum niueos, furum uolitare cornipedes auro instratos,auro tectos,aurū mandentes, auro deniq̄ propediem, nisi dominus seruilem luxum coērceat calciandos.quid multa? Persarum aut Pathorū reges dicas,quos adorari oporteat, quos salutari, sine munere nephas sit. ô hirsuti ieiunique senes,quibus laborastis, quibus agrum Dominicum seuistis, quibus fata rigantes, sacrum sanguinem effudistis,mitto autem hæc. His igitur nunc in locis,miserearе fortè iniquissimam amici,aliud fortè,sed hoc certè suppliciū non merentis,his ego nūc in locis, ubi puer fueram,iam senior sum,fato me,liberum(ut putabam)ad puerilia rursum fastidia retrahente,hic ita confectus & affectus sum,ut iam sensim morbo animi, in corpus translato, totus æger,nil præter meros dolores ac rancores loqui possim. Itaque multa, quæ in animo effrant,dierre habui,uterque mihi nunc stomachus dolet, nil ex me hodie placidum speres.non potest ex amaro fonte dulcis riuus erumpere.natura fert,ut exulcerati pectoris infesta suspiria,& offensi animi uerba sint acria.

Fran. Petrarcha amico, S.

Malignitatem temporum suorum deflet.

SI per occupationes licuisset, nunquam aliàs tàm iusta scribendi simul & indignandi, ne dicam flendi, materia data esset, quid uis dicam? Piget incœpisse, sed & desinere itidem pudet, itaq; quamuis aduerso sydere, postq̃ tamẽ (ut aiunt) boues sub iugũ missi, hæc mihi breuis papyrus exaranda est: *Omne in præcipiti uitium stetit,* inquit Satyricus, "O simplex, ætatem nostram certè non uideras, nunc in præcipiti uitia substiterunt, ut iam sine publica ruina transiri ulterius non possit, intempestiuè igitur alienam querelam, in tuum seculũ transtulisti. quicquid historicorum labor, quicq̃d tragœdiarum gemitus, in nostram ptulit notitiam, minus fuit, q̃ q̃ oculis uidemus. q̃ apud illos cothurno dignũ scelus erat, apud nos nã ueniale peccatũ est. iratus est mũdo Deus, nec immeritò, patientiã potius tantã miro. Tẽporibus illis iocabatur fortuna, nũc sæuit, redde Neronẽ precor, redde Domitianũ, aptior qdem p̃secutio, sed leuior erit & breuior. Liceat pretio modici sanguinis mercari cœlũ, & ad gloriã martyrio peruenire, latenti tabe consumimur, non uita præripitur, sed uirtus, nec benè uiuere sinimur, nec honestè mori. Sentio, rediit ab inferis Iulianus, eoq̃ funestior, q̃ nouũ nomen assumpsit, animum seruat antiquum, & hostile propositum amicitiæ uelo tegit, signa nostra sequentes prodimur, nostricq̃ ducis auspicijs imus in pernitiem, & nisi se *CHRISTVS* iterũ uindicet, actũ est. heu, nimium dilecte mihi, q̃d putas, quid æstimas, quid censes, quid mihi nunc animi suspicaris? mirũ nisi contra naturam meã croceus sum, si quidẽ totus effuso felle sum cholera, nõ aũt metus, nõ reuerentia, nõ amor, non ueritati indicta supplicia, præmia mendacio impediũt aperte loqui quæ sentio, sed occupatio sed ira, sed dolor animi, sed luctus, hostes ingenij. & o utinam stylus par materiæ rebusq̃ meis explicitis, ocioſæ uitæ spatium detur, profectò impetus ardorq̃ nõ deerunt. non fabulas agam, & si fabulis sint hæc similiora quàm uero, dicam monstra quæ uidi, quæ quæ audiuisti, quibus infectos oculos atque aures habeo. Non simplex insania, nõ unus furens Hercules, nõ una Thyestis cœna, non unus monstruosus, fœdusq̃ cõcubitusq́e cõcubitus, nõ una discordia inter auaros fratres, nõ unus innocẽtis ostor ac mactator coniugis matrisq̃, nõ una profugæ parẽtis impietas ac libido, denicq̃ nõ unũ Ilion euersum, non unus iniqui patris imperio discerptus Hippolytus, sed totus orbis euersus ac lacer, quæ ab aliis undique studio conquiruntur, hic passim in triuijs occurrant. putas ne Tragico carmini deesse subiectum? cæteri singulorum fortunas ac singula scelera cecinêre, mihi inaudita portenta, quorum nullus est numerus, mihi totius humani generis cantanda, seu potius deflenda calamitas, seruitus, ruina, ludificatio et mors: ueriſsima quoque texetur historia, sed flebilis & horrenda, non lintei libri ab annalibus dissentient, nulla inter Polybium & Claudium, & Lucinium, & Valerium Antiaten, nulla inter Sallustium & Liuium, nulla inter Herodotum & Thucydidem lis erit, uero omnia consonant, inquit, Aristoteles. Ego scribam, ueritas dictabit, humanum genus omne testabitur, iudex esto posteritas, nisi fortè tuis malis oppressa, nostris intendere non potes. tibi interim amice, si te noui, ex his paucis, omnia non modò quæ scribo, sed quæ meditor clara sunt, nec Tragœdia tibi alia, nec historia opus est. Vale & te fœlicem scito, quod hinc abes.

Fran. Petrarcha amico, S.

Calamitatem temporum deplorat, Deumq̃ pro uindicta orat.

DVm sanctissimum grauissimumq̃ sermonem repeto, quem mecum antè religiosi illius, ac ueteris templi fores, nudiustertius habuisti, concalesco acriter, & ita sum, ut oraculũ aditis penetralib. emissum putẽ, & Deũ mihi uidear audisse non hominem, adeò mihi diuinè p̃sentẽ statũ, immò casum ac ruinam Reip. deplorare, adeoq̃ profundè digitos eloquij tui in uulnera nostra dimittere uisus eras, ut quotiẽs uerborum tuorũ sonus, ad memoriam aurium mearum redit, totiens dolor ad animũ, mœror ad oculos reuertatur, & cor meum, q̃ dũ loquebaris ardebat. nunc dum meminit, dum cogitat, dũ ꝓuidet resoluat in lachrymas, non quidem fœmineas, sed uiriles, sed masculas, & si detur pium aliq̃d ausuras, proq́e uirili portione, usque ad iustitiæ patrocinium erupturas. cum sæpè igitur antea, tum præcipuè

præcipuè post eum diem, solito sæpius tecũ sum, sæpè subit desperatio, sæpè spes, sæpè aũt inter utramq̃ fluitante animo mecũ dico: ô si unquam, ô si in diebus meis accidat, ô si tàm clari operis, & tantæ gloriæ sim particeps. dehinc crebro ad eum, quem in delitijs crucifixum habeo, uersus mœsta uoce, atq̃ oculis humentibus exclamo, *IESV* bone, & nimium mansuete, quid hoc est? exurge quare obdormis, exurge & ne repellas in finem, quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ, protector noster aspice Deus, uide quid patimur & unde, quǽue sub clypeo tui nominis ab hostibus tuis fiunt, uide & uindica. si minus, occurre, priusquã mortiferi uis ueneni uitalia membra corripiat, & extremis malorum obruamur molibus. quid agis in te sperantium salus? quid saluator cogitas, quid hæres, quamdiù oculos auertis, quamdiù nostris non tangere miserijs, quamdiù nullũ tantis laboribus modum ponis? an mala nostra nõ uides, quẽ nec cœli ambitus, nec abyssi profunditas fallit, nec stillæ oceani, nec syluarũ folia, nec arenæ maris, nec stellarum numerus, nec animantium multitudo, nec herbarũ uarietas? an odio tibi sumus, quos usq̃ adeò amare consueueras, ut nostri amore uictus, cœli regnator Deus, in terram descenderes, atq̃ homo moriturus ascenderes in crucem? an fortè uides & diligis, sed retrahit impotentia succurrendi? at si non es omnipotens, quid speramus? An terret uis hostium tuorum? sed nondum puto seculi nostri superbia, fecit homines Deo pares. an potius misericordia iuditium frenat? sed uide iudex infallibilis, uide ne dum paucis parcis, perdas innumeros, & pietas sceleratis exhibita sit crudelitas bonis innoxijsq́e pernities. sed quid loquor homuncio, quis ego sum, qui tecum litigem? tibi nos ac nostra committimus, de nobis tu uideris qui creasti, memor imbecillitatem nostram, diutius sub tantarum ærumnarum cumulo non posse subsistere, itaque fer opem opportunam, dum adhuc quicquam reliqui est, ne si perire permiseris, suscitare habeas, quos saluare potueris. adesto spes nostra, & quod quotidie iteramus, In adiutorium nostrum intende ac festina, & uel tot mundi mala, uel mundum ipsum finias, precamur.

Fran. Petrarcha amico, S.

De inæneno occiduæ Babylonis statu.

SI quicquid animus meus fert, de huius occiduæ Babylonis statu, cuius fato seu uerius peccato meo, inuitus totiens ciuis fio, uelim stylo committere, uereor Pater, ne et dolorem meũ lamentis exaggerem, & sanctissimas curas tuas occupationesq̃ pulcherrimas, intempestiuis & inutilibus querimonijs interpellem. In summa scito, non modò hunc, sed ne Ciceronianũ quidẽ calamũ rebus parẽ. quicquid de Assyria uel Aegyptia Babylone, quicq̃d de quatuor labyrinthis, q̃cquid denicq̃ de Auerni limine, deq̃ tartareis syluis, sulphureisq̃ paludib. legisti huic tartaro admotum, fabula est. Hic turrificus simul atq̃ terrificus Nemroth, hic pharetrata Semiramis, hic inexorabilis Minos, hic Rhadamãtus, hic Cerberus uniuersa consumẽs, hic Tauro supposita Pasiphaẽ, mixtũq̃ genus (q̃ Maro ait) ,plesq̃ biformis Minotaurus inest, Veneris monimẽta nephandæ, hic postremò q̃cq̃d cõfusum, quicq̃d atrũ, quicq̃d horribile usquam est, aut fingit, aspicias, ô semper uir tutib. tuis fœlix, nunc absentia etiam fœlicior tua. putas ne ciuitatem hanc esse quàm uidisti? lõgè alia est, lõgeq̃ dissimilis. Fuit illa equidẽ omniũ pessima, eaq̃ rẽpestate fœdissima, hæc uerò, non iam ciuitas, sed laruarum ac lemurum domus est, & ut breuiter dicam, scelerum atq̃ dedecorũ omnium sentina, atq̃ ille uiuentiũ infernus, tanto ante Dauidico ore notatus, q̃ fundatus aut cognitus. Ah quotiens redit ad memoriã illa tua penitus paterna uox, & salutaris admonitio, dum digressum paranti diceres: quo abis? quid moliris? quæ te tui immemorem trahit ambitio? nescis quid petis? quid relinquis? an sciens ad indignum te laborem uadis? uide, quæso, acriter quid agas? quo properes? si benè mihi notus es, pœnitebit te professionis tuæ, curiæ laqueos expertus totiens, non ignoras, in quos ubi semel incideris, absolui non poteris cum uoles. hæc & his similia te suadente, quid responderem aliud non erat, nisi me charitate uictum amicorum, notas ad miserias reuerti. dicebam hæc nec mentiebar, nec dum me charitatis illius pœnitet, sed an libertatem meã, amicorum commodis habuisse pœniteat incertus sum. certè nunc tibi malè crediti, &

ſerò probati conſilij, tui magnas gratias habeo, cui hactenus non impunè fuit non parere, ſed parebo melius, ſi unquam hinc emerſero, quod CHRISTO dextram porrigente non deſpero, & in quod ſummis iam niſibus accingor. hæc tibi Pater, ne ante ſcriberem pudor inhibuit, turpè enim & indecorum uiro eſt, uelle quod mox nolit.

Fran. Petrarcha amico, S.

De generibus perſecutionum, quas nolentes aut uolentes patimur.

PErſecutionũ duo ſunt genera, hoc nolentes patimur, hoc uolentes, plura forſitan alter inuenerit, & pfectò pſecutiones innumeræ, ſunt quas qſqs diù uixit intelligit, omnes tamẽ ad uiolentam ac uolũtariã reſtringunt. patimur aũt nolẽtes exiliũ, pauptatẽ, rapinas, morbos, carcerẽ, ſeruitutẽ, ignominiam, uincula, ſupplicia, ſecures, gladios & mortem. uolẽtes uitiorũ iugo pmimur, & uel degeneri metu, uel turpi ſegnitie, uel infami patiẽtia, uel uilis lucri ſpe, uiliſimorũ hominũ imperio paremus. exempla poſui, è quibus quid uelim uides, & ſimilia colligis, illud equidem primum multis, hoc mihi nouiſsimum grauius uidetur, ubi ſcilicet crimẽ in cauſa eſt, & eſt ſine commiſeratione calamitas. hoc perſecutionis faſce, ſerua noſtris temporibus ſuſpirat Italia, tũ demũ finem habitura miſeriæ, cũ unũ uelle cœperit. difficilis planè cõditio, ſed nequaq̃ impoſsibilis. unũ dico, nõ ſtudijs, ſed ſtudiorũ termino tædioq̃ ſeruitij indigni. pròh ſuperi, dominari ſolebamus optimis, heu quo decidimus, nunc ſeruimus peſsimis. dura ſors, intolleranda mutatio. ſed ô ſemp ſtulta, nũc etiã demẽs & uæſana barbaries, reginam rides Italiã, omnibus utinã, idẽ animus, cõſilio maiore, affectu aũt nõ minore, q̃ mihi eſt, citò quidẽ exploſis nugis, uentũ eſſet ad ſeria, de hoc tamẽ omnipotẽs Deus uiderit, ſi nondũ exoſus ad imũ eſt, uiderit fortuna, ſiqd eſt fortuna, ſiqd humanis ius habet in rebus. ſin altius effundere uerũ iubes, & quid ſentiam expromere, rident labijs, corde gemunt, ludunt exterius, intus tremunt, & nos enim & ſeipſos norunt, contemptum pro odio, & pro formidine ſimulantes. quorſum hæc interroges? Scribo, non quia audire expedit, ſed quia mihi non expedit tacere. graue enim onus & moleſtum eſt, quod nuſquam fidentius, quam in tuis auribus depono, hæc tibi raptim Hieroſolymitanus exul, inter & ſuper flumina Babylonis indignans ſcripſi. Vale.

Fran. Petrarcha amico, S.

De tertia Babylonia, & quinto Labyrintho in Gallia.

SVbſcriptiones epiſtolarum mearũ miraris, nec immeritò, nõ niſi geminã enim Babylona cũ legeris, alteram apud Aſſyrios olim, ubi clarum Semiramis nomẽ habet, alteram apud Aegyptios noſtra ætate florentẽ, q̃ Cãbyſem habet auctorẽ, cuius nũc Babylonis in auditũ tibi nomẽ ingeriẽ tecũ uoluis, nõ q̃ neſcias, quoſdam ex noſtris Romã, quaſi alterã Babylonẽ propter ꝓportionẽ imperiorũ, & climatũ ſtatuiſſe, q̃ qa me almam, ſanctam & reginã urbẽ uocitare ſolitũ tenes, huius nouiſsimæ Babylonis, tibi nũc etiã ſtupor manet. Deſine iam mirari, & ſua Babylõ huic terrarũ tractui eſt, ubi enim quæſo dignius, q̃ in occidentali plaga ciuitas cõfuſionis exiſteret? à q̃bus quidẽ cõdita incertũ, ſed à quibus habitata notiſsimum, certè ab his, à quibus iure optimo nomen hoc poſsidet. & ſi uis, hic mihi crede, Nemroth potens in terra & robuſtus uenator, contra dominum, ac ſuperbis turribus cœlũ petens, hic pharetrata Semiramis, hic orientali quoque ueſanior Cambyſes, & ipſe regum primo ceruicibus actus, poſtremò defectus epidis. & paſtus cæde ſuorũ, ab inſonti principio, redactus ad miſerrimam egeſtatem, nõ ego te ad Poëtas, neque enim Pierium opus eſt, non te ad Hiſtoricos mittam, conſule Catholicos tractatores, ſed præcipuè Auguſtinum, ſuper eo Pſalmo qui ſic incipit, ut epiſtolarum ad te mearum aliquæ q̃ deſinũt, inuenies, quid ſibi Babylonicum nomen uelit, quod cum legeris, dices non minus Rhodano quàm Euphrati debitum, quàm Nilo. Neque uerò miraberis, ſi in mentem redit, Ambroſium in eo libro, quo indignum Valentiani iunioris interitum deflet, hoc uſum eſſe cognomine, dum de Rhodano loqueretur, atque ut hac admiratione ſuccisa, à radice aliam conuellam, de quinque Labyrinthis potes etiam mirari. cum apud cæteros ſcriptores, nõ niſi de quatuor mentionẽ inueneris, ut puto, in quibus cũ famam habeant Aegyptius, Lẽnius, Creticus & in Italia Cluſius, labyrinthũ Rhodani tacuerũt, omniũ inextrica-

bilisſimum ac peſsimum, ſiue quia nondum erat, ſiue quia nondum noſcebatur. huius apud me mentio crebra eſt, quàm iuſtè autem qui noſcere cupit, huc properet, non hic carcer horrendus, non tenebroſæ domus error, non fatalis urna humani generis fata permiſcens? denicq̃ non imperioſus Minos, nõ Minotaurus uorax, non damnatæ Veneris monimenta defuerint? ſed remedia, ſed amor, ſed charitas, ſed promiſſorum fides, ſed amica conſilia, ſed fila perplexum iter tacita ope ſignantia, ſed Ariadna, ſed Dedalus, Vna ſalutis ſpes, in auro eſt, auro placatur rex ferus, auro immane monſtrum uincitur, auro ſalutare lorũ texitur, auro durum limen oſtenditur, auro uectes & ſaxa frãguntur, auro triſtis ianitor mollitur, auro cœlum panditur, quid multa? auro CHRISTVS uenditur.

Fran. Petrarcha amico, S.

Veritatem ſcribere, metu ſe uictum non audere.

VNde nunc ordiar, an uerò non ordiar, in dubio eſt, & poëticũ illud idẽtidẽ occurſat:

Eloquar an ſileam?

Loquar tandem, ne fortè de ſilentio ſuſpiceris, aut per deſidiam negligi, aut per inſolentiam contemni, ſed quid primum, aut quid penitus loquar, ſeu potius quid non loquar, tã diuerſa certatim & me urgent, & ſe inuicem premunt, impediuntq̃ concurſum. non uacat omnibus obſequi, infinita ſunt enim, & ſi uacet, minimè tutũ erit, itaq̃ nullis licet occupationibus, nullisq̃ curis obſidear, quarum tamen pondus ac numerum non ignoras, uel ſolus calamum timor excuſat. Siquidem extra uirtutis regnum, imbecillis ſemper, & nuda ueritas, & q̃ omnis præſidij inops fuit. quid euenturũ cenſes, ubi extinctæ prorſus & ſepultã pridem uirtus eſt? ibi profectò ſummũ crimen eſt ueritas, & ſola ſufficiens ad quærenda multorum odia, cum unius hominis amor, multis obſequijs ſit quærendus. multis inſeruiat neceſſe, eſt qui multis charus eſſe uult. at qui omnibus odioſus, minus negotij habet. non arma capiat, non hoſtem feriat, oportet, lingua liberior pro gladio eſt, uerax ſermo pro uulnere, quid'ni autem id accidat, ubi nemo eſt, cui uerum uerbum abſq̃ graui conuitio dici poſsit? ubi nulla pietas, nulla charitas, nulla fides habitat. ubi tumor, liuor, luxus, auaritia cum artibus ſuis regnant, ubi peſsimus quiſq̃ prouehitur, & munificus prædo, ad cœlum tollitur, iuſtus pauper opprimitur, ubi ſimplicitas amentiæ, malitia ſapientiæ nomen habet. ubi Deus ſpernitur, adoratur nummus, calcantur leges, irridentur boni, uſq̃ adeò, ut iam ferè nullus qui irrideri poſsit appareat, ô mores hominum, ô ſeculum noſtrum, ô triſtem & miſerum exilij mei locũ, & ô fœlices oculos tuos, qui iſta non uident, iucundiſsimus labor tuus, & inuidioſa pauperies, ſi huic obſcœnæ ac marcidæ quieti, & his malè collectis, et malè fundẽdis diuitijs, conferãtur, uetus uerbum eſt, Cecidit denarius in cloacam. cuius intellectum, qui non habet, huc ueniat, uerbum hoc in frontibus ſingulorum, cum mille alijs æque famoſis titulis ſcriptum leget. unum ego libenter, huic ſcelerum uniuerſali diluuio eximere, & meretur, fateor, ſed ridiculum uiſum eſt, tàm ſolidam & tàm latam regulam unius nominis exceptione, conuellere, nullus hinc igitur Noẽ, nullus Deucalion enatabit, ac ne Pyrrham putes fœlicius nauigaſſe, prorſus ſcito, nullam emergere, ciuitatem ſimul obſcœniſsimarum uoluptatum fluctus inuoluit, atq̃ incredibilis quædam muliebrium criminum procella, pudicitiæq̃ fœdiſsimum ſine exceptione naufragiũ, hæc pauca de multis auſa ueritas, uicto metu, ex quibus, & quæ ſilentio præmuntur, elicis. ſi tamen hinc, aut ex quibuſdam peſtiferis animãtibus, aut herbis ſalutare tibi aliquid, amici ope conflari poſſe confidis, ſcribere illicò. ne differas. omni enim ſtudio, feſtino irremeabile Labyrinthi hutus limen attingere, iamq̃ ni fallor, quod unum hinc ſperari poteſt, generoſi contemptus filiũ teneo. ſi quid optas, oro, interim fiet, pro uiribus, & ſupra uires fiet. ego enim tantis in tenebris, quid tibi, aut etiam quid mihi præter fugam expediat, non uideo. optat tibi ſalutem diſcipulus tuus, qui utinam tecum eſſet, niſi forſan utilius mecum eſt, ut ab annis teneris diſcat, hoc infandum ſpecus, hunc uerè tartareum carcerem, horrere, ne quando per errorem capi poſsit, ubi ego propè infans neſcio, an parentum meorum, an meis, ſed certè nõdũ admiſsis, illa ætate piaculis captus fui, & nunc cũ ſæpius euaſiſſẽ, atq̃

iterum & iterum in laqueos recidissem. ad postremum, sponte mea iam uir, immò uerò iã senior captiuus, præter meipsum non habeo quem accusem. Huic autem epistolæ, neq; manũ meã, neq; anulũ, neq; locũ, neq; tẽpus apposui. scis ubi sim, & uocẽ loquẽtis agnoscis.

Fran. Petrarcha amico. S.

Afflictionem patriæ & calamitatem deplorat.

VE populo tuo CHRISTE IESV, ue populo tuo CHRISTE, patere nos misericordiarum fons, nostras tecum flere miserias, quicq; læsorum amantium mos est, eò fidentius cõqueri, quò feruẽtius amamus. si fas est de angelorum Domino semimortuos uermes lamentari, querelam nostram, placatus admitte, & miserere qui solus potes, non accusatores, sed supplices tui querimur, ante æternitatis tuæ solium, cum lachrymis affusi querimur, unde & ut querulos, inoffensus audias, supplicantesq; pius exaudias, oramus: Nec longo sermone, immò nec uerbis ullis opus est, uides conceptus nostros, non solum antequàm in linguam, sed ante etiam, quàm in animam ueniãt. statutum uerò populi tui, non modò tu qui omnia conspicis, sed unde grauiter dolemus atq; erubescimus, hostes etiã nostri uidẽt, & insultantes dicunt: Deus dereliquit eos, psequimini & cõprehendite eos, quia non est q eripiat, Deus ergo ne elõgeris à nobis, Deus noster in auxiliũ nostrũ respice, & respice ut nõ uideas tãtũ, sed ut miserearis atq; opẽ feras, respice res nostras afflictas, & in extremo positas, & quoniam nobis propter inenarrabilẽ misericordiam tuam, hoc fiduciæ prebuisti, ut uascula terrea, atq; fragilia, aduersus æternum figulum disceptemus, certe si tu nos in honorem creatos, in contumeliam uertis, quamuis id iustè facias, multò tamen, quàm soles acrius ulciscẽris, si pateris ab alijs uerti, ualdè nostris in malis patientior solito factus es, si uerò nõ aspicis, ualdè præter solitũ factus es negligens. tuorũ. at si nos odisti, ubi est amor ille tuus, qui te pro nobis uoluntariam traxit ad mortem? quod si fortè nobiscum ludis, uide ne ludus tuus, æquo durior sit, nosq; nimis inualidi, ad tàm grauia tolerandum, tu enim es uictor Leo de tribu Iuda, nos autem oues pascuæ tuæ sumus. uide quàm impar est ludus leonis morte, nisi desinis, nos ludendo conficies ac mactabis. sin iratus es nobis, iram tuã nos meritos non negamus. sed ubi est illud q; de te nobis dictũ Prophetæ, tui ore credidimus. cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis? recordare Domine, recordare misericordiæ tuæ, criminumq; nostrorum obliuiscere, hoc nobis expedit, hoc te decet, meremur fateor omne supplicium, immò certè peccatis nostris nullum supplicium par est, fecimus propè quæ dignè iuste q; nos punias, et scimus quia iustus es ualdè, sed duplo misericordior, unde non sine causa Propheta idem tuus, antequàm te iustum diceret, misericordem ac miseratorem dixit: Exortum est, inquit, in tenebris lumen rectis, misericors & miserator. uix tãdem ait, & iustus. idem alio loco cum dixisset: Misericors Dominus & iustus, uidens hæc paria, cõfestim addidit: Et Deus noster miseretur. irã in medio posuit, geminosq; hic illinc misericordiæ obices adhibuit, iramq; circumdedit, ne misericordia frenãte, se moueat. ergo misericors IESV CHRISTE, noli quæsumus ista confundere, noli licet contumaces in seruos iræ tuæ frena laxare, cuius impetum intra misericordiam inclusisti, noli intra iram miseri cordiam includere, sed nostrarum immemor offensarũ miserere nostri. nunquid in æternũ proijcies Domine, aut in finem misericordiam tuam abscindes à generatione in generationem? aut obliuiscẽris misereri Deus, aut continebis in ira tua misericordias tuas? ecce Domine prophetica interrogatio illud sonat, ne misericordias in ira conineas, sed potius econuersò, ubi non fortuitò uerba iactauit, sed consulto posuit, unde appareat quod dicebam, iram unam, misericordias plures esse. has ergo misericordias tuas, mirifica nunc in nobis, qui saluos facis sperantes in te, à resistentibus dexteræ tuæ custodi nos, ut pupillam oculi, & qui ingratissimum tibi semper populum Iudaicum in misericordias dedisti, aperto q; mari rubro ad propria reduxisti, nobis quoq; mare rubrũ aperi, & nouum populum tuum, licet ingratum, certè tuo nomine gloriantem, da misericordias. in conspectu omnium qui cœperunt nos, & saluos nos fac Domine, ut experti intelligamus misericordias Domini & confiteantur tibi misericordiæ tuæ. Cito nos anticipẽt misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis, adiuua nos Deus salutaris noster, non quidem propter meritum nostrum, sed propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius esto peccatis nostris, non quia digni sumus, sed propter nomen tuum, & ne forte dicant quod certè dicunt in gentibus, ubi est Deus eorum? ubi enim sunt misericordiæ tuæ antiquæ, misericordiæ Domini, quas in æternum cantabimus, de quibus in æternũ sperauimus ac speramus, aut quid est Domine quod nunc agis? Contriuisti portas æreas, nostræ captiuitatis, & uectes ferreos confregisti, & humiliatos in compedibus pedes nostros uinctos, in mẽdicitate & ferro, mittens ex alto iussionem tuam, rex æternæ soluisti, cur noua nobis uincula, ex eadem massa te patiente conflantur? Contriuisti laqueum antiquũ, cur eiusdẽ canabis laqueus nobis alter intexit? eripuisti nos iugo graui & pessimo, & obscœno, quid nobis ex eodẽ stipite iugũ importabile reimponis? reimposuisti, enim nostro in dorso tribulationẽ, et homines sup capita nostra, atq; utinã homines, & non belluas famelicas & immites. oramus flẽtes, Ne tradas bestijs animas cõfitẽtes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es, Miserere nobiss. Cõmouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia uerè graui terq; commota est. ostendisti populo tuo dura, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum, transiuimus per ignem & aquam, reduc nos in refrigerium. Noli nos à nostra iustissima expectatione confundere, sperauimus enim in te, quod motum fluctuum nostri maris, in quo fœliciter senex ille piscatus, tandem perijt, tradita successori nauicula, mirabilia gares tu, q; potestati eius dominaris, qd; superbũ humiliares, & in brachio uirtutis tuæ deponeres inimicos tuos, de quib. lupos, de piscatorib. piratas, de pastoribus abactores, nũc uerò superbia eorũ qui te oderunt ascendit semper. hactenus Deo hæc. Tu autem Pater, quem in primis dolorum meorum participem habeo, noli fortunæ succumbere, sed donec illa, q; modò facturã sperabamus meliorẽ in partẽ, instabilẽ rotam uoluit, nitere ut uiuas & ualeas, ut hinc postmodum nostro tempore discedentes, meliorem rumorem ad fœlices animas perferamus.

Fran. Petrarcha amico. S.

Ecclesiæ Catholicæ oppressionem luget.

VT uides eunt res, immò uerò nõ eunt, sed retrahuntur, nihil est præsidij in uirtute, Iustitia perijt, libertas abijt, æqtas uicta est, libido regnat, sæuit auaritia, feruet inuidia, omne genus hominum suos patitur tyrannos. ad laudes ore & animo canendas Deo geniti, totã uitã in cõtentionibus & emulationibus agimus, insignis illa IESV CHRISTI aula, illa olim arx diuini cultus eximia, nunc tandem peccatis nostris id agentibus cœlesti auxilio destituta, immanium spelunca latronum facta est. & uno quidẽ fonte descendit origo mali, accedũt fontes alij minores, ex quibus ingẽs omnimodè miseriæ flumen exæstuat: quo necesse est propediem pereamus, supremisq; malorum obruamur fluctibus, ac nisi humanæ perfidiæ diuina pietas occurrerit, triste naufragij patiatur Ecclesiæ, quàm uerò diuersi mores, quàm aduersa edificantium & euertentium mens, prouideat domui suæ, Deus omnipotẽs, ego enim nihil habeo, quod tàm multis contra nitentibus præstare possim, præter commiserationem matri debitam & mihi placitam, ut uides fugam, quàm oculos meos tàm mœsto liberem spectaculo. Video quidem eminus, sed prohibere non uales, cominus uidere renuo, artificium hoc senum & infame, quo Ecclesiasticus iste Dionysius, nostras uexat ac spoliat Syracusas. uideo quatiara uirum mentita Semiramis, frontem tegit, ingenioq; oculos præstringit astantium, & incestis polluta complexibus, uiros calcar. uideo quibus artibus, noster hic Pericles se tuetur, ut quæ reddi nequit, non cogatur reddere rationem, & hic suum habẽt Alcibiadem, & nemo uelocius iniquis cõsilijs acquiescit. turbat igitur omnia, miscetq; de industria, quam putas ob causam, nisi ut circulatorum more, uel perplexo loro, uel confuso uulnere licentius fallat. & fraus propria sub umbraculo turbatæ Reip. delitescat: & ille quidem, pro qualitate propositi, artibus utitur non nouis. nã & in fruticoso gaudet anceps, piscator in turbido, fur in tenebris, nobis autẽ pro inertia nostra, quid possim optare miserius. quàm ut nostri similes semper simus, coram adulteri uigili, nare stertentes ad calicem, nescio fateor, an illius impudentia, an patientia nostra sit turpior.

Fran.

Fran. Petrarcha amico, S.

Quod in Gallijs habitare desideret, dissuadet

DIù distuli expectans & materiam & nuncium, utrumq; simul affuit, quamuis ut es tu semper honestorum actuum prælargus, ego & si ingenij inops, scripturæ utiq; non auarus, horum alterum deesse non possit. adest ecce nuncius, ultrà quam optari ido neus, nihil tibi deuotius, nil mihi familiarius, adest scribẽdi materia. Peregrinationis tuæ tu mor lõgè difficilis, inamœnæ, qui mihi iam pridem calamum suggerebat, nisi quia incertus eram, ubi nam terrarum esses inueniendus, neq; enim aut ipse mihi persuadebam, lõgas te moras apud inferos exacturum, sponte tua, aut omnino suspicari poteram, te illuc aliter quàm coactum cuiuspiam magnæ necessitatis impio perrexisse, itaq; tuum tacitus excusa bam iter, quod illa iussisset, quæ adamãtinum sæpè Regum quoq; Pontificumq; ceruicib. iugum imponit. nunc quia incolumen te reuersum gaudeo, familiaritate illa, quam mihi pe perit tua dignatio, fides mea, libet ex te quærere, quid uiro optimo, cũ pessimis locis, qd ti bi cũ Babylone, fortissimos Romanorum, legimus uitare solitos campaniæ Baas, apricũ licet, et salubrẽ locũ, ubi ut exiguũ honestatis, sic saltẽ uoluptatis & lætitiæ multũ erat, adeò rebus omnibus neglectis, uni studio uirtutis intenti erant, si hoc ita est, quis nõ Rhodanũ uiteꝫ quis oro, non fugiat Babylonem, & uitiorum simul omnium, & laboris ac totius mi seria mœstam domumq; de quo quidem aliquid nosse debes. Visa loquor non audita, fato meo pessimo, in eas terras puer euectus, cui usq; ad hanc ætatem, indignati equidem, sed fortunæ compedibus, nescio quibus uicto, magnæ illic partes ætatis in gemitibus abierũt. noui expertus, ut nulla ibi pietas, nulla charitas, nulla fides, nulla Dei reuerentia, nullus ti mor, nihil sancti, nihil iusti, nihil æqui, nihil pensi, nihil deniq; uel humani. Amor, pudor, de cor, candor inde exulant. de ueritate quidem sileo, nã quis usquam uero locus, ubi om nia mẽdacijs plena sunt, aër, terra, domus, turres, uici, atria, plateæ, porticus, uestibula, aulæ, thalami, tectorũ laquearia, murorũ rimulæ, diuersoria ædiũ, penetralia templorũ, iudicum subsellia, pontificum sedes; ad postremum ora hominum, nutus, gestus, uoces, frontes ani miq; quid ais? an mentior, an uero de mendatijs uerum loquor? Si illic fuisti, & nullo tuo ma iore negotio distractus, in nephariam illam scelerum scœnam, acumen ingenij, atq; oculos intendisti, alium iudicem non optabo, quàm scilicet omnia ibi uirtute uerocq; sint uacua, ple na criminibus, plena fallacijs, plena fucis, plena blanditijs, plena pessimis artibus, ambitio nis, auaritiæ, superbiæ, liuoris. Vidisti fictè & inaniter fieri omnia, nõ tãtũ hominib. sed Deo notasti subdolos risus, corda flebilia, serena supercilia, nubiles mentes, molles manus, actus asperrimos, angelicas uoces, dæmoniacas intentiones, suaues cantus, ferrea pectora, & uer ba prædulcia pulmone amaro, & ficco ore cadentia, summisq; labijs uix expressa, in qui bus planè Dauidicum illud impletur: Molliti enim sunt sermones eorum, super oleum & ipsi sunt iacula. neq; uerò impunitum modò apud eos, sed gloriosum etiã est mentiri, ceu maioris sit ingenij qui fefellit, maioris status quem increpare audeat nemo. Nolo hunc articulum scrupulosius exequi, ne forsan urgente materia, stylus eat quo nõ expedit. res est insuper mũdo nota, neq; probationis omnino. neq; sermonis egens. unum & breuè & ad reliqua perdiscẽda satis efficax inseram, cui ego ipse, qui loquor interfui. Duo simul è con scriptis Patribus, in quibus orbis terræ, & ostium Domus Dei, uelut in cardine uoluitur, à palatio Pont. Max. densa stipati famulorum acie, descendebant, turba ingens expectan tiũ, quibus ante omnes illa infœlix & Deo odiosa ciuitas plena est, de more surdũ illud & prædurũ limẽ obsiderãt, qui ducibus suis uisis, in quib. spem habebant, circũstrepere cœpe rũt, & pro se quisq; anxiè pcontari, q̃ fortuna, quisue suarũ rerũ apud Põtificẽ status esset. tũc unus patrũ, nihil motus in re subita, ut q iã pridẽ talibus assueuisset, nihil aut uerecundia tactus, aut misericordia miserorũ, inter spes uanissimas anima, uitã fortunasq; suas, & tẽpus omne pdẽtiũ, insignis mẽdaciorũ opifex, multa mẽtiri orsus, & fingere qd cuiq; spe reliquũ, quid ad huius aut illius postulata Põtifex respondisset, singula cõstãti impudẽtia & in nul lo hæsitãs pfecutus est. qb. auditis creduli omnes, & hic qdẽ ut fit lætior, ille subtristis in di uersum abeũt. alter aũt Patrum, & naturæ nobilioris & uerecundioris animi, & qui nisi ex illo

illo esset ordine, uir bonus esse potuisset, in collegam iocans: nihil'ne te, inquit, puder his simplicibus uiris illudere, & pro arbitrio fingere responsa Pontificis, quem ut scis, non mo dò hodiè, sed multis iã diebus proximis uidere nequimus? ad hoc ille reuerendus Pater & egregius ueterator, ut erat fronte meretricia, & attrita subridens: Immò uerò te, inquit, pti deat, tàm ingenio tardum fore, ut curiæ artes addiscere, tanto iam tempore nequeas. quo dicto in stuporem ego, cæteri autem risum resoluti omnes, & responsum nebulonis illius multis laudibus efferentes, uirum argutissimum prædicarunt, qui tàm promptè mentiri di disciset ac fallere. uerũ ego nimis latæ materiæ cãpum, nec epistolæ, sed libri opus ingressus sum, itaq; frena iam contraham. ad te uerò pater optime stylum uertens, oro, obsecro, obte stor, adiuro te per temetipsum, si tibi charus es, si solitam animæ curam geris, ne quando ti bi posthac in cor ueniat illuc ire, unde nemo un quàm exemplo melior factus, pessimi autẽ innumerabiles redière. adde quod nemo inde un quã nõ mœstus exiuit, nisi eo fortè lætus, quod euaserat, & infaustum limen fusco calle reppererat. ad summa, quoniam tua omnia cupidè, semper in optimam ac fœliciss imam partem traho, profectionem hanc tuam neces sariam, breuem, unicam, non modò nihil nocituram tibi, sed plurimum profuturam spero. quid enim aliud, ut seria fabulosis aspergam, quid sibi uult Achilles Homericus, dũ ut im penetrabilis ferro fiat, fertur ad inferos, & tartareis undis abluitur, nisi ut uitiorũ fluctib. tan tis exercita, cõtrarij sui odio, solida tua uirtus induruerit roburq; cõtraxerit, cõtraq; omnẽ humanarũ cupidẽ passionũ, iã prorsus inuiolabilis facta sit? placet, laudo, approbo, modò ne redeas. Senecæ uerbum est, nõ tantũ corpori, sed etiã moribus salubrẽ locũ eligere de bemus. ille aũt unde te dehortor, & corpori pestilens & animo, nec omnino te dignus est, nõ cõueniunt mores: sit igitur inter uos diuortiũ sempit ernũ, eant illuc qui artes illas dis cere cupiunt, quarũ ibi sunt innumeri professores, tu domi mane inq; tuo proposito & tua sede consiste, quam tibi clarissimã uirtus dedit, cum clariorẽ, etiam mereare. sin ut est, ani mus honesti motus appetens, quoniã quod eruditissimis quibusdã placitum uiris scio, unũ hoc nobis cœlestis originis argumentũ est, ut motu perpetuo delectemur, loco te si moue re uolueris, ad nos ueni, uide Romam, uide Mediolanum, uide Venetias, uide Florentiam, uide Patauium tuũ, uide Bononiam, ubi honestis in studijs egisti adolescẽtiã, & integrita tem patriam Italicis artibus adornasti, postremò quid libet uide, Indos quoq;, modò ne ui deas Babylonem, neq; descendas in infernum uiuens.

Fran. Petrarcha amico, S.

Dissuadet Galliarum habitationem.

QUàm cõsona sensibus meis cõsilia tua sunt, breuiter dici nequit, est sanè inter opti ma rerum ac pessima, minimè difficilis electio, itaq; toto animo, & quod dehortaris fugio, & q; hortaris amplector, quodq; aiũt pedibus in sententiam tuam eo, unde nõ diuel lar, nisi insignis fortè, aliqua rerum incidens mutatio uehementer urgeret, quam profectò, neq; hic metuo, neq; istinc spero. ubi si qui olim uidebant esse, uel fuerãt uirtutis amici, aut certè iãpridem obierunt, aut abierũt, scelerũ schola iam, uirtutis & bonorũ hostes esse didi cerũt, corruptiq; & abominabiles facti sunt in studijs suis, Nõ est qui faciat bonũ, nõ est us q; ad unũ. de his loquor, quibus ut benefici esse possent liberalior fortuna dederat, ut con trario delectari, fontes & malefici esse mallent, insita dedit iniquitas, & peccandi auida & dæmoniacis instigata suggestibus, neq; per insolentiam aliquando cœlestibus oraculis acquiescens. tu uerò meus hortator, quid de te statuis (quãq; quid statuisse profuerit) nusq; minus cogitata respondeant. unus enim in terris est locus, ubi nullus consilio locus est, ubi omnia temerè fortuito q; uoluuntur, interq; omnes miserias loci illius, quarum non est nu merus, illud insigne ludibrium est, quod cuncta uisco atq; uncis & laqueis plena sunt, ut dum euasisse uideare, tum te arctius implicitum uinctumq; reperias. nulla ibi præterea lux nullus dux, nullus index anfractuum, sed caligo undiq;, & ubiq; confusio, ne parum uera, sit Babylon ac perplexitas rerum mira, utq; Lucani uerbo utar: *Nox ingens scelerum:*
Tenebrosa, inquam, & æterna nox, expers syderũ, & aurore nescia, tũ profunda & iugis actuum

actuum opacitas, perennes angustiæ, infinitus labor, immortale fastidium, necp uiolenti or illic aut Rhodani gurges, aut Circi flatus, ac Boreæ, quàm impetus & instabilita animo rum, non populum sed rotatum uento puluerem putes, necp magis ciuitatis infande uicos, quàm ciues ipsos, fœdos ac lubricos fateare: una prorsus est hominum ac locorum facies obscœna, tristis, informis, utriscp non alit er quàm Aegypto & Pharaoni intelligas iratum Deum, & mittentem in eos iram indignationis suæ, iram, indignationẽ & tribulationem, immissionem per angelos malos, denicp nulli omnino gentium magis incubuisse Dauidi cam precationem. Fiat tanq̃ puluis ante faciem uenti, & angelus Domini coartans eos. fiant uiæ eorum tenebræ, & lubricum, & angelus Domini persequens eos. hinc ergo nisi Deus eripiat, quis emerget?

Fran. Petrarcha amico, S.

Quod ex Gallijs in Italiam redierit amico congratulatur.

O Si nosses, quanto me gaudio compleuit abitus, immò quidem reditus tuus (nãcp ire in patriã redire est) omnino nihil de te gratius audire poterã. cætera enim fortunæ fu tura erãt, hoc uerè proprium tuum est, hunc tibi animum fuisse, ut inter tantas spes tot cura rum uncos, tot aduersa consilia, obscœnissimam sentinam flagitiorum omnium sponte de sereres, & illos meracissimo sanguine impinguatos, & in Dominum calcitrantes, non ho minũ, sed uoluptatũ & pecuniæ piscatores, simul illã terrarũ arcem semirutã sed uerẽdã, atcp illud sacrosanctissimũ mundi caput, impexa canicie gloriosum, tandem consilio saniore re uiseres. Feciſti optimè secundum cor meũ, qui nec diutius almæ Vrbi tanti ciuis aspectum eripere uoluisti, nec infaustum illud ergastulum, dignum amplius tua præsentia iudicasti.

Quod metui, nequid Lybiæ tibi regna nocerent:

Nunc uerò quàm lætè audio, te illius irremeabilis labyrinthi fœdis an mœstis ambagi. bus absolutum, nũquam si quid apud te fidei mereor, in eosdem laqueos, sic se rebus habẽ tibus reuersurum, & si tibi quies, si delectatio, si libertas. si uita, si gloria chara est, necp ideò minus & diuinæ gratiæ & fortibus tuis fidas, semel locutus est Dominus, & de te, & om nibus qui sunt, & qui fuerunt eruntúe mortalibus, immò statuit edicto, omnis cesset ambi tio, dic Deo: In manibus tuis sortes meæ. & semel arreptum iter ne destituas, durum licet, arduum & difficilẽ, ibis necessario ad fœlicem portum, necp tibi pessimorum hominum se gnis liuor obstiterit. tabescent illi malis proprijs, & inter malè partas opes more Tãtaleo si tientes, aridicp æquanimem te, in omni statu & ferè diuinis utentem muneribus mirabun tur atcp intelligat, fortunam, nullum penitùs inconstantem & generosum animum ius ha bere. proinde multis in tenebris, hos breues anxios & inglorios dies agent, unus uitæ & no minum finis erit, furijs illos ultricibus, & diris suorum scelerum aculeis laniandos linque. Ipsi te & omnes bonos & spoliatum atcp oppressum orbem suis manibus, suis euentibus uindicabũt. si quid ueri præsagij usquam est, propè est Deus ultionũ Dominus liberè agat & retribuat abundanter facientibus superbiam. sua est enim ultio, & ipse retribuet, ut laba tur pes eorum, iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. redit in animum, q illi olim nostro, qui ex eo numero, si dici posset, pessimorũ optimus fuit, & cui tu sanguine, ego autem familiaritate, obsequio iunctus eram, ante multos annos occurrit, ut discerem, instare illi ordini fati diẽ, quo superbia eorum fatigata, iam Dei patientia atcp hominum de poneretẽ ac rueret, Cũcp ille (cuius ut nosti ipse iracundæ mẽtis fuit) proteruiæ, mixto risu, potius mihi Tyresiæ cæcitatẽ, q̃ uaticiniũ optasset, obiecisset illud Euangelicũ: Simon ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & ego non fidei defectu, sed euersorum fidei ruina, quæ utiq̃ fidei esset augmentum, loqui me ioco liberiore subiungerem. ille iam serio in me uersus: Tace, inquit, & si uerum est, non simus auctores, sed ecce iam ex illo quot fluxerũt dies? credo si uiueret, ut res sunt, uatem illi me diceret, iam ad extrema peruentum, iã & Ro mano & humano generi satis illusum est. satis diù uirtus & ueritas fuêre contemptui, sa tis barbarica regnauit indignitas. Omnia & si nolint, suum locum repe tunt, & illusionum & longæui ludibrij finis adest, quem cum uidero, satis uixero.

Fran.

Fran. Petrarcha amico, S.

Calamitatem Vrbis Romæ deplorat.

QVo te cunq̃ conuerteris, idem es, & pariter me delectas, uniformi enim amoris tui dulcedine, sed multiplici & uaria uerborum tuorum consolatione reficior, siue ab oriente siue ab occidente, et desertis montibus, quoniã licet Deus iudex sit, & hunc humiliet, hũc exaltet, tamẽ te mihi semper humilẽ, semper altũ, semper amabilẽ, & ab omni parte suauiter spirantem, dulce curarum mearum refrigerium seruat. epistolæ quidem illi, uerissimis grauissimisq̃ sententijs exundanti, ubi diuinæ facundiæ tuæ fons, è terra arida ac squallẽti, & omnis boni uacua, terra (ut Prophetæ egregij uerbo utar) deserta, inuia & in aquosa, oculos meos atcp aures animumq̃ compleuit, iucunditate mirabili, necp perennib. ingenij scatebris, mutati loci nocuisse malignitas quiuit, quid prius tibi respondeam, non habeo, quàm ut miserari me sortem tuam, quæ in terra florentissima ortum te, & ab incu nabilis enutritum, nunc repentè patrijs finibus auulsum, ad extrema terrarum, atcp homi num inopina rerum mutatione trãstulerit. sit illud gratulari, quod iuditium tuum, uel opini onibus uel persuasionibus falsis inuolui abduciq̃ à uerò non est passa, tali enim ingenio, humani nihil incognitum esse debet. poteras fortasis errare, poteras suspicari, poteras cre dere his, quibus (ut dici solet) præter pretium in pretio nihil est, nũc uerò necp ueritas opinio nibus cedet, necp cuiq̃ potius, quàm oculis ipse tuis, & experientiæ fidem dabis. ecce iã ocu lis uides, iam manibus palpas, qualis est Babylon illa nouissima, feruens, æstuãs, obscœna, terribilis, quàm nec Cambysis opus Babylon Niliacam, nec illa uetustior regia Semirami dis Babylon æquet Assyria, Nilũ, & Euphratẽ. Rhodanus uincit, nẽpè qui tartarea flumi na, Cocytum uincit, & Acherontem, quicquid uspiã perfidiæ & doli, quicquid inclemen tiæ superbiæq̃, quicquid impudicitiæ effrenatæq̃ libidinis audisti aut legisti, qcquid denicp impietatis & morũ pessimorũ sparsim habet, aut habuit orbis terræ, totum istic cumulatim uideas, aceruatimq̃ reperias. nã de auaritia, decp ambitione superuacuum est loqui, quarũ alteram ibi regni sui solium posuisse, unde orbem totum populetur ac spoliet, alteram uerò, alibi nusquam habitare compertum est. de quibus omnibus ad te dudum non epistolã, sed librum scribere meditabar, ne in rebus, scilicet à prima mihi ætate notissimis, amicum falli sinerem, & si enim nolim, me ibi tunc mirabiliter & miserabiliter inuiscato, eisdem tu fuis ses in locis, ubi uelut in cœno, immò quidem, uelut in igne, aurũ amicitiam primum tuam longè auro chariorem repperi, tunc tamen & inexpertior rerum ætas, & iuditij minor uis & moræ tuæ breuitas uerò obstabant, insuper & exilio in peius infinita mutatio facta erat. redisti ergo & ætate iam & iuditio pleniore, & mora non ad sufficentiam modò, uel satie tatem sed nisi fallor ad fastidium prolixa, ut qui optima rerum probe noueras, in pessimis non errares, quiqúe uirtutem semper amaueras, ad uehementius amandum, quod effica cissimum est, uitiorum odio animum excitares. & si CHRISTVM colis, quod semper reli giosissimè feciſti, conspecta hostium eius impietas, manum pietati & fidei tuæ calcar adijce ret. uides enim populum, non modò CHRISTI aduersarium, sed q̃ est grauius sub CHRI STI uexillo rebellantem CHRISTO, militantem Sathanæ & CHRISTI sanguine tumi dum, atcp lasciuentem & dicentem: Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? Populum duricordem & impium, superbum, famelicum, sitientem, hiãti rostro acutis den tibus, procuruis unguibus, pedibus lubricis, pectore saxeo, corde chalybeo, plumbea uoluꝰ tate, uoce melliflua, populũ cui nõ modò, ppriè cõuenire dixeris Euãgelicũ illud atcp pphe ticũ: Populus hic me labijs honorat, cor aũt eorũ longè est à me, sed illud etiã Iudæ Iscario tis, qui Dominũ suũ, pdens & exosculãs aiebat: Aue Rabbi, et Iudæorũ q̃ indutũ purpura, coronatũ spinis, pcutientes & cõspuentes illusione amarissima, flexis poplitibus adorabãt, & salutabãt, Aue rex Iudæorũ, quẽ necp ut Deũ, necp ut regẽ diuinis aut humanis honorib. sed ut rerum mortis ac blasphemũ, contumelijs dignũ, atcp supplicijs in humano iudicio de stinarãt. qd enim, quid oro, aliud assiduè gerit, hos inter CHRISTI hostes, & nostri tẽporis Phariseos? nõne etenim CHRISTVM ipsũ, cuius nomen die ac nocte altissimis laudibus attollunt,

attollunt, quem purpura atq; auro ueſtiunt, quem gemmis onerant, quem ſalutant & adorant cernui, eundem in terra emunt, uendunt, nundinantur, eundem quaſi uelatis oculis non uiſurum, & impiarum opum uepribus coronant, & impuriſsimi oris ſputis inquinãt, & uipereis ſibilis inſectantur, & uenenatorum actuum cuſpide feriunt, & quantum in eis eſt illuſum, nudum, inopem, flagellatum iterum atq; iterum in Caluariam trahunt, ac nefandis aſſenſibus, cruci rurſus affigũt: & ô pudor: ô dolor, ô indignitas, taliũ hodie, ut dicit Roma eſt, patientibus, quorum erat obſtare, tanto illam faſtu ſibi uendicant, ut cũ ſuã uolunt, aſpicere dedignentur, & pro qua olim orbe toto tantus fluxit cruor, tot clari duces, tot exercitus cecidere, eam nunc neſcio, quot indigeſti & infames ruſtici nutu regunt, & captam, uelut ab hoſtibus, nullo iam contradictore dilacerant ô inconſulte Princeps ac prodige, neſciebas quantis laboribus conſtaret imperium, quod tàm facilè diſpergebas: ſolent ſtulti adoleſcentes à patribus quæſita prodigere, nempè ignari, unde uel qualiter parta ſint, ſiquidem indigentiæ ac laborum recordatio, magnũ prodigalitati ac laſciuiæ frenũ ponit. at tu ſenex, quid agebas, ubi eras: ſi uideri munificum delectabat. de proprio largireris, tuam donaſſes, Imperij hæreditatem, quam curator acceperas ſucceſſoribus integram reliquiſſes. neſcio quidem, an potueris ſed feciſti, ut ad has tũc humiles nũc ſuperbas manus, heu longè, alijs manibus fundati ſtatus adminiſtratio peruenireꝛ. de quo nõ illepidè iocans quidam ait: Roma, tibi fuerant ſerui, Domini Dominorum, ſeruorum ſerui, nunc tibi ſunt domini. Pol, ego tecum multa loqui habeam, ſi facultas detur. ſed an hæc audias ignoro, & certè ſi audias fruſtrà ſit, feciſti enim, q̃ neq; ſi redeas, mutare poſsis, inſtaurator fundatori, quam euerſori ſimilior ſit oportet. Tu CHRISTE, qui potes, à quo imperia omnia, & in terris, & quæ ſurſum, & quæ deorſum ſunt precario poſsidentur, qui hanc meã & maximè publicam querelam uel in ſilentio audis, exaudi queſumus, ſi iuſta eſt. ſcio quidem ſcriptũ eſſe. Si iniquitatẽ aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus. apud te CHRISTE rerum ueritas certa eſt, apud nos anceps opinio, ſecundum quã, certè quod poſcꝛis, æquũ eſt, cum multa enim grauia, tùm illud importabile, quod non ſolũ duro & inepto, ſed odioſo etiam & hoſtili faſce premimur, ut uerificatum ſit à nobis ad literam, illud Pſalmi: Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros, & qui oderũt nos diripiebãt ſibi, dediſti nos tanquàm oues eſcarum. nota ſunt quæ ſequuntur, nobis hoc unum ad querelam & gemitum ſatis eſt, nam ſi res inſpicitur, olim Domini gentium, quid nunc aliud facti ſumus niſi oues eſcarum? utinam lanæ oues aut lactis eſſemus, eſcarum ſumus. rodimur uolentes, conſumimur, deglutimur, ab his qui ſi nolle ceperimus, oues coram leonibus uidebuntur, neq; id inſolitum uidebuntur, quod diutiſsimè uiſi ſunt. nunc noſter torpor, hanc ignauiæ præſtat audaciam, patientiam noſtram impiè prorſus & deuorant, & oderunt, & quod uehementiſsimè ſtupeas, quos extra deſpiciũt, intus timent, contemptus fingitur, metus eſt. mille ſunt odij, mille formidinis argumenta, unum utriuſque ſimul inferam, quod licet occultum prius, erupit tamen, ut nõ modò Babylone ſed longius naſceretur. Eo tempore, quo ille Pont. Max. qui ſibi prouinciam Italiam, atque inprimis hanc urbem Mediolanenſiũ euertendam, ſacerdotalis militiæ, ſenili expeditione delegerat, & ſic in utramque Chriſtianam, Chriſtianorum Pater perfecto odio ſæuiebat, quaſi non Italia hæc, ſed Syria uel Aegyptus, non Mediolanum, ſed Damaſcus eſſet aut Memphis. cum ad hoc ſanctum piumq; opus, unum è ſacro patrum collegio, filium ut multi dixerunt, ſuum (et ſecundum famam ſimilitudo ingens morumq́ ferocitas adiuuabat) non Apoſtolicum, ſed prædonis in morẽ, neque ſignis uirtutum ac miraculis, ſed ſignis caſtrorum & miris inſtructũ legionibus, in has terras, quaſi alterum non Petrum, ſed Hannibalẽ deſtinaſſet, in quo bello Deus omnipotẽs ſuo more & ſuperbiæ reſtitit, & fauit humilibus, ac palã pro iuſtitia decerauit. Fuit unus ex eodẽ illo grege uir & ipſe in nos inexplebilis odij infinitæq; ſuperbiæ, cuius ego tunc & faciem puer noram & quantum poterat ætas inualida animum execrabat. Is pontifici ante omnes charus, die quodam in ſecretarium ingreſſus: cũ rumoribus conſternatum atq; anxium inueniſſet. Hærebat enim belli impetus præter ſpẽ huius Vrbis, in limine,

limine, quæ tunc quidem muris nuda erat (at quod optimum muri genus eſt, & militia inſigni & ducibus armata fortiſsimis) itaq; ſæpè iam obſeſſores ſuos fuderant obſeſſi, iam captiuorum turbis carceres redundabant, iam Cæſorum pinguеſcebant arua uiſceribus. in hoc ergo rerum ſtatu, cùm ſolito mœſtiorem cerneret, familiaritate intima frætus, ſic aggreditur: Miror, inquit, Pater Sanctiſsimè, quid eſt, quod acutiſsimus in cæteris, in eo uno, quod eſt ſummum nobis ac præcipuum parum uideꝛis? ad hæc Pontifex grauibus preſſum caput extulit: Et perge, inquit, Quid rei eſt? tunc ille conſultor egregius: Scio, ait, te nihil tàm optare quàm Italiæ uaſtitatem, in hoc uires, opes, conſilia expendimus, in hoc Eccleſiæ theſauros, iam penè omnes effudimus, inextricabilem rem aggreſſi, niſi alia tentetur uia. ecce nunc ille tantus bellorum apparatus, illa noſtrarum uirium cuſpis, in ipſis Mediolani portis obtunditur, quàm tibi adulatores, uni alicui noſtrarum, urbium ſimilem aſſerebant, re ipſa ſuperior omnibus eſt inuenta, quando Italiam uinceremus, ab una Italica ciuitate uincimur. ſed ſi uelis. alia lõgè facilior uia eſt. quæ nam, inquit, Pontifex dic ocyus? hoc enim molior, hoc cupio, hoc eſt unum, pro quo uelim corpus & animam paciſci. ille autem: Potes, inquit, omnia, & quicquid iuſſeris ratum eſt, cur non igitur, & Papatum & Imperium urbi Romæ & Italiæ eripis, & illum Cathiurcum patriam noſtram, hoc eſt, in Vaſconiam transferꝛ? non magnus eſt labor, dic, & fiet, non armis eſt opus, quibus longè impares ſumus, uerbo de hoſtibus triumphabis, ſic & nos ornaueris nouis inſignibus, ad nos translato rerum apice, & gemino lumine inuiſum genu orbaueris, his erectus Pontifex, ex ira riſu oborto, Fefelliſti me, inquit, hactenus, nõdum, te delirare cognoueram, an ignoras inſcie, hac uia quam ſtatuiſſe ſubtiliter uiſus es tibi, & me, & qui mihi ſucceſſerint Epiſcopos Caturcẽſes fieri, & Imperatorẽ quis quis is fuerit Vaſconiæ præfectum. illũ uerò, qui Romæ præfuerit, ſiquidem ſpiritaliter Papam, ſin temporaliter Imperatorem foreꝛ? ſic Italum nomen dum euertere putas attollis, & in antiquam reſtituis dignitatem. nos ergo, dum datur. de ſuper Romani pontificatus frena teneamus, & in hoc omni ſtudio intenti ſimus, ne quando fortè ſuum ius, Italica manus arripiat, quod ipſum, quàm diù prohiberi poſſit incertum eſt. de titulis non certemus, uelimus, nolimus enim rerum caput Roma erit. his auditis, argutus ille ſtultus, erubuit. ego uerò Pontificis & ſi animum improbem, probare cogor ingenium, qui quamuis in nos odio flagraret immeritò, meminerat tamen ac nouerat, ubi fundata eſſet altitudo, cuius è faſtigio ſuperbirent, & ruinæ proximum uidebat fundamenta concutere, itaque quieſcendum exiſtimabat, & quaſi furtim quæſitis in ſilentio gaudendum. hanc hiſtoriam, quæ neſcio, an ab alijs ſcripta ſit, iam curioſè retexui, ut ſi tibi nota eſt, & mihi cognitam ſcias, ſi ignota autem, ex me diſcas, neu gnarus ueterum præſentium ſis ignarus, his uerò nunc ducibus agimur, quibus prædæ ſumus atq; odio, & ſimulato contemptui & timori uero. Et ſiquis etiam nunc ex noſtris metu aut uerecundia magis, quàm iudicio, aſſumptus in eo numero eſt, quaſi lucidus riuus, torrenti mixtus turbido, natiuum depoſuit colorem, inq́ue plurium naturam & exteros mores abijt. Et iam prorſus nihil eſt reliqui, niſi CHRISTVM precari, hiſq́ue ereptã tradat alijs, quorum non & pœniteat ſimul, & pudeat humanum genus. hi etenim tales ſunt quales dico, fallor, immò uerò quales dicere nequeo, ſic ad extrema dedecorum atque nequitiæ, quæ ut cunque olim ſteterat prolapſa res, eſt, ex quo ſancta & potens tunc Romana, nũc Auinionẽſis Eccleſia tãgit, uertice ſydera & digito cœlã uoluit, ubi & Iudas ſi triginta illos ſuos argenteos pretium ſanguinis attulerit admittetur, & pauper à limine CHRISTVS arcebitur, quod ita eſſe Chriſtianus nemo eſt qui neſciat, nemo qui non doleat, nemo qui uindicet. Ita dum alius alium expectat, malorum impunitas, quantum uides creuit, & quod à principio medicabile malum fuerat, iam tempore putruit. ceperat enim, fateor, ante etiam ætatem noſtram, ut ab auis accepimus fœdum hoc ulcus inflari, ſed quod moleſtum diceres, intemperans morbum auxit exiguum. itaq; iam hæc peſtis ad interitum ſpectat, totaq; ſanies in noſtrum tempus erupit flebile, niſi unum tantis in malis ſolatij genus eſſet. Dicã uerò tibi nũc, quod interdum dixi ei, qui ſolus è cunctis qui ſuperſunt, illo grege peſſimo, melioribus paſcuis dignus erat, ingenti cum aſſenſu eius, licet ip-

ſe dicto, non tàm morum reſpectu, quàm ſtatus atq; originis tangeretur. ſiquidem enim, quoniam mortalium res oportet eſſe mortales, duo hæc mundi luminaria extingui, duos q́ue gladios retundi, decreti neceſsitas cogebat, quamuis utrunq; præcipueq; alterum, occaſui exemptum, promiſſis cœleſtibus, ſperaremus, nec deſperandum ſit, omnia hæc cum funditus ruerint ſurrectura altius, ſi tamen hæc tã grauis rerũ eminẽtiũ ruina, noſtro ſæculo impendebat. Gaudeo, hercle, quod cũ in manibus noſtris lux & uigor ſuus his manſerit, in alienis hæc tanta mutatio facta eſt, tantæq; culpæ partẽ habet illa horrida & immitis, partẽ hæc mollis & eneruata barbaries. quibus ille auditis, libertate mea nihil offenſus. Grauiter, inquit, & libere, & aliorũ fortaſsè auribus importunè, meis certè fidentiſsimè, & ut te decuit ueriſſimè locutus es. neu me forſan ueri inſcium, aut diuerſæ ſententiæ arbitreris, duos Clementes noſtros, plus attriuiſſe Eccleſiam paucis annis, quam ſeptem Gregorij ueſtri, multis ſæculis reſtaurare poſſent, nec ego dubito, nec dubitare aliquem exiſtimo. ille quidem hæc ſuſpirans, nos autem zelo domus tuæ CHRISTE IESV iam ſatis euecti ſumus, nec ullus ſub ſole fœdior rerum trames, ſtilo potuerat occurrere, itaq; redeundum eſt. Ad hunc ergo populum, amice ſatis, tuis, an tibi quietem inuidentibus, an doctrinam ingerentibus ueniſti, peregrinatione ne dicam exilio, utili magis quàm iucunda, quo effectum eſt, ut & tibi legendi, & mihi conceptum ſcribendi negotium abſtuleris. Iam profectò, nec mihi nec alteri docẽdus, quid ſit Babylõ Rhodani, qualiterue ſit exulibus Sion inter flumina Babylonis, de quibus adeò magnificè tua mecum nuper egit epiſtola, ut illius ſententiæ abdita funditus ſcrutatus, omnes eius Labyrinthi latebras penitus inſpexiſſe uideãre, multo tædio, multiſq; reor angoribus, huius ueri notitiam comparaſti. illud tibi pergratum, mihi inuidioſum affuit, ſolamen, quod inter tantas uitiorum tenebras, quatuor magnis illis quidem uiris, uelut totidem lucidiſsimis te ſyderibus uſum ſcribis, quos neſcio, an uorũ crimen, ipſos enim optimos integerrimoſq; hominum noui, an quæ fallaciſsima uitæ ſpes, an quæ fortunæ uiolentia triſtiſq́ue neceſsitas, ibi detineat, quare permitte, quæſo ut quod in animo eſt, uel inamœno ſermone explicem, quaſi, inquam, in cloaca ſolis radios, & loci ſimul obſcœnitatem, omnem ſuo lumine nudantes, & circunfuſis ſordibus inacceſſos.

Fran. Petrarcha amico, S.

Babylonem Gallicam deſcribit.

ET quid adhuc hæres, an non hæres, ſed teneris & obluctans raperis, hoc potiùs reor, malo uim, quàm ſecordiam opinari, non eſt tuum torpor, ardens ingenium, mens ſg. nea, generoſus impetus. Sed quid hæc, ſi fortius impedimentum eſt quàm uirtus, magna etiam uis, habet oppoſitam uim maiorẽ, neceſsitati omnia ſuccumbunt. illa te Babylon traxit illa te detinet durũ ſed ferendũ, loci natura eſt. omne bonũ ibi perditur, ſed primũ omnium libertas, mox ex ordine quies, gaudium, ſpes, fides, charitas, animæ ſacturæ ingentes. ſed in regno auaritiæ, nihil damno aſcribitur, modò pecunia ſalua ſit. futuræ tibi uitæ ſpes inanis quædam fabula, & quæ de inferis narrantur fabuloſa omnia, & reſurrectio carnis, & mundi finis, & CHRISTVS ad iudiciũ uenturus, inter ræenias habentur. Veritas ibi dementia eſt, abſtinentia uerò ruſticitas, pudicitia probrum ingens, denique peccandi licentia magnanimitas, & libertas eximia, & quo pollutior, eò clarior uita, quò plus ſcelerum, eò plus gloriæ, bonũ nomen, cœno uilius, atq; ultima merciũ fama eſt. habes quantum in tã paucis licuit illius ſacræ urbis expreſſum ſtatum, quem nõ magis in his literis hodie, quàm in illorũ frontibus hominum, quotidie plegis, quorũ uitam nullus ſtylus, nullum æquet ingenium. cæterum prima omnium ut dixi, ibi libertatis iactura eſt, quis quis limen illud introiſt, cõteſtim ſuus eſſe deſiit, iã nec q́eſcere, nec abire permittit, ſed rotatur, & inefficaci labore conſumendus atteritur. paucos inde diuina clementia eripi, à lege, ut Hieruſalem diligant, atq; oderint Babylonem. hæc mihi de te ſpes reliqua eſt. alioquin tuis de rebus actum crederem, tàm tenaci profundoq; limo te demerſum & infixum uideo, interim non uolũtati, aut iuditio, ſed neceſſitati imputo ac fortunæ, quod tamdiù ibi ſis, & moras quas uehementer odi, liberiter excuſo, quod ſi qua fortaſsis in profectione culpa fuit, in mora ipſa

ipſa, utiq; iã nõ culpa, ſed ſupplicĩũ & purgatio culpæ eſt. Sed quoniam multi, multa ſæpe in carcere didicerunt, quid te uetat, in uinculis diſcere, aliquid, quo perpetuo ſis doctior? q̃dam nullo modo melius quã contrario diſcũt, ideoq; qui Mathematicas artes docẽt, ſi quãdo parum ueri capax mens, diſcipuli uiſa erit, ſolent falſa proponere, quæ dũ refugit animus, ad ueriora confugiat. Tu quoque ſolitus, & religioni ſemper & honeſtati operã dare, quarũ altera ad illius aſpectũ erigit, optantẽ animã, de quo ait Pſalmiſta: Quærite faciem eius ſemp. alterius ea facies eſt, q̃ ſi oculis cerneretur, ut ait Plato, miris animũ amoribus inflãmaret, neq; tamẽ ideò minus amãda eſt, q; animo cernitur, ſiquid tibi nũc etiã ad utriuſq; notitiæ ſummã deeſſe putas omne ſtudiũ in aduerſa reflectito, arrige aures, fige oculos, in tẽde animũ, uis pulchritudinẽ Dei noſcere, cerne quãta eſt hoſtium eius obſcœnitas. non ſunt aũt lõgè quærendi, Babylone habitãt, omnis uicus his uermibus ſcatet. uis formã ac decus honeſtatis agnoſcere, cõtẽplare quãta eſt fœtiditas uitiorũ, quorũ omniũ exẽplar in oculis eſt tibi. quocunq; reſpexeris, uidebis cuius odio ſimul Dei ac uirtutis amantior fieri queas. Tu aũt gaude, cõtrario ſaltẽ magiſtra uirtutum, gaude, in quã, & ad aliquid utilis, inuenta gloriare, bonorũ hoſtis & malorum hoſpes, atq; aſylũ peſsima rerũ Babylon, feris, Rhodani ripis impoſita, famoſa dicã, an infamis meretrix, fornicata cũ regibus terræ. illa equidẽ ipſa es, quã in ſpiritu ſacer uidit Euangeliſta. illa eadem, inquam, es, non alia, ſedẽs ſuper aquas multas, ſiue ad literã tribus cincta fluminib. ſiue rerũ atq; diuitiarũ turba mortalium, q̃bus laſciuiens ac ſecura inſides, opũ immemor æternarũ, ſiue ut idẽ qui uidit expoſuit. Populi & gentes, & linguæ, aquæ ſunt, ſuper quas meretrix ſedes, recognoſce habitũ. Mulier circundata purpura, & coccino, & inaurata auro & lapide pretioſo, & margaritis, habẽs poculũ aureũ in manu ſua, plenũ abominatione & immũditia fornicationis eius. noſcis ne teipſam Babylon? niſi illud forſan errorẽ facit, quod in illius fronte ſcriptum erat, Babylon magna, tu uerò Babylon parua es. Parua utique murorum ambitu, ſed uitijs & ambitu animorum & infinita cupidine, cumuloq; malorum omnium, non magna modò ſed maxima, ſed immẽſa es. & certè quod ſequitur, tibi uni conuenit, nõ alij Babylon, mater fornicationũ & abominationum terræ. mater impia, partuũ peſsimorũ, quãdo quicq̃d uſquam terrarum abhominabile, quicq̃d fornicatorium ex te prodit, & cũ ſemper parias, ſemper tumens, & taliũ plenus ac grauidus uterus tuus eſt. ſi nunc quoq; diſſimulas, audi reliqua. Et uidi, inquit, mulierẽ ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine martyrum IESV. quid ſiles? aut aliam hoc ſanguine ebriam oſtende, aut omnino ſi potes, te hanc ebriam nega. uera enim Euangeliſtæ & Apoſtoli uiſio ſit oportet, qui ſi te in ſpiritu uidens miratus eſt, admiratione magna, quanta nos admiratione perfundimur, qui apertè oculis te uidemus? Ex omnib. quidem fornicationibus tuis, de quibus biberũt omnes gẽtes & reges terræ, & ex omnibus abominationibus quid expectes, niſi quod Ioannes idẽ ait. Cecidit cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum. nota ſunt quæ ſequuntur. Verè iã talis facta es, quanto enim homo perditus, & deſperatæ nequitiæ dæmone melior. uerè habitatio. immò regnum dæmonum facta es, qui ſuis artib. humana licet effigie, in te regnãt. tu uerò amice, cum eodem apoſtolo, audi uocem aliam de cœlo dicentẽ. exite de illa populus meus, & ne participes ſitis delictorũ eius, & de plagis eius, non accipiatis quoniam peruenerũt peccata eius uſq; ad cœlum, & recordatus eſt dominus iniquitatum eius, quantũ glorificauit, ſe & in delitijs fuit, tantùm date illi tormentum, & luctũ, quia in corde ſuo dicitur. Sedeo regina, uidua nõ ſum, & luctũ non uidebo, ideò in una die, ueniẽt plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igni cõburetur, quia fortis eſt Deus, qui iudicabit illam. Hæc & quæ Apoſtolicus ille locus habet, audi omnia, audi & fuge, ſi qua uia eſt, ne innocẽtiam tuam ruinæ nocentiũ et Babylonicæ premant iniquitates, quarũ nõ modus, non numerus, non mẽſura, non extimatio demũ eſt. taceo hæreditatem Symonis, & illam hæreſis ſpeciẽ, non ultimam, ſpiritus ſancti dona mercantium. taceo mali illius auaritiam matrem, quæ idolorum ſeruitus, ab Apoſtolo dicta eſt. taceo utriuſq́ue peſtis artifices, & concurſantes Pontificũ thalamis proxonætas. taceo crudelitatẽ humanitatis immemorẽ, & ſuiipſius obſitã inſolentiam, atq; illos uanis flatibus tẽſos utres. taceo denicq; illa prodigia q́ue inſenſibilis uereq; orbus terrarũ orbis, tandiù quaſi Etnam Enceladus, aut Typheus Inarime paſi poteſt,

poteſt quorum omnium mœſta nimis, & ſeuera narratio eſt. ad ridicula ſimul atq; odio-
la feſtino. Quis, oro, enim non iraſcatur & rideat, illos ſenes pueros, coma candida. togis
ampliſsimis, adeoq; laſciuiētibus animis, ut nihil illuc falſius uideatur, quā quod ait Maro:

Frigidus in Venerem ſenior?

tam calidi, tamq; præcipites in Venerem ſenes ſunt, tanta eos ætatis & ſtatus, & uirium
cœpit obliuio, ſic in libidines inardeſcunt, ſic in omne ruunt dedecus, quaſi omnis eorum
gloria, non in cruce CHRISTI ſit, ſed in cōmeſſationibus & ebrietatibus, & quæ has ſe-
quuntur in cubilibus, impudicitijs, ſic fugientem manu retrahunt inuentam atque hoc
unū ſenectutis ultimæ lucrum putant, ea facere, que iuuenes nō auderent. hos animos, &
hos neruos tribuit. hinc Bacchus indomitus, hinc orientalium uis baccharum. ò Liguſtici
& Campani palmites, ò dulces arundines & indicæ nigrantes arbuſtulæ, ad honeſtas deli-
tias, & utilitates hominum creatæ, in quos uſus, & quanta animarum pernitiem cladem q;
uertiminiq; ſpectat hæc Sathā ridens, atq; in pari tripudio delectatus, interq; decrepitos
ac puellas arbiter ſedens, ſtupet plus illos agere, quàm ſe hortari, ac ne quis rebus torpor
obrepat, ipſe interim & ſeniles lumbos ſtimulis incitat, & cœtum peregrinis ſolibus ignē
ciet, unde fœda paſsim oriuntur incendia, mitto ſtupra, raptus, inceſtus, adulteria, qui iam
Pontificalis laſciuiæ ludi ſunt. mitto raptarum uiros, ne mutire audeant, non tan-
tum auitis laribus, ſed finibus patrijs exturbatos, quæq; contumeliarum grauiſsima eſt,
& uiolatas cōiuges, & externo ſemine grauidas rurſus accipere, & poſt partum reddere,
ad alternam ſatietatem abutentium coactos. quæ omnia non unus ego, ſed uulgus nouit,
& ſi taceat, quamuis ne idipſum taceat, iam maior eſt indignatio, quā metus, & minacē li-
bidinem uicit dolor, hæc, inquam, uniuerſa prætereo. malo quidem te hodie ad riſum quā
ad iracundiam prouocare, ita enim quæ ulciſci nequit, in ſe flectitur, & in dominū ſuum ſæ
uit. fuit ergo ſeniculus quidā, ex eo numero unus, cunctis annalibus implēdis idoneus. hir
cina libido homini inerat, uel ſi quid libidinoſius atq; olētius hirco eſt, hic ſeu mures metu
ens, ſeu lemures, dormire ſolus non audebat, nil apud eū triſtius, nil miſerius cœlibatu, no-
uas quotidie nuptias celebrabat, & creber uagis amplexibus ſpōſus erat, cū & os illi uacu
um, & ætas plena eſſet, ſeptuageſimum pridem annum exceſſerat, ſeptimo uix iam dente
ſuperſtite. Erat illi puellarum auceps unus ex multis, domini ſui libidine nihilo ſegnior,
cuius retia & laquei, omnes uicos, omnium, & præſertim pauperum domos obſederant,
huc pecunias, huc redimicula, huc anulos, huc poſtremò blanditias, huc cœnæ reliquias,
huc omne genus eſcarum, & quæcunque flexura muliebres animos, conuehebat, ipſe inte
rim ſuſpenſus animo canebat. nam & reuera cātor erat, ſed qui uocē ab altaribus ad chore
as ac lupanaria tranſtuliſſet. noram hominē uulgi digito monſtratum, qui his artibus, mul
tas prædas, in os lupi ſenis, inferre ſolitus diceretur. mille locus hic ridiculoſas hiſtorias ca-
pit, unum accipe. Multis ille pollicitis, miſellam uirguncula, an meretriculam, illexerat,
ut domino eius, utique & excelſi gradum, & magnarum opum, ſed nec formæ nec ætatis
amabilis, obſequi in animum induceret. quid multis agam? acquieſcit, & uelut Pſyche il-
la Lucij Apulei, fœlicibus nuptijs honeſtanda, ignoti uiri thalamum ſubit. re comperta, im
patiens moræ ſenex aduolat, & ulnis arreptam, pendulis labijs exoſculans, atque inermi
ore commorſitans, cōſummare nouas nuptias anhelabat. repentino malo percita, & olente
ſenio, & uultu lurido deterrita, exclamat. Ad magnum ſe quendam, & inſignem prælatum
non ad deformem & decrepitum ſacerdotem aduenisſe, nō poſſe ſibi fraudem fieri. uis ſi ſi
at, manibus quoad poſsit, deinde gemitibus atque ululatibus occurſuram, neq; dum reli
quiæ ſpiritus ullæ eſſent paſſuram ſe à tàm turpi ſene uiolari. hæc uociferās ubertim flebat.
ille autem, & manu ſcabra, & ore hiſpido, ſpumantiq; tenerum os præcludens, fletibus &
querimonijs conabatur obſtare, atque incondito murmure & ineptiſsimis blanditijs (erat
enim præter cætera bleſus adeò, ut à nemine poſſet intelligi) ægram animi ſolari. ſed cum
nil proficeret ſenex egregius, in ſecretarium ſe proripit, arreptoq; quo conſcripti
Patres, à reliquis diſcernuntur, rubenti pileo, & inſigne ſuum, albo caluoq; ver-
tici imponens Cardinalis ſum, inquit, Cardinalis ſum, ne timeas filia. ſic amaſio-
la adhuc

la adhuc flentem, & præſenti ſpecie, & futura ſpe magnificè conſolatus, in geniale cubicu-
lum deduxit pronuba nō Iunone ſed Teſyphone, ac Megæra. ad hūc modū Cupidinis ue
teranus, Bacchо ſacer & Veneri, non armatus, ſed togatus & pileatus de ſuis amoribus tri
umphauit. plaude, fabula acta eſt. Noſſes hominem, iucundiſsime ſonuiſſet, & huius & reli
quorum mille ſunt talia, quorum quædam non ludicra ſed pudenda, alia uerò inania & hor
renda ſunt. I nunc, mirare, ducibus his, & propitium populo ſuo CHRISTVM & Rem
pub. proſperari.

Fran. Petrarcha amico, S.

Periculum egreſso gratulatur & ut caueat hortatur.

EVaſiſti, erupiſti, enataſti, euolaſti. benè eſt, timebam fateor tibi, timebam animæ tuæ
ne poſt deſcenſum ad inferos, nō cum uellet emergeret ſciebam, & Auerni deſcēſum
facilem, & apertū Labyrinthi limen laborioſum atq; operoſum exitū, dicebam mecum. ò
ſi meus Alcides, ò ſi Theſeus meus, ab inferis redeat. ô ne mali pondus illum opprimat, ne
que pedes ad uirtutem uolucres, adamantinæ ſcelerum catenæ uinciant detineantq;e. In
ter hæc uota, hoſq; inter metus emerſiſti, Deo gratias, qui ex inferno in ſe ſperātes animas
educit, exoptatus, euocatus, expectatus aduenis, his igitur primum terris redditus, quæ te il
li Hærebo crediderant, non Phœbo ut Dedalus, ſed CHRISTO alarum remigium conſe
crabis, & cauebis, ne unquam amplius Gnoſum ſpectes. non eſt ſæpius redemptanda for
tuna, periculum ſine periculo non fit, id cum ſemel euaſeris, declina, ne quando corruas un
de non ſurgas, nulla unquam te mala cupiditas tangat, ut illos principes tenebrarum rur-
ſus adeas. quos cum ſuis opibus ſuisq; flagitijs diſj deæq; omnes, immò uerò deorum De-
us, uiuos ac mortuos malè perdat, quæ cœleſtis agni ſanguine ſaginati, calcitrant ac rebel-
lant, eò me, mirum, meus ille nunc euocat, quò te præſente, perſuaderi mihi non potuit, ut
uenirem, ille mihi hortator eſt fidus quidem, ſed improuidus, ut Babylone uiuere eligam
ac mori. cur autem ſiue ad quid, ut uideam bonos mergi, malos erigi, reptare aquilas, aſi-
nos uolare, uulpes in curribus, coruos in turribus, columbos in ſterquilinio, liberos lupos,
agnos in uinculis, CHRISTVM denicq; exulem, Antichriſtum dominum, Beelzebub iu-
dicē. hæc ad ſpectacula reuocor, non audiam, malè mihi cum illis, malè illis mecum con-
uenit. ò crudelis & impia ſecta hominum, nil niſi ſeipſos amantium, idq; ipſum peruersè
prorſus ac nephariè. quis releuabit oppreſſum orbem? quis uindicabit afflictam urbem?
quis euerſos mores reformabit? quis colliget ſparſas oues? quis paſtores erroneos argue-
et? quis reducet aut retrahet in ſedem ſuum? nullus ne licentiæ ac ſcelerum modus erit, an
fruſtra per Prophetā ſpiritus ſanctus intonuit? Hæc feciſti & tacui, exiſtimaſti inique, quod
ero tui ſimilis. arguam te & ſtatuam contra faciem tuam. intelligite qui obliuiſcimini Deū
ne quādo rapiat, & non ſit qui eripiat, intelligite inquam, nobis loquitur, Dei hoſtes intel-
ligite. ſurdis loquitur ſopitiſq;, nunquam intelligent, niſi horrendo tonitru, ſeu quoniam
tonuiſſe non ſufficit, triſulco fulmine experrecti. Ad te mihi nūc ſermo eſt inuictiſsime
Regum noſtri temporis, quē non nomino, quādo & nomen obſtat inſcriptioni, & abūdè
te nominat, ipſa rerum ac gloriæ magnitudo. nam quid opus eſt uerbis ubi res loquitur?
haud immeritò tantis te uictorijs ornatum credere phas eſt, qui præter principalis tuæ cau
ſæ iuſtitiā, uulpes illas ueternoſas, fœdis, & nō ſuis è caueis CHRISTI ſponſam cœno ac
uinculis eruere potens es. & facies ſpero iure, tibi perpetuam fœlicitatem, & uotiuū cœpti
exitū quiſq; fideliū optauerit. Paſtorem illū, & ſenio, & ſoporem, & mero grauidū, nun-
quā ſponte latebris & amatis fornicibus egreſſurū, ſolus manu præhenſum, & uerbis incre
pitū, à uerberibus caſtigatū, in antiquū penetrale reſtitues. id ſi forte tibi celitus non datur,
quanquam nec dignatus pluribus, neq; hoc munere dignior quis quā ſit, uenient alij quo-
rum quò fœdior manus eò pulchrior uindicta. denicq; qualia multa undiq; crebreſcūt, uel
prædonum iuſta acie, uel ſalubri peſte clementiq; cœli inclementia. ad poſtremū plaga ali-
qua euidenti, quoniam minis ac prodigijs cor Pharaonis obduratum ſuperbū q;, non tan
gitur, ſponſæ CHRISTVS ſuperueniet laboranti. ò quid ſcripſi, ò quid mihi uenit in animū

quo prodijt lingua, quo progressus est calamus: possem cum Iob & ego fortasis dicere. Vnum locutus sum, quod utinam non dixissem, dixi tamen, & iam non dixisse non possum, delere autem & si adhuc liceat non libet, tantus est ueri amor, tantumq; mali odium, ut periculi omnis interim obliuiscar. In uno consilium senis illius sequar, quia cum infinita se nunc offerant, & perexigua dicendorum pars exacta sit frenabo impetum, & eodem Iob, manum meam ponam super os meum, & his ultra non addam.

Fran. Petrarcha C. Amico, S.

Contrà Auerroim ut scribat hortatur amicum.

MAgnam tuis uberemq; materiã, & lætãdi tribuis & sperãdi, antè alios mihi, quo fortasse, non alius in te oculos altius defixit. clarũ tibi lumẽ ingenij Deus dedit, industriæq; nobilis stimulos addidit, atq; ex his notitiã rerũ uariarũ, pætate mirificã, ipse nẽpè, nõ alius est, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat. ipse est, cui soli cõuenit, quod lu dens pro suis longè aliàs traduxit, magister artis ingenijq; largitor. & sicut tibi, ad rerum perceptionem intellectus, sic ad expressionem lingua suppetit, cuius defectus magna sæpe decolorauit ingenia, & minoribus ostendit imperia. tu omnibus his instructus, & fauore Dei uultus, & hominum, mane primo, altũ iter, duræ religionis ingressus es, eo duce, post quem nemo unquam errauit, nisi qui uoluit Augustinum dico, cuius hæsisse uestigijs, ea demum & ad cœlum & ad gloriam uia est. Adhuc penè puer eras, dum cõsanguineo illo tuo, uiro bono & amico meo, instante ad me perductus, aliquandiù pro tuorum tũc anno rum imbecillitate recusantem, bona spe illicò me implesti, ut contra, morem proposituq; meum, tantò imparem amicitiam amplexus, sæpe exinde de me redeuntem, indies lætius te uiderem, admirans, unde tibi id ætatis, nostræ amicitiæ tanta cupiditas, & sæpè mecum in silentio post, etiam cum amicis illud patris Ambrosij repetens. Puer iste, si uixerit aliquid magni erit. transiuerunt interim anni plures, nihil enim tàm tacitè, tamq; uelociter transit, diùq; in patriam reuerso, tuo conspectu carui. ecce nunc puer meus, ad me redijt, sed ut ait Naso:

Iam iuuenis, iam uir, iam formosior ipso:

Ea scilicet forma, quam nec ætas imminuet, nec morbus eripiat, nec mors ipsa. iam de te igitur nõ tãtũ spero, sed spero simul & gaudeo, est enim præsentis boni nomẽ gaudiũ, spes futuri. ecce iã te magnis uiris parem teneo, parem maximis mox tenebo, age modò, perge iter assumptũ, excita teipsum, addc geminum calcar ingenio, hinc honoris, hinc pudoris, mane cœpisti, noli sub meridiem torpere. solent pigri uiatores, dum solem cœli medio suspiciunt, multum lucis sibi superesse cogitantes umbras quærere, seq; somno & quieti tradere, serò tandem experti, inclinatam diem, se & elusos intelligere, id ex te certè nõ metuo, non hoc animi tui ardor spõdet, non frons, nõ oculi, nõ uerba denunciãt. uerè autem multos, ad summa uenturos error iste detinuit, & auertit, dũ auctoritate nescio quorum insanorum freti, nescio quã ætatẽ cõsistẽtem, uana sibi persuasione confingũt, quæ nulla unquã sui in parte consistit, sed id semper & labitur & currit & rapitur, utq; ait Cicero, uolat. Excusat forsan ut cũq; senectutis inertiã fragilitas & morborum cohors undiq; illã premens, quæ tamen, si quid insitæ uirtutis est reliquum, nec omnia, anni uolatiles abstulerunt, magna ui, senilem suis affinibus abigit torporem, & uigorem iuuenilẽ, ad honestos actus manu retrahit. meministi M. Port. Catonẽ, latinas literas iam tunc senescentẽ, Græcas uerò, iã nunc senẽ didicisse. eaq; ipsa ætate Socratem, post literas fidibus operam dare, Carneadem Philosophiæ studio cibi solitum obliuiscí, Platonem toto penè orbe peregrinantẽ die ultimo uel Sophronis Mimos sub capite habentem, ut Valerius, uel ut ait Cicero, scribentem mori. Simonidem octogenarium, in certamen carminum descendisse, atq; ipsa ætate Chrysippum, & propè centenarios Isocratem, ac Sophoclem præclarissima edidisse uolumina. Et Solonem senem, post conditas suas ciuibus leges, Poëticæ inhiantem, semper deniq; literarũ sitientem, & in ipsa demum morte discentem. possem exẽpla subtexere, eorũ senũ, qui ætate ultima res bellicas, ut ciuiles elegantissimè caluerũt, sed mihi ad studiosum alterius generis sermo est. Et hæc quidẽ, atq; his similia, senectuti mirabilia prorsus & gloriosa sunt,

sunt, iuuentuti autem, usq; adeò debita & sua, ut nihil sit pigro iuuene turpius, nihil inexcusabilius, nihil ad extremum desperatius. quædam enim uitia annis cedunt, atque diminuuntur, alia ingrauescunt augẽturq; horum è numero segnities est, itaque segnem iuuenem quem uideas, quàm sollicitum senem speres: quod attendens, cogitabis, ne qua tibi pars tẽporis ignaua præterfluat, neue nulla tibi unquã, aut lõgioris aut tardioris spes ætatis blãdiatur. breuissima enim simul & fugacissima est, & utrum magis incertum sit, ex æquo contendit cum breuitate celeritas. nihil est uerè uita hæc, pro qua tanto tempore agimur, ac torq̃mur, & hoc ipsum nihil, nunquam stat. sed dum quæritur, tanquam fumus euanuit. non est iuuenibus expectandum, dum quid prompte faciunt lẽtè faciant, sed in iuuentute properandum, unde senes gaudeant, mortui celebrentur, & sepulti uiuant, uolitentq; ut ait Ennius, docta per ora uirum. hæc amice discendi ætas est, quod hæc studiosa collegerit, senectus docta, distribuet, quodq; à multis acceperit, refundet in plurimos, in quærendis illam, expectare dementia est, cui uel quæsita seruare difficile, nec; uerò studiosos solos memorẽ, quibus ætas alia nulla est nisi hæc una quam degis, & corpore & ingenio prævalida, & impedimẽtis libera, nisi q̃ sibijpsa peperit, quibus ú e sibi iter ipsa præstruxerit, quod multi faciunt, qui scientiæ ac uirtutis ad quas destinabantur obliti. post cõcupiscentias suas eũt. nec; à uoluptate sua auertuntur, donec suis pudor ac dolor, inimicis gaudium, uulgò ludibrium effecti, undiq; inutiles, nec literis nec cõcupiscẽtijs habiles, ad senium peruenire. Sed ex alio quoq; genere hominum attingã paucos, quorũ te exẽpla sollicitẽt, quæ cũ alias partes ætatis possent, ad agendũ fortia, hanc unã nullãq; aliam elegerunt, nec; uel modicũ distulerunt, nec; si distulissent succesissent, ut fecit. certè hac ætate, iã Achylles Troiã, Alexãder Indiã pulsabat, Scipio Aphricanus occidẽtẽ fregerat, meridiẽq; frãgebat, Põpeius Magnus Hispaniã prædomitisq; prædonibus, maria cuncta pacauerat. hac ætate Drusus uerò Germaniã fatigabat, iamq; ad diuortia Rheni, omnia populando ac uincendo peruenerat, tanta q̃ animi uirtute eaq; (more iuuenũ) maiestate, ut hostibus quoq; uenerabilẽ se, in omne tempus efficeret. quod nec hodie Germani negant, uel dissimulant, q; interdum fortè posita in ea terrarũ parte, perpẽdi, & ingenua huius noui Cæsaris & suorum procerũ cõfessione cognoui. Possem plurib. illustrioribus munire, his teipsum urge stimulis, his attolle comitibus. Magnorũ sequi uestigia seq; illis cõferre, magnis animis dulce est. neu dicas: Iuuenis sum, multũ mihi supereſt tẽporis. ut enim hoc dubiũ, sic certissimũ illũ, quod nũquã dies ista reuertitur. Arripe eã ergo, ne tibi infructuosa prætereat, & ut magnæ parti hominũ, immò ferè cunctis hominibus, atq; in morẽ inter digitos effluat. Profectò aũt, ut quod nulli unquã fuit, tibi certi temporis multũ esset, & huius tamen, & rerũ omniũ parsimonia, tũc est utilis dũ abũdant, nempè cũ defecerint, ne quicquã admissa custodias. quãobrem iterũ atq; iterũ te moneo, & obtestor, ne ullum diẽ per ignauiam labi sinas, sed omni serò, tecum ipse calculũ ponas, tanquã diligens paterfamilias, cum suspecto dispensatore) hoc egi hodie, hoc incepi, hoc didici, hoc doctior, hoc melior factus sum. nec; enim minus ad uirtutẽ, quã ad scientiam te cohortor, quẽ inutilem tibi diẽ præterijsse deprehẽderis, nec uixisse te credito. Amice diẽ perdidi, inqt, Titus Cæsar. id si dixisse laudatur, qui nõ alijs illa luce profuerat, quid dicturum putes, qui non profuit sibi? Non possumus fateor libro semper incũbere, non semper solitarij & tranquilli esse, & nos fragiles, & mundus est turbidus & res inextricabiles, hoc possumus, curare ne dies ulla sine nostra discussione, & in nos animi refectione pertranseat. quomodo enim aliena curabimus, si nostrã negligimus? sedendo quidem stãdo q;, licet & eundo, de se suis q; de rebus in consilio, in consensu, & quãq̃ Ciceroni aliter uideatur, etiam in cõuiuio, sed lenius cogitare. uix tàm sterilis ager, uix tàm durus est animus, quem non iugis ac diligens cultura fœcundet ac leniat. quid de tuo igitur sperẽ, quem natura ipsa tractabilem fecit, ac fertilem? nostram ergo; quod apud Tullium ait Cato, ducem optimum tanquam Deum, immò quidem naturæ rerũq; omnium patrem Deũ ipsum sequere, altis; te uocibus euocantem, omnesq; quos creauit redemitq; homines nõ è cœlo tantùm, ubi in æternum regnat, sed ex asperrimo etiam tropheo quod pro nobis nudus, spinis coronatus, triumphator ascendit, omnes inquam uocat, pauci illum audiũt. esto

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

unus è paucis, alio quin nihil esse præstaret. Audi illũ & exaudi, à quo corpus atq; animã & ingenium accepisti, per quem es, qualem te gaudemus, per quẽ eris, nisi respuis qualẽ te cupimus & speramus. non te hodie pluribus premam, certus hæc tibi, & multo etiam pauciora sufficere, ut qui ex te quid optem ego, quid úe alij qui te amant, tacito me licet intelligis. unum tamẽ non obmiserim, ne illis aures aut animum accommodes, qui obtentu studij Theologici, te nitũtur à notitia literarum scholarium dehortari, qua ut sileam reliquos, si Lactantius atq; Augustinus caruissent, neq; illæ superstitiones paganorũ tã facilè subruissent, neq; iste Ciuitatẽ Dei, tãta arte tãtisq; molib. erexisset. expedit Theologo p̃ter Theologiã etiã multa nosse, immò si fieri possit, penè omnia, quibus cõtra insultus carnaliũ sit instructus, certè sicut unus est Deus cui omnia subsunt, sic una est scientia, de Deo, cui bonæ omnes aliæ obsequũt. de his tamen libro secundo de doctrina Christiana, ipse idẽ disputat Augustinus. lege ergo de illius consilio, q̃ potes sine propositi principalis præiuditio, & disce quantum dum ne ingenium aut memoriã afficias, semperq; memineris esse te Theologum nõ Poëtã aut Philosophum, nisi, inquiam, tum uerus Philosophus ueræ sapientiæ est amator. Vera autem Dei patris sapientia CHRISTVS est. his illud addiderim, ut in omni doctrina illa tibi præcipua cura sit, nunquam abdita, quanquã obscura, sed quã uera. quàm clara sint, quibus animũ intẽdis, sunt enim qui de his maximè quæ nec ipsi alij intelligũt inaniter gloriantur, stultũ genus, nam ut ueritas obiectum, sic ni fallor claritas est fœlicitas intellectus, in omni autem sanctitate ac uirtute expeditũ illã & cõpẽdiariam, Socratis ad gloriã uiã nunq; deleras, ut scilicet talis esse studeas, qualis uis uideri, sunt enim pessimi qdã, q uideri uolũt optimi quasi ut alios, sic & Deũ & cõscientiã suã fallãt. Gemínæ autẽ uitæ huius duces multos habes, utriq; tamẽ unus sufficerit Augustinus domesticus tuus dux, quẽ uides, hac ipsa tua ætate, cũ erroribus ac uitijs generoso impetu magnificẽtissimè colluctantẽ, siquis in illo unquam uitæ error fuit, aut doctrinæ primus contraria sublatus est uita, secundus manu propria discretissimo uolumine extirpatus est, ut nil sit tutius, quàm uiri illius & uitam simul & doctrinam sequi. hoc ne tibi unquam è memoria excidat. Extremum quæso ut cum primum peruenieris quo suspiras, quod cito fore confido, contra canem illũ rabidũ Auerroim, qui furore actus infando, contra dominum suum CHRISTVM contra quẽ catholicam fidem latrat, collectis undiq; blasphemijs eius, quod ut scis, iam cœperamus, sed me ingens semper, & nunc solito maior occupatio, nec minor temporis quã scientiæ retraxit inopia, totis ingenij uiribus ac neruis incumbens, rem à multis magnis uiris impiè neglectam, opusculũ unũ scribas, & mihi illud inscribas, seu tunc uiuus ero, seu interim abiero, semper enim tempus est omnibus & mihi inter alios, iam de habitu cogitandi. neu dubita defuturum tibi, uel ingenium uel stylum quamuis tuorum nonnullis solitum deesse aderit CHRISTVS suas res agenti, qui tibi affuit uel nascenti. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. IN EPISTOLAS RERVM SENILIVM AD SIMONIDEM SVVM,

Præfatio.

Lim Socrati meo scribẽs, quæstus eram, quod ætatis huius, annus ille M. CCC. XLVII. omnibus me propè solatij, uitæ amicorum mortibus spoliasset. quo dolore, nam memini, quæstibus & lachrymis cuncta compleueram, quid nunc primo & sexagesimo faciam anno? qui cum cætera ornamenta fermè omnia, tum id quod charissimum unicũq; habui, ipsum mihi Socratem eripuit. Nolo per aliorũ casus stylum ducere, ne tristis mihi fletũ renouet memoria, & annus hic pestilens, qui illum in multis locis perq; hãc maximè cisalpinam Galliam non æquauit modo, sed uicit, quiquè inter cæteras Mediolanum florentissimam, frequentissimamq; urbem his hactenus malis intactam, penè funditus exhausit, me quod nolim iterum in querelas, neque hac ætate, neque ijs studijs, neque omnino me dignas cogat. multa mihi tunc permissa quæ nunc nego. spero non me flẽtem cernet amplius fortuna, stabo si potero, si minus, siccum sternet ac tacitum: tutior est gemitus, quàm ruina. ad id quod dicturus sum progredior. Est ad Socratẽ liber Familiarium rerum noster, corpore

pore quidem ingens, & si fineretur ingentior futurus, proinde quod illic præsagiebam uideo, nullus mihi alius epistolaris styli, quã uitæ finis ostẽditur. itaq; siquid tale mihi deinceps, uel amicorum instãtia, uel rerum necessitas extorserit, ego enim rerum conscius mearum, nõ quid iam sarcinis adijciam, quæro, sed quid detraham, totum tibi inscribere est animus, cui prosam familiariorem scio esse quàm carmen. quantum sanè uel rerum uel uitæ superet, incertum est, quantulumcunq; tamen id fuerit, boni consules, quod & si modicum totum sit, neq; uerò secundi loci sortem indignabere, aut Socratem tibi prælatum credes, sed memineris ea te mihi tempestate, nondum cognitum, qua opus illud inceptum est, in quo tum multa sunt ad te, cui necdum Simonidis nomen indideram, quin hoc ipsum quicquid erit, quasi enim iactum retis, tibi dono, eò gratius accipies quò serius. & libratiora enim & rariora esse solent, senum dona quàm iuuenum.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber I.

FRAN. PETRARCHA SIMONIDI SVO S.

Fortunæ blanditias contemnendas esse.

Am antè literularum tuarum aduentum, & Zenobium nostrum defunctum esse mœstus, & te Campanũ fieri lætus audieram, gaudeo, hercle, ubi totus esse non possum, te quasi dimidiũ animæ meæ esse, ut de Virgilio ait Flaccus, dum quod cupio, & spero, ubicunq; fueris benè ac fœliciter sit. Neq; uerò aliter esse posse persuadeo mihi, tali hospite, Mœcenate, illo nostrũ omniũ tali, hoc animo tuo, tali denique, & tàm fido tuarum uirtutum, tamq; indiuiduo comitatu. ad id quidem quod Mœcenas ipse, tuq; post illum, tanta precum ui, me nunc etiam in Campaniam euocatis, quid aliud dicam, quàm mirari me, non uestros olim mihi planè notissimos affectus, sed indefessam hanc instantiam, totiẽs negata flagitantiũ. nec rogando enim, nec expectando lassamini, cum ego iam non negando tantum, sed tacendo ac uiuendo, propè lassatus sim. de hoc sanè nihil noui est, ultrò citroq; quod dici possit, trita sunt omnia. His omissis, unũ dicam, quo intelligas, quos mihi nunc quoque, ni cãueam blanditiarum laqueos mundus intexit, sed ut tempter, fallinequeo, sic edoctus ludis talibus, atque ut dicitur coactus sum. Siquidem hoc ipso tempore, quo me hic, noster tantus tamque unicus ac dilectus uocat, ubi nisi alia obstarent, non alteriùs quàm ad mei ipsius propriam domum uocor, simul me hinc Romanus Cæsar, hinc Francorum rex certatim euocant, his promissis, hisque muneribus, iã præmissis, quæ si pergam exequi, & longum erit & uidebitur fabulosum. Mirum prorsus, unde duobus principibus armatis, & unius inermis, & iam senescentis clerici cura est. nouissime uerum summus Pontifex, hic solitus Nigromãticum opinari, & ipse me altis uocibus ad se uocat, duobus iã nunc beneficijs collatis, pluribusq; si pareã oblatis, hic enimuerò miri nihil, quoniam causa nota est, uult me ad officium Secretorũ, quod Zenobius noster gessit, quodq; nec ipse, nec prædecessor unquã suus habuisset, nisi ego illud oblatum mihi, perquã honorifice multos antè annos recusassem. sed senectus auaritiæ suspecta est, sperant forsitan me senem, & quod (ut prohibent) cupiditatem acuit ditiorem solito, amplecti, quod iuuenis inopsq;, nunquam uolui, sed falluntur. cum præsertim egentiũ amicorum, quorum me charitas tunc urgebat, tanto sim factus egentior, inter quos ne longam tibi nunc ordiar mei doloris historiam, quàm præcidere potius, nitor ac seponere, & si liceat obliuisci, Ioannes meus, tuus, noster, immò CHRISTI ut Hieronymi utar uerbo. is Ioannes, qui te colere apud occiduam Babylona consueuerat, inter uitæ durum ac breue antè uesperã, immò uerò antè meridiem peregit, cum mutationis in melius spem dedisset, credo quò gratior mihi mors esset. sed non ita est. quod enim ad damni cumulum calcarq; gemitum, magna pars uerteret, uerti ego ad solamen, & quia ille melior obijt, ego lætior uiuo.

Omnibus ergo me uocãtibus, excusationes obijcio, miras quidẽ, sed præ alijs senectutem ueram illam nõ inficior, sed sando auctã, ad honestos enim & placidos labores, adhuc Deo præstante, sat ualidus, ad inuisos decrepitus, atq; impotẽs factus sum, quod ipsum inter naturæ dona cõnumero, ut & quod posse nolim, nec possim quidẽ, nec honesta mihi unquã desit excusatio, cuius me sæpè penuria, tædijs multis gratibusq́ negocijs imparatũ obtulit. Ad hanc sanè ultimã uocationẽ, cum me Põtifici excusassem, nominaui te amice, idq; pro honore tuo feci. Dabis ueniam si erratũ esset. Cogitaui enim, si mihi quem ad tantam rem ut idoneũ elegissent, de alterius ingenio creditum esset artificis, ut par erat, uel æmolumentum acceptati, laborioſi fateor, sed honesti officij, uel repulsæ magnanimæ, tibi non defuturum decus. quod si mihi propter inobediẽtiam infesti, meum quoq; de te iuditium spreuissent, tamen tuum nomen, semper & tunc maximè, ueris laudibus prosequi meum duxi, quod quidem, ex alio quàm ex me tibi nunciatum malim, scribo autẽ, ut paratior sis, respõso, siquid hinc forsan audieris. Neque uerò Mœcenatis nostri laude, laus tua caruit. scripsi enim, te cum illo agere, & illius è gremio poscendũ ut appareat, tum in alijs multis, tum in hoc quoq;, qualis ille, sit uir, qui talia Ecclesiæ nutrit ingenia, cui olim Zenobiũ dedisset, nunc si requiritur te daturus, ut de cõmunis patriæ laude tacuerim, quæ totius ciuiũ gloriæ, quasi fons quidam, illum simul & uos genuit, & altos edidit, & altorem. reliquum est, ut noris me rumoribus asperis, hinc atq; hinc pulsum, lætum minimè, sed rationis auxilio rectum stare. quid de me ipso statuam, tamen adhuc dubium. & facile fieri potest, nisi nouum aliquid emerserit, ut me audias, non post multos hos menses, in transalpinam solitudinem redijsse. plenus sum Italicarum rerum. Vale.

Fran. Petrarcha Simonidi suo, S.

Pro consolatione gratias agit.

PErgratam meis uulneribus medicinã, suauissima quidem, ac doctissima tua manus, adhibuit. solans me super adolescentis mei obitu, quem uiuentem uerbo oderam, defunctum mente diligo, corde teneo, complectorq; memoria, quæro oculis, heu, ne quicquam. amantissime tu quidem istud ut omnia. sed ô ingens uis amoris, & rationis imperio exempta, fles tu interim consolator meus, & quod fieri ratio prohibet, amor cogit, fles tu illum nec immeritò. Quis quis enim esset in reliquis, tu amator miratorq;, tuiq; nominis indefessus cultor euaserat. quod mihi unum de multis indicium erat, immutari illum indies, magno nisu æui uitia teneriores excutere. CHRISTVM testor, cui ille nunc uiuit, & cui sæpè suspirans precor funus meum, raptiq; animam recommendo, non ille me tibi, uel charitate uel extimatione prætulerat, neminem ille mortalium tibi æquabat, sic in arce iuditij sui stabas, is amor, ea mẽs erat, ea demũ uniformitas indicantis. in cæteris namq; pro ætatis inconstantia uarius, In te unus semper, si quis fortè in comparationem tui ueniisset, seniorũ in cõcilio palàm loqui ueritus, submissa fronte, risu tacito, sententiã proferebat. Et si quando iuuenilis illũ ardor in uerba cõpelleret, reuerentiam cum dilectione certãtem cerneres, uerecundiam cum pietate, iure igitur illum fles, illumq; desideras, qui te fleturus esset ut patrem, desideraturus ut filium. sed quoniam ius est, ut fortuna semel feriat, & non repetitis ictibus conficiat, quem inuasit, unà nunc quoq;, uulnus alterum Socratem meum defles, quem mihi orbe alio genitum, primo statim congressu frons, ingenium, uirtus, unanimem fecerant, sic ut nunq; postea, uel momento temporis labare illi meis in rebus animum senserim, fidemue lentescere, barbaricè nato homini, rarũ prorsus. sed cõsuetudo lõgior, & cõuictus assiduus, noster q; amor, sic illũ morbus, sic affectibus nostris imbuerant, quasi media natus esset Italia. noster erat, nostra omnia mirabatur, & penè iam oblitus originis, nil in terris, nisi Italiã suspirabat. quid uis dicam? tanta illa transformatio studiorum, ac naturæ & stupori omnib. & gaudio mihi erat ingenti, eò maximè. q; in meã gloriã reflecti quodammodo uideret, cũ haud dubie inter inmortales, primũ ille me sibi animo fecisset, hũc ego ante ortum alterius, toto fermè septẽnio primo flore adolescentiæ primũ noui, tũ scilicet, dum haud procul Pireneis collibus, sub incomparabili uiro almæ memoriæ, Iacobo de Columna

Columna locorum præsule, magno & dulci coæuorum contubernio iucundissimè uiueremius. & ô cœli regnator, ô creator temporũ, ô syderũ moderator. unde hæc tanta uelocitas. nudiustertius id fuisse dicturus sim, nisi quod præter unũ Lelium nostrum, de quo ipso sum dubius, nullũ penitus è cœtu illo superesse iam reor. ô fallax uita hominum, nec desinimus longas hic, & tàm breui spatio inexplicabiles spes ordiri. ô laborum campus asperrimus, ô errorum inscrutabilis Labyrinthus, ô gemituũ trux palestra, hic infœlices agimur, hic nitimur, collidimur, exercemur, & qui furorum ultimus, hic gaudemus, extollimur, superbimus, hic potentiã, hic honores, hic opes, hic imperia molimur, hic iniurias, hic rapinas uolumus, hic uindictas, quid de nobis interea, nõ uentura tantũ dies, sed hora etiã tẽpus pariat incerti, nihilq; aliud diu uiuendo consecuturi, nisi ut soli ac mœsti, ut corporibus, ut q; animis graues inter questus & lachrymas & desideria senescamus. certè ego quod nudiustertius dixi, melius hodie dicturus. Quid enim nisi dies unus est uita hæc q; is q; hybernus breuis turbidus. & ut multis mane, multisq; meridie interruptus, sic pauciss imis perductus ad uesperam, hodie, inquã, tanto & tàm delectabili comitatu, stadiũ hoc ingressus. ecce iã uiæ fessus, & propè iam solus ad me tàm feror, nec q; in hoc exoptato uotis omnibus longiusculæ uitæ tractu, boni aliquid intelligo, nisi quod æquanimius fortasse morimur, ijs præmissis, qui dulcẽ nobis faciebant uitã, nil à tergo quod uellicet animum relinquentes, nisi cõtra opportunũ illud ac miserũ, semper flendo in perpetuo mœrore, ut Satyricus ait, & nigra uestè senescere, siue ut propriè quod est dicam, inter amicorum mortes sæpè mori, nullum tuorum nouissimè relinquentem, cuius in oræ memoriaq;, post obitum sis uicturus. & tu mihi nunc amabili prorsus iniuria, ac paterna, laborioſi huius tristisq; negotij longitudinẽ imprecaris, dum tremere te ais, atq; horrẽre, ne mihi superstes sis. ego uerò superstitẽ te uolo, & hos pauculos, qui è tanta amicorũ acie iam soli superant. Sint qui ultima iussa abeuntis excipiant, sint qui oculos tegant, humi obruant, quãuis affatim illud mors faciet, hoc natura, sed dulce est amicæ manus obsequium. nec ulla mihi aduersus fortunam meam, grauiora querela est, quàm quod amicis antè diem ablatis, si quis huic numeri dies esset, ego durior adamante, testudine tardior, ac phœnice uiuacior, huc dilatus sim. neu cumulus desit offensæ, quorum manibus sepeliri optaueram, interesse non licuit sepulturæ. Sed redeo ad Socratem, qui ad me non redit, nec me tamen animo deserit, ut puto corpore licet absesserit, cum unũ & triginta mecum annos fidelis expleſſet amicitiæ. alter enim fletus noster uitæ quartũ & uigesimũ non impleuit. quid nũc loquar? Dicerẽ, hei mihi ter & amplius, nisi quod luctũ pellere est animus, possem simul utinã, & dolorẽ pellere, nitar equidẽ. in quã rem tamen tuo mihi cõsilio utendũ uideo, quod & uirtus humanis casibus altior, & qui dedit abstulit. ignoscẽdũ morti, suo iure usa est, nec fortuna nobis accusanda, nec natura, nec quærendus ordo, ubi nullus unq; fuit, cauendũq; quod in alijs aliquãdo reprehendimus, ne iure optimo reprehendar in nobis. nec mirandum uerò q; acerbus ille, hic maturus, adhuc uirẽs obijt, utriq; suũ uitæ tẽpus impletũ, nostra nobis implenda sunt, sequẽdiq; quos præmisimus, & quod millies diximus, iam tandẽ ante oculos habendũ. leuis est enim solius linguæ disciplina, philosophandũ nobis & rebus est, si re ipsa salui esse cupimus, hic figamus animũ, & quod loquimur, sentiamus. sequemur nostros, quis hoc dubitat, sequemur citò, statim, nũc fortasse, & certè nunc sequimur. nam quid aliud agimus, oro te, dum quieti etiã uidemur, nisi properare & currere? currimus quidẽ omnes, & singuli currimus, & uicissim nos urgemus. quid hic opus est stimulis, ipsa nostra nos uehit, ne dicã præcipitat natura, & pereuntib. applicat, nulla est mora; quid mœrori incũbere, aut torquere desiderio animã iuuat? en confestim quos quærimus consequemur, ad illos enim nos ituri sumus, illi ad nos minimè reuersuri, nempè necessarium hoc nobis, at illis irremeabile iter est. Quibus ita se habentibus, abstinendum gemitu, & querelis inutilibus, propeq; illorum salute, oblationibus pijs ac precibus indulgendum, quas tu familiaris ac domestice conuiua CHRISTI, frequentes pro altero, te daturũ spondes, utq; id pro utroq; facias, quotiẽs ad mẽsam colloquiũq; domini tui ueneris, per memoriã nostri, per amicitiæ fidẽ, etiam

atq;

atq; etiam obtestor. hæc sunt nostri doloris utiliora remedia, quorum mihi non exiguam portionem, more ac stilo illo tuo, sensuum largior, quàm uerborum in augustam partẽ epistolæ congessisti. quæ ue idcirco meis uerbis libens repeto, ut in meum animum, tuo stilo transfusa, meoq; calamo mox in te refusa, sic mea fieri incipiant, ut tua esse non desinant, re percussi claui in morẽ, hinc illinc, affixa pariter ac suffixa memoriæ. utar hoc libens tuo munere, quo nullum tempore aptius præstari poterat, nullumq; salubrius indigenti. efficacissimus ad curandum ille est medicus, de quo maximè æger sperat. Superest, ut quoniã mihi ad tempus Socrates meus eripitur, neq; ut uides huic generi cõmunium scripturarũ, ullus, quod sæpè iã diximus, nisi qui uitæ finis apparet, quod & si solito auidior sim quietis, amicis tamen interpellantibus, non respondere nefas sit, nec sine quadã (quam ualdè horreo) nota insolentiæ fieri possit, omnis ille familiarium rerum, iamq; senilium rerum stilus ad te transeat, & alienigenæ hac in parte deditum ingenium, cõciui deinceps meo, uati sacro, ob eamq; rem nostro Simonidi consecretur, tu es enim meus ille Simonides, quẽ prima huius operis compellat epistola, quæ nõdum tamen ad te uenit, nec ueniet quidẽ sola. illam certè cum legeris quid huic desit intelliges. Reliquum est, ut & tui honoris, & mei me ocij studiosum, ad *IIII.* Idus Ianuarias Patauio digressum perrexisse Mediolanum, quo essem ad transitum alpium paratior, oderam namq; Italos tumultus, optabamq; quamprimũ hinc abire, ut & transalpinum Helicona reuisserem, quem iam propè decennium intermisi, cuius mei desiderij simul ac tædij, satis te uno uerbo superioris epistolæ finis admonuit, Et siquid fidei Pont. mihi Max. habuisset, te sibi, quod absens scripto feceram, pro me uicariũ præsens darem. sic simul & officio illi, totiens mihi oblato, cui uel ob hoc ipsum benè consultum uelim, non tantum benè, sed magnificè, & tibi, seu necessitatibus saltem tuis, quas occultare mihi uis, nec potes, tanto licet tempore, ac rerum spatio distractus, utrunq; prouisum iri existimans. uerum, omnibus, undiq; bello ardentibus, atq; armatis inter, aditus pacis inermibus non fuit, substiti ergo, responsum Pont. operiens, quod seu illis suo bello implicitis (multa enim & grauia inde narrantur) seu captis in itinere nuncijs, quod de multis audiuimus, nondum habui, hoc unum ciuibus nostris mercatoribus Mediolani agentibus scriptum est, per suos respondisse Pontificem, si oblata respuerem, irem saltem ad eius præsentiam, mecum ducens, quem officio idoneum iudicarem. quæ an uera sint nescio, sed si ita est, paratus esto, uel mecum, uel cum literis meis illuc ire, si cætera enim clausa permanserint, iter tibi patet æquoreum, ego quidem expectationis impatiens, atque in circuitu noua bellorum semina iacta conspiciens, iam ferè cunctis fractis itineribus, Pado me credidi. & quo in hoc statu rerum, uix uolucris penetrasset, ad *V.* Idus Maias Patauium redij, hinc ex ordine iturus ad Cæsarem, tàm me crebris, tamq; altis uocibus euocantem, ut dissimulari amplius, illesa uerecundia ac deuotione non possit. sic accinctus in zephyrum, in boream ibam, ut intelligas humanorum consiliorum quanta constantia est, sed hac quoq;, præter spem, bello obstructa omnia repperi, neque minus hic angulus Venetorum, pacis olim habitatio, atque alpes Noricæ, quàm reliqua feruet Italia, tum quæ alpibus uicina Germaniæ pars est, suis & ipsa motibus æstuat. ita omne latus nostri orbis, uno nunc tẽpore Mars infestat. quæ quamuis amico pacis animo, non molesta esse nequeant, quia tum æstiuam requiem pollicentur, propè gratissima dixerim, tensas nempe ad occasum alas, atque ad arcton inter alpes atque Apenninum, secus adriaci sinum maris, nota contrahunt, ac detinẽt statione, huc tum, siquid mihi nunc scripturus es, scribe. & quoniã te littoribus Siculis, morte regis auulsum suspicor, illud quoq; ne subtrahas, tua omnia noscendi auido, ubi, quàmq; suauiter, teq;, tuumq;, immò equidem nostrum ducem, instabilis fortuna deposuit. Vltimum est, ut exoptatum diligentiæ tuæ munus, promissumq; non differas, bibliothecæ huius ornamentum, in qua mihi omnis requies oblectatioq; animi, atq; unicũ iam uitæ solatium remãsit, propera, per omnes cœlicolas oro te, & arculæ nostræ fidẽ adhibeto, quod cum mihi contigerit, nil magnopere in terris amplius optabo, nempè qui iam spe sola efferor. itaq; & si librorum nihil accesserit, ijs ipsis qui nõ pauci sunt, neq; ignobiles, meo diues satis

satis ipse iuditio, opibus Crœsum uinci, omnesq; nostrorum locupletum arcas æquè parui pendo. Viue, & uale nostri memor *VI.* Idus Iunij.

Fran. Petrarcha Talauando Albanensi Episcopo Cardinali, S.

Honores oblatos recusat.

Literas pridẽ tuas amantissime Pater, inq; illis Apostolicũ præceptũ, reuerenti gaudio stupens legi, ad quas familiaris tui illius festinatio, iustũ respondendi spatium non dedit, respondi tamen ut potui, idq; breuiter, sed puræ, & quod literis defuit, notæ fidei nũcio cõmisisse contentus fui. ecce nunc iterum alijs atq; alijs, de eadem re & literis pulsor & nuncijs, quibus & stupor meus crescit, & gaudium. nam quis, quæso, non stupeat simulq; non gaudeat, si amicus sit, uicario *IESV CHRISTI*, qui me magicũ non tantũ suspicari, sed affirmare soleat, opinionẽ hãc de me, falso conceptam, semperq; hactenus cõtra tuum eloquium, ac multorum illam extirpare uolentiũ, pertinaciter defensam, nunc repentè non modo deposuisse, sed opinione alia permutasse, tàm diuersa, ut cuius horrere uideretur alloquium, atque aspectum eius, nunc secretam conuersationem, ac fidele obsequium, donis poscat ac precibus? Magna uis ueri est, impelli potest, prosterniq; mendacio, non extingui. Per seipsum, cum aliquandiu iacuerit, altius assurget, & clarius. Parcat autem illi Deus, qui falsè illius opinionis auctor fuit. magnus ille quidem uir, nempè tu ordinis nostri ultimus, & præterea iurisconsultissimus, quodq; mirabiliorem facit errorem, & experientiæ multiplicis, & prouectæ admodum ætatis, nisi fortè nõ error ille aliquis, sed odium solum fuit (quamuis error nullus, maior possit esse quàm crimen, neq; uerò tàm turpiter quisquam errat, quamlibet ridiculum aliquid, ineptum sibi ignorans finxerit, quã qui sciẽs Deum odit, aut proximum, quæcunq; demum fuerit causa, magicum ille me dixit, nec erubuit afferre rationem, quod Virgilij libros legerem, seu legissem, & inuenit fidẽ: En ingenia quibus rerum summa commissa sit, de his uerò quotiens riserimus, tu nosti, eoipso nõnum quam præsente, cui delator meus persuaserat, donec illo tandem, ad Papatum euecto, res ludicra esse desijt, atq; ad iram tuam uergere cœpit, ac dolorẽ meũ. Non quod aliquid ab eo magnopere cuperem. ambitiones meæ notæ tibi omnes sunt, sed cum Benedictus adolescentiam, & iuuentam Clemens meã, nõ dico Innocentem, sed à turpibus studijs ac maleficis artibus abhorrentẽ agnouisset, senectutem meam Innocentio suspectã esse, nõ dolere non poteram. Proinde per id tempus, quo ille conscenderat, nescio, an unquam reuersurus, inde abiens, dum tu me ualedicturum, ipso etiam uolente ducere uoluisses, abnui, ne aut illi mea Magica, aut mihi molesta credulitas sua esset. scis me uerũ loqui, teq; non semel frustra nixũ, ne insalutato illo proficiscerer. En quid mihi uenenosa uox contulit, unius uiri, cui nulla quidem in me odij ratio erat, sed sine causa nihil fit, oderat ille me, non propter me quidem, sed propter illũ, cui familiarissimum me fuisse meminerat, propter quẽ & te ipsum oderat, sed odij sibi cõscius iniusti, erga utrũq; nostrũ, simulator callidus, amicitiã fingebat (nota tibi cõmemoro) sicut sepulto illi, ipsius nec lenitus morte, ipsis bellum cineribus indixerat. ô tristis & cæca rabies animi, propagatrix pestilens odiorũ. certè si inimicos diligere dominico iubemur imperio, quid ijs fiet, quibus inimicos etiam extinctos odisse non sufficit, nisi amicos illorum omnes immortali odio insequantur, siue autem uiuax odium, siue pudor mutandi quod dixerat, causa esset, suggestionem hanc aluit ille dum uixit, & quã plãtauerat irrigauit, gratias Deo quot mendaciũ ueritas, mors mendacẽ uicit. Non credit profectò Magum Pontifex, quẽ secretariũ uult, nec scœlestis operã dare carminibus, quem interioris thalami archano dignum, & sacris aptum censet epistolis. magnas sibi pro tantis honoribus, nec minores pro tali errore deposito, grates ago, & si enim opinionibus uagis ac falsis, quanti nequeant constantes animi, sine quodam tamẽ angore nõ fuerat, apud animum meum falsa licet opinio, tanti uiri, neq; ullo pacto uelim diuturnã adeò fuisse, ut de me talia sentientẽ, uel mea illũ, uel sua dies ultima inuentura fuerit. Scio autem expectari responsum meum, & quamuis humilitatẽ meam illinc, & Põtificis pietas, & tua humanitas, & amicorum preces & lachrymæ, uehementer trahant, hinc meorum consilia impellant,

impellant, fixus tamen in proposito primo sum. nil est penitùs quod immutem, quæres apud alium, si agenda sit, plurimum haud dubiè uerborum egeat, tibi meis in rebus, nō tantum sermo breuis, sed silentium sat est, tecum enim meo iure Dauidicum mihi illud usurpo, domine ante te omne desiderium meum, & non quidem gemitus. qui mihi de rebus iam labentibus nullus est, sed certè suspirium meum à te non est absconditum. Quid uelim, quid optem, quid ambigam, quo suspirem, non mihi notius quàm tibi est. quid igitur multis agam? uideo me uocari ad luctam, ad honorem, ad laborē, ferè cunctis optata mortalibus, mihi uerò cum multis nihil conuenit. proinde nec fortuna mea, nec animus lucri egens, nec professio uitæq; genus honorum talium, neq; occupatio, ætasq; deuexior laborum. excusabis me iterum Pontifici, ne quod modestiæ est, insolentiæ tribuatur. quod sæpè me honestauit, tuum modò me defendat eloquium, nominaui duos compatriotas meos, & si tanto officio par creditus, extimator aliorū dignus censor, est uterq; dignissimus. ego tamen, qui effectum rei celerem ac fœlicem cupio, nam utrunq; literis meis experiri uolui, & quod uaticinabar reperi. alter onerosum respuit honorem. alter si requiritur præsto est. Vbi nam uerò sit, quærendus, & quicquid in rem est, tuus hic nuncius nouit, hoc extremum Papæ dicito, si hunc habet, me quidem, & quicquid ex me quærebat, plusq; aliquid inuenerit, Vna est patria, unum nomē, unus animus, unum ingenium, unus stylus, uita illa clarior, & sacerdotio insignis. Vale. Ecclesiæ decus ac nostrum.

Fran. Petrarcha Ioanni Boccatio, S.

De uaticinio morientium.

MAgnis me monstris impleuit frater epistola tua, quàm dum legerem, stupor ingens cum ingenti mœrore certabat. uterq; abijt, dum legissem. quibus enim oculis nisi humentibus, tuarum lachrymarum, tuiq; tàm uicini obitus, mentionem legere potui, rerum nescius omnino, solisq; inhiās uerbis? ubi demum in rem ipsam internos flexi oculos, defixiq;, mutatus ilicò animi status, & stuporem sepositum & mœrorem. Iam primū quod erat, in ipsa literarum fronte prætereo, ubi dum uerecundissimè simulq; reuerēdissimè, non te ausum dicis, præceptoris tui inclyti, (sic me nimia tua uocat humilitas) cōsilium improbare, quod Musas totumq; ut ais helicona, mecū trahēs, cuius olim ut scis, inops plebeiusque incola fueram, nunc iam peregrinis abstractus curis, penè exulsum, quasi damnatis Italis, & indignis industriæ meæ fructu, meiq; præsentia iudicatis, in Germanos siue Sauromatos (uerbo tuo utor) ultimos, commigrare decreuerim. multo me fateor, efficacius reprehendisti, quàm si totum eloquentiæ tuæ flumen, in Satyrā effundisses. Equidem gratulor hunc tibi esse animum, atque hunc zelum, ut quod Maro ait, omnia tuta timēs, mœstu magis abundes, quàm amore deficias. Tibi uerò amice cui meorum consiliorum, nihil occultum uelim, totum læsæ mentis archanum pando, me ut Italicæ telluris aspectu, satiari nequeo, sic quod nuper Simonidi nostro scripsi, Italicarum rerum usq; hercle. ad fastidium plenum esse, & sæpè hinc mihi in animum uenisse, nempè non in Germaniam, sed in aliquas mundi latebras me conferre, ubi procùl ab hoc strepitu, inuidiæq; turbinibus, quibus me non tàm utique mea sors, quæ me iudice, nescio an contemptum, sed certè inuidiam non meretur, quàm hoc undecunque partum nomen expōsuit, (benè latitans, benè uiuerem, si datum esset, ac morerer) & fecissem, nisi quia quo me animus urgebat, fortuna iter obstruxerat. At quid nūc ad arcton intenderam, non huius quid audisti propositi mens erat, neque enim in illa barbarie. Inq; illa cœli inclementia: terræq; duritie requiem quæro, sed uerecundi modestiq; prorsus obsequi, quod scilicet Cæsari nostro, totiens tantisq; me precibus euocanti, breuē mei præsentiam denegasse, non superbiæ modo, sed rebellationis aut sacrilegij cuiusdam uideretur, quandoquidē nostri maiores, ut apud Valerium legisti, eum qui uenerari principes nesciret, in quodlibet facinus procursurum crediderūt. parce aūt metui, & querelis parce, nam & hac quoq; bello clausum iter, haud inuitus offendi, mira res dictu, quo libenter ibam, libentius non eo, satis & desiderio Principis, & meæ fidei fuerit, ire uoluisse, de reliquo fortuna culpabitur. His omissis ad id uenio,

id uenio, quo me adeò prima lectione concussum dixi. scribis, nescio quem Petrū Senensem patria, religione insigni, & miraculis insuper clarum uirū nuper obeuntem, multa de multis, inter quos de utroq; nostrum aliqua prædixisse, idq; tibi per quendam, cui hoc ille cōmiserat nunciatū, ex quo exactius dum quæreres, quemadmodū sanctus ille uir, nobis incognitus, nos nouisset sic responsum, fuisse illi propositū, ut intelligi datur, pium aliquid agere, quod cum implere denunciata sibi ut auguror morte, non posset, orasse Deum efficaci, & ad cœlū peruētura prece. rebus idoneos uicarios designaret, quibus negatum, sibi cœpti seu destinati operis exitum, diuinitas largiretur, cumq; familiaritate illa, quæ Deū interiustiq; animam est, se intelligeret exauditum, ne quid in re dubij foret, CHRISTVM ipsum habuisse præsentem, cuius in uultu omnia cognouisset.

Quæ sunt, quæ fuerunt, quæ mox uentura trahantur?

Non ut apud Maronem Protheus, sed plenius multoq; perfectius ac clarius, nam quid oro non uideat, illū uidens, per quem omnia facta sunt? illum oculis uidisse mortalib. magna res, fateor, si uera. usitatum enim ac uetustum est, plerunq; mēdaciis fictisq; sermonibus uelum religionis, sanctimoniæq; prætendere, ut humanā fraudē tegat diuinitatis opinio, de quo in præsens pronūcio, cū ad me defuncti nūcius illi peruenerit. Quē ad te primū, quod esses fortè uicinior, expositisq; mādatis, mox Neapolim, inde mari in Gallias atq; in Britāniam perrexisse significas, nouissime me uisurū, & mihi uirilē mandatorū partē, ex ordine prolaturū, tum demū, quantū apud me sit fidei reperturus uidero. Aetas hominis, frōs, oculi, mores, habitus, motus, incessus, sessio, uoxq; ipsa, & oratio, & super omnia cōclusionis effectus, ac loquētis intentio ad cōsilia uocabunt. nunc quantum ex tibi dictis elicio. Vos duos aliosq; nōnullos, ex hac uita descēdens, ille uir sanctus uidit, ad qs quædā secretiora cōmitteret, huic suæ huiusmodi ultimæ uolūtatis executori, industrio ut tu extimas ac fideli, hæc ni fallor historiæ summa est. Cæterū quid ex hoc alij audierint in dubio est, tu quod ad statum tuum attinet duo hæc. (nam cætera supprimis) audisti, Vitæ tuæ terminum instare, paucorumq; tibi iam tempus annorum superesse. hoc primū tibi. Præterea Poëtice studium interdici. hoc secūdum ultimūq; hinc illa cōsternatio mœrorq; ille tuus, quem legendo meum feci, meditādoq; deposui, & tu si mihi aurē, immò si tibi, si rationi insitæ, animum præstas, abijcies, & uidebis inde te doluisse, unde potius sit gaudendum. Nō extenuo uaticinij pōdus, quicquid à CHRISTO dicitur, uerū est. fieri nequit, ut ueritas mentiat, at id quæritur, CHRISTVS ne rei huius autor sit, an alter quispiā ad cōmenti fidē. quod sæpè uidimus CHRISTI nomen assumpserit. esto aūt, inter ignaros huius nominis res agatur, si Poëtis, si Philosophis gentilitū fides est, multa uaticinari solitos morientes, & Græcorum literæ loquuntur & nostræ. Vides ut Hector Homericus, mortem uaticinetur Achilli, Virgilianus Herodes Mezentio, Ciceronianus Theramenes Critiæ, Galanus Alexandro, & quod est ijs similius, quæ te premūt, apud Posidoniū philosophū sua ætate charissimum, Rhodius quidā moriens, breui post se morituros, sex ex coæqueuis suis nominat, & q; plus est, ordinē adijcit moriendi. de quarū rerū uel ueritate, uel causa disputandi nō est locus. Sed ut hæc & quæ similia traduntur ab alijs, postremò quæ terrificator hic tuus nunciat uera sint. quid est tamen, quod te usq; adeò permoueat, uulgaria & nota cōtemnimus, inopina nos quatiūt ac perturbāt, An tu quæso modicū uitæ esse q; superest, si iste tibi nō diceret ignorabas? quod hæc hodie natus infans, si ratione uti posset, ignoret, omnium uita mortaliū breuis est, senijq; breuissima, & si sæpè præter opiniones spesq; hominum, quod quotidie querimur ac lugemus: nascendi ordinē mors præuertat, ut ex uita, qui huc ultimi uenere, primi abeant. profectò fuimus umbra, somniū, præstigiū, nihil denique nisi luctus, & laboris area, uita est, quæ hic agitur, quod unū boni habet. ad aliā uitam uia est, alioquin non contemptibilis modò, sed odiosa prorsus, ac misera; & de qua cōsideratissimè dictum sit, longè optimum non nasci, proximum quàm primum mori. neue suspecta sit pagani hominis præcisa sentētia; Hebræorum sapientissimus illi accidit, immò uerò quod & Ambrosius fratris obitū deflens, suo more uestigat, & sic esse discussa temporū ratione deprehenditur, nō ille Philosophos, sed illum Philosophi sequunt. cuius ego sensum tibi, de Ambrosio po-

sio potiùs, quàm Salomone descripserim, ut dicto uni duplex esset auctoritas. Sic ergo ait: Non nasci longè optimum secundum sancti Salomonis sententiam, ipsum enim etiam, si qui sibi uisi sunt in Philosophia excellere secuti sunt, nam ipse illis anterior, nostris posterior, in Ecclesiastem locutus est. Et laudaui ego omnes mortuos, qui iam defuncti sunt, magis quàm uiuentes, quicunq; uiuunt usq; adhuc, & optimus suprà hos duos, qui nondum natus est, qui non uidit opus malum, quod factum est sub sole. nec ita multo pòst. Et hoc, inquit, quis dixit, nisi ille qui sapientiã popòscit, & impetrauit? & mox paucis de sapientia illius interpositis, quem igitur, ait, non latuerũt cœlestia, quẽadmodum laterent mortalia, & de suæ conditione naturæ, quã in se expertus est, errare aut mentiri potest. sed nõ solus hoc sensit, & si solus expressit, legerat sanctũ dixisse Iob. Pereat dies illa qua natus sum. cognouerat nasci malorũ omnium esse principium, & ideo diem qua natus est perire optauit, ut tolleret origo incommodorum. Post hæc Dauid ac Hieremiæ testimonio adhibito sic concludit. Si igitur, inquit, sancti uiri uitam fugiunt, quorum uita, & si nobis utilis, sibi tamẽ inutilis extimatur, quid nos facere oportet, qui nec alijs prodesse possumus, & nobis uitam hanc, quasi funebrem pecuniam, usurario quodam cumulo grauescente, onerati, indies peccatorum ære sentimus. quæ si dixit Ambrosius, si tales ante eum uiri dixerant, quid miser ego dicturus sim, cuius uita nõ solũ peccatis obnoxia, atq; oppressa, sed tota ni nisi temptatio ac peccatum est? Verum etsi multa hic, & dicantur ab alijs, & à nobis etiam dici possint, quos malorum experientia doctos fecit, tamen tibi uel ista superfluunt, neq; enim docendus mihi, sed excitandus es, ut memineris, quid diuini homines, quid tu ipse hac de re senseris antequàm tibi repentinus stupor tui memoriam extorqueret, ex quo tamen, huc loquẽdo peruenimus, insistam paululum. Quamuis igitur hæc ut dixi, ab ingentibus uiribus disputata atque firmata sint, sic ut non tantũ rationibus, sed auctoritate etiam præmãt sua, non alienum fuerit fortasse, qui de ijs ipsis alijs senserint audire. Sunt autẽ duo hæc, unum quod hæc nostra quæ dicitur uita mors est, hoc iuuenis Cicero sexto Reip. libro scripsit: idem senex, Tusculanarum quæstionum prima luce repetijt, alterum eodem Tusculani libro primo posuit, non nasci homini longè optimũ, proximũ quàm primũ mori. Vtrunque fortasis & Cicero ipse, alibi, & multi alij dixerunt, & primum quidem tam etsi innumerabilibus uitæ malis, non uerum modò, sed uerissimum uideatur, simpliciter tamen uitam mortem dici, animosum potiùs arbitror, quàm usquequaque uerum aut libratum satis. quid uerò? placet Gregoriana illa moderatio, è sermone illo quotidiano. Temporalis, inquit, uita æternæ uitæ comparata, mors est potius dicenda, quàm uita. hoc & tutius & salubrius dici puto. de secundo autem & de utroque, quamuis ut uides maximi sint auctores, quid tamen uir doctus & eloquens Lactantius Firmianus hinc senserit, non alienum uidetur inserere, qui libro Institutionum, non recordor quoto, impatientiam arguẽs humanam. Quid dicemus ergo, ait, nisi errare illos, qui aut mortem appetunt, tanquam bonorum, aut uitam fugiunt, tanquam malum, nisi quia sint iniquissimi, qui pauciora mala non pẽsant, bonis pluribus. Nam cum uitam omnem, per exquisitas & uarias traducãt uoluptates, mori cupiunt, si quid fortè ijs amaritudinis superuenit, & sic habent, tanquam illis nunquam fuerit benè, si aliquando fuerit malè. Damnant igitur uitam omnem plenamq; nihil aliud quàm malis opinantur, hinc nata est inepta illa sententia, hanc esse mortẽ, quàm nos uitam putemus, illã uitam, quam nos pro morte timeamus, ita primũ bonum esse non nasci, secundũ citiùs mori. quæ ut maioris sit autoritatis Sileno attribuitur, Cicero in Consolatione. Nõ nasci, inquit, longè optimum, nec in hos scopulos incidere uitæ, proximùm autem si natus sis, quàm primum, tanquam ex incendio effugere fortunæ. credidisse illũ uanissimo dicto, exinde apparet, quod adiecit de suo aliquid, ut ornaret. quæro igitur, cui esse optimum putet non nasci, cum sit nullus omninò qui sentiat. nam ut bonum sit aliquid aut malũ, sensus efficit, deinde cur omnem uitã, nihil esse aliud quàm scopulos & incendium putauerit, quasi aut in nostra fuerit potestate ne nasceremur, aut nobis uitam fortuna tribuat non Deus, aut uiuendi ratio, quicquam simile incendio habere uideatur. hæc Lactantius. Ecce autem, ne me cuiusquam sententiæ addictum pntes, & auctores & senten

tentias discordantes, in medium sciens uolens quẽ connexi, & tu eliges, ut uisum erit, et suo ueritas loco stabit. ego autem ut ad rẽ redeam, unum hoc dixisse uelim, quicquid horum quæ multa dximus sit uerius, nobis tamen hæc uita, ut non nimis amanda, sic usq; ad exitum tolleranda est, perquẽ hanc ipsam, ad alteram, quasi per prædurum iter, ad optatam patriam aspirandum. equidem iam non nati esse non possumus. at si uita anceps, si periculosa, si mala est, de quo ut puto nemo uiuens dubitat, nisi qui uanis uoluptatibus excæcatus, ueram sui notitiam iuditiumquẽ perdiderit, consequens est, rei malè bonum atque optabilem finem esse, & si flenda uita est, quod de uita forsan per seipsam extimata non negem, non quod desinat flendum esse, sed quod cœperit. q; & quasdam gentes facere solitas accepimus, quibus naturalẽ esse Philosophiam, iure dixerim, in ortu suorũ flentibus, in fine gaudentibus, quẽ timenda non tàm delectatio uitæ breuis causa est, q; supplicij, pauor æterni. quod ut trahi possit, uitari utiq; nisi uirtutis & misericordiæ ope non potest, sed nec trahi quidem. Non mors itaque metuenda, quæ frustrà metuitur, sed corrigenda uita est, quæ res una, ne mors sit formidolosa, præstabit, habenda nobis interim ipsa cũ morte familiaritas quædam, nec tantum nomen illud horribile, sed rei ipsius extimatio, atque imago in commercium arcessenda, ut quàm sæpè meditati erimus, uenientem excipiamus intrepidi, nec ut incognitam horreamus. hæc Platonis, hæc post eum Philosophorum excellentium doctrina est, qui Philosophiam ipsam omnemq; sapientium uitam meditationem mortis esse diffiniunt, quod & Paulus sentiebat Apostolus, ubi se quotidie mori ait, nemo enim amplius quàm semel naturaliter mori potest, ut sæpius moriamur, & rem uulgi opinione durissimam consuetudine leniamus, meditatio frequens efficiet, non natura. quæ qualis fuerit Philosophis, norunt ipsi. Nunc clarius multo quàm prius, nostra id est Christianorũ meditatio CHRISTVS est, uitaliscq; CHRISTI mors, ac de morte uictoria, non possum secludere quod se ingerit de hac re consilium Ambrosij, libro eodem, de uitæ obitu fratris. nec miraberis hoc auctore uti me, qui iam propè decennium Mediolanensis, totoq; quinquẽnio suus hospes fuerim. ait ergo. Quid est CHRISTVS nisi mors corporis, spiritus uita, & ideò commoriamur cum eo, ut uiuamus cum eo. sit quidem quotidianus in nobis usus, affectusq; moriendi, ut per illam quam diximus segregationem, à corporeis cupiditatibus anima nostra se discat abstrahere, & tanquam in sublimi locata, quo terrenæ adire libidines, & eam sibi glutinare non possunt, suscipiat mortis imaginem, ne pœnam mortis incurrat. mitto alia, & hæc ipsa, si plura sunt, quàm uoluisses ignoscito, eo enim pergunt, ac te retrahunt, unde te mœror abduxerat, ut nec ualde uitam diligas, neque uitæ finem oderis, aut metuas, neque propinquum iam prouectæ stupeas ætati, qui nunquam pueritiæ uel infantiæ longè erat, & si longissimè fingeretur. illud potius mirare contigisse tibi, quod nescio ancuiquam alteri, præter Ezechiam regem omnibus sæculis acciderit; ut scilicet tui uatis elogio certus sis, aliquot annos uitæ tibi nunc etiam restare, neque enim tàm pauci esse possunt, quin saltem duo sint, sic ubi nemo mortalium diei unius, nemo uel horæ intelligere, tu annorum teneas sponsionem, nisi fortè proximam nuntianti mortem creditur, non sic uitæ spatium exprimenti. Et est hoc sanè in his uanitatibus importunum, ut ex malis nuncijs timor, dolorquẽ certus oriatur, & bonis inane gaudium, spes incerta, utcunque res cæsura est, an non Virgiliani carminis meminisse oportuit:

Stat sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus est uitæ, sed famam extendere factis
Hoc uirtutis opus.

Factis inquam, non tenuem famæ sonum aucupantibus, sed uirtutem ipsam, quæ necessario è seuere gloriæ umbram iacit. dicerem salutare, diceremq; unicum in hac rerum perplexitate consilium, ni Poëticum, sciens auribus tuis parcerem, ab hac omni consideratione prohibitis, qui multum mihi maior priore stupor incidit, nam si id seni, ut aiunt, elementario diceretur, æquo animo pati possem. senuisti, iam uicina est mors, age res

animæ, intempestiuum senibus, amarum qúe negotium literarum, si nouum atque insolitum proponatur, sin una senuerint, nil dulcius. Seram hanc igitur curã linque, sine Musas Heliconias, fontẽq; Castaliũ, multa puerũ decuerãt, q̃ dedeceant senẽ, frustrà niteris, torpet ingeniũ, memoria labascit, oculi caligant, omnesq; corporei sensus hebent, nouoq; ãfr. giles sunt labori. memẽto uiriũ, & metire q; aggrederis, ne irritis conatibus mors irrumpat. Fac potius, q; semp benefit, quod q; cũ omni ætati sit honestũ necessariũ est, extremè, hæc horũq; similia inchoanti seni, quid'ni grauiter ac magnificè dicerent, indocto aũt, summũq; iam habenti, cur dicantur nescio. ecce iam morti ꝓximus, linque seculares curas, pelle reliqas uoluptatũ, malas cõsuetudines, reforma animũ ac mores, Vt Deo placeas, nouitatẽ & renascẽtia uitia, q̃ hactenus abscindebas, radicitus nũc extirpa, in primis auaritiæ studiũ, q; senib. cur annexũ ac peculiare sit admiror, hoc unũ stude, & hoc cogita, ut paratus, ut securus ad extremũ uenias, optime, inq̃, prudẽterq;, linque literas seu Poëticas seu quascũq; alias, in qbus nõ iã tyro sis, sed emeritus ueteranus, in qbus qd tenendũ, qd respuẽdũ tibi sit noueris, in qbus deniq; nõ iã labor, sed oblectatio uitæ sit, iucũditasq; reposita, hoc certè, qd sit aliud nõ uideo, nisi auferre solatiũ ac ꝑsidiũ senecturi. qd uerò si qd tale Lactantio dictũ esset, quid si dictũ & creditũ Augustino, dicã q; in animo est. neq; ille tã ualidè peregrinarũ superstitionũ fundamẽta cõuelleret, neq; iste ciuitatis Dei muros tanta arte cõstrueret, aliquantoq; Iouinianus Iuliano, atq; alijs pari impietate latrantib. resp̃oderet. qd tandẽ si Hieronymo, quãuis id ipse dictũ memoret, et q; credi uult etiam Vigilantio. qd uerò si Poëticis, si Philosophicis, si Oratorijs, si Historicis semp literis abstineret, nunq̃ ille Iouiniani & hæreticorũ calumnias reliquorũ, tanta persuadendi facilitate contunderet, nunquã Nepotianũ sic uel uiuum doceret, uel defunctũ fleret, nunquam deniq; epistolas ac libellos suos, tanta orationis luce perfunderet. ut enim à ueritate uerum, sic artificiosum atque ornatum dicendi genus, unde oro, nisi ab eloquentia requirendum est, quam Poetarũ atq; Oratorum propriam esse, nec Hieronymus ipse negauerit, & est notius, quàm ut probari egeat. non discurro per singulos, sed ad summam non intelligo, quid his studijs, non dico senem imbui. nihil enim benefit, qnod nõ & tempore suo fit, sed à puero haustis, uti sobrie, uel in senectute prohibeatur. sciẽtem dico, quid ex his ad rerum notitiam, quid ad mores, quid ad eloquentiam, qd postremò ad religionis nostræ patrocinium trahi possit. q; fecisse illos maximè uideas quos proximè memorauí, nec ignarũ p̃terea, qd Ioui adultero, quid Mercurio lenoni, qd homicidæ Marti, quid p̃doni Herculi, quid demũ ut innocẽtiores attingã, Aesculapio medico, quid patri eius Apollini cytharistæ, qd Vulcano fabro, qd textrici insuper Mineruæ, cõtraq;. qd Mariæ uirgini matri, qd eius filio redẽptori nostro uero Deo ueroq; homini debeat. q; si ideò Poëtas fugimus, cæterosq; qbus inauditũ & obsitum CHRISTI nomen, quantò periculosius uideri debet, hæreticorum & nominantium CHRISTVM, simul & oppugnantium libros legere, quod tamen studiosissimè faciunt, ueræ fidei defensores. crede, mihi, multa quæ tarditatis & ignauiæ sunt, grauitati & consilio tribuuntur, sæpè despiciũt homines, quæ desperant, propriumq; & suum est ignorantiæ, ut quæ nequiuerit apprehendisse contemnet, & quo ipsa non ualuit, neminem cupiat peruenire. hinc de rebus incognitis, obliqua iuditia, in quibus non cæcitas magis ipsa iudicantium, q̃ liuor emineat, non sumus aut exhortatione uirtutis aut uicinæ mortis obtẽtu, à literis deterrendi. quæ si in bonam animam sint receptæ, & uirtutis excitant amorem, & aut tollunt metum mortis, aut minuunt. ne deserte suspicionem diffidentiæ afferat, quæ sapientiæ querebatur. neque enim impediunt literæ, sed adiuuant benè moratum possessorem, uitæ qúe uiam promouent, non retardant. quod qúe in cibis euenit, ut multa, quæ nauseantem atque imbecillem stomachum prægrauarent. ualidum atque esurientem benè nutriant, id in studijs accidit, ut acri sanoq; ingenio, sit multa salubria, quæ pestifera sunt infirmo, si p̃sertim utrobiq; uis discretionis affuerit. q; nisi sic esset, nõ illa pertinax ad extremũ tàm laudata foret industria multorum. Præterit enim, quod Cato Latinas literas, iam senescens, Græcas uerò iam senex didicit, q; Varro ad centesimũ uitæ annũ legendo, semper ac scribendo

scribẽdo perueniens, uitam prius, quàm amorẽ deposuit studiorũ. q; Liuius Drusus senio & cæcitate confectus, iuris ciuilis interpretationem utilissimam Reip. non omisit. q; Appius Claudius, ijsdem pressus incommodis, eadem fuit perseuerantia. quod Homerus apud Græcos idem passus, idem præstitit, alioqúe rerum licet in genere, par industriæ genus exhibuit. quod Socrates iam senior Musicæ operam dedit, quod Chrysippus cœptũ iuuentute media opus acutissimum, ultima uix explicuit senectute. quod Oratorum Isocrates, tragicum Sophocles uolumen utrũq; nobilissimum, ille quartum & nonagesimũ, hic propè centesimum agens annum scripsit. quod studij amor ingens, & Carneadem senem cibi, & Archimedem uitæ reddidit negligentẽ, quod Cleantem apud illos, amor idẽ, cũ inopia primum, post cũ senio, apud nos Plautũ compulit, cũ paupertate simul ac senectute luctari. quod Pythagoram, quod Democritum, quod Anaxagoram, quod Platonem per omnes terras, perq; omnia maria, periculorum immemores ac laborum, non habendi, ut multos, sed discendi ardor impulit. quod Plato ipse senex supremo eodemq; natali suo die, uel literis incumbens, uel ut alij uoluunt scribens, Philosophiæ amicum spiritũ exhalarat, q; Philemon meditabundus, ac libro incumbens, socijs illum expectantibus, pieriam animam emisit, & si de hoc, alia ridiculosior fama est. quod ad extremũ, is pſæpè mihi nominandus occurrit Solon semp noui aliquid addiscens senuit, atq; obijt, nec genero sum discendi desideriũ mors extinxit. præter hæc igitur, & quæ sunt id genus innumerabilia, non'ne & nostri omnes, quos imitari optamus, uitam omnem in literis consumpserunt, in literis senuerunt, in literis obierũt, ita ut eorum quosdam legentes aut scribentes, ultimus dies inuenerit, neq; ulli unquam, quod audierim præter unum quẽ dixi Hieronymũ, noxæ fuit, disciplinis sæcularibus floruisse, cum multis fuerit gloriæ, nominatim sibi. Nec me fallit laudatum à Gregorio Benedictum, quod inceptum studium solitudinis, & propositi rigidioris amore deseruit, at non ille Poëticas, sed omnes omninò literas neglexerat, an uerò laudator suus, idem si tũc faceret, laudaretur, minimè arbitror, aliud est enim didicisse q̃ discere, aliterq; puer spem, quàm senior rem, ille impedimentum, hic ornamentum, ille laborem & quærendi studium anceps, hic laboris fructum certum, delectabilem, & quæsitum studio pretiosum thesarum literarum abijcit. quid expectas? Scio multos ad sanctitatem eximiam, sine literis peruenisse, nullum literis hinc exclusum scio, & si audiam Paulo Apostolo quæsitam literis insaniam exprobrari, quàm iustè autem mundo notum. quin potiùs, si de proprio loqui licet, ita sentio, planum forsitan, sed ignauum iter, per ignorantiam ad uirtutem, unus est finis omnium bonorum, multiplices autem uiæ, eodem qúe tendentium multa uarietas. ille tardius, hic ocyus, Ille obscurius, hic clarius, ille depressius insedit, hic altius. quorum quidem omnium peregrinatio est beata, sed ea certè gloriosior quæ clarior, quæ altior, unde fit ut literatæ deuotioni comparabilis non sit, quamuis deuota rusticitas. nec tu mihi tàm sanctum aliquem, ex illo grege literarum inopem dabis, cui non ex hoc altero sanctiorem numero obijciam. De his autem cogente materia, quoniam sæpè mihi necessè fuit, ut loquerer, te amplius hodie non morabor, qui si cœpto hæres, ut studia hæc, quæ pridem post tergum liquimus, literasqúe omnes, quantum in imis ac distractis libris, ipsa etiam uelis literarum instrumenta projcere, atque ita undique persuasum tibi est, gratum, hercle, habeo me librorum auidum ut tu ais, ego non inficior, ne si negem scriptis ipse meis arguar, in hac emptione omnibus tuo iuditio prælatum. & quamuis ipse rem meam uidear empturus, nolim tamen tanti uiri libros huc illuc effundi, aut profanis ut fit manibus contrectari. sicut igitur nos seiuncti licet corporibus, unum animo fuimus, si studiorum hæc supellex nostra, post nos, si uotum meum Deus adiuuerit, ad aliquem nostri perpetuò memorem, pium ac deuotum locum, simul indecerpta perueniat, sic enim statui (ex quo ille obijt, quem studiorum meorum sperabam successorem) libris autem pretia statuere, quod tua mihi præbet indulgentia, non possum, quorum nec nomina certè, nec numerum nouerim, nec ualorem. tu mihi per literas rem digere, ea lege, ut si quando tibi forsan in animum uenerit, mecum has quantulascunq; temporum

reliquias agere, quod & ego semper optaui, & tu aliquando pollicitus uidebare, & eosipsos, & hos non minus tuos quos modo connexi, sic simulinuenias, ut detractum nihil, sed non nihil tibi sentias accessisse. extremum sit, ut quod te multis, inter quos, mihi pecuniæ debitorem facis, pro me negem, mirerque quisnam hic superuacuus, ne ineptus dicam conscientiæ tuæ scrupulus. possum tibi Terentianum illud obijcere: Nodum in scirpo quæris. nil mihi debes nisi amorem, sed necillum debes, quem pridem fateor bona fide integerrimè persoluisti, nisi forte ideò, quia quod semper accipis, semper debes, sed & quod soluis continuè, nunquam debes. nam ad id, quod ut sæpè olim, de inopia quæris, nolo tibi consolationes, nolo pauperum illustrium nunc exempla congerere, nota sunt tibi, quid ergo, clara equidem, semperque una uoce respondeo. Laudo quod me magnas, licet seras tibi diuitias, procurante, libertatem animi quietamque præ tuleris egestatem, quod amicum totiens te uocantem, spreueris, non laudo. non sum qui ditare te hinc possim, quod si essem non uerbo, non calamo, sed reipsa tecum loquerer, sum uerò, cui uni tantum suppetit, quantum abundè sufficiat duobus, unum cor habentibus, atque unam domum. Iniuriosus es mihi si fastidis, iniuriosior si diffidis. Vale. Patauí, v. Cal. Iunias.

Fran. Petrarcha Francisco Bruno, S.

Contra immodicam amicitiæ fidem uera suæ paruitatis expressio.

SVauis mihi, Vir insignis, epistolæ tuæ odor, gustusque suauior, si de alio scripta esset, nunc cum suauitate uerecundiam ac ruborem attulit, illis me præferens, quorum idoneus utinam sim mirator. illudi metuerem, nisi notissimæ uirtutis, ac fidei tuæ candor obstaret, te potius errare crediderim, q̃ me falli, habet enim illud excusationem beneuolentiæ plenam, hoc reprehensionem amicitiæ alienam. cæterum ne sub tanto, non mearum laudum fasce multiloquus sim, fatigatio enim est amica silentio, hoc unum modò dicturus fuerim, rem tuam, quantiuis pretij facere tuum est, sed, mihi crede, sic extimans terrebis emptores. respondebis non est mihi uenale, quod laudo, credo equidem, nemo autem, te rem paruam, æquis auirib. audiet, sic laudantẽ, ut inuidiæ meæ, ut extimationi tuæ cõsulas, q̃ est dicito, minus quoq̃, siquid minimo minus est. pudet strictim attingere. q̃ te ubertim copioseque disserere, ne puduerit, præstringens oculos amor fecit, tu me Oratorem, tu Historicũ, tu Philosophum, tu Poëtam, tu me denique Theologum facis, q̃ non faceres, nisi sic esse tibi persuasum esset, ab illo, cui non credere magnus est labor, amorem dico, quo nunc forsan uenia merebaris, nisi me claris oneratum titulis, ad extremum maximis, & quibus conferri non mereor, etiam prætulisses. Ego uerò amice, ut intelligas quantum uel opinione mea, uel reipsa ab hac sententia tua absim, horum omnium, quæ mihi tribuis, nihil sum. quid ergo? Scolasticus. & ne id quidẽ, sed syluicola, soliuagus, inter aërias fagos, nescio quid insulsum strepere solitus, quæque præsumptionis & audaciæ summa est, acerba sub lauro, fragilem calamum attingere, non ut feruens operum, sic & fœlix euentuum amantior, quàm ditior literarum, sum sectarum negligens, ueri appetens, quod quoniam quæsitu arduum, ego quæsitor infimus, atque infirmus, sæpè diffidens mei, ne erroribus implicer, dubitationem ipsam, pro ueritate complector. Ita sensim Academicus, aduena unus ex plurimis, atque in humili plebe nouissimus, euasi, nil mihi tribuens, nil affirmans dubitansque de singulis, nisi de quibus dubitare sacrilegium reor. En tuus ille Hippias, in conuentu olim Philosophico, cuncta profiteri ausus, tecum nihil, præter inquisitionem ueri anxiam, præterque dubietatem atque inscitiam, profitetur. iamque illustris Pandulphi testimonium, ad tuæ multum diuersæ sententiæ robur trahis, quàm ualidum sit agnosces, si non quæ in illo summæ sunt, dignitatẽ scilicet, uirq̃ uirtutẽ libraueris, sed affectũ nempè, si iuditiũ uerũ quæris, liberũ tribunal, liber quærẽdus est animus, non est aũt liber animus, cui amor imperat, nil tu magis amatori credideris, quàm osori, errat alter honestius, in iuditio pares sunt. Crede ergo illi intrepidè de Rep. crede illi de militarib. artibus, multoq̃ maximè de ducis imperio, de fortitudine, de prouidentia,

prouidentia, de seueritate, de clementia, de patientia laborum, de constantia, de magnanimitate, de gloria, de ingenijs quoque aliorum plusquàm militariter, cum ad me unum sermo descenderit, quære, cui credas, alium, hic plurimos iam fefellit, huic ego si nescis, mei usque ipsius in miraculum, charus sum, nullis quidem meritis, sed generosa mens amore alitur, gratis amat, is cibus, ea uoluptas, id sibi solatium. Putabam calamum frenare, sed rapior, neque hinc præconijs tuis pressus, hinc occupationibus meis fessus, possum quiescere, quominus longiusculam historiam literis inseram, dicamque quod tu, quoque mecum stupeas, multos quidem ille uir per annos, antequàm me uideret, loquaci tantum fama excitus, pictorem non exiguo condictum, nec paucorum dierum spatio misit ad locum, qui ea me tempestate incolam habebat, ut is sibi in tabellis exoptatam ignoti hominis faciens reportaret. quod cum me nescio factum esset, longo post tempore, graui bello turbatis, hunc Italiæ rebus exigente, Mediolanum uenit, ubi tunc eram, & licet uarijs undique motibus, periculisque distractus, quibus unum caput minimè suffecturum diceres, nihil tamen prius habuit, nihil antiquius, quàm ut uultum cerneret, cuius uidisset imaginem. mitto quæ à properante dici nequeunt, quotiens per id tempus ad me, quamque familiariter uir tantus, & tantorum exercituum ductor accesserit, q̃ cupidè, quamq̃ exæquo, cũ tanto inferiore uersatus sit, ut demũ graui ægritudine liberatus, q̃ sibi & ardentissimo sub sole acta æstas, hyemsq̃ sub niuibus, & immodicus belli labor curæq̃ pepererant, cum se nondum suis pedibus ferre posset, famulorum nixus humeris me petijt. quem per totum tempus ægritudinis, ad cubiculi tui spondam diebus singulis uidisset, sed iucundius inter libros ut aiebat, sede uelut in propria reuideret. quã tantam tamq̃ heroicam uiri illius humanitatem, è memoria mea, ne fugaces ferent anni, nec immemor læthes toto gurgite diluet. denique victor in patriam, confecto bello, multa cum gloria reuersurus, quod neque pictor primus uotum eius implesset, & mutata annis esset effigies mea, alterum adhibuit, unum quidem ex paucissimis nostri æui pictoribus adhibiturus Zeuxim aut Prothogenem, aut Parrhasium, aut Apellem si nostro sæculo dati essent, sed omnis æras contenta suis ingenijs sit oportet, misit ergo quem potuit, magnum prorsus artificem, ut res sunt, qui cum ad me uenisset, dissimulato proposito, meque lectioni intento, ille suo iure assidens, erat enim mihi familiarissimus, nescio quid furtim stylo ageret, intellexi fraudem amicissimam, passusq̃ sum nolens, ut ex professo me pingeret, quod nec tamen omni artis ope quiuit efficere. sic mihi, sic alijs usum erat, cur si quæris nescio, nisi quod sæpè uehementius tentata succedunt segnius, & nimia uoluntas effectum necat. eam tamen ipsam imaginem, tantus ille dux secum tulit; interque delitias habuit, ob hoc unum, quod meo saltem nomine facta esset. I nunc, & sic affecto meis in laudibus fidem habe. Hæc tàm multa in iniquissimo loco ac tempore ut scriberem, coëgit illius recordatio tui, tum ut agnosceres illum ualdè amare, teque non minus, si illi credideris, errare. sit hoc primum amicitiæ meæ pignus, falsis amici animum opinionibus, absoluisse, bona fide quid sim, quidue non sim dixi, de me mihi potiùs credè quàm alteri, nulli enim profundius notus sum, qui & si me amem, amo tamen ueritatem, hac in parte mihi notam adeò, ut uix magis me pudeat contra illum loqui, quàm loquentibus, uel in silentio consentire. Sileo tamen interdum non assensu aliquo, sed uel contentionis odio, uel loquendi tædio. nunc ne silere potuerim, hinc importabilis laudum moles, illinc eloquentiæ rarus splendor, in causa est, deliniri fortasse è alijs, & si me omnes absoluerent, ipse mihi reus atque inexcusabilis uisus sum, si tàm copioso atque artifici laudatori, me tacitum præbuissem. ueni igitur in certamen hac una de re, cum illo, cui in reliquis omnibus consentiens, atque unanimis esse uelim, laudari, fateor, nonnunquam ab alijs solitus, sed non ita, unde est ut nullum unquam tale duellum cum amicis habuerim, nihil tale quo sciam fecerim, quia nec tale aliquid passus sum, tu deinceps, ama ut facis, incorruptius iudica. postremò autem quisquis sim, quam libet uel tardus ingenio, uel hebes iuditio, uel fuscus eloquio: omnium penè incertus atque hæsitans, sum tamen ut arbitror, nisi hoc ipsum falso mihi arrogo, in amicitijs satis constans, non de perfectis illis

loquor, atque rarissimis, ad quas uirtute opus est multa, quarum perpauca ex omnibus sæculis paria memorantur, ut nosti, sed de his alijs, quas mediocritas mea fert. In amādi actu, ut est animus cessurus, Memini, cunctis in rebus alijs, cedens multis. proinde quemcūq; uel tua sibi me charitas finxerit, uel ueritas, ipsa me fecerit amicum, scito, quodq; tibi pollicitus sum, ne dubita, fixū est, sic tua meretur uirtus, sic mea exigit natura, si nostræ bonus amicitiæ sponsor iubet, id tibi non Delphico, sed cœlesti oraculo dictum crede. Et uale, quoniam non nisi oris meminisse non potes, memor saltem nostri nominis.

Fran. Petrarcha Francisco Bruno, S.

Vitæ finem proximum, & incertum, fugam mortis nullam. Astrologos multa mentiri.

QVod me ad fugam mortis hortaris, gratum habeo, neque enim id faceres, nisi contrarium mortis, hoc est uitam amares meam, amas igitur, quem non nosti, dicam uerius non uidisti. nimirum, si non nisi quæ uidimus amaremus, nemo Deum, nemo suam animam amaret plus dicam, nemo fratrem, nemo filium, nemo amicum, quos dum cernere credimus, non eos, sed eorum Domos, & hoc quoque dicam uerius, illorum uidemus ergastula. profectò enim, quæ corpora dicimus uincula sunt, quæ nisi solubilia nobis, ac fragilia contigissent æterna, erat humana calamitas, unde Plotini illud iure laudatur, qui de eo atque hominibus loquens, Misericors, inquit, pater mortalia illis uincula faciebat. Sed redeo ad charitatem tuam, nempè ut in te amicum, id quidem fraternūq;, & de me cogitas, sic si ad naturam rei aspicias inane, nulla est enim mortis fuga, immò uerò perspicè accidit, ut fuga mortis, sit ad mortem fuga, itaque nil melius, nil tutius, quàm inter desiderium mortis ac metū, nec anticipare, nec detrectare quicquid erit, quod supernè iubeamur, memorq́ue es tenis illius, inultis malis exerciti, sed ex arce patientiæ non dejecti. q cū Deo loquens: Vocabis, inquit, me & ego respondebo tibi. obseruemus & nos reuocatorem nostrum, ne aut tergiuersatio, aut præcipitatio sibi nostra displiceat, nam ut uocanti Domino non respondere superbia est, sic non uocanti respondere dementia, æqua uanitas est, mortem nimis uel metuere, uel optare. alterum ignauiæ est, alterum impatientiæ, illic metus inefficax, hic uorum superuacuum, frustrà metuitur, quod uitari nequit. frustrà optatur, quod mox aderit, simus forti animo, ac tranquillo, nihil minus uiri est, quàm metus, nihil minus, quàm perturbatio sapientis. Ex quo die nati sumus, & pericula nobis, & tædia undique & labores, & laquei, quæ cuncta iampridem uiris prouisa esse debent, si non sunt. quem circum? quam palæstram? quod certamen ingressuri simus, atq; omninò, quem in mundum uenerimus ignoramus? ianitor nos fefellit, nisi patienda omnia prædixit in limine, hominem se non nouit, qui se humanis casibus nescit expositum, & naturæ mortalis obliuiscitur, qui de morte non cogitat, horisq; illam & locis omnibus non expectat. Hæc sors nostra est, quam flere licet & conqueri, quod totis uoluminibus docti homines fecère, ut egoipse, nō paruis epistolis olim feci, sed nil fletu proficitur, aut lamentis adamantinæ leges rerum sunt. semel locutus est Deus, dixitq; semel nascentibus auctor, quic quid scire licet, & quæ ille dixit, fixa sunt omnia. nam ut uatum alius quidam ait:

graue & immutabile sanctis
Pondus adest uerbis, & uocem facta sequuntur.

Et profectò si à fando fatum dicitur, quod non huic tantum, sed sacris quoq; doctoribus, atq; Augustino præcipuè uisum scio, fatum nostrum, si hoc nomine uti liceat, non in stellarū motibus, sed in Dei uerbis ac prouidentia situm est. seu securis ergo, seu timidis accidet, q natura, q Deus rigido sanxit edicto, moriendū esse, nemo dubitat. quādo, ubi, qualster, horum dubietas multa est, ut est fermè omnium futurorum, neque dubietas modò, sed inscitia, sed caligo profundissima atque densissima, quam acies nostra non penetret. quid hic opus aruspice? quid torquetur Astrologus? quid insudat curiositas uana Matheseos? quos etsi uerbis accendi posse, non corrigi planè norim, de successu desperans sæpè tamen sic aggredior. Sinite ò insani, sinite, sydera cursus suos agere, siue enim in nobis nihil agunt astra, siue nihil in nobis iudicant, siue horum nihil à nobis intelligitur,

intelligitur, è quibus unum saltem uerum esse, si nihil aliud, uestra utique mundo iudicant mendacia, quodlibet eligite. eligere enim aliud non licet, stultè dere nulla, frustrà de re inaccessibili disputatur, quid ergo mendaciorum mole nos obruitis? fessi sumus audiendo, fessi expectando, cum nihil eueniat omnium, quæ uelut consopiti ebrij murmuratis, nisi rarum fortè aliquid, aut fortuitum uerum, qualia etiam aliquando mentiri uolentibus elabuntur. Nemo enim, quamuis uelit, falsa omnia, loqui potest, sæpè inuitis labijs, mendaci de pectore ueritas prodit, & uos, quidem, uero unico casu elapso, inter mille mendacia superbitis, cum honesti animi, mille inter uera, unico mendacio erubescant. Dicite nobis ante factum certi aliquid, ac ne fortuitum uideatur, uerò uni alterum addite, cur uel post factū, uaticinia uana confingitis, uel fortunæ ueri nomen datis? quid cœlum frustrà, quid terram, quid homines fatigatis? quid ineptissimis legibus uestris, lucida astra subijcitis? quid uos liberos natos, insensibilium syderum seruos uultis facere? ò ridiculosa proteruitas, & impudentia inaudita, cum ab his quibus humanum genus uenditis, nihil omninò, ab his stultis ac miseris, qui uenduntur pretia uultis, expetitis, extorquetis. miri contractus, nouæ nūdinæ, sed cum ignaris præsentium ac præteritorum, nihil q nisi futura nosse uolentibus, quæ sola nosci nequeunt. prosper & facilis ludus est uester, doctiores præstigia uestra rident, nā quid uobiscum Mars aut Venus, quid Iuppiter aut Saturnus, quid nomina pridem abdicata renouatis? nos q uel ore impio, uel nautica ruditate sic licēter illuditis? quorū anima tartarus habebat, ad cœlum translata sunt nomina, ab his, qui mox illos ad inferos secuturi erant, nos quibus cœlum promittimus, in his nominib. spem ponemus nisi fortè illud autenticum magis, quod natura tūc stellis numeros, & nomina fecit, ut ait Maro. sed ,pfectò non illa, quæ diù ante fecerat is qui numerat multitudinē stellarum, & omnibus eis nomina uocat, ô fœlix si quis est cui repositum sit illa cognoscere. erit is uerus quidem, ac p̄clarus Astrologus, non Ptolemæus, non Archimedes, aut Iulius Firmicus, sed altior multò certiorq;, proinde hæc nominum mortalis inuentio, impietati supplicium, nauigationi præsidiū, uitæ nostræ neque præsidium potest esse, neque supplicium debet. quid incassum malefici laboratis? cum uulgo ut libet, nos aduersus uestras insidias experrecti, intentiq́ue, & arma ti sumus, uultis & nos numeris uestris ascribere, ut uobiscum simus, ex illorum grege, quibus per Sophoniam Dominus comminatur? Qui adorant super tecta militiam cœli. q ibi sic exponitūr, Solem scilicet & Lunā & cætera. qui eleuantur contra scientiam Dei, quicquid in mundo geritur, ad ortum et occasum stellarum referentes, qui iurant in Domino & in Melchon, qui duobus scilicet dominis uoluit placere. deo & mundo, quod nullo pacto propter dominorū discordiam fieri potest. nos aūt sub tecto clausi, pij pectoris non cœli militiam, sed ipsum cœli regem adoramus, omnipotentem scilicet Deum patrē, & filium eius unigenitum IESVM CHRISTVM crucifixum, & sanctum spiritū paraclitum à patre & filio procedentem, unum hunc trinumq; Deum colimus, illi fidimus, in illū credimus, in illo non in alio iuramus, quid externa superstitione nos inuoluitis? illi obsequimur, qui creauit nos, & creatos regit, cœlumq́ue simul ac stellas & creauit, & regit, neque magis in uobis aut creandis, aut regendis stellarum ope, quàm in stellis nostro eget auxilio. si quid loci esset, in nobis alterius potestati, illam pariter cultu debito coleremus, nunc nil alteri nos debere cognoscimus. si quid in nobis est boni, ab illo est. quicquid autem mali, num ab alio quàm à nobis? alio quin pœnale non esset. quod aliunde procederet. nolite ergo creatorem & creata confundere. deniq; si errorem demum eligistis, uiā linquite ueritatis, ac uitæ. ad illum aspirantibus, qui est uia, ueritas, & uita, cæci syderum miratores, ac syderum uiles serui, quodq; est mirabilius proxenetæ, & captiuandarum artifices animarum, quo pergitis? quid intēditis? Quid nobis aut igneos globos instabiles, aut mortuos peccatores duces procuratis? Ioue minor, sed uel non notus nobis, uel non creditus, nec dilectus cœlum uoluit ac temperat, & suum orbem, ipse opifex moderatur. illi canit, & non Ioui, in manibus tuis sortes meæ. potestis in animum inducere, ut neglectis fulgoribus, qui si per se extimentur, oculos mulcent excæcantq; animos, ad illum attollatis in-

genia, de quo scriptum est: In lumine tuo uidebimus lumen. & incipiatis aliquando credere, quod Iuppiter uester nihil, CHRISTVS noster potest omnia, quod sol & luna lucent oculis, horum conditor menti lucet, quid illam incorpoream ac diuinam, ad corpora quamuis clara reflectitis? Stupetis forsan hæc lumina, cœlum ipsum diesq́ & noctes ornantia, et mundo, si ijs sanæ uti norit utilia, sed recta atq́ alta spectantem animam, interior lux delectat, in quam uersi, fortilegis non egemus, & his falsis uatibus, credulorum aculas auro uacuantibus, at uerò nugis aures, errore animos atque horrore complẽtibus, præsentemq́ uitæ statum, futuri pollicitatione turbantibus. hæc amice aduersus hos nugatores, non tantum mihi, sed CHRISTO, & in illum credentibus odiosos, atque his similia, & sæpè dixi, & nunc, ut mirari desinas, his eisdem, quibus honestissimam hanc urbem uacuam sperabam, per hos dies, præter spem obsessus, ac uexatus, quasi illos alloquerer, penè tui oblitus dixerim. pauca licet ex multis, plura tamen q̃ hoc tempus posceret, aut hæc caperent angustiæ, nisi cum calor heri & nudiustertius, loquendo conceptus, scribentẽ nũc etiam inflammasset. ad rem redeo. Siquis est igitur, quem adhuc ista sollicitent, quiq́ futuri anxius, regi seculorum, cui debet omnia, parum fidat, auium se nocturnumq́ iter agere, sine lumine, nouerit diuinumq́ illud Flacci carmen audiat:

Prudens futuri temporis exitum — Caliginosa nocte premit Deus.
Rideiq́ si mortalis ultra fas — Trepidat.

Confidamus ô solliciti mortales, neq́ trepidemus, ne trepidationem nostram & nos rideat, quodq́ grauissimum est oderit, is, à quo amari una certa fœlicitas est. Quiescamus, moderemur curas, querimonias compescamus, & prouidentissimi ac clementissimi ducis imperium, præstolemur taciti, quin potius occurramus, expeditiq́ atque alacres festinemus. non ad nos mors uenit, nos ad illam imus, non fortuito ait Maro:

Stat sua cuiq́ dies.

ô quid ait, dies stat, nos currimus, & dum fugere, dumq́ subsistere nitimur uolamus, quo cum peruenerimus, dies illa nobis amplius non stabit, sed & ipsa cum cæteris, quasi quod expectabat nacta diffugiet, nisi sit aliquis fortasis, cui contrarium uideatur, propter id, quod de peccatore scriptum est in Psalmo: Dominus irridebit eum, quoniam prospicit quod ueniat dies eius. & alio loco: Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Sanè superuacua disceptatio uerbi est, ubi de re conuenit, loquendi morẽ præferat quisq́, quem uolet, dum meminerit diem hanc, uicinam uel stantem, adeundam magno animo, uel ad nos uenientem festinantemq́ pari animo expectãdam. Vtrumuis autem imperterritos adimplesse non sufficit, lætos docet, meq́ ante alios, quẽ iam nihil aut modicũ hic delectat, qui præmisis uerè omnibus, lætam mihi uitam fatere solitis, totiens laudatam solitudinem, & in terris iam superuacuas moras odi, ac fortasse breuissimas fortè, enim hoc ipsum quod loquimur propè est. quid uerò rem certissimam in dubio ponimus, iuxta dicere uolui cum Psalmista: Propè enim esse, quis dubitet. an quod hoc iter intrantibus, nunquam longè fuit, progressus elõgabitur? & quod manè propè erat, eo rapti sine intermissione pergentibus, procùl erit ad uesperam. Fieri potest, neq́ si fiat mirum erit, aut insolitum, ut quod uaria spe in longum trahimus, hoc ipso futurũ die sit. & quis nouit, an quod humanis in rebus pessimum suspicamur, simus optimum reperturi? ut quod ualde timuimus, non modò timuisse nos pudeat, sed etiam non sperasse, cum errorum nebulas discussura dies illuxerit, cunq́ in lucem illam exierimus, à qua fusco nunc carcere prohibemur. & de his horumq́ similibus, ut ipse ais, per me multa. sed tamen multò plura per alios dici possunt, quæ nec tempus patitur, nec locus, & ego satis hodie euagatus sum. unum hoc tibi tuæq́ sollicitudini notum uelim, me aliam licet ob causam, iam implesse quod mones, & pridem Patauio ubi pestis inualuit digressum, Venetias petijsse, non ut mortẽ fugiam, sed ut quæram, si qua in terris est requies. Vale.

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBUS, Liber II.

FRAN. PETRARCHA IOANNI BOCATIO, S.

Obiectorum crimina purgat.

AVt tacere oportuit aut latere, seu uerius non nasci, ut Scyllæos euaderem latratus, non est ludus in publicum prodire, ualidi canes dente, uoce sæuiunt inualidi, illinc discrimen, hinc tædium, utrunque silẽtio ac latebris uitare, consilium erat, tulit me rerum æstus, quo nolebam, iam conspectus in populo, digitis notor, eorum hominum, quibus ignotum esse prima pars gloriæ est. Non sum Scipio, quem noctu in Capitolium ascẽdentem, nunq̃ canes latrauerunt, sic de illo enim scriptum memini, quamuis id uel medicamen to fieri posse, uel carmine quidam putent, me quocunque licet media incedentem plebe, canum turba circunstrepit, quo me uertam, omnes talibus uici scatent, neque uerò tàm uerear generosos, rari sunt enim, nec facilè irruunt inuisi, isti autẽ innumerabiles, inquieti, rauci, quique quos morsu nequeant, tædio agitent immortali. eleganter Anneus tale aliquid & ipse perpessus, sicut, inquit, ad occursum ignotorũ hominum minuti canes latratis. Verè, & minuti illi & ego eis, & si non inuisus, incognitus. sunt canes, qui præ timore, uel latrare soliti, uel mordere, nullus hic timor talis, nam neque Theoninis ego sum dentibus, & illis ne morderi possint. mira arte consultum est, tacitis semperq́ latentibus, nec attendunt, quantæ sit impudentiæ, quantæq́ superbiæ, iudices aliorum fieri uelle, qui sui iudices alios fieri nolint. Profectò equidẽ uocis suæ iudicem non admittit, qui obstinato silentio uocem premit. nouum genus, immò antiquum, nec mihi soli ultimo hominum, sed primis ac maximis importunum, an alios Hieronymo, qui de ijs ad amicos scribens, librũ, inquit. Non efferatis in publicum, & ne fastidiosis cibos ingeratis, uitetisq́ eorum supercilium, qui iudicare tantũ de alijs, & ipse facere nil nouerunt, quamuis idipsũ satis illos iudicet, ut opinor, quod q̃ ad tegmen insciticæ meditantur, ad insciticæ uertitur argumentum, & quomodo se maximè tegunt prodũt, quia dũ taciti iuditia hominũ declinãt, tacito doctorũ homini iuditio condemnantur. si hos tantum ille uir timuit, & uitandos monuit, quid mihi? quidue alijs agendum putes? equidem horum ego non tàm metu, quàm odio ac contẽptu, & ne prurientibus linguis scalpẽdi materiã atq́ instrumẽta cõgererẽ, sæpè me monui, sæpè amicos, me ne noui aliquid scriberem, illos ne si quid fortè iam scripseram, in apertum educerent. non habeo, quod de alijs querar, ipse mihi non parui, quæ si scribendi tantus ardor accenderet, scriberem ac delerem, & quando ea mens erat, ex literis uoluptatem capiens, morsus ac latratus inuidiæ declinarẽ. idq́ sic forsitã factum esset, nisi quod me ut ad scribẽdum celerem delectatio, ac segnem ad delẽdum misericordia faciebat. miserebar innocuæ nouitatis, durum mactare quem diligas, ipse mihi propris manibus uidebar, in meam hoc est ingenij mei progeniem sæuiturus, & sæuij tamen, ut Abraham in filio, Dei Zelo, sic ego in scriptis sacrificium, ut poẽticæ magis, hoc quàm catholicæ dixerim Phœbo gratum ratus ac Palladi, simul multum proteruiæ, multumque libidini latratoribus meis demptum iri extimans. & si quissem, uel nil scribere, uel scripta perurere perpetuam illis raucedinem, mihi requiem peperissem, sed nequiui, rursumque si reliquias limæ seueriores addere potuissem, uiuus saltẽ quissem, sed nec ad ipsum potui, ut qui amicis nil occultare didicerim, nil negare, hinc mihi fastidij prima radix. Vnum de multis audies, ante annos plurimos, dum post obitum summi regis, à Romano Pontifice mis-

sum me Neapolis haberet, atq; inter expectationis tædia, opportunum ac dulce remedium Barbatus meus Sulmonensis illic esset, uir omnium literarum cupidissimus, mearum uerò tàm immodicè, ut in illis non rerum pondus, non uerborum gratiam, nil postremò quærat aliud, nisi an meæ sint. sed ne id quidem, sic illarum sibi eminus uel odor ipse notissimus est, neque mihi per id tempus absque illo dies ullus ageretur, accidit ut in Africa mea, quæ tunc iuuenis notior iam famosiorq;, quàm uellem, curis postea multis, & grauibus præsta consenuit, aliquot illi tali amico uersiculi placuissent, quos palàm poscere ueritus (nemo namque uerecundior, nemo reuerentior amicorum, atq; inprimis mei) submisit, qui illos muneris instar ingentis, supplici prece deposcerent. negaui contra meũ morem, & intempestiuum desiderium, libera charitate redargui, erubuit, quieuitq; tantisper, atq; orauit imperioso ut parcerem amori. Nec secius die altero atque altero, adhibitis intercessoribus institit, importunitate prorsus ingenua ac modesta, tenera quidem frons, pudorq; purpureus mearum duritiem repulsarum ferre nõ poterat, semper igitur illo absente substituti aderant (est quidem quisque, pro alio quàm pro se honestius importunus) iam ut arbitror finem tenes. negaui quantum illæsa quiuit amicitia, cumque nullus peccandi modus esset, ad extremum uictus, nunquam enim cum amicis luctor, quin succumbam, cessi, & uersus nisi fallor quatuor ac triginta, limæ adhuc & temporis indigentes, illi amico, cui nil ad ultimum negaturus sim, ea lege concessi, ut ad manus alterius non uenirent. ad promittendum prona semper intensa cupiditas, non æquè autem ad memorandum tenax, nullam conditionem respuit, dum optata percipiat, dedit fidem, quàm eodem ipso die puto fregerit. sic ex illo uix bibliothecam literati hominis introire mihi contigit, ubi non eos uersus, quasi epigramma illud Apollinei tripodis templum subeuntibus, obuium in limine uideri, quorum natiuo horrori, scriptorum quoque error accesserat, & si hæc non mea magis, quàm communis omnium scribentium sit querela, sic me igitur, meus ille, ignoscendum fateor, quod honesti amoris cogit impetus, dum laudare, dum quę quod sibi sum facere alijs clarum, studet seipsum ac me reprehensoribus multis obiecit, sed non miror, nosco uoces, accentus intelligo, ciues nostri sunt, ad aliena temptandum acutissimi atque promptissimi, ad reliqua tardiores, ne quid mordacius in eos loquar, quorum omnia, præter mores diligo. locus iste digressionem recipit. Fredericum hunc ætati nostræ proximum, qui huius nominis ultimus, Romanum rexit imperium, prudentissimũ principem, & qui Germanus origine, conuersatione Italus, utriusque gentis ad pleynum mores & ingenia, hinc natura, hinc cõsuetudine, didicisset, ita dicere solitum accepimus. Esse has duas toto terrarum orbe præcipuas ac præstantissimas nationes, inter se uerò prælargiter differentes, utrorumq; enim meritis æquè præmia deberi, sed supplicium non ita. nempè utroscp præmio ad uirtutem erigi, uerũ Italos uenia meliores fieri, & suum crimen, & clemẽtia sui ducis agnoscere, Germanos impunitate tumescere, misericordiam imputare formidini, quo plus ignoueris, plus ausuros, itaq; sæpè Italis tuto parci, nec tuto tãtum, sed utiliter, at Germanus pœnas debitas, uel differri magni rem esse periculi, de reliquo Italos honorifice habendos, Germanos uerò familiariter, hos quidem honoribus, illos effectibus & communione gaudere, hisque artibus hos & illos, ad amicitiam & ad fidem trahi. Italorum familiaritatibus abstinendum, eo quòd & curiosi rerum, & in uitijs alienis nimium sint acuti, atque omnia iudicent, non modo quæ uera sunt, sed quæ falsa licet opinione conceperint, quicquid omnino aliter sit, quàm fieri eis debere uideatur, irrideant, tantã enim cuiq; fiduciã sui esse, ut ideo neum se cunctorũ putet esse censorem: contrà aũt germanorum cõuictui indulgendũ, nihil in amicis iudicandũ, nilq; aliud in amicitia quærentiũ quàm amari, nec ullum amoris argumentũ maius familiaritate credentiũ. Hæc tàm multa dixerim, ut uideres quid de familiaritatibus nostris, decp libidine iudicandi tantus ille uir senserit, quæ sententia quàm sit uera non dispuro, uerè autem hoc mihi uideor dicturus, si non de Italis, sed de ciuibus tantũ nostris id diceret, nil uerius, nil grauius dici posse, quorum non familiaritates, aut amicitiæ, sed censuræ sunt. non ille quidem mites ac placidæ, sed inexorabiles & acerbæ, quorum nemo est, qui tum in uiuendo sit mollior Sardanapalo, non sit in iudicando multum Fabricio aut Catone

aut Catone rigidior. & ut cæterarum rerum, ad me minus spectantium iuditia præmittam, sic de literis iudicant, quasi nihil ritè dici queat, quod non & capaces ac patulas illorum aures impleat, & leniat asperas, & infensas placet, & recreat fessas, delicatas mulceat, & illiciat occupatas, opus uel Ciceroni arduum uel Maroni, uel utrinque, quod magis reor impossibile. puto non legerint memoriter quod ait ille, cuius non multa quidem sed hoc multum placet, Improbè facit, inquit, qui in alieno libro ingeniosus est. quantò autem improbius, qui ingeniosissimus in alieno est, & scrupulosissimus, usque ad fastidium atque odium. in proprio non hæbes modò, sed mutus, sed elinguis, sed exanimis. Ego quidem ut possum gratulor ingenijs nostris, pauci illi incorruptiq; uersiculi, post Apenninum ac Padum, alpem quoque ac Danubiũ transgressi, nusquam quod audierim reprehẽsorem, nisi in patria repperêre. sed ô ingenia magis acuta, quàm solida, magis acria quàm matura. quis uos urit igniculus? quod uirus inficit? quod calcar exagitat? non tàm uobis æstuantis æthnæ rabies aut charybdis, non tàm trucis pelagi fragor, aut tonitru, quàm uestri ciuis horrificè nomen sonat. non de me uno enim agitur, quisquis gregi publico se subducere nititur, hostis est publicus, cur obsecro? an fortè & illud Senecæ uerum est? Expedit enim, inquit, uobis neminem uideri bonum, Quasi aliena uirtus exprobratio delictorum omnium sit. crede mihi amice, & indignationis huius, & iniuriæ particeps, ex ea urbe nati sumus, ubi unius laus improperium sit multorum, maximè si illorum admoueatur ignauiæ, unde nullum magis quàm suos ciues si quid excellentiæ sit oderunt, quam putas ob causam, nisi quod latendi auidos eò molestior, quò uicinior lux offendit, uis ne hoc tibi adeò clarum fieri, ut nec sol ipse sit clarior, cogita quot nostra, quot patrum atque auorum memoria, & quàm grauibus bellis exerciti, cum abundè fortissimos militiæ quę doctissimos uiros, domi semper habuerint, nunc Cisalpinam Galliam, nunc Picenum, terrasque alias, pro bellorum ducibus adeuntes, alienis auspicijs uinci potius elegerunt, quã suis uincere, tantus est pudor suo duce parta prosperitas, ut de se hosti uictoriam, quàm de hoste ciui suo gloriam quæri malit siue is liuor, siue est pauor de liuore oriens, ne scilicet uirorum uirtus illustrium, factis insignibus innotescens, iuxta se positum pandat inertiam. quem morem, nescio quidem, unde, sed non utique à Romanis patribus ac fundatoribus nostris accipiunt, ut omnis exotici dogmatis externæque consuetudinis miratores, sic paternorum atque salubrium indociles exemplorum. iure igitur, & Romanis uictorijs claro rum trophea, ciuium sunt inscripta nominibus, & cladibus nostris, alienigenarum inscelices ducum tituli, atque aduentitiæ pondus hæret infamiæ. ô pessima omnibus exanimi morbis inuidia, mortem humano generi diceris intulisse, necdum desinis. quid ulterius quæris? quid sufficiet, si peremisse non sufficit? ô tristis ac misera corporum complexio, sed miserior animorum. Febricitare leonem quotidie fama est, quanque de hoc, ut de alijs maximè peregrinis animantibus, multa narrentur inania, & obstet haud dubiè huic uulgi sententiæ, quod Aristotelem sequens ait Plinius, quoniam leo uidelicet ægritudinem fastidij tantùm sentit. Certè medico familiari meo filius adolescens fuit, de quo mihi iuratus pater asseruit, de salute illius paterna se pietate solicitum, nullo unquam tempo ris momento, die aut nocte febre liberum inuenisse. quod an sic esse potuerit physicis linquo, sed ut credi possit, perpetuam febrem Mœcenati fuisse, autor est Plinius naturalis historiæ libro septimo. Capram porrò nunquã febribus carere, non quisque humilis, sed clarissimus lõgeq; doctissimus autor est Varro, rerũ rusticarum libro, cp à carpendo caprã quasi carpã dici extimat. sed ô inuidiæ grauior febris, ô ariditas maior, non herbis pascenda uel frondibus, nõ umbris aut fontib. lenienda, sed damnis ac mortib. & infamia proximorũ utinã sicut in lege locationis excipitur, ne colonus in fundo caprum natum pascat: cp Varro ipse sua ætate seruare solitum tradit, hodieq; diligens patrumfamilias, cum nõ negligit sic natura parens optima, lege perpetua excepisset, ne in suam possessionẽ uitæq; cõmerciũ humanæ quisq; inuidiæ filius, & liuore malo tractus irrumperet, aut bonis cõmunib. pascere ur? nunc quand o omnia pascua, ijs maximè gregibus proteruntur plantisq; nobilioribus

auidius

auidius infliguntur inuidiæ uulnera, quid nisi gloriæ iudices extimandæ sunt, huiuscemodi dentium cicatrices? Sed quid ego carptoribus? quid capellis meis febrientibus, & malè olentibus, ac petulcis faciam? silentio insultant, responsionib. irascũtur, ueri hostes, patiẽtiæ contemptores, iã uerò & in causis primũ est, de accusatorũ psona satis multa, ea porò dicta sint, ueniamus ad causam. In illa ergo poëmatis mei parte, pmaturæ decerpta, ac uulgata præproperè, mors et mortis querimonia est Magonis Pœni, qui Hamilcaris filius, frater Hannibalis, bello Punico Secundo, in Italiã missus cũ exercitu, tandẽ ex uulnere in Liguribus accepto, patriã repetẽs, mare medio ante Sardiniã obijt. Hic accusatores mei, quo me sine inuidiæ suspitione liberius notẽt, à laudibus incipiũt carmenq; ipsum cœlo æquantes, in se clarum, sed à me cui non decuit attributũ dicunt. nec rudis quidem, nec insulsa reprehensio, si uera esset, nihil enim quamuis grauiter dictũ diserteq; reprehensione legitima carituru scimus, & dicẽtis statui moribusq; nõ cõuenit, immò uerò, quò plus eloquẽtiæ, plus erroris impertinens oratio habitura sit, hoc est nãq; decorũ illud poëticũ ex persona, de quo Cicero egit in officijs, & Flaccus in arte poëtica, quo neglectò, nil Pieriũ, nil diuinũ speres. uideamus autẽ nũc ad peragendũ calumniã, uafre ceptã quanto sint ingenio, quantoque iuditio reprehensores mei, has nempè si nescis nugas, & hæc murmura iamdudum substomachans, sed tacitus spero, sparsim audiens, quid unus, quidue alius oscitasset, nec dum seriem accusationis intelligens, hoc ipso autem primum die, rem omnem ordine didici, referente religioso quodam iuuene, ciue itidem nostro, multum illis licet aduerso, quique mei studio. cum illorum certet inuidia, quasi sacrilegium ducẽs, homines quantum sibi uidetur ignaros uelle meis in rebus scientiam ostentare, idque adeò molestum omnibus, in patria meum nomen amantibus, ut molestius nihil sit, & multa ab eis in auxilium ueri dici solere asserens. illos autem ceptis insistere tanto nixu, ut iam nõ reueritas queri, sed mei tantum infamia uidebatur. hæc mecum ille hodie scintillantibus oculis, & inexpletis ac tremulis uocibus agebat, denique tanta erat indignatio, ut uix lachrymas cohiberet. agnoui ætatis amorisque impetum, solatusque hominem, iussi esse bono animo, eandem sortem Philosophorum ac Poëtarum, maximis fuisse non recusandam sed optabilem, his, qui recta uia ad gloriam niterentur. nam & languidis instare rubiginem, & clara quælibet ac solida, auri in morem attrita & confricta nitescere. ille uix tandem compresso tumore ac feruore animi, quid Aristarchi mei excauillentur explicuit. In primis dicunt non his quidem uerbis, sed suis, ægrè se hoc dicere uelle signantibus, illam tantam scilicet uim sermonis, ac congeriem querelarum, non sat consentaneam morienti, neque horam illam, tales & tàm graues, sensus admittere. sic ut uides, prima pars calumniæ biceps est, non potuisse uel morientis spiritum in eas uoces, uel ingenium in ea uerba sufficere. ad hæc uerò, solenni more disputantium nunc omisso, prius quàm pluribus distrahamur respondebo, dum impetus, dum memoria recens est, neque enim bellator expectat, dum ad satietatem aduersarij percussus, totidem mox se ictibus ulciscatur, sed uulnera uulneribus miscens, & nunc hostem præueniens, nunc repellens, uictoriam cogitat, non uindictam. Primum ergo, non sum nescius, uires morientium exhaustas, atque ideò neque magnis, neque artificiosis atque compositis uocibus pares esse. noui in CHRISTO mirabile atque unicum, ut uoce magna clamans expirauerit, dans astantibus intellectum, plus in illo aliquid esse quàm hominem, quo miraculo experrectus, ille centurio, Dei filium esse, est confessus. quem locum Marco Euangelista Hieronymus tractans, Tum una uoce, inquit, siue sine uoce, nos morimur, qui de terra sumus. ille uerò, cum exaltata uoce expirauit, qui de cœlo descendit, quid hic sanè sim dicturus, nemo non uidet, nisi cui oculos tumor liuorque præcluserint. me fateor pudet tàm abiectæ ineptiæ respondere, sed res cogit, non morientem ergo loqui facio, sed uicinũ morti, eãq; ĩã de pximo intuẽtẽ. quo in statu nõ doctos modò, sed indoctos, et multa loqui solitos, & miris ac grauibus referta sentẽtijs, quis ignorat, interdũ qa nescio qd pfagij ac diuinationis habẽtia, & si igit̃ psens mors, igeniũ pmat, & uitalẽ spiritũ intercludat, uicina tamẽ utrũq; aduitat atq; attollit, & uel in lumine carceris egressurũ, admonet, in terga respicere, ac uidere, q̃ tum laboris

tum laboris, quãtumq; miseriæ relinquatur. profectò quidem de re qualibet nemo melius iudicat, quàm qui & diù illàm expertus est, nihil inde iam metuens, nihil sperans, passionibus expeditum animum habet. possem multa de philosophis, multa de historijs, sed malo dicere, in quo falli nequeo, quod his oculis uidi, quodq; his auribus audiui. Fuit unus ex his, cum quibus uitæ huius ex parte laboriosum, licet breue stadium cucurri, multos secum sic res tulit, annos egi, nunquam tanto in tempore, quod audierim ex ore illius uerbum prodijt, aut perraro, nisi uoluptuosum, præceps, tumidum, inuidum, inquietum, turbidum, meras simultates ac scãdala loquebat̃. nec mirabere, talis erat uita, talisq; præterea uox ipsa, qualis materiæ debebatur. frendere aprum, uel sæuire ursum diceres, non hominem loqui. tandem affuit, quæ nulli hominum defutura est, quamq; si mei iudices præuiderent, nõ styli mei ut arbitror, sed uitæ mortisq; suæ curam gererẽt. conuenimus certatim, & pietatis studio, & uisendi qualiter moreretur, qui sic uixerat, ille ubi se morti proximum intellexit, mirum audies. statim uultu, gestu, uoce, alius ea loqui cœpit, sic se arguere, sic nunc omnes, nunc singulos nos hortari ac monere, tantisq; suspirijs hunc sermonem, usq; sub extremũ spiritum traxit, ut me qui nunquam mores hominis probassem. neque amassem, credo itidem & reliquos qui aderant, perpetuò sui memores beniuolosq; dimitteret. quid de Roberto Siculo dicam rege, quamq; illi morienti simul ac uiuenti, semper unus fuerit actuum ac uerborum tenor, clarius tamen quiddam, atque altius in morte personuit, cygneumq; illud obiens impleuit, philosophicum ac regium & diuinum uerè, sic instans regni periculũ casusque omnes ante oculos posuit audiẽtum, ut quæ futura alijs, sibi præsentia iudicares, cuius lingua, si sui similes aures atque animos inuenisset, non tàm subito infœlix illa Campania, & illa olim maior Græcia, nunc minor Italia, ex tam inuidioso & tranquillo statu, ad hũc adeò inquietũ ac miserabilem corruisset. ita dũ ij nostri se cretioris & nouæ philosophiæ professores, uocem & ingenium, uimq; omnem nondum extincti hominis obruũt, atq; sepeliunt, tum præcipuè prostrati sese erigunt, & erecti, solito altius attolluntur, sic uexatio animum tergit atq; acuit, sic sopit ignauiam, sic uirtutem excitat mors uicina, de quo tempore quid apud Tullium admirans legerim dicam. Tum uel maximè, inquit, laudi student, eosq; qui secus quàm decuit uixerunt, peccatorum suorum maximè pœnitet. q̃ dictũ ex ore pagani hominis, secundæ mihi sufficiens calumniæ fuerit, ea uerò est huiusmodi. Quæ illi tribuerim morituro, nõ sua, sed quasi Christiani hominis uideri. ego uerò, non minus hanc inscitiam quàm priorem miror, & fateor, uix putassem nostro sub æthere nasci posse, qui ista tàm raucæ tamq; exiliter blacteraret. aridi atque ignobilis intellectus sunt talia temptamenta, quibus passio sola temptantis, & impatientia detegatur. quid enim per CHRISTVM obsecro, quid Christianum ibi & non potius humanum, omniumq; gentium commune? quid enim nisi dolor ac gemitus, & pœnitentia in extremis? de qua quid Cicero ipse scripserit audiuisti, quanquam quid uno teste res agitur. de qua quisque sibi tutusque adeò terrarum orbis, uno ore respondeat, at nusquam sibi CHRISTI nomen expressum, quod superis licet atq; inferis sanctum ac terribile, illis tamen in literis nõ habuit locum, obstãte temporum ratione. Nullus ibi fidei articulus, null ũ Ecclesiæ sacramẽtũ, de nicq; nihil Euangelicum, nihil omnino quod non in caput hominis multa experti, iamq; ad finem experientiæ festinantis, secundum naturale ingenium, atq; insitam rationem possit ascendere, quibus utinam, nõ ab illis atq; alijs sæpenumerò uinceremur. potest errorem ac peccatũ suũ recognoscere, & perinde erubescere ac dolere, homo etiam non Christianus, fructu quidem impari, pœnitẽtia autem pari. quod nisi sic esset, nunq̃ in Phormione Terẽtianus hoc diceret, adolescens, egomet me noui, & peccatum meũ. q̃ si sospes atq; integer fatetur, quid ægrotum posita ante oculos morte facturum credimus, de qua rursum cognitione, & confessione, ac pœnitẽtia peccati, operepretium est nõ quid Anaxagoras aut Cleantes, seu ex nostris Cato uel Cicero, sed quid lasciuissimus poëtarum Naso, quid ue philosophorum ut perhibent leuissimus Epicurus senserit audire, ille enim ait:

Pœnitet ò, si quid misero creditur ulli
Pœnitet, & facto torqueor ipse meo.

Iste

iſte autem, initium, inquit, eſt ſalutis peccati notitia, quod uerbum nō immeritò Senecæ ui deo placuiſſe, itaq; illud excutiens, qui peccare, ait ſe neſcit, corrigi non uult, deprehendas te oportet, antequàm emendes. & poſt ſtatim. Ideò, inquit, quantum potes teipſe coargue, inquire, in te accuſatoris primum partibus fungere, quid hic tibi dicere aliud uidetur, quā quod in Prouerbijs Salomō. Iuſtus prior eſt accuſator ſui, aut quid aliud Seneca, idem ad Lucilium ubi ait: Somnium narrare uigilantis eſt, & uitia ſua confiteri ſanitatis indicium quàm quod in Pſalmo Dauid: Dixi cōfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino. en confeſsio, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. en ſanitas confitentis. quamuis ergo, cui & qualiter confitendum ſit nemo niſi Chriſtianus nouerit, tamen peccati notitia & conſcientiæ ſtimulus, pœnitentia & confeſsio, communia ſunt omnium, ratione pollentium, & ſi uerba reſpicimus, quod minus eſt quod amans ille Terentianus paulò antè loquebat, quàm quod ipſe Dauid in Pſalmo illo notiſsimo, & illiciti ſui amoris memor, & ſceleris, Quoniā iniquitatē meam ego agnoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. ſed parum mihi uidentur correctores mei, ſeu hæc pauca quæ diximus, ſeu philoſophica illa multorū, ante alios Platonica & Ciceroniana relegiſſe, quibus ſi nomen deſit authoris, ab Ambroſio ſiue Auguſtino ſcripta iuraueris, de Deo, de anima, de miſerijs & erroribus hominum, de contemptu uitæ huius, & deſiderio alterius. quæ quoniam nimis multa ſunt, & nimium uulgata ſciens taceo, ſed ſi ad mordendum, ſic ad diſcendum uigiles eſſe uoluerit inſinita reperient, ex quibus ita eſſe (ut loquor) attendant, & fortaſſe pudeat iſta tàm friuola collegiſſe. Tertia reſtat accuſatio. Nam ſat conſideratè me ſermonem illum tàm grauem iuueni tribuiſſe, qui prouectæ conuenientiſsimus ſit ætati. quod ego ab ijs iàm non iuueniliter, ſed pueriliter dictū dico. relegant omnes huius articuli tractatores, nemo niſi fallor, ad initium ſenectutis, minus ſpatium inuenietur poſuiſſe, quàm Cicero. Sex tamen & quadraginta annos poſuit, cuius ſententiam ſiluiſſem, niſi quia & nihil uiri illius negligendum extimo, & ipſe Cato, uera loqui faciens ore illius, id maioribus uiſum dicit, ſicq; in unū triplex coit autoritas. Vt ſit ita, quando nihil proprius aduerſarijs meis fauet, nunquid exempli cauſa, anno ætatis quadrageſimo ſecundo moriente, quo defunctum Tytum Veſpaſiani filium, optimum principem palàm eſt, loqui falſum maturumq́ue aliquid non licebit, conſpecta huic lapſilis uitæ fuga, atq; huic errorum tenebris mortis uicinitate diſcuſsis, Auguſtini autem ſenectus multò quàm Ciceronis eſt tardior. eſt illius liber, qui inſcribitur diuerſarum quæſtionum, ubi ab anno ſexageſimo incipere illam dicit, quæ ſententia, ſeu autor inſpicitur, ſeu res ipſa, quantum firmitatis aut ponderis habitura ſit, uiderint, qui nil ſobriū, niſi à ſene decrepito dici poſſe contendunt. Nec uerò tàm pertinaciter hanc amplector, ut reliquas omnes abijciam, ſcio de hoc, alios aliter atque aliter ſenſiſſe, ſed operoſum eſt hominum ſenſus ac uerba colligere, itaque & ſi plures ad teſtimonium trahi poſſent, paucos ſponte obuios adhibui. inter quos Iſidorus, quo autore raro utor, dum in ſex ætates uitam noſtram diuideret, quarta, inquit, eſt iuuentus, firmiſsima ætatum omnium, finiens in quinquageſimo anno, quid Roſores mei dicunt? an hic ſaltem æuo, ultimus, opinione medius teſtis placet, an quis aliusq; ego enim cauſæ fiſus, nullū reſpuo, niſi qui inter iuuenem ac puerum non diſcernat, quales ij uidentur, quibus cum mihi res eſt, qui de iuuene uiro forti, bellaciq; duce me loquentem, quaſi de puero uel infante loquar, arguunt. hac ætate igitur, plena & firma iuuenis mens erat, quam qui loqui neſcit, meo conſilio ad ſcholas eloquentiæ nunquam ibit, hunc ego ideò iuuenem Pœnum dixi, ne ſi indefinitè Pœnum dicerem, prima fronte Hannibal crederetur, & natu maior & clarior fama. bene autem & ætate ſua, & comparatione fratris dictus eſt iuuenis, qui hinc iuuenis eſſet, hinc iunior, ſed uir tamen, ſummis in rebus expertus, totiens utranque fortunam. Sed quid cauſam munitiſsimam ut inermem tueor, cum promptiſsimum ſit, quod illi firmiſsima ac ſolidiſsima in ætate ſtupent, id in infirmis ac teneris demonſtrare. Mitto Diadumenum Antoninum, qui cum ſene patre nō iuuenis ipſe, ſed puer ad imperium prouectus, cum populum affari nouis principibus mos eſſet, ubi ad id uentum, prudentius ipſo patre concionatus legitur. Sileo Clodium albinum, cuius adoleſcentiæ nonnulla, tàm grauia referuntur, ut in ſene quolibet mirabilia

mirabilia uideri poſsint, quod ij fortè reprehenſoribus meis habeantur incogniti, non tàm hiſtoriæ deditis, quàm Satyræ, ſed Alexandrum Romanum principem non nouerunt, cuius multa in arctiſsimis caſibus, tàm prudenter atque integrè acta tàm modeſtè reſponſa tàm ſeuerè animaduerſa, tàm prouidè de liberata narrantur, ut liqueat longum tempus, ad ſapientiam non requiri, quippè non amplius quàm uigintinouē annis, tribus menſibus, & diebus ſeptem uixit. an hunc ſenem fuiſſe? an qui tanta dictorum atq; factorum laude diù in illa tumida fortuna, quæ prudentiam necat, inſolentiam parit, tanti pondus tuliſſet imperij paucula uerba conſultius loqui non potuiſſe, in ipſa quæ humani animi tumorem comprimit, morte dicturi ſunt? de quo quidem, non in poëmatibus, ubi pluſculum licentiæ eſt, ſed in hiſtorijs ita ſcriptum cernimus. Seueritatis tantæ fuit in milites, ut ſæpè legiones integras, exauctorauerit, ex militibus Quirites appellans, nec exercitum unquam timuerit. & ſequitur ratio dicti huius optima. Quod ſcilicet in uitam ſuam dici nihil poſſet. de hoc eodem principe hac ætate ſic prædicat Aelius Lampridius hiſtoricus, Erat enim, inquit, ingentis prudentiæ, & cui nemo poſſet imponere. quid ergo? hic qui imperiū adeptus adoleſcentiæ in ingreſſu, uſque ad egreſſum tanta illud ſapientia iuſtitiaq́ue rexerit, totaq́ue tàm claris concionibus ornauerit, mutus in fine fingitur futurus, ſi natura lis ac tranquillus illi finis, non uiolentus ac rapidus contigiſſet. ſed hæc fortè etiam illis ſerio ſtudioſis inaudita, quæ mihi lectori uago ſors obtulerit. An uerò Alcibiadis puerile quoque neſciunt acumen, qui ſapientiſsimo tum florentis Græciæ ſeni conſilium illud dedit, quod Græcorum ac Latinorum ſenes pariter mirarentur, uerum ille non habitus animi, ſed flos fuit, atque ideò non uirtutis, ſed indolis exemplis aſcribitur, probat tamen non iuuenem modò, ſed puerum poſſe aliquid efficax ac mirandum loqui. Sed an cuiquam hominum qui ſe norit ignotus eſt, Scipio ille, cui primum Africam cognomen uirtus ac gloria peperēre, qui duriſsimo in pretio infœliciter ad Ticinum geſto, patrem ſuum Romani, tunc exercitus clariſsimum ducem, ſed iam uictum affectumq́ue acri uulnere, media de morte ſeruauit, id q́ue uel tum primum pubeſcens, ut Liuius ait, uel Vir dum annos puerilitatis egreſſus ut Valerius, ſeruatiq́ue ciuis, & ducis, & patris triplex decus, ac triplici laude conſertam meruit coronam, illa ex acie, unde nihil præter fugam iam ſperabant, aut quærebāt, uiri fortes, duratiq́ue bellorum uſu & armorum exercitu ueterani. neque tàm acerbæ contumatiæ uel fortunæ uis aduerſæ horrendæq́ue ſtragis reſpectus. obſtitit, uel ætatis imbecillitas (non enim aut periculum aut annos numerat uera uirtus, idem ipſe non multo poſt adhuc ut teſtatur Liuius admodum adoleſcens, ignaua prorſus ac pudenda conſilia Italiæ relinquendæ, præſentiſsimo animo atque incredibili uirtute diſcuſsit, item poſtea quatuor & uiginti nactus annos, ducibus uel attonitis uel extinctis, unus Reip. tutelam, teneris adhuc ſubire humeris, nō ueritus, imperium in Hiſpanijs ante tempus accepit, & domeſticæ ſuæ cladis, & publicæ tepido tunc etiam cruore manantibus, cumq́ue poſt factum extimatio ætatis in metū uerteret, cœpiſſetq; iam populū inconſulti ſuffragij, pœnitere uocantis ad cōcionem tribubus, ita omnem diffidentiam magnifica oratione cōpeſcuit, ut extinctum animorū impetum ſuſcitaret, & cūctorū mentes certiſsima uictoriæ ſpe cōpleret, nihil credo, ſecū in grabatulo iā ætate, puectior, quamuis adhuc iuuenis loq; ſciret, q in publico adoleſcens, maximū in terris populū, ac diſcordē & multiuolū, fando tā facile in ſuā ſententiam traduxiſſet, ac ne falſæ ſpei impleſſe animos adoleſcentis audacia uideatur, in Prouinciā mos profectus, quā fortiter quanq; fœliciter, & patrē & patruum, & patriam uindicarat, toto orbe uulgatum eſt. neue martia uirtus, hanc laudem ſola occupet. quæ nam eius ijs diebus apud Hiſpanam Carthaginem continentia, & fides erga hoſtem quoque, quanta apud Sueronem ſeueritas mixta clementiæ. Illic cuſtodia diligens matronarum, & ne oculis quidem delibata pudicitia, hic nutu frontis compreſſus exercitus punitiq́ue fontes, & ad milites habita teſtatur oratio. Age bello uictor, ex ordine quantus apud populum, quantus in curia apparuit, quando Q. Fabium Max. principem tunc ſenatus ſapientiſsimum, ac famoſiſsimum ſenem, ſecum de ſumma Reip. diſsidētem, licet aduerſis Patribus præclara uicit oratione, in qua, illud & ipſe gloriaſ, & res probat,

ſenem

ſenem ab adoleſcente ſaltem linguæ modeſtia ſuperatum. idemq; mox ex Sicilia in Africã traiecturus, quanto ingenio aliam illã fortiſsimorũ equitum, armauit atq; inſtruxit, & ut ſileam quæ audaciæ potius, aut fortunæ, quàm conſilij dici poſſent, & ſi ab eo nihil uel in acie ſine certo conſilio geſtum ſit, utq; attingam quæ conſilij ſunt ſolius, & ingenij, quæ nam illa ſuauitas, quæ comitas, quæ uis eloquentiæ, qua non Syphacem modò regem barbarum, ut Liuij uerbis utar, inſuetũq; moribus Romanis, ſed hoſtem etiã infeſtiſsimũ ſibi cõciliauit. Haſdrubalẽ. quæ humanitas, quæ caſtitas, dum uel ſponſam formæ inſignis intactam uiro reddidit, uel regi puerum ſanguinis captiuum, muneribus adornatum remiſit, auunculo, quibus artibus utrunq; uicit utilius quàm prælio uincerentur. quæ illa grauitas, quæ ſanctitas, qua ſine offenſione coëtaneum ſibiq; chariſsimum, ſed ferocem atq; amore languidum arguit Maſiniſſam, & deinde luctu nimio conſternatum erigens, à prætualidæ ſenſu peſtis, in alias curas, alta prouidus arte diſtraxit. poſtremò quæ illa mens, quæ illa fiducia, qua inſtante ultimo rerum caſu, petẽdi pacem reſpondi Hannibali. multa de Scipione meo loqui dulcis & opima materia eſt, quod nec ducum, quempiam magis amem, nec quiſquam melius horum nugas atq; aculeoſam retũdat inuidiã, ſine dubio enim, dico idẽ ſæpè ut me ſurdi mei audiãt. ſine dubio, inquam, monſtruoſius eſt iuuenem morbo, præſertim & uicina morte cõmonitum, breue aliquid de communi natura, decq; caſibus ac fortunis hominum ſubmiſſa uoce ſecum agere, quàm adoleſcentẽ mollire hoſtes alloquio, amicos arguere, armatas legiones caſtigare, & contentione orta, quæ acerrima eloquentiæ pars eſt. Romanorum atq; Carthaginenſium duces calidiſsimos confutare. Iin quo alia geſta licet à iuuene. Hæc nempè quæ dixi omnia, ab adoleſcente, uel in ipſo adoleſcentiæ iuuẽ tutecq; confinio, ante ſeu circa annũ trigeſimũ acta erãt, iuuenis aũt meus ut dicebã aut quadrageſimũ annũ exceſſerat, aut ad quinquageſimũ propinquabat, nec dũ ideò diù poſſeſſum iuuenis nomen amiſerat. ſine iſs omnibus perſuaſi, necq; humanæ proficiunt coniectu ræ, diuinæ quis obluctabitur ueritati. Siquidem Deus in fine temporum factus homo, qui diuinitate ſua æternus atq; immenſus præſidensq; omnibus, nec imminutionis patiẽs, nec augmenti, humanitate uerò parentibus, hoc eſt matri ueræ, & putatiuo patri, ſubditus creſcebat, & cõfortabaẽ, ut Lucas ait Euãgeliſta. & proficiebat, ſapiẽtia & ætate, ad prædicationis initium, ut Deus ab æterno gnarus omniũ, nec egens temporis, ut homo annum trigeſimũ duxit idoneũ. qs hominũ hãc ætatem dicere audeat imperfectã, q̃ nobis noſtri ducis electio cõſecrauit? quis uetebat expectare illũ, q nec naſci, nec mori potuit, niſi dũ uoluit? poterat tardius, & citius poterat, cœleſte iter oſtẽdere, omnis illi ætas apta erat. q ita eſſe ne dubites, iã inde à pueritia, anno ætatis duodecimo, inter doctores legis ſedens ac diſputans omnes ſtupore compleuerat. annũ ergo trigeſimũ expectauit, & nõ amplius, idq; nõ propter ſuã neceſsitatẽ, ſed propter exemplũ noſtrũ, ut enim libro ueræ religionis ait Auguſtinus, tota uita eius, in terris per hominẽ quẽ ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morũ eſt. Rẽ itaq; nobis aggredi, aliquid grande uolentibus, metã uixit, ne uel magiſteriũ anticipemus uel operationem uirtutis, aut doctrinam in ſeniũ differamus. quieſcant oro mei iudices, ne q; fruſtrà ſe torqueant, nõ infantem, ſed nec puerum, nec adoleſcentem quidẽ, immò iuuenem, hoc eſt nondũ ſenem, dixi, quin qui non ſapit, adhuc modicũ & in ſenio delirauit. ſunt multi fateor, immò innumeri, qui omnes ætatum partes in uoluptatibus, inter uanitates & inſanias falſas agunt, ea ſpe, ut quaſi non doctrina, non ſtudium, ſed ſoli ſapientia ferant aura, ſint in ætate ultima ſapientes, quod tale eſt, quale ſi agricola tum inter ſomnum ac ludos ſeuientis tempus omne conſumpſerit, uentura æſtate meſſem ſperet uberrimam. Sed iam peregrinæ materiæ ſatis eſt, unde ego melle ſoporatam. & meditatis frugibus, offam latratoribus meis obiicerem, atque horrentem colubris Cerberum conſopirem, q ſi prorſus implacabilis & inſomnis inuidia eſt, ueritati tamen ſuiſq; cultoribus, ante alios tibi, quem his primũ latratibus fatigatum ſcio, hac ut noſtris amicis, ſic æmulis relatranti, epiſtola ſatisfactũ reor. Quarta, hercle, neſcio an & ultima accuſatione, ſi moueor ad aliud quã ad riſum moueor. altior in Buccolicis, ut aiunt, ſtylus eſt meus, quàm paſtorij carminis poſcat humilitas, omni utinam alio crimine careant, quæ ſcripſi, omnia & quæ ſcribam, huius

huius reum fieri me facilè patiar, non ignarus, cũ tres Poëtis atq; Oratoribus ſtylos eſſe nec culpa uacare, ſi unius in locum alius transferatur. Cæterum comparatiùe magis quàm ſimpliciter altum aliquid, imumq; uel medium dici uolet, & parui colles in plano eminẽt, & magni montes, maioribus cincti latent. Olympus ipſe uictor nubium, cœlo uincitur. luna nobis altiſsima ſyderibus cunctis inferior eſt, Poëma ego illud iuuenis ſcripſi, audaxq; iuuenta, ut de ſuis Buccolicis ait Maro, uidebar inde aliquid ſcripturus, iamq; incepe-ram quod ſperabam, nec deſpero, altum adeò euaſurum, ut aliud ſibi adiunctum humile ſa tis oſtenderet, & depreſſum. Adde quod ut omnis ceſſet comparatio, multa etiam per ſe accepta, pro uarietate iudicatum, huic alta, illi uidentur humilia, & in Pſalmo ſcriptum eſt: Montes excelſi ceruis Et ſequitur: Petra refugium herinacijs, & talpa terræ ſuperficiem, ubi attingit, altius non aſſurgit. & inter uolucres aquila, ut altum teneat, nubem ſcãdit. pauo tegulas, ſimum gallus. & quid plura. Stylum ego uerò abſoluam, cuius per uicium altitudo eſt, & ſi oporteat, huic nõ inuitus infamiæ ſuccumbam, meo autem iudicio, non oportet, modeſtiore forſan ingenio ſunt, quibus id uiſum ſit, apud me quidem illo in carmine, nihil altius quàm deceat, aut quàm uelim. Tandem uerò amice, aliquando ſi placet, hos obtrectatores noſtros Latinè loquentes aut ſcribentes, aliquid audiamus, & non ſemper in angulis inter mulierculas ac fullones, uulgaria, eructare problemata, his enim Philoſophantur in ſcolis, his in tribunalibus iudicant, ſine iuſtitia aut delectu, quisquis abſens idem reus, nulli hominum differtur, nulli parcitur indefenſo, ueterum & nouorum lacerantur famæ, longis terſa uigiliſs, nomina deformant. ſic graſſantibus adhibe literatum hominem, muti fiant, & Palladia quaſi Gorgon acceſſerit, durãtur in ſilicem, Scribant modo aliquid quæſo, ut & nobis uti ſi libeat, eſſe dentes intelligant. Sed quid poſco non plus ignorantiæ, nec plus inuidiæ quã cautelæ eſt, ſemel prouiſum eſt ab incurſibus ſemper ac latitant, & in hoc ſe doctos arbitrantur, ſi aliſs detrahant, ut cum illo finiam, qui talia multa paſſus eſt Hieronymo. Vale Venetijs. III. Idus Martias.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

In egeſtate & diuitijs uirtuti ac gloriæ locum eſſe.

ADid q̃ de fuga mortis loci q̃ mutatione pridẽ ſcripſeras reſpõdi, q̃ ne miſerrimi loci mutatio, de q̃ mutatione oriẽs perplexitas cauſa fuit, quamuis ad eas tibi literas, uel ſolius famæ præconio ſatisfactum eſſe potuerit, nunciantis me ex illo naufragio elapſum, prono gurgite Venetias petiiſſe, urbem licet ſitu proximam, longè nunc tamen cœli ſalubritate diſtãtem. ſed cum peſtis has uolucres, fugam nullam, fixum q̃ & immobilem finem ſcirem, non id fugæ ſtudio fateor, ſed quietis feci, ad has uerò nouiſsimas, licet de præterito conſultatio non ſit, unum tamen hoc dixerim, conſilium ut opinor optimum elegiſti, tui amicorum ultimus, non fide, ſed tempore ac loco, ſi quid in me momenti poſitum reris, accedo. Ita enim ſentio, Sanctiſsimum illum Patrem, uere q̃ liberalem & urbanum, cui re familiariter notum, lætè audio, Dei nutu expreſſo, ad humanæ excellentiæ ſummum gradum & tibi, & bonis omnibus utilem, ac mundo ſalutiferum aſcendiſſe, quo que inſperatus eò ſanctius. i fœlix, itaq; CHRISTO duce, fœlicior q̃ reuertere. Neq; uerò, tam etſi rerũ labentium contẽptores iure optimo laudẽtur, i dcirco uituperandi ſunt, qui neceſſarijs uſibus illas quærunt, modo id caueant, ne habendi ſtudio iuſtitiam, modeſtiam, pietatem, uerecundiamq; poſt habeant. Quanquam enim Diogenes Cynicus, effracto ad fontem uaſe ligneo naturali poculo contentus, & uerſatili domo habitans, clarus ſit, nihilo tamen obſcurior, aut Democritus inter diuitias multas, aut ex noſtris duo illi, quibus exprobari opes nouimus, Cicero & Anneus quorum alter in Officijs, Nec uerò, inquit, rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda eſt, ſed fugienda ſemper iniuria. alter in eo libro, quo beatam uitam ut potuit figurauit. Deſine, ait, Philoſophis pecuniam interdicere, nemo ſapientiam paupertate damnauit, habebit Philoſophus amplas opes, ſed nulli detractas non alieno ſanguine cruentas, ſiue cuiuſquam iniuria partas. Audis ne ſententiam

Ciceronis Senecæ uerbis expressam, ut opū amplificatio, nō iniurioſa, nec nocua, bono & officioſo uiro ac Philoſopho etiā ſit permiſſa. multa ibi pro ſua & eorū quibus opulentiæ crimen obiectum eſſet, excuſatione diſſeruit. quod ad ſummā rei attinet, Diuitias nego, inquit, bonum eſſe, nam ſi eſſent, bonos facerent, nunc quod apud malos deprehenditur, dici bonum non poteſt, hoc illis nomen nego, cæterū & habendas eſſe, & utiles & magna commoda uitæ afferentes fateor. mitto alia ne diuitiarum quibus parum debeo, niſi forſitā in tranſitu ceu Craſſus alter aut Crœſus, hodie patrocinium uidear ſuſcepiſſe. ſed magis ad noſtros ut ueniam, an ne ideò, quod Franciſci clariſsima ſit paupertas atq; humilitas, diuitiæ atq; honores Ambroſij aut Gregorij minus clari ſunt? quorum alter opulentiſſimæ urbis Epiſcopus, alter Epiſcoporum omniū princeps erat & ut quæq; in genere, nō modo plures inuicem, ſed eundēq; ſibi ipſi conferā, oſtendam? q uolo. Nūquid Plato, nunquid Ariſtoteles, ante petitā ſiue acceptā pecuniā, id enim utriq; conſtat, obiectū quā poſtea fuerant clariores, poteſt nō ignoro humilis aut importuna petitio, claris obeſſe nominibus, nō pecuniæ licet ingentis honeſta poſſeſſio. nūquid ergo aut Virgilius multo auro ditatus à Cæſare fuit obſcurior, quàm dum rure primo depulſus exul, atq; inops Romam peteret? aut Syluester inmēſo Cōſtantini munere minus ſanctus, quam dū pauper, nudus in nemoribus ac cauernis montium habitaret? nocuit ſucceſſoribus ſuis forſitā ea largitas, nocebit. quę. ſibi nil penitus abſtulit ſanctitatis, aut gloriæ. & omnino benè fundatum atq; inſolido radicatum animū, nihil eſt quod loco moueat, cū inter fortunæ lubrica, male hærentē, & leues auræ agitent, & exiguæ moles frangant. Demū ne ſemper philoſophemur in nubibus, ſed è latebris erumpentes, aliquando nos & intelligere ualeamus & intelligi, deſe quidem alij, ut libet apud me optimus uitæ modus eſt, mediocritas. hinc ſi cogar ad extrema deflectere, malim certè diues eſſe quā pauper, de paupertate loquor, anxia ac deformi, quàm triſtis indigentia, & luridæ præmunt ſordes. Nam ut paupertate ſi facilis atq; honeſta cōtigerit, nihil eſt dulcius, ſic ultima nil moleſtius egeſtate, unam excipio. quæ propter CHRISTI nomen aſſumpta eſſet. quod ſolum ita ſuperandis difficultatibus, leniendiſq; moleſtijs, & leuandis oneribus, & leuigandis ualet aſperitatibus, ut abſq; illo omnis Philoſophorum labor, quaſi inanis ac ſterilis, nitor oculos iuuet, non pellat eſuriem. Poſtremò hæc nodi huius reſolutio breuis ſit, diuitias nec ardētius appetendas, nec inſolentius reſpuendas, eas denique nec laudandas, nec uituperandas quidem, ſed ut ſapientibus placet, inter indifferentia numerandas. idem planè de paupertate cenſeo, huius autem atq; illarum uſum laude ſeu uituperio dignum eſſe. nulla tu nunc igitur ambitionis infamiam uereare. non eſt ambitio, nec cupiditas quidem ulla, non dicam fortunæ ut uulgus, ſed Dei dona lætè ſi offerantur admittere, tranquillæ ſi auferantur amittere gratè ac ſobriè illis uti æquanimiter carere, ſic ut rebus tuis, omnibus ſeu proſperis ſeu aduerſis idem animus, iſq; inuictus, infra ſe poſitis, pari uertice ſemper emineant. Sanè quod te Pont. max. meis literis cōmendari poſtulas, amoris id potius quàm indicij tui eſt. ita enim de me ſentis, ut mea tibi omnia profutura confidas, quod ſi & ego de me crederem, non grauarer tali amico, tanta modeſtia deprecanti, paucas literulas donare, qui tàm multas ſæpe uel ſcribendi impetu, uel ingratorū importunitate proiecerim. Sed mihi crede, nō ſimplicitas modo, quæ haud inuiſa eſt bonis, ſed amentia ſeu temeritas uocabitur, ſi apud tantum patrem, tàm puſillus, & tam bene meritò, tàm dignus, inſuper & ignotus commendator acceſſero. Nec ſim dubius, & ſi pro hoc quoq; tibi errore gratias agam, non tibi iuditium fore, aliud quàm mihi, ſi ſepoſito, parumper amantium uelo, quod me maguum aliquid in tuo facit examine, rem ipſam inſtiteris cogitare. quin tu potius cum ad ſacros pedes acceſſeris, ſi dignum ducis, nec in tanta luce fuſci nominis pudet, qualem tibi uidebitur, mei memoriam habeto, quāuis enim non tantū facie, ut & tibi, ſed prorſus illi ut noſcis incognitus. & me tamen inſtuporem egit, & ſæpè per hos dies, & nouiſsime heri ad ueſperā præferuidis meorū literis habui, uelle Pōtificem ac iubere, ut ad ſe ueniam, idq; confeſtim. magna quidē & magnos forſitan, motum animos ſpe iniecta, fama ut putant mei aliqua, ſed falluntur, immò uerò ſola Dei

Dei clementia, quæ immeritū ſpontè proſequitur id agente. Et fatebor tibi me, ſi tanti facerem, ut CHRISTI uicarius conſpectum meum poſſet optare, iam nunc iter arripuiſſem, non meis tantùm aut equi pedibus, ſed lectica, ſi res cogeret ac nauigio perferendus, Deum teſtor, non tam Papatum eius cogitans, quàm uirtutem, de qua multa, uel tuis, uel exterius, quas dixi meorum literis, uel communi undiq; proborum ac ueracium hominum relatione percipio. in quibus illud eximium, bonos amat, quorum licet è numero nō ſim, ut cuiq; tamen iſs annumerari, tanto præſertim extimatore, delectaret. nunc niſi fallor augurio, ad laborem uocor, honorificum non dubitem, & ſi ea cura me tangeret, etiam fructuoſum, ſed ætati meæ iam, & exoptato ſemper ocio aduerſum nimis. Vale. &c.

Fran. Petrarcha Franciſco Bruno, S.

Quanti laboris & periculi ſit ſcribere, ſcribendum tamen, & qualiter.

QVāta uis eſſet eloquij, lepore ſimul & ratione conditi, atq; hinc uerbis, hinc ſententijs affluentis, ſæpe re cognitum atq; compertum eſt. nūquam Milonis aut Herculis tā fortia brachia, quin Ciceronis eſſet aut Demoſthenis lingua potentior, illi quidem magno niſu, molem forte aliquam, pondus ignobile, hi uero animos mouebant, rem nobiliſsimam, penitusq; mutabilem ac diuinam. hæc in mentem ut nunc redeant, tu facis. cœpi ego literis tuis, uix perlectis, magna uelut aliqua ui compulſus, uariè ac uehementer in diuerſum agi, ſic ut tibi mirum dictu, ſimul & comparer & congauderem. gaudeo equidem, quo pergebas te incolumen peruenisſe, qualemq́ue optabas ac ſperabas, Apoſtolicam clementiam inueniſſe, nihil durius, nihil amarius ſpe caduca, illius nempè manſuetudinis, morumq; ſuauium, & cōuerſationis angelicæ, præterquàm quòd tuis multorū q́ue mihi literis fides ſit, certum iam ante præſagium fecerat, urbani nomen. apud me enim appellatio ſpontè ſuſcepta, iudex eſt animi, teſtis propoſiti, optimam ſane Deoq; & hominibus gratam uiam elegit, quæq; eum ad fœlicem portum neceſſariò perductura eſt, uiam licet multis incognitam ac neglectam, ſibi tamen & ſuo ſtatui maxime debitam, quamuis enim Rom. Pont. nil altius, nil clarius, nil uenerabilius, immò uerò nihil illi par habeat orbis terræ, ipſe tamen tanto euectus honore tantoq; oneri ſubiectus, cum fideli reuerentia ac ſtupore debet humanitate ac pietate contemnere, aliquantoq; niſi fallor, & mitior & humilior eſſe quàm fuerat. mirum hoc multis fortaſsè uidebitur, qui leui qualibet proſperitate ſuperbiunt, ac non ſibi, qui meminit, ut res docet, ſed illius in terris uicem gerere, qui ait: Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. indecorum eſt quidem, atque abſonum, humilis domini uicarium ſuperbire. huius ego igitur argumentum maius, nec poſtulo nec expecto quam quòd mihi tu ſcribis, & loquitur fama. nam quod certius quæſo, inuicti & inſolido fundati animi ſignum quæras, quàm neque fortunæ nimis deiſci, neque blanditijs attolli. aut unde altius poſcas experimentum, quàm quo nihil eſt altius, equidem quem ſupremus humani faſtigij uertex immotū uidit, nulla amplius res mouebit, ò bene creatum ſpiritum, quem iſta non quatiunt. Fœlix ille his moribus, fœlix mundus hoc capite, fœlix tu hoc domino, ita dico, & ille fœlicior his moribus, q̄ hoc ſtatu, & tu hoc domino, quā libertate fœlicior. Eſt ubi libertas labor, eſt ubi regnum ſeruitus, eſt ubi ſeruitus regnum ſit, proinde & fortunæ tuæ gratulor, & gloriæ, ſi cōpatior labori. Benè autem ſeres habet, ualida eſt ætas, meritorius ac præclarus labor, extimator optimus, quo nil optabilius, ingenijs bonis, atque ad alta ſurgentibus. ſub hoc ergo Deo auſpice, quicquid erit obibis alacriter, indefeſſe, uiriliter, memorans illud Flacci:

Nil ſine magno uita labore dedit,

Vt es fidei abūdans, dexter animi, nihil acceſſu arduum inuenies, nihil executione difficile, montes etiam fides transfert, & ualdè uolentibus omnia plana ſunt. non tu artis eges, nec ingenij, ſi quid inſuetum nouitas feret, animi illud forcipe rapies, & in uſum trahes, tua incude repercuſſum, tuis iniectum recoctum q́ue fornacibus, tuum fiet, idq; non ſolum tale, ſed melius. An ignoras ut ex eadem maſſa Phidias aliam cudebat imaginem, aliā Praxiteles, aliam Liſyppus, aliam Polycletus. incipe ne diffidas, & ueteribus noua permiſce, ſi id ri-

tè feceris, suum pretium inuenient. Friuolũ est soli senio fidere. & qui hæc inuenerunt homines erant. Si uirorum uestigijs deterremur, pudeat, primas partes huius laudis fœminæ occupant, harum quibus utimur literarum inuentrix mulier fuit, nec nos moueat tritum illud ac uulgare, nihil nouum esse uel dici posse, postquam id Salomon atq; Terentius scripsêre, quàm illustrata philosophia est quàm elimata poëmata, quanta historiæ lux addita. quot inuentæ artes, quot diuersis in gẽtibus leges latæ. quis humanæ uitæ cultus accessit q; rerũ exercitiũ; quãta notitia diuinorũ. nil tam cultum nilq; adeò cumulatũ, cui nõ aliqd addi queat. assurgere & enitere, ut uoluptas ægri, sic fortis saniq; animi cibus est labor. primum solus in silentio meditare, meditata claustris abde memoriæ, seriscp constringito, tacitusq; eadem intentus quę circuito, atq; incorruptus examina. inde oris ad lumen, & ad calamum nullo adhuc teste pedetentim prodeant, uicissimq; subsistant, deliberantibus quę similia & dubitare uideantur & fidere. Dubitatio circumspectam, cautam, sobriam, ac modestam reddet orationem, fiducia uerò lætam, uberem, magnificam, speciosam. Vbi sanè conceptus in uerba, siue in literas cõtinuæ lectionis eruperint, sic præferantur ut te audias, non quasi conditor sed iudex, aurem atque animum in consilium uocat, & cogita quid dicturus fueris, si tuus hostis illa dictasset. quid scis, an tua hæc ad manus hostium sint uentura? quorum inquies? inuidorum, qui uirtuti bellum perpetuum indixêre. quis quis paulò altius niti ceperit, multos hostes inueniet, non eodem modo nitentium, ex acie, sed torpentium quoque, quod miraberis, humiq; iacentium, immò quidem horum maximè. Nullum uitium pigrius inuidiæ est, nimis ferè depressisque pectoribus habitat, gaudij nescia lucis hostis. Vides quantum cum labore periculum sit scribere, sed scribendum tamen, ne ut lupus rusticum, sic nos raucos fecisse inuidia uideatur. ad scribẽdum ita, ut qui nostra mò morderint, solida, feruida, hispida, dura, atque hirsuta reperiant, & dentibus fractis, intelligant uerum dixisse, qui dixerit, inuidos homines nihil aliud, quàm ipsorum esse tormenta, eamq; non rapidam, iuuenilem, sed maturam uerecq; regiam fuisse sententiam fateantur. id quę fœlicius assequemur si recti, si ueri, seuericq; iudices nostrarum inuentionum erimus, nihil minus in illis cogitantes quàm auctorem, nihil amantes minus quàm quod nostræ sint. neque enim, ut deformis filius atq; incultus, amabilis, qui à filius est, sic stylus quoq; quia noster, in quo non cuius, sed quis ipse sit quæritur, quæ in illo ueritas, quæ grauitas, qs ornatus. ubi illud acerrimè prouidendum, ne quis te uerbi huius, aut illius splendor, ne quã tuæ uel alienæ uocis fallat illecebra. in quorundam oré nil nõ dulce sonuerit, alterius ad os transfer, alio fuisse tibi uideris ingeniõ. optanda dictantibus, lingua suauior, sed asperior metuenda, ut semper placeas ad sententias respice, quæ si aptè, si nobiles, si decorè runt, & unde etiam delectabunt, & facile uestientur. multa utranque in partem poteris ni desperes, hæc tu solus, aut cum paucis primum dehinc pluſculos adhibe liberos, nõ tàm tui quàm ueri amicos, quanquam si amici fuerint non fortunæ, nil nisi fideliter consulturi sint. sic sensim domi horridula, post in lucẽ tersa peruenient, id cũ semel atq; iterũ feceris, indies minui senties laborem, donec re in habitum uersa, non iam labor, delectatio in actu non te amice sed meipsum doceo, teq; alloquens me moneo, mecq; audiens disco, dabis ueniam longus sum. Experientia, inquit, Aristoteles artem fecit. id quę enim uerè dicere nulla artium neget, hæc præsertim quam sub oculis habeo, nauticam artẽ dico. quæ prima post iustitiam, huic magnæ urbi in quam nuper procellas mundi fugiens commigraui, tantùm & tàm multiplex incrementum attulit. Meministi enim quanto cum sonitu, & Græcorum & nostrorum uatum nauis olim rudis atque unica, sed onusta semideis, ut fama est. Thessalicis digressa littoribus, per uicinas ac propè contiguas Hellesponti fauces, angustam quę Propontidem ac Thracium Bosphorum horribilia nomina, æquor Euxinum ingressa, magna uel gloriæ spe, uel lucri, quasi alium orbem Colchon adijt, plausuq; omnium gentium & immortali præconio dignum fuit, Phasidos alueum attigisse, ô rem nouam, incipiebat experientia artem facere, sed adhuc in cunabulis ars iacebat, creuit inde adeò, ut non immeritò dictum putes, patrẽ maiorem ex Thetide nasciturum. quod & si in cunctis euenerit, in nulla tamen apertius. Ecce nunc Italo de littore naues imminere funem soluunt,

nem soluunt, pars pridem hyeme rigida, pars hodie dum adhuc uer ambiguum brumæque similis quàm æstati. illæ ad ortum solis, ad occasum aliæ; pars in Boreã, pars in Austrum, Hespericas Syrtes adituræ, illæ occiduum mundi limite Gades & Calpem à tergo, illæ duos Bosphoros & Celchon & Phasidem relicturæ, non aureæ ouis, ut quondam trahente miraculo, sed hortante auro, tamen & urgente, ut per tot casus, totq; terrarum pelagicq; discrimina, hinc uina nostra Britannis, illinc nostra insuper mella Scythis; in poculũ deuehantur, hinc nostræ syluæ quod uix credas ad Achæos aut Aegyptios. illic ad Syros & Armenios, ad Persas & Arabes noster crocus, nostrum oleum, nostra lina perueniant, uicissim qúe inde aliquid huc redeat. Cogam te una hora uigilare mecum, nempè dum tibi somno grauis hæc scriberem, intempesta nox erat, nimbosus aër, cunq; ad hunc locum fessus calamus peruenisset, tantus subitò nautarum clamor aures perculit, cõsurgens, signo quod assolet memoriæ impresso superiorem in partem domus euaderem, quæ portui imminet, respicio, Deus bone, quod spectaculũ. quis horror, pius, tremendus, delectabilis? hic ante ostium littoreo marmori retinaculis hærentes aliquot naues, hybernauerant, hanc ipsam quã meis usibus dedicauit libera & liberalis hæc ciuitas, ingẽtẽ domũ, molæ æquãtes ac geminas angulares turres, nimis insigniter ueliferi mali uertice supergressæ, harum maxima, hac præsenti hora, nubibus astra tegentibus, uẽtis muros ac tecta quassantibus, mari quod dam tartareum mugiente, iter arripit, faustum precor, crede autem mihi, si hanc Iason uideat, aut Alcides uehementer obstupeant, si Tiphys ad clauum sedeat, erubescat tantùm sibi de nihilo partum nomen. Diceres non nauis illã esse, sed montis pelago natantis effigiem, cum fasce tamẽ pressa grauissimo, bona pars uteri fluctibus tegeretur. & ipsa quidem Tanaim it uisura, nostri enim maris nauigatio, ultrà non tenditur, eorum uerò aliqui, quos hæc fert, illic iter eã egressuri, nec antea substituri, quam Gangem & caucaso superato, ad Indos atq; extremos Seres & orientalem peruenìatur Oceanum. en quo ardens & inexplebilis habendi sitis, hominum mentes rapit? misertus sum, fateor nec immeritò à Poëtis dici, nautas miseros, intellexi, quos cum iam per tenebras sequi oculis non possem, concussus animo ad calamum redij, hoc unum tacitus mecum uoluẽs, heu quàm chara simulqúe quàm uilis est uita mortalibus. Ecce amice fabulam peregi, non necessariam epistolæ, sed iocundam mihi, quam quæsitam minimè res ac tempus obtulerant, ad id uerò respicit, quod dicere ceperam, Experientia siquidem artem facit, usus autem artem gignit, nutrit, ac perficit, uerumqúe fit quod Affranius opinatur, rerum sapientiam, usus ac memoriæ filiam, uerba tenes,

Vsus me genuit, mater peperit memoria.
Sophiam uocant me Graij, uos sapientiam,

hæc horum q; similia cogitasse uidetur Augustinus, ubi artem rerum expertarum, placitarumqúe memoriam diffiniuit. & tu igitur experire, idqúe tam sæpè, ut quod fuit experientia, usus sit, hoc plena memoria, mox tibi pulcherrimam sobolem, facilitatem actionis, fiduciam, delectationem gloriamqúe pepererit. & licet fortasis interdum, quod in talibus ut molestissimum, sic commune est, plebeiorum ingeniorum turba circumstrepat, facilè cũ tanto sub iudice murmur inane despicies, uirtute ac doctrina & studio inuidiam extincturus, sed iam finem poscunt graues oculi, fessa manus, hora noctis ad soporiferam uergentis aurorã, quem sola insomnis, nec dum hoc colloquio satiata mens refugit. hæc me, ut ad quod modo respondeam adigit, quod scripsisti esse nonnullos, apud uos, qui non de te tantùm, sed de me etiam, deqúe meo iudicent ingenio. noli precor indignari, noli obniti, noli operam perdere, hostes tibi quæsieris, nec eosdem mihi ideò dempseris, sed irritaueris amplius atque flammaueris, fatalis hæc mihi, si dici fas & antiqua est pestis, Multi de me iudicant, quos nec noui, nec noscere quidem uolui, nec nosci dignos arbitror, & quis eos rerũ iudices mearum fecerit, non inficior me mirari. neque uerò magis istinc, quàm communi patria nostrisq; conciuibus id patior, iudicibus tàm certis ac iustis, utinam quàm uelocibus ac securis. nescio autem, huic generi, unde hoc propriũ atq; affixum, ut ad iudicandum, eò

quisque sit audacior promptiorque, quò indoctior, seu qꝑ paucorũ notitia, multa uetet aspicere, & uacuitas animorum, illos efficiat leuiores, atque ita cum breuior, cum celerior ad ferendam sententiam sit processus, seu quod in hac hominum fama, cuius tenue licet fluxũque negotium, multis ac uarijs artibus præcipuis, tamen armis ac literis agitur, idẽ quod in rebus ferè cunctis eueniat, ut is semper ad aliena rapiendũ uastandumque sit pronior, qui proprium nihil habet, quod eripi ualeat aut uastari. cæterùm ciuilis illa procacitas, ingentẽ mihi nuper epistolam extorsit, hanc externam, ob illius reuerentiam, cuius canibus ne dicã familiaribus, deferendum est, tacitus feram, non modò dum ludit, sed si sæuiat. & sanè tolerare equis animis decet omnium iuditia, nam ut iustè respuere superbia est, sic mollicies in iusta metuere. non solet mendacium esse longæuum, & sæpè multo studio conficta reprehensio, in magnam reprehensi laudem, & reprehensoris infamiam uersa est. tegi potest uerũ lumẽ, sed extingui nequit, uiuit enim dum extinctũ creditur, perq; obiectas nubes in expectatum iubar erumpit. quamobrem, & si interdum subiascar ac stomacher, fastidioque mihi non exiguo sit, tot talesque tamq; non meos iudices pati, ad summam tamen nullum iudicẽ, præter inuidiam atque odium recuso. Restat ad ultimũ, ut te horter quicquid ages quamuis nimium tibiq; notissimũ, ne unquam uiribus tuis fidas, sed ex alto poscas & speres auxilium. pia & humilis terrenæ fragilitatis extimatio, iugisq; memoria diuinam opem ac robur cœleste merebitur. nullum hoc artificio certius ad res agẽdas, nullum efficacius, hoc fidele consilium amici senioris amplectere, & Vale nostri memor Venetijs v. Idus Aprilis.

Fran. Petrarcha Lelio suo, S.

Quid sit peius, an sua scriptoribus eripere, an aliena iungere.

QVid adulantium mendacijs est opus, quando neq; ijs obscura ingenia illustrantur, neq; clara tali indigent auxilio, quo in gesto potius offenduntur quàm iuuentur. extenuat nẽpè, non cumulat laudati gloriam, laudator mẽdax, falsique suspitionem ueris laudibus incutit. non sum ex hoc quidem numero, fateor, sed quisquis sim, de me mihi loqui expedit, cogit enim res ipsa. Scribis te uidisse opuscula nuper aliquot, quædam quoq; uulgaria, meo nomine inscripta, quorum mihi principia misisti, tantũq; de singulis ut intelligerim mea ne essent an alterius, laudo diligentiam, ambiguitatẽ miror. ego enim subitò ijs cõspectis, non tantum intellexi mea non esse, sed indolui, sed erubui, sed obstupui, potuisse illa, uel mea uideri alijs, uel te dubium tenuisse. qui hæc ergo mihi tribuunt bis iniurij sunt, & authorem suo spoliant, & me prægrauant nõ meo. si de quo peius mereantur, queritur, subdifficile iuditium, atsi de quoquã illustrium quereretur palàm est offendi magis, cui datur tale aliquid inuitò, quàm cui aufertur. cui de suo enim eripueris, non plus famæ dẽpseris, quàm quod scriptũ illud, quicquid id erat peperisse potuerat, cui uerò alienum attribueris, immortalem facilè conflaris infamiam, atq; feceris ut quæcũque benè dixerit fortuna iudicentur, longè sanè est aliud laudis ignominiæ cumulus, illam despiciet Vir magnus, hunc oderit. Ego quidẽ, quãuis & speratæ modicum & quæsitæ gloriæ nihil sit, malim tamen huiusce generis rapinis, in unum quã uno tali munere crescere, & si quid est proprij decoris oculi, quàm aliena deformia ori meo imprimi, atque affigi cui satis superq; ue nimiũ sit suorũ. Multa quidã auferre mihi, ne qcquã nixi sunt, quæso, nõ sunt potẽtiores in hac iniuriæ partẽ, quã in altera, neq; largiendo impleant quod nequeunt rapiendo, dic constanti animo uultuque, mea non esse quæ feruntur, meq; meis pressum, aliena respuere. est autem nõ sum nescius, uetus hæc iniuria, multisq; olim magnis ingenijs, uel errore, uel amore, uel odio inflicta. quàm multa tribuuntur Aristoteli, quorum innocens ille est? Senecæ libellus, nolenti non dubitem, datus est, cuius Titulus est De quatuor uirtutib. omne uulgus opusculum illud auidissimè legit, ac Senecæ libris interserit, inque eo quod Seneca nunquam uidit, Senecam prædicant, miranturq;. sunt qui inter ipsius Senecæ libros omnes, hunc maximè dili-

ximè diligant, quippè illorum maximè ingenijs conforme. nam reuera, & Senæcæ inuito, ac si liceat reiecturo, in adeptionem uenerit, naturaliter non suus, adhuc tamen uulgò, quã doctis est gratior, quanquam plerisque etiam doctiorum, iam errori succumbente uero hocipsum, quod loquor ignotum sit, iamque cum uulgò de authore sentiant, de opere autem ipso consentire uulgo nequeant, illud uel præferenti melioribus, uel æquanti, cui quidem ego, ipse non detraho, sed his importunis ac loquacibus scholasticis, omnia prorsus nulla lege miscentibus subiascor. nam is quidem liber Martini cuiusdam est Episcopi, ad Myronem quendam regem, ab authore suo inscriptus, formula uitæ honestæ. quæ omnia non libenter, errantibus, breui quadam præfatiuncula dicti operis pridem nostris ex libris abolita, per Bibliothecas autem Galliarum ubi scriptum creditur, adhuc stante noscũtur. isti uerò into pem scriptorem, & hoc forsan unico gloriantem, suo spoliant, ut diuitem & rebus onustum suis, onerent alieno, neque hoc contenti, sua sibi quoque bis ingerunt, quod in libro de Moribus ac prouerbijs obseruatum est, qui libri Senecæ dicuntur, cum in eis nihil ille peccauerit, nisi quod in alijs sparsim scripsit, unde illa decerperentur, ex multis unũ in locũ importunius aceruanda. raro quidẽ ille, nisi de moribus agit, & sententiæ breues ac præcisæ, quibus ante alios abundat, quid nisi prouerbia quædam sunt, neque ideò tamen ex bene distinctis aptecq; dispositis, hæc suorum confusio sequi debuit, neq; his raptus alienorum, quasi indignum esset, ut pauper ille Martinus, de uirtutibus quarum cultor esse potuit, & fortasis fuit, aliquid cogitaret ac scriberet, sed referri ad unum omnia etiam mendacio, oporteret, ne uirtus atq; honestas subiectum esse posset alterius, cum sit omniũ mortalium, & Platonis ante alios, atque Aristotelis, & ex nostris M. Tullij, ad quem nominatim M. Bruti liber est de Virtute clarissimus, cuius & Seneca ipse suis in libris meminit. quantò ergo melius fuerat, eiusdem Senecæ contra superstitiones, nisi me gustus fallit egregium opus, uel perditum quærere, uel ne perderetur occurrere, & de Consolatione ad Polybium ut in multis uoluminibus animaduerti, & correxi non quidem perditum, sed permixtum cum eo, qui de breuitate Vitæ inscribitur, in apertum educere ut non unus, sed Duo Libri, sicut sunt ita & uiderentur, & non dicam liber, sed libri titulus non periret. quæres tardiusculis lectoribus sæpè non paruæ caliginis causam dedit. multa Origeni tribui fama est, famæ usq; etiam ad discrimen, quædam Augustino egoipse, in magno quodã uetusto, cq; uolumine, quod Ambrosiana Mediolanẽsis habet ecclesia, ubi scriptorum Ambrosij bona pars est, librum styli alterius Ambrosio datum uidi. quæ me res, dum Solitariæ uitæ libros scriberem, paulò minus circunuenit. sensi demum Palladij esse non Ambrosij, multa sunt huiusmodi. Ciceroni ac Virgilio tale nihil accidisse scio propter inaccessibile, credo, semperq; unum styli genus. Librum cuius nomen est de Vetula, dant Nasoni, mirum, cui uel cur cuiquam id in mentem uenerit, nisi hoc fortasse lenocinio clari nominis obscuro, fama operi quæritur, & qd uulgo fit, ut gallinis pauonũ oua subijciãt. id ab istis in contrarium uertitur sperantibus, ut generosus superincubitor uilia oua nobiliter, atq; ita eueniisset, potest consentientibus ipsis authoribus sua plus opera quàm suum nomen amantibus. quod si credimus, miraculo res non uacat, cum scriptorum parti maximè prima nominis ætate ac præcipua cura sit. mihi quidem ut ad rem reuertar, nulla de alio, nulla alij de me, ut arbitror talis est spes. nemo mihi mea igitur eripiat, nemo mihi uel sua uel aliena ingerat, hoc precor, hæc summa est, si alterutro laborandum sit, spoliari feram æquius quàm premi. Vale.

Fran. Petrarcha Lelio suo, S.

De silentio utili & damnoso.

BOnum censeo si fieri possit in libertate uiuere, nulli obnoxium aut subiectũ, nisi charitatis legibus, bonum dixi, cum sit optimũ, quo nil melius habet hominum uita, nulla igitur opum spes. nullus auri pallor, nullus purpuræ aut gemmarum fulgor, nullus ex diuerso squalor inopiæ, nulla uictus asperitas hinc animum dimoueat. melior multò est paupertas libera, quàm seruæ diuitiæ. neq; uerò libertatem si accipio, ut turpi marcesca-

mus ocio, sed ut spōte nō coacti, nō labores gratos dicimus, sed honestos nobis, utiles patriæ subeamus, & Ciceronianum illud in Oratore: Mihi enim liber esse non uidetur, qui non aliquando nihil agit. Sic accipio, ut nihil agat occupatorum more, qui duri stimulis urgentur imperij. sed sæpe ociosus exterius, cum alijs nihil, secum intus semper agat aliquid, omninò enim nihil agere, non liberi sed inertis est. si autem, quoniam, ut ait pastor Maroneus,

fors omnia uersat.

Prorsus alieno sub imperio uiuendum est, quod tibi nunc, mihi olim, multisq; sæpè uiris maximis ad tēpus necessariū, uis fortunæ, seu uolūtas potius Dei fecit, multa cauenda, multa undique prouidenda erunt, de quibus modo agere, nec tempus patitur, nec res poscit. Duo maximè propria tuæ conditionis attingam, primum ut sileas, ne sileas secundum. miraris, dicam clarius. eras olim Romæ, communem illum dominum secutus, qui tàm citò nos in hac miseriarum ualle destituit, dum querulam illam ex Gallijs epistolam misi, quanta esset silentij religio apud Persas, inter multam disserui, cuius si meministi, ut meārum soles rerum omnium, non est opus pluribus, nisi ut scias omnes hac in re dominos Persas esse, nec dominos tantum, sed amicos; quibus non idcircò minor fides debita est, quod uiolatæ fidei minus prompta sit ultio, decus namq; non pœnam uirtus liberat, neq; lentius præstat, quod impunè negligitur, quàm quod neglectum plectitur. ultrò enim agit, & ut Tullij uerbo ūtar, suis animum trahit illecebris, ipsa sibi præmium, ut Philosophis placet, nostri enim altius aspiciunt, suppliciū est peccasse. siquidem uiro bono, nulla peccato grauior pœna est, cui nil detrahit, multum addit impunitas, mauult certè Vir bonus innocens torqueri, uel si ita res tulerit mori, quàm nocens uiuere ac regnare. Sed quoniam de dominis sermo est, quamuis rari boni, crebriq; mali sint, quamuis ut certumest, plures malos seruos, quàm dominos esse, sic incertum, pauciores ne boni domini sint, an serui. si cui tamen horum qualiumcunq; dominorū, te tua fors subdidit, si quidem talis est seruitus, qua dominus maior offenditur, & libera iugū contumatia discute, neu quid hinc sequitus, qua dominus maior offenditur, & libera iugū contumatia discute, neu quid hinc sequi possit examina, an paupertas, an exilium, an carcer, an suppliciū, an mors: nihil enim non utilissimum atq; optimum uideri debet, quo pessimam rerum iram Dei fugias, sin tolerabilis, licet dura conditio est, perfer, et donec omnium dominus de te aliud statuit, eius iussu à quo omnis est potestas, te illi quisquis est, domino subditū puta. Illi cum in cæteris, tum præsertim, in hoc uno de quo loco loquor deditus, inconcussam suis in rebus, semper sacri silentij fidem serua, quàm non tibi blanditiæ, non minæ, non impetus, non ira, nō ebrietas, non spes, non metus, nō tortor excutiat, & de primo quidem hactenus. alterum erat ut sicut omne domini teneas secretum, sic in dominū secreti nihil quod non statim pandas, inque illius notitiam perducas, omnis periculosa cunctatio atq; suspecta est, neque excusat innocentia tarditatem. est ubi non sufficit innocentem esse, nunquam plurium reus, unius solutione se liberat, multæ de hoc in manibus nostrum temporum historiæ sunt, sed clariora profundius animo illabuntur, & prætérea nouis, auctoritatem atque obscuris lucem dare difficile est, itaq; uetus una sufficerit, & exempli satis unus fuerit Alexander, neq; notissimum casum narro, Philotæ illius, qui ut Macedo clarus uir, in q; illo exercitu, primi loci, ad eum diem habitus, semper quod nunciatam sibi regis mortem tacuisset, ultimo supplitio affectus est; neq; eum tam mœstis euentib. aut propria uirtus, rerūq; à se gestarū recordatio aut paternæ gloriæ fulgor eripuit. is enim nō suppressor modò coniurationis in Regē, sed conscius usus ac particeps, nō silentij, neq; desidiæ, sed consilij atque perfidiæ pœnas luit. Si senes autem Persa quidam Philippo primum, mox cum filio militans, æque illi charus, ac patri fuerat, ad hunc quasi compatriotam, & ob id pro patria memorandum aliquid au futurum, literæ prætoris Darij Persarum regis inuentæ, atque ad Alexandrum primo delatæ erant, in ijs se senem Prætor hortabatur, ut insigni aliquo magnificoque facinore, gloriam sibi, suiq; regis gratiam mereretur, eas cum legisset Alexander, ignoto signatas anulo, ipsi cui inscriptæ erant, per Cretensem quendam militem dari fecit, quibus ille perlectis, homo fidus atque innocens, illicò perrexit ad regem literas ostensurus, quem

quem cum curis atque consilijs bellicis occupatissimum inuenisset, substitit ambiguus animi, an cogitatibus regijs nouæ rei intempestiuus nunciator irriperet, an differret donec uacuo illum animo uidisset, demum reuerentia pestifera differendum ratus, illo die tacuit. reuersus in crastinum eodem in statu regem repperit, & benè sibi conscius, & ob eā rem ut nil regi, sic nil sibi metuens, nec periculum dilationis intelligens, iterum tacitus abijt. interhas morulas, cum sæpè idem faceret, complusculi fluxerunt dies, quo in suspitionē præceps animi rex adductus, innoxium dilatorem iussit interfici. utramque historiam apud Q. Curtium inuenies, quarum prima fidem seruare, quod natura insitum debet esse, secunda uerò moras pellere fidei monemur, ne quis inter pericula dominorum expectandum censeat, cum uitæ necisq; hominum causas afferre, non horæ tantum soleant, sed momenta, & sæpè debitam dolo pœnam tarditas occupet. Vale &c.

Fran. Petrarcha Roberto comiti de Batifolle, S.

Incogniti amicitiam ambit.

ET tui nominis claritas inclyte Vir, & amici communis charitas me cogit, ut hunc calamum aliò tendentem ad te sola, mihi notum fama, quod non soleo tantisper inflectere, multa quidē & magnifica & iocunda de te, tuisq; studijs, & moribus, audio, pro quibus tibi patriæq; tuæ gratulor, nemo mihi unquam loca syluestria seu deserta dixerit, ubi tales oriantur uiri, qualium urbes magnæ steriles, atq; effetæ sunt. Gratulor aërijs atque umbrosis & roscidis Apennini collibus, qui te nostræ tulerint ætati, sed ut uerum fatear, illos tibi teq; illis inuideo, tuisq; simul & illorum desiderio teneor rapiorq;. te mihi quidem uirtus animi, illos loci situs reddit optabiles, & quod ortus meus, quamuis impari sydere ijsdem quoque uicinus est collibus. at quoniam occupatio uotis obstat, tu me istinc, siquis tàm paruæ rei usus est, iure tuo utere, meq; si non prorsus indignus uideor, habeto ibi animo præsente, inter opaca montium conuexa, & patrij amnis herbosam ripam, thorosque gramineos, nec dum malis urbium moribus infecti, gurgitis alueum, inter densas & uirides syluas testudines, frondea submouentes solem, inter riuos fontesq; prægelidos, leonis rabiem temperātes. ego te hic inter aurata palatia, ac tēpla marmorea, inter Patauina Tarusinaq; flumina sinūq; intimum maris Adriaci præsentissimum habeo. Vale fœlix, cōdisce etiam non uisa diligere. Venetijs IX. Calend. Augusti.

Fran. Petrarcha Roberto comiti de Bentifolle, S.

Patriam cur non inhabitet.

SPem de te concepta Vir clarissime, miris mihi modis auxit Epistolæ tuæ stylus, nempè quem militariter eruditum alijs crediderim, anxiè doctum, mihi iam credo, sic Philosophicis ac Poëticis cuncta ibi plena sunt floribus, quid ni ergo, magis magisque tibi gratuler, ac patriæ regiq; montium Apennino ingenia parienti, & suis uberiora fontibus, & suis uiridiora frondibus, & suis uerticibus altiora? scribere tibi, fateor, hæsitabundus inceperam, non quòd usquam omnino aliquid bonorum atque illustrium familiaritate dulcius habeam in uita, sed ueritus, dum fortunam, dumq; ætatem tuam cogito, te ab his publice iam desertis studijs abhorrentem, nec satis aut famæ fisus, multa mentiri solitæ, aut amantis iuditio, quod antiquo prouerbio cæcitatis arguitur. Ecce iam cui scribam scio, itaq; securus atq; alacer scribo, nec uerba perdere metuens, quæ apud Nasonem leuis iactura, sed apud silentij auidos grauis est, immò uerò magnum gratumq; de tuis responsionibus, tuisq; colloquijs lucrum sperans. Sanè quæ de mei desiderio, decq; expectatione non tua tantum, sed locorum dulcisonis atque honestis blanditijs multa dixisti, uera esse no dubitem facit, hoc non meæ uirtutis illius, sed tuæ nobilitatis extimatio. proinde si per occupationes aliquando licuerit, tuum hoc recens. simulq; meum uetus desiderium, ut impleam dabo operam. quod sequitur libētius tacuissem. Nam amariusculum gustu est, sed nihil uiri talis ore prolatum, negligi fas reor. ad admirationem igitur illam tuam, quæ sæpè

multorum fuit, quid ita patriam fugiam deseramq́, uno breui, sed è medio cordis erumpente suspirio respondisse uelim. ô patriæ uenerator, & quando ita uis amator mei ignotiq́e cultor hominis. non ego illam, sed me illa deseruit, quem & aliquando complecti uisa est. & si gloriari humiliter tecum sinis, non tantùm urbes Italæ sed transalpinæ etiam barbaricæq́e, nunc maximè precibus irritis euocãt & expectant, non quod ego sic merear, no sco me, sed quia id mihi cœlitus datum est. quo unò forsan inutili & uentoso bono, multa ut possum uariarum rerum soler incommoda. Vale, & ignosce uaniloquio, non hoc dicere uolui, sed coẽgit dolor, mœstam sarcinam fidẽter in amica aure deposui. Patauí VIII. Idus Octobris.

Fran. Petrarcha prior Camaldulensi, S.

PRo benigna illa, & plena ueræ charitatis epistola, in qua quidem illa scripsisti, nõ quæ ego audire, sed quæ tu loqui & scribere dignus eras, meritas grates ago, ad laborẽ ueniendi ad me, ut tuam me ad hæremum ducas, quem tua sibi sumit humilitas, quia nec tibi conueniens, nec debitus mihi est, acceptum habeo, & perinde apud me est, ac si ueneris, ue nisti enim meliore tui parte, non dubito uenturus totus, nisi obstarem. mihi autem satis est, sic ueniam, sic affectum talis uiri animum reperire, inter hoc mihi, quæso, tribuito, & mihi utilius & facilius tibi, ut CHRISTVM quotiens ad mensam eius accesseris, pro me ores, det quod superest uitæ, tuto fœliciterq́ agere, delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris, demum ex hoc carcere caduci corporis egressuro, lõgumq́ iter & ambiguum acturo, uel ipse mihi obuius sit, & sæpè uocatus, tunc respondeat, ecce adsum, uel angelorum aliquem suorum præcipuè Michaëlem adesse mihi iubeat, qui per ipsas hostium insidias, plano calle dirigat infœlicem animam, suis diffidentem meritis, & de sola Dei sui misericordia præsumentem. Vale. Patauí VIII. Idus Octobris.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIbus, Liber III.

FRAN. PETRARCHA IOANNI BOCATI O. S.

De Astrologorum nugis.

PRæsentiam tuam animo meo gratã, & speraui semper & sciui, & quantum tibi placuit sensi. illa uerò quod minime nouerã, & fausta erat, quandoquidem his mensibus paucissimis, nimiumq́e uelocibus, quibus in hac quæ mea dicitur, tua domo moram trahere tibi mens fuit, inducias, bona fide mea, uideor habuisse cum fortuna, nil nisi ĩætũ te præsente ausa. mirabar ipse, quid ita rumorum infœlicium iaculis semper expositas aures meas, tristioris nũcij cuspis, nulla percelleret, mecũq́ tacitus quærebã, quid nũc agit hostis meæ? fessa'ne an oblita mei est? an tandẽ patientiæ uicta succubuit? nihil horũ, nunc intelligo. causa erat occultior, lõgeq́ alia breuis & insolitæ quietis, an forsan erubuit sub oculis tãti amici, mecũ morib. suis uti, dũq́ sibi nõ parceret, mihi ꝑpter te pepercit? illud uerius putem, sæuitiam hãc, & dolos quib. largiter affluit, nõ uerecundiam qua penitus caret, aut misericordiam fuisse. nõ enim tali subnixum comite ferire ausa distulit, dum abires, ne prius inuaderet, ultrò te illi obuium dares, neu mihi uel strato dexteram uel nutanti humerũ offeres. non parcebat igit̃ sed hærebat, & nocendi tempus obseruans, interim sagittas cruẽta cote mortiferas acuebat, itaq́ uix dũ funẽ solueras, dum repẽtè ex insidijs hostis erumpens,

erumpens, solum atq́ incautũ, teq́ animo ac suspirijs prosequentẽ, uulnere perculit inopinato, strauitq́ illicò, ni complexus propositum constitissem, quod uix ferum ueris ac solidis conflatum sententijs, quasi unum fluctuãtis uitæ gubernaculum, tempestatibus multis fessus arripui, & Deo præstante non deseram, mortẽ scilicet, & mortalia quælibet æquanimiter ferẽda mortalibus, cæterum me sic sæpè olim, sic nouissimè mea me pupugit fors immitis. ô quid loquor, aut ubi sum. quæ mentem insania mutat? neq́ enim hoc tàm illi conuenit, cui à Marone tribuitur, quàm mihi, quem contra notissimã ueritatem contraq́ meam quoq́ sententiã, loqui cogit dolor, atq́ ita fortunã accusare, quasi me claua percusserit, aut cuspide fixerit Panthasilea uel Orithia. Magna quidem pars querelarum humanarum, non iniusta materia, sed stulta est, illud ergo consultius ac rectius, & fateri & credere, nil hominibus siue iusto licet abdito Dei iuditio euenire, neq́ fortunam immeritam & incognitã lacerare. Sed ad id inceptam reuertor historiam. Igitur re digressa, sacerdos ille, cui literas ad meum Lelium perferẽdas dederam. ea ipsa hora rediens, intactas retulit, non fuit uerbis opus, aspectus ipse, pro nuncio fuit, literas ipse meas mœstus arripio, manum atque anulum recognosco, & quid, inquam rei est? quid hæ sibi uolũt literæ? quid huc redeunt? quid incomitatæ? quid intactæ saltẽ uenerunt? quid Lelius meus agit? ubi est? ad hæc ipse defixis in terram oculis tacebat, sensi ad quod longo & frequẽti usu, ualde sensibilis factus sum, ut damna mea antè etiam quàm mihi nuncientur intelligam, tantus amicus ille perierat, immò certè prærat, secuturus uerius sequentem, & cursu continuò properantem. Obijt ergo Lelius meus, uir ingenio, & eloquio, & uirtute unicus, nam de amicitia loqui superuacuum, sic omnibus nota est. Erat autem hic quartus ac trigesimus nostræ annus amicitiæ, pro breuitate uitæ longum satis, pro uiuendi desiderio breue tempus. ecce autem manu adhibita, dum adhuc recens uulnus foueo, spiritumq́ contineo, reperita cuspide nouum misero uulnus infligitur, Simonidis nostri obitum referente illo, cuius in gremio expirauit, ô fœlices animæ, dumq́ hic fuistis unanimes, unũq́ sub tempus hinc digressæ, uobis ut spero benè est. nobis qui remansimus, uestro abitu uitæ cursus, quasi ex amœno & prono calle, ad difficiles salebras ac perplexus penitus deflexit angustias. sic amice nobiscum ludit mors, lætales ictus ingeminans, nec nos differt, nisi ut supplicio longiore confecti, nostrorumq́ omnium spectatores cinerum effecti, & diutiùs & ꝛpiùs moriamur. sed ut libet. Ego enim iam obtorpui, iam sentire nihil incipio, & usum uersus dolor, nõ iam dolor, sed consuetudo flebilis ac natura est. animalia quædam ueneno uiuere fama est, ego uerò malis meis pascor, uoluptate quadam effera, & qui fuerant gemitus cibi sunt, impletumq́ est in me seu Dauidicum illud, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. siue illud Ouidianum:

Cura dolorq́ animi, lachrymæq́ alimenta fuêre.

Ego his pastus, inter hæc senui, & illud afflicti senis, in meum rediit caput, Dies mei uelociores cursores fugierunt, & non uiderunt bonum. quid uis? prorsus extra me sum, insueta Metamorphosis, animi habitum mores q́ exui, sola restat effigies. sic me celeres transformauerunt anni, & quidem pauci & mali, sic serenitatem illam, qua me incipiens adhuc læta & facilis senectus, semper licet apud Poëtam tristis ornauerat, mœstis undiq́ nubibus inuoluerunt, nulla usquam de alia re conceptis, quàm de amicorum moribus: in quibus ego moriens uiuo, ut si gaudendi materiam sors daret, oblitus, ut arbitror, sim gaudere. Age autem consternatum sparsumq́e animum colligamus, ô charissimi Leli, sic uobiscum enim, quasi cum præsentibus loquor, uereq́ uiuentibus, planè, inquam mihi tu Leli, & si ego tibi non Scipio, quantum hoc ipso anno, quod tuæ testantur epistolæ, me defunctum famæ credens, fleueras? ô Simonides optime, iure tu mihi Simonides, & sacerdos & uates, & utrunq́ pariter sacer uates, quantũ nuper tremere atq́ horrere te scripseras, ne superstes mihi fieres, quem tibi superstitem precaberis, me nolẽte factus es uoti cõpos, clausum meis apertumq́ tuis precibus cœlum fuit. ô curæ hominum inutiles, mœtus superuacui, spes inanes. quid timuistis amantissimi? quid solliciti fuistis? ecce ego cuius aut fama mortis, aut sola cogitatio sic præcordia uestra concusserat, quiq́ meorum primus omnium

mori

mori optabam, mori ultimus permetuo, & hoc primum queror, quia quod me literis ue-
strum uterq; monuerat, in se ipreuit, infectumq; aërẽ & loca morbis infamia declinare. Ve
rum ego hæc nequicquam, dumq; animum exonero, non respõsuros arguo, qui utinam ô
amice te secuti, ut animo semper, sic nunc corpore, & uobiscũ fido sub lare latitantes, pesti
cedere uoluissent, Romã insigniter Neapolimq; uastãti. quod te feciſſe gaudeo, tibiq; gra-
tiam habeo, qui tectũ meum dignũ duxeris, sub quo ijsdem malis, patria laborante quieue
ris, illi aũt, quorũ mihi fideliter, pro se quisq; consulùit, uti suo ipsi cõsilio uoluere, dicam for
tasse uerius, nequiuẽre, durũ est fixa cõuellere. & Romæ quidẽ iure suo, si necesse nũc mo
ri erat, ossa Lelij debebant, ubi cõpacta primum neruis fuerant & pelle uestita, sed alterius
cinerem Florẽtiæ debitũ, sibi abstulit Neapolis. sic terrena sui parte Simonides ille noster,
amor noſtr æq; delitiæ iuxta Virgiliũ, iacebit peregrini solamen busti aliquod amatori Pie
ridum & cultori. utriusq; uerò pars ætherea, cœlum petijt, sic mihi persuadeo, sic oro, sic cu
pio, & profectò sic est. non possunt tales animæ, aliorsum ire, delectatur enim cœli regna-
tor, altis & mitibus ingenijs, sed cur, heu, qui nostri collegi ultimus, uitæ huius aspersum li-
men intrauerat, primus egreditur, nisi ut multiplicibus argumentis intelligam. quod ual-
de si nunc primũ intelligere cœpero, tardus sim, nullo agi ordine res humanas. Video ami
ce, ut iuditio damnatæ depulsæq; animo, ad calamum redeunt quærelæ, & sunt sanæ ægri
quidam, quibus remedij genus, sua ubertim quæri, quasi mali sensum lamentis extenuẽt.
sunt qui fessi, sine suspirijs & læui murmure non quiescant, quasi puluinar aptius sternat
ille, ubi strepitus, & tremulæ illæ uoces, pro mollibus plumis sint. mihi quocunque consue
tudo antiqua, linguam aut calamum impulerit proposítum recens est, fixum q́e animo,
quod dixi, multo quidem nisu fateor, sed & multo rerum turbine stabilitum, ex æquo de-
spicere spes, metus q́e gaudia & dolores. hæc sunt enim ferè, quæ constantes quoque ani
mos & generosa consilia interpellant. instat autem dies, quo nihil ad nos ista pertineant,
quæ nunc tanto molimine uitam nostrã obnubilant, ac serenant. nobis interim ut res sunt,
summa ope terroribus uigentiq; tristitiæ resistendum est. quando his contraria, uel spes an
xia, uel illa gestiens lætitia, quæ multos attollendo præcipitat, Deo gratias, nihil nobis his
tẽporibus attulit, nihilq; uidetur allatura, negotij, diu à nostris exul atq; auersa luminibus.
cæterum his omissis ad te redeo, nostrum q́e Simonidem, quorum mihi tu penè iam solus
superes studiorum comes, ille licet abscesserit, præsens est, nunquam quæ præsentior, quàm
dum abfuit. antè enim finem absentiæ præstolabar, quod quoniã mihi morte præripitur,
non iam reuersurum cogito, sed reuersum, fictaq; præsentia me consolor. & ego quidem il
lum, ac te, si quid mihi humanitus inexpletis operibus accidisset, quasi alterum Varũ Tuc
camq; alterum, animo prouidebam. nunc quando hic ordo superis placet, quod illum mi-
hi fore decreueram, id me illi fieri (nisi fallor) æquum est, itaque siquid opusculorum atq;
epistolarum eius omnis generis imperfectum supereſt, inter nos utrinq; diuide, & post-
quàm nos quoq; nostra sors diuidit, extimatis ingenijs, meam mihi partem mitto, tuam
serua, debemus hoc illi fateor, nec tu negas, uiuat ille in cœlo, & in memoria nostra uiuat,
dum nos uiuimus, post nos autem in memoria posterorum, quibus non me fallit amor, si
notus fuerit, charus erit. in quo si res æget, fasce licet pressus, propria meam operam ue-
recundè memoriter polliceor. In eò autem, quod illi lætè admodum acceptanti, post mei
Socratis obitum, totum illud, quod nisi cum uita finiri posse non uideo, opus epistolare
deuoueram, nihil muto. quod ad hoc attinet nihil actum est illius morte, nunc est opus
ut si eam. scribere illi amplius non possum, sed de illo & scribere, & cogitare & memi-
nisse, dum mei ipse meminero, nemo certè uetuerit, proinde nunquã inscriptio prima mu-
tabitur, quod uiuo uirenti uiro olim spopõdit, soluam cineri aridò, soluam nudo nomini,
quicquid id erit ad Simonidẽ meum erit. quod quandiù seu quantulũ sit ignoro, tantũ erit
haud dubiè, quantũ uitæ spatiũ, quo nil incertius. certè aũt lõgius esse iã incipit, q̃ sperauit,
quãq; optaui, illa etiã ætate, quæ cupidissima est uiuẽdi, uiuere uolui, sed nõ solus, sine pro-
batis ac ueteribus amicis, q̃bus ut uides, iam ferè omnib. supuiuo, ut citò, uel sine amicitijs
sit uiuendum, inhumanũ ac miseriæ genus, uel nouæ quærendæ amicitiæ, anceps ac difficile
negotium

negocium. Sed ne redeam ad quærelas, quæ in singulis uerbis occurſant, passimq; se inge
runt reluctanti, ad aliam, sed confinem stylus trãseat materiam, uides puto, ualde enim aut
sopitus est aut cæcus, qui non uidet quo res hominũ sint statu. annum ætatis huius ultimæ
M. CCC. XLVIII. luximus, nunc lugendi principium illud fuisse cognoscimus, neq; ex il-
lo cessasse unquam, hanc insolitam & inauditam à sæculis mali uim, huc illuc dextra læua-
que dimicatoris more, promptissimè ferientem, itaque toto sæpius orbe transcurso, cum
nulla maneat pars immunis, quasdam bis terq; repetijt, nõnullas anniuersaria tabe pessũ-
dedit, Mediolanum urbẽ Ligurum caput, ac Metropolim, usq; ad inuidiam hactenus ho-
rum nesciam laborum, & cœli salubritate, ac clemẽtia & populi frequentia gloriantẽ, sexa
gesimus primus annus, & uacuam fecit, & squalidam. quo quidem ego diluuio, qui Deo
duce tũc aberã, quid amiserim nosti, illi dehinc populo mitior, mihi uel crudelior annus se-
quens, quod habui optimum in terris, eripuit amicum illum, cui ut similis nulli hominum
erat, sic nulli similis est iactura; nomen uiri ne inuitum cogar ad lachrymas, nũc silebo, neq;
tibi opus est nomine, ut quem loquor intelligas. idem annus sic Veronam exhausit, ut no-
stra illam ætas, qualem uidit, uisura utiq; iam non sit. ô immite pectus sæui principis, quem
de conditione temporũ suorum queri solitum legimus, quod nullis calamitatibus publicis
insignerentur, & cõmune malum aliquod atq; insignẽ pestilentiam optare uides, utinam
tale aliquid ferox Cai, ne nos talia multa quotidie uideremus, & ut pijs luminibus parce-
retur, impios oculos mœstum spectaculum recreasset. neq; uerò trãsmarina tantum, sed &
nostra prætereo, longanimis ac tristis historia est. Ad summã, uacuus hominũ, sed crimini
plenus est orbis, sic ad paucos tota scelerũ descendit hæreditas, ne miremur, si quo pauciõ-
res & peiores sumus, nam necesse est, hoc mentium uirus & hanc rabiem, & hunc luxum
& hanc sartaginem uitiorum, perpetuis ignibus superiectam, cui nil demitur, sed indies ali
quid additur, eò feruore funestius, quò feruet angustius. Sed procede. tertius hic annus, ex
ordine ab initio malorum sextusdecimus, multas quidem urbium nobilium, inter quas &
Florentiã reinuasit, quã sic præsens æstas exercuit & afflixit, ut parum sextædecimæ retro-
cedat æstati. cui accesit ad domesticam cladem, belli furor externi, quod uariæ cum Pisa-
nis gestum, magna partis utriusq; pernitie, & maiore periculo, nunc maximè dubijs pen-
det euentibus. Inter hæc mala quid Astrologi somnient audisti, usq; ad sexagesimum quin
tum annũ, iniqui syderis uim producunt, inde iam his qui durare potuerint, letiora omnia,
quibus astipulatoribus polliceantur, in dubio est, pollicentur tamen, & tàm propè est dies,
ut promissi fides, quanta sit, diù dubium esse non possit, apud populũ dico, quem nõ mo-
dò Astrologorum, sed quorumcunq; uaticinantiũ, & qualitercunq; furentiũ promissa su-
spendunt, apud nos enim, non minus hodie certum esse debet, quàm cum uenerit, ueterũ
si benè meminimus promissorum. Proinde nunc Martẽ & Saturnum, nescio ubi nam sy-
derũ nundinãtes faciunt, eamq; coniunctionem (ut eorum utar uerbo) post exitum anni
huius, toto nunc etiam biennio duraturam, dicunt, mirùm ualdè ab initio rerum, nunquã
his in locis astra illa fuisse, cum iam totiens circos suos & cœlum omne lustrauerint. sin ibi
fuêre, mirum aliud, eisdem ex locis ac syderibus effectus, tanto dissimiles proueniſſe. ho-
rum enim alterum fateri oportet, uel si negant simile aliquid post orbem conditum, seu
quoniam conditum negare solent, post hominum memoriam, usum lectũq; uel auditum
proferant, quod si nequeunt, quiescant, & quiescere alios sinant, neq; nos saltem suis arti-
bus falli posse confidant. Nescimus quid in cœlo geritur, quod ipsi quidem impudenter
an temerariè profitentur, at ex parte, quæ in terris gesta sunt, noumus, nisi fortè suas, & ip
sum alterationes suasq; discordias cœlum habet, & iam uel senio delira, uel turbata odijs,
uias suas oblita sunt sydera, ueræq́e nunc uagæ & errantes stellæ, nullis legibus, aut na
turæ fretus extra Zodiacum Phaëtontea licentia, funestos, mortalibus cursos agunt.
& hoc enim, & quiduis ineptiæ dicturi sunt, potius quàm ignorantiam confessuri,
quorum non ignorantiam modò, sed cæcitatem uecordiamq; omnem, uulgò etiã multa,
olim, sed nil clarius, quã præsens hæc pestis aperuit, uerecundũq; iã esset, aliquãdo fateri, se
nescire

neſcire quod neſciunt, inſuper quid neſcire, illos, nemo eſt qui neſciat. modeſtius hac in parte Medici, quorum peritiſsimi habiti, ſæpè me præſente falsi ſunt, artis ſuæ remedia, ad hoc naturæ ſeruientes arcanum non extendi. Poſſem eis ignorantiam donare, ſi eam ſic in reliquis faterentur, at Aſtrologi, qui feruntur, omnium ignari potius mori uelint, quàm ſe rei illius ignorantes dicere. Nempe conſuetudo & pudor, & peruicacia, & lucellum, & facilitas inſanorum, futuri ſemper ab expectatione pendentium, hi ſunt linguæ nodi, ut uerum elicias aculeo opus ſit. Nemo uolens, niſi modeſtia uigens cogat, ignorantiam profitetur. Norunt ipſi quidem, & ſi dubitant, cœlo ſuo tot mendaciis aduerſante conditiſcant, nihil eſt quod uentilant, quod mercantur, quoúe arida pectora, & ſiticuloſas aures infarciunt, ſed id nihil ignotũ aliis fieri ſtudent, ne ſi emerſerit, ipſi etiam nihil ſint. Talis enim quiſq; eſt, qualibus delectatur, inter artificiũ atque artificem multa cognatio eſt. hæc pertinatiæ cauſa ingens. quod ſunt uideri metuunt, quod non ſunt cupiunt, quia quod ſunt, nihil eſt penitus, fieriq; aliud iam non poſſunt, uſu peſsimo compediti, unum hoc poſsibile arbitrantur, idq; eligunt quod eſſe nequeunt apparere, fruſtrà id tamen inſenſati. Qui ut certè ſi de motibus agant, ſi uentos ac pluuias, ſi æſtus ac frigora, ſi procellas maris, ſi ſolis lunæq; nuncient eclypſes, utiliter ſæpè ſemperqúe delectabiliter audiendi ſint, ſic dum res caſusq; hominum ſoli Deo cognitos fabulantur, ceu mendaciorum triſtium opifices reſpuendi, æq; commertio non literatorum modò, ſed bonorum omniũ repellendi, Ipſi uerò peruerſitate animi, quadam atque obſtinatione mirabili poſsibilia negligunt, impoſsibilius operam dant, quinimmò uſqueadeò depuduit, & cognitu faciliora diffiniunt. Venit ad aures tuas forſitan, ut nuper expeditione Ticinenſi, cum uir ille magnanimus, qui nunc ſibi præſidet, laceſsitus, urbem ualidam munitamq; aggredi ſtatuiſſet, Aſtrologi omnes ſtrepebant, & hic noſter, antè alios tantæ famæ, ut uulgò futuri præſcius, potius quàm præſagus haberetur, multis hic diebus paratam profectionem, ſublataq; ſigna continuit, expectandum dicens, horæ fatalis aduentum, ea uerò cum ueniſſet, illo iubente, motæ acies, & totis in bellum uiribus itum eſt, cumq; antea multis menſibus, mira cœlum ac terram ſiccitas habuiſſet, eodem ipſo die, patefactis ſubitò cœli ualuis, tanta uis pluuiæ cœpit, multisq; continuis poſt diebus ac noctibus creuit. ut campi omnes & hoſtiles primum, muros, caſtra cingentia, miro & inſolito diluuio inundarent, non ſine multo diſcrimine, ut uicturi armis, propè imbribus uincerentur, & ſi poſtea melioribus auſpicijs in aciem reditum, & uirtute ac fortuna Viri illius, Dei fretus præſidio, abſq; aſtrorum cõſilio capta urbe, bellumq; confectum ſit. Sanè tunc mendacio infenſus, coniectorem illum, alio quin uirum bonum, doctumq; ſupra cõmunem modum, mihi uerò chariſsimum, ſed futurum fateor chariorem, niſi eſſet Aſtrologus, amice argui, quid ita in tantæ rei iuditio dormitaſſet, ut tam periculoſam cœli mutationem, & tàm proximam non uideret. reſpondit ille: Difficillimum eſſe, uentos & pluuias & impreſsiones alias aëris, & quæ dicuntur præuidere. cui ego: Facilius ergo eſt, inquàm, noſſe quid mihi uni, quidúe alteri poſt annos plurimos eueniturum ſit, quàm quid cœlo & terræ totiq; rerum naturæq; impẽdeat, hac ipſa luce uel craſtina erupturum, cum naturaliter quidem iſta, ſupernaturaliter illa cõtingant, diſtribuente cuilibet ſuas ſortes Deo. Facilius, inquit, haud dubiè, ſed hoc ita dixit, ut animi pudorem, media in fronte perlegeres. ſcit ipſe me uerũ loqui, neq; horũ aliqd ut opinor neget. quanq; iam inde à dominij p̃ſentis exordio, inter ipſum & me, qui ea tẽpeſtate illic erã, de maiori etiã errore certatũ eſſet. Cum enim tẽpus anxio prorſus horoſcopio delegiſſet, quo fœlicius tribus illis magnis fratribus, dominationis inſignia tardarent, me cui iniũctũ erat, ut in ea ſolennitate uerba facerẽ, & orationẽ meã, & nouorũ dominorũ intentionẽ ac publicã interrupit, dicens, aduenisse horam, q̃ præteriri ſine multo periculo non poſſet. cũq; ego licet taliũ haud inſcius nugarũ, tamẽ neſtultorũ numeroſæ ſententiæ obſtarẽ, cœpto ſermoni finẽ antè mediũ poſuiſſem, ſtetit ille hæſitãs, atq; attonito ſimilis, dicẽs: Adhuc modicæ reſtare antequã hora illa fœlix afforet, meq; interim hortari cœpit ut loquerer. ego ſubridẽs, per oraſse me, neq; poſt finẽ eſſe aliqd reſpõdi, neq; pulchrã aliquã fabellã occurſare animo, quam Medio

Mediolanenſium populo recitarem, ille æſtuans & ſæpè ungulis frontem ſcalpens, tacitis omnibus quibuſdam indignantibus ac ridentibus alijs, poſt paulum exclamauit: Hora eſt, tum uerò longæuus quidam militaris uir, cui id negotij datum erat, tres paxillos puros, rectos, candidos, qui noſtrarum nunc urbiũ ſepta ſunt arripiens, cuiq; ſuum lætis uerbis uotiſq; & fauſtis omnibus in manu poſuit. ſed id tãto, in ſingulis interſtitio temporis actum eſt, ut ſi uerò eſt rota illa Nigidij, qua Aſtrologi ignorantiam ſuam, dum uelare uolunt detegunt, meritò credi poſſet, diuerſam fratribus fati ſeriem inſtare. neq; hercle aliter fuit. nota eſt hiſtoria, ut antè annum exactum, natu maior & Bononiam nobilem dominij ſui patrem, & mox uitam, adhuc uirentibus annis amiſerit, reliquorum & proſperitas certior & uita longior, uſq; iam poſt decennium producta, nunc maximè floreat. quod ſæpè amico illi aruſpicij iocabũdus obieci, cum ille quidem arte ſua nihil amplius fieri poſſe, uno ſemper ore reſpõdeat. & credo, edepol, uerè hoc dicat, eumq; ut paulò minus excuſatum habeam, ætas facit, & magnæ familiæ educandæ uiolenta neceſsitas, quæ ad indigna nonnunquam artificia, magna etiam curuat ingenia. quã ut eum quoq; in has nugas impegiſſe arbitrer, uno maximè reſponſo uiri illius adducor, nam cum ego & ſibi amicus, & famæ ſuæ, ſæpè idem aliter, atq; aliter ſecum agerẽ, quãuis ipſe & ætate me multũ & ſciẽtia anteiret. ille ſemel uelut experrectus, profundoq; erumpens, in uerba ſuſpirio. Nihil amice, inquit, hac in parte ſentio, niſi quod tu. ſed ita uiuere hic oportet. ſenſi neceſsitatis auream catheram, & miſertus ex tunc ſilui. cæterùm hic eſt mos, ut ad inceptum regrediar, hic fatẽdi pudor, ea mentium libido, in nos & fortunas ut aiunt noſtras, noſtri animi libertatem ius utrunq; ſibi aliquid acquirendi, unde fit ut pro honeſti ſtudij clara laude neglecta, fuſcam fallaciæ & erroris infamiam mereantur, quorum iudicijs, quod falſi ineſt fraudi. atq; inſcitiæ iudicantis. Siquid autem ueri non ſcientiæ ſed caſui debeas imputare fortuitò. quid eſt enim aliud quod Auguſtino olim adoleſcentulo, & ob eã cauſam tũc minimè credituro, poſt autem non credituro tãtum, ſed breui etiam alijs perſuaſuro, perq; omnem uitã aduerſario ingenti atq; euerſori huius uanitatis acerrimo, bonus ille conſultor dixit. Vim ſortis hoc facere in rerum natura, uſquequaque diffuſam. unde eſt enim, quod & diligẽtiſsimè cogitata fruſtrantur, & caſu elapſa, certis ſæpè ſucceſsibus confirmantur, & longo ſtudio non inuenta ueritas, quaſi per ludum ſeſe aliud agentibus ingerit. iſti autem, ſi quod uerum, unum fortè uel alterum exciderit inſolentiſsimè prædicant. quod aſsiduè mentiuntur excuſant, prædictiq; fidem requirentibus iraſcunt. Importunum ualde non erubeſcere, cuius contrario glorieris poſſem uel errori, uel inopiæ ueniam dare, ſi uerecundius mentirentur. impudentem ignorantiam, ac ſuperbum mendacium, quis non oderit? nec ignoro in his redarguendis, multa ſæpè me ſcribentem plura etiam loquẽtem uerba iactaſſe, quæ mihi fateor, non profectus ſpes, ſed mendacij odium elicuit, iacturamq; ipſe meam ſolor maximis comitibus. quis enim ueri amicus, non hos odit atq; arguit? fruſtra tamẽ æquè omnes, nil uerbis proficitur, uerberibus opus eſſet, & legum ſupplicijs, non doctorum hominum libris. fixum eſt enim, præteritorum atque præſentium ignaris, uentura prænoſcere, ſeu uerius qua ſi præcognita prænunciare credẽtibus. quorum iam non infœlicitas ſolum, atq; impietas, ſed ruditas intellectus, ueriq; omnis incapacitas nota eſt, his fidem habẽtium, contra quos ueritas, & ratio, experientia, & nõ ſancti tantũ uiri, ſed Philoſophi etiam graues, totis uoluminibus accinguntur. linquo Ciceronis, linquo Ambroſij atque Auguſtini operoſiſsimos ualidiſsimoſq; tractatus, diſputationes q; lõgiſsimas, quas nec tempus exigit, nec recipit locus, nec requirit q ſquis aliquãtulũ legẽdo proceſſerit. Nota nẽpe ſunt omnia, unã Ambroſij ipſius, q; ſeorſum ſcripta eſt, uerã neſcio, an breuẽ magis audiãt ſententiã, ex eo libro, quem de obitu Satyri fratris ſui ſcripſit, Philoſophi, inquit, de cœlo diſputãtes, quid ſo quanẽ ignorãt. quid hic dicẽt, irridebũt ſcio, ſunt enim non ſtulti magis, q̃ audaces, ſed meminerint quicquid in hũc dicit, in Spiritũ ſanctum dici, quo ille plenus hæc dixit. Sed quid rurſus ago, an qui Spiritũ ſanctum ſpernunt, Spiritus ſancti organũ, ſanctorũ linguas & calamos non cõtemnent? nec reuerentius Eſaiã audiẽt dicentẽ: Annũciate q̃ uentura ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis uos. nam ut noui Teſtamẽti ſcriptores, ignorantiæ, ſic

Prophe-

Prophetas arguunt insanire, & ad summã, omnia præter Ptolemæum Aegyptiũ, aut Fir-
micum siculum execrantur, sed illorum furor eis noceat, nobis prosit, ut quantò illos à ue-
rò turpius prolapsos cernimus, tantò nos illi constantius hæreamus, demum ut ijs pro om
nia iam tẽpore finis sit, neq; mihi inter surdos inutiliũ plus uerborũ effluat, de horũ omniũ
cõminationibus ac promissis, breue si iuditiũ meum uis, miro cõpendio te diuinũ faciam,
obserua igitur, quid de re qualibet hij nuncient, contrarium enim erit. qui hoc genere diui
nationis uti uolet, rectè illis aduersus, hoc est, rarissimè quidem mendax, semper ferè ueridi
cus deprehendetur. Iam quid de promisso malorum fine sperẽ, puto perspicis, de quo ite.
rum abiectis odiosis simulq; ridiculis horũ uaticinijs, si iuditiũ amici simplicioris exposcis,
non astra, non fulgura, non exta, non uolucres, non denicq; sortes ullas, sed solum animum
in silentio consulentis. & siqua est præsagio meo, fides ita sentio, siquidem ira Dei est, qua
nunc mortale premitur genus, inquit fateor iam dudum mea fertur opinio, & tum demũ
finietur, dum aũt molliti flexiq; ad aliũ uitæ modũ erunt animi, aut dignis fracta supplicijs
humana durities, quæ ut uides inflexibilẽ se ostendit, malleoq; hactenus & incude recudu
it. Quo in statu, remediũ aliud, nullũ est, nisi ita uiuere, ut parati simus dum uocabimur, ne
quasi res noua ac improuisa nos terreat. quæ utiq; uetus est, & nisi despimus, prouisa iam
pridem nobis esse debuit, præsertim ex quo hanc mundi publicã ruinã, & sub ea, nostros
fermè omnes oppressos, & quæcunq; nobis in terris fuerant, chariora cõspeximus. Quorũ
siquid fortè supererat, ecce non reliquiæ periêre, hoc in malis unicũ remedium probo, teq;
hortor, ut cõprobes. fuga enim mortis (quod monenti olim scripserã amico, ne muto sen
tentiam) nulla est. claude oculos præstigijs, aures nugis, uitam medicis, astrologos fuge, illi
corpora, hi animos lædunt, sospitatorem uerum atq; astrificum uenerare. sin uarietates na
turæ aliqua causisq; latentibus infectus aër, uel si sic penitus dici placet, constellatio quæ-
dam, nos mortalibus ignota, persequitur, finis erit, dum decocta corruptio, ac digesta solis
radijs, uel aliquorsum deriuata, seu consumpta labes, fuerit, horum saneuel alterum, uel u-
trunq;, quando sit futurum non cœli spectator, sed creator nouit, uel fortasse aliquis Virpi
us ac sapiens, cui hoc ille reuelauerit, non Saturnus aut Mars. Iis enim auctoribus utitur in
sana garrulitas, hos nobis dominos imponere nititur, & consilia Dei eludẽs, quantum in
se est, & interimens arbitrij libertatem, quàm deinde fomentis inanibus suscitate sibi ui-
dentur circulatores egregij, dum dicunt dominari astris sapientem, præclarè infinita men-
dacia uno regunt uerbo, immò uerò mendacia mendacijs accumulant, nam & id quoq; fal
sum est, nec sapiens astris, nec astra sapienti, sed utriscq; dominat Deus, unde uerò si id cre-
dimus, nisi ab astris hoc habuit dominator iste astrorum sapiens, ut sapiens esset, ô perple-
xi loci, ludus turpis ac fragilis, ô male laudatum diù uerbũ, quod sanè aures respuant. quo-
modo enim astris dominabitur, qui nihil habeat, nisi quod sibi astra concesserint? quæ lex
unquam feudatarium eius dominum, à quo feudum habet, & non illi potius obnoxiũ ac
subiectum fecit. dominatur sibi Sapiens, dum Deo paret, & respiciẽs ad illum, rationis gu
bernaculo, uitæ cymbam regi, astris uerò nec potest dominari, nec uult quidẽ, unus enim
est astrorum atque hominum dominatur, cuius sapiens non ignarus, atque illi seruire, ab
alijs liber esse contentus, non dicam cœli, sed nec terræ ipsius quàm inhabitat, dominum
quærit, usus illi satis est. esto autem dominetur astris sapiens. ut hi uolũt, dominiũq; istud,
uel ab ipsis astris, uel undecunq; suscipiat, an non uident, an dissimulant, quàm multi sunt
astrorum serui, si sapiẽs solus aut dominus aut seruitio sit exemptus. Possem multa de scri-
pturis proniere, quibus ostenderem, quàm pauci semper fuerint sapientes, quamq; illud ue
rum Salomonis: Quod stultorum infinitus est numerus. nisi quod probatio rei huius ut
arbitror experientiæ relinquenda est quisque mihi, pro se magnis in urbibus circunspiciat,
atque intendat, quot sibi quotidie sapientes ueri occurrant. quisque recogitet, quot sibi
cum sapientibus res fuit. ita tamen, ut quem quærimus sapientem, uitæ meritò, non uulga-
ria fama, hoc est nõ uerbis aliorum, aut etiam suis, sed factis rebusq; ipsis existimet, post
numerum conficiat, puto dextræ manus auxilio, non egebit. non enim sapientem sic acci
pio, ut sapientes causidicos stulti uocant, neque ut docti quidã, qui multiscium sapientem
dicunt,

dicunt, aliud est enim sapientẽ esse q̃ disertũ, mores ad hanc rem, nõ literæ requirũtur, quæ
si benè instituto animo accesserint, ornamẽto quidẽ, ac p̃sidio ingẽti erũt. Iniquo aũt & in
malũ ꝓno, nunq̃ proderũt, sæpè oberũt. idq; & multis & claris argumẽtis ostendi facilè es-
set, nisi uulgò etiã cõstaret, literatos homines fuisse, q̃ uel cõsilijs malis Resp. euerterũt, uel
graues fando discordias aluerũt, armatasq; in necem compulêre acies, uel quo nihil potuit
fieri peius, diro animas dogmatũ ueneno, & uarijs erroribus infecerunt orbem, uoluntas
ergo bona, non ingenium, uita, non oratio sapientem facit. Fuêre autem qui nullum, fuêre
qui unum solum dicerent sapientem, qui Catoni honos à nostris, apud Graios uerò ab
Apolline tributus est Socrati, Græci ipsi septem numerant, quam uerè autem & qui id di
cunt, & de quibus dicunt uiderint, certè horum nomina scholis omnibus trita sunt. Plures
alij fortasse, sed gens loquacissima, & suarum miratrix rerum, maxima hoc contenta fuit
numero, quem ipsum non defuêre qui carperent ac riderent, multo quidem citiùs sapiens
dicit quæ fit, itaq; si oculis cerni posset, q̃ multa hisipsis, qui sapientiæ nomine gloriant de-
sint, ut esse incipiant ꝙ dicũtur uulgò, puto ipsum pudoris inscitiũ puderet, & diceret pauci
ores sunt quàm fama loquitur sapientes. Mea certè sententia, non dicam Phœnice rarior,
atque anno renascens quingentesimo, sed rara utique auis est sapiens, nõ gregatim uolat,
non ubique nidificat, non quolibet sedet ramo, non omni uerno tempore nascitur, nempè
cuius ortum rariorem Cicero extimat unile partu, quem inter prodigia numerari sola rari-
tas facit. Vt ergo astris dominetur, hic seu nullus sapiens, seu perrarus, quid facient alij,
seu quid facient omnes? quid porrò nisi seruient astris, seruitute non tantum corporum,
sed quæ nulla miserior, animorũ, hos tamen ista non tangunt, qui salute hominum spreta,
solũ de hominibus lucrũ captant, soli inhiant p̃dæ, quæ quoniã de liberis nõ sperarent, nec
facere suos possunt seruos, faciunt stellarũ, ut iam diximus, quarũ se conscios, & quasi con
siliarios dici uolũt, seq; inter seruos ac dominos secretorũ internũcios spõdent. ô flagitium
audax pmittentiũ, ô credentiũ stultus pauor, & q̃ audaciæ summa est, ut peccata hominũ
excusent, Dei iustitiã accusant, cũ dicũt ut p̃clarè ait Augustinus, de cœlo tibi est ineuita-
bilis causa peccãdi, & Venus hoc fecit, aut Saturnus, aut Mars scilicet, ut homo sine culpa
sit, caro & sanguis, & supba purredo, culpãdus sit aũt cœli & syderũ creator & ordinator,
& quis est hic nisi Deus noster suauitas & origo iustitiæ? Iam uerò ut raptanti stylũ iracun
diæ frenum ponam, et qui supra desiturum me promisi, uel hic desinam, atq; à circũscripto
ribus his diuellar, si hic quoq; ubi naturalis scilicet malorum præsentium causa sit, consiliũ
meum quæris. nullum mihi certius aliud quàm quod audisti, ubi de hac mortali ubi peri-
clitamur, ac misera uita ad illum confugere, apud quem est torrens uoluptatis & fons ui-
tæ. nam quid, oro, agat aliud uiator, aquæ modicum rimoso uase collectũ, labi sentiens, &
siti metuens perire, nisi ut raptim eò se uertat, ubi uel perhennẽ riuum, uel aquæ fontem in-
deficientis inueniat, hic tamẽ humanæ plusculũ cautionis haud spreuerim, atq; in primis lo
corũ mutationem, ut dimissis ad tempus, quibus pestiferum acrius incubuit sydus, salubri
ora sectemur, sic, pcellam portu nauta, tecto imbrem uitat agricola, sic periculũ honesto di
uersorio sapiens declinat, omniũ licet intrepidus, & si cogaẽ eligere. mortẽ ipsam uitio præ
laturus. Hoc nimirũ mihi consiliũ duo illi dederant amici, qd tamen, heu, me miserũ, cur cõ
cõsultor alterius q̃ sui melior quisq;. In proprios usus utere neglexerũt, si sui quidem erat
arbitrij, nec decreti uiolentia tenebantur, tu seu humano consilio, seu aliter id quod con-
stat duce fretus, Deo linquens Neapolim, & omissa Florentia longiore circuitu me pe-
tisti, quamuis adhuc utraque urbium illarum tranquilla persisteret fœlix ut decuit, pia
fuit electio, qua patriæ me prælatum glorior, tuæq; uel prudentiæ gratulor uel fortunæ,
illud queror quod coràm quoq; sum questus, nimis te hinc abitũ properasse, & si enim
purgata ibi omnia dicerentur, nosti tamen uulgi morem, uel fingit uel anticipat quæ dele-
ctant, Sensi aũt, patriæ pietas animum urgebat, nec mei desiderium obstabat, trimestri præ-
sentia iam lenitum, sic inexorabilis abijsti, neque ego uel equitantem arguere, uel me illi
posthabitum indignari poteram, cui me antea prætulisses. sed quoniam etsi non lynceos
oculos, ac aprinas aures habet amor, nescio quid isthic nunc etiam reliquiarum metus atq;

discriminis supereſſe audio, quod ſi ita eſt, te amice per teipſum precor, ut redeas, auſer hanc mihi ſollicitudinem, cui ſi neſcis ſolito carior factus es. cur ſi quæris, ipſa raritas cauſa eſt, nulli quàm monoculo charior lux, è numero ueterum amicorum, ut dicebam, penè unus es mihi, nam de Barbato noſtro quid ſperem dubius ſum, ſic modò Pelignos ac Brucios peruagatur mors. Veni ergo optatus, adeſt ecce anni pars leuiſſima, curæ nullæ, niſi Pieriæ ac iucundæ, domus ſaluberrima, & quam ſtylo tibi fortaſsis exprimerem, ni tu illam plenè noſces. adeſt optima, & neſcio an melior optanda ſocietas, nomen ab effectu nactus, Beneintendius præclariſsimæ huius urbis Cancellarius, & ſtatui publico, & priuatis amicitijs & honeſtis ſtudijs benè intendens, cuius ueſpertini congreſſus, dum diurnis relaxatus curis, læta fronte, pio animo, inſtructo nauigio ad nos uenit, & nauigationes cõ fabulationes qúe ſub noctem, quàm ſuaues ſint, quamque ſincerum & benè falſum, quicquid in homine illo eſt, nuper expertus tenes. Nec non Donatus noſter Apennigena, quem ex Tuſcis collibus ereptum, multos iam per annos littus ſeruat Adriacum, Donatus, inquam, noſter & donatus nobis ſe donante, donato qúe illi antiquo & profeſsionis ſucceſſor & nominis, quo nil ſuauius, nil purius, nil noſtri amantius, nil notius tibi: nolo plures nominare, ſufficient hi, quamuis enim nunquam mihi ſolitudo illa ultima, atq; inhumana placuerit, neq; mihi probetur qualis ſcribitur fuiſſe Bellerophon ipſe, ſuum cor edens, hominũ ueſtigia uitans, de quo in ſolitudine mea, olim duobus ſolitariæ uitæ libris, pro ingenij uiribus multa diſſerui, ſemper tamen mihi uir doctus ac ſapiens, paucis egere comitibus uiſus eſt, quippe qui ſibi, ipſe ſi res adigat, comes eſſe collocutorq; didicerit. ſin uel grauis hic mora, uel autumnalis intemperies ſuſpecta erit, quanquam meo iuditio nullis aquilonibus, aut zephyris ſerenari, purgariq; melius cœlum poteſt, q̃ ſerenis frontibus, atq; optatis colloquijs amicorũ, ibimus hic, eriſq; tu mihi ſeceſsionis fortaſsè utilis, at profectò delectabilis author ac comes, commigrabimus Iuſtinopolim, ac Tergeſtum, unde mihi fidelibus literis uotiua temperies nunciatur. Ad poſtremum boni hoc ſaltem habiturus eſt reditus tuus, ut quod iamdudum cogito Timaui fontem, uatibus celebrem, multis uerò uel doctoribus ignoratum ubi eſt, non ubi quæritur, hoc eſt non Patauinis in finibus ueſtigemus. quem errorem peperit Lucani uerſiculus, quo Apono illũ iunxit Euganeo, ſed in agro potius Aquileienſi ibi illum Coſmographi certiores locant:

Vnde per ora nouem uaſto cum murmure montis.
It mare præruptum, & pelago premit arua ſonanti.

Vale. Venetijs *VII.* Idus Septembris.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio ſuo, S.

De illius ſtatu.

CAſus noſtros ſciſti, non dubitem & fleſti, Lelij mei Simonidiſq; noſtri obitum, alterum antequàm hinc iſſes noueras, uerum aures meas percuti cuiuſuis alterius, quã tuæ linguæ cuſpide maluiſti, alterum ſtatim poſt tuæ domus in limine didiciſti, de quibus multis q; alijs, quæ præſentem noſtramq; ſimul ac mundi totius reſpiciunt tempeſtatem, longam tibi mœſtus epiſtolam dictaui, quam ne miſeri cauſa eſt, non tàm labor aut tarditas, quamuis uerè utraq; cauſa eſt, quàm perdendi metus, hunc etiam laborem, ſicut alium ad ipſum, de quo loquor Lelium Simonidemq; ipſum perdidi. quibus cum multa ſcripſiſſem, utriuſque tepido cinere inuento, una fermè hora, diuerſis licet, è tractibus terrarum, ſignatæ uti erant ad me literæ rediêre, quas aſpectu primo infauſtas, ut erant nuncias ratus, flammis iniectas, charis manibus in ferias dedi. De te autem ut quod eſt fatear, Donatũ noſtrum, & me ingens pauor arripuit, ne tu quoque poſt illos abieris, neque nobis uidetur fieri poſſe, ſi uiueres, ut nihil his ſcriberes, quos ais quàm ſuſpenſos, quàmque ſollicitos linqueris ſcire te credimus, proinde ſi uiuis, nulla tibi, prſus excuſatio eſt, ſin abſumpta ſalus ut Maro ait, & te chariſsime frater ceſpes habet patriæ, excuſatus es planè, excuſatione tibi quidẽ, ut arbitror fœlici, nobis miſera, & quæ ſi quid adhuc gemituum in fundo animæ reſedit, eliciat longum. Vale ſi uiuis, ſi defunctus æternum. Venetijs *XII.* Cal. Octobris.

Fran.

Fran. Petrarcha Nicolao Magno regni Siciliæ Seneſcalco, S.

Promiſſa non præſtari conqueritur.

DVdum magne Vir charũq; decus meũ, dicere tibi aliquid uolui, ſed amor meus, ac ſuauitas tua, dulcibus ſemper alloquijs, uelut manu iniecta, os loqui parantis præclu sêre. nunc tandem ipſe me arguo, q; talem animũ, tàm excelſum, tàm ueri amicũ, ego quoque ueri amicus, aliter q̃ uel illũ audire deceat, uel me loq; ſuauiter, magis quã uiriliter, nunc uſq; tractauerim, breue eſt aũt uerbis, ſed re amplũ q; tibi nunc dixiſſe uelim. longum tempus eſt, ex quo te mihi gratiſsimũ fidiſsimũq; refugiũ, procelloſæ uitæ ac p̃dulce animi ſolatiũ ſtatui, neq; tu tibi, ut dicis, in omnib. primũ, ut ego ſpero, nõ ultimũ elegiſti. Ecce inter ea, ut deuoti tui fratres q; mei optimi fermè omnes ſimul uento citius abiêre, Socrates, Zenobius, Lelius, Simonides, & quod nouum audio Barbatus, noſtri omnes, at qui tè propè ut numen aliquid colerent, me ſupra hominem amarent. mitto alios, quos numerare longum ſimul ac flebile eſt. Et quid putas, ibimus & nos noſtro ordine, idq́ue quàm primũ, nulla penitùs mora eſt, citò ſtatim, & forſan hodie moriemur, & quos p̃miſimus conſequemur, nec tua te uirtus aut fortuna, nec mea me ſtudia liberabunt. Soluendum naturæ debitum, moriendum, abeundum, cedendumq; ſequentibus, agendumq; iter eſt patrum, æquè in tua palatia, & in meas ſolitudines mors intrabit. In huius autem miſerrimæ uitæ calle breuiſsimo, cuius ut uides ad exitum propinquamus, & imus, & currimus, & uolamus, & præcipuè in his annis ultimo proximis, dux mihi multos ante alios electus, meq; multis, tuo alioquin inſigni præferens iuditio, cum ad finem, uel noſtrum alter, uel ambo uenerimus, quod utique fieri oportet, & differi nequit, quantum dolebis, quod neſcio quibus alijs curis, fortaſsè maioribus, neſcio an & pulchrioribus diſtractus, nihil unquam pro me feceris, cum potueris ſemper & ſæpè promiſeris. & quanquam nullo meo merito, promiſſo tamen tuo debitor ſis, & qui patrimonij ampliſsimi, tuarumq́ue rerum omnium partem mihi, primam, maximamq́ue meis proximam, totiens interpoſitæ iuſiurandi religione deputaueris, tibi ultima & minima, quam ego uſui tuo relinquerem, reſeruata, de quo chirograghum non unum tuis ſcriptum digitis, habeo, requiſitus tandem, non dicam patrimonij partes illas, aut de tuis omninò rebus quicquam, quod minimè petebatur, ſed ne unicum quidem uerbum, iuſtum, honorificum teq́ue dignum, & tuis in labijs & in auribus audientium honeſtiſsimè ſoniturum, illi tuo electo & dilecto præſtare nolueris, ipſe tecum cogita. Ego mihi peccare in te, & in meipſum uiſus ſum niſi te neglecti huius tàm decori, et tàm tui officij aduerterem, quod ut differrem hactenus, quid putas, niſi ſtupens dolor fecit, ne uerò amplius differam, dolore tandem uictus ſtupor, & caſu oblatus hic Vir, mei nuper, tui pridem amantiſsimus impulit, penes quem ſic deſiderium, & querelam & ſuſpirium meum omne depoſui, quaſi in eo cernerem te præſentem, tecumq́ue de te quærer quod perſæpè tacens ſoleo. ſibi igitur crede, ipſumq́ue audi obſecro, & niſi tibi inglorium ducis, exaudi, patientia ſed armare, priuſquam incipiat, & uerbis aſperioribus mitem animũ oppone, contra te dici audies. noli partes extimare, ſed cauſam tu, reus idemq́ue & teſtis, & iudex, de te ipſo fer ſententiam, uide quàm conueniens famæ tuæ ſit, habuiſſe tot annis hominem, quem amicum uoces, quemq́ue interdum humilitate inſita, magnitudinis immemor, ut maiorem alloqui ſoleas, & ſi ipſe, ut eſt longè, ſe imparem omnibus fateatur, nihil q́ue ſibi præter ſomnij tàm longo in tempore contuliſſe, tàm clãræ nomen amicitiæ, cum amici munus, breui & facili pridem uerbo impleſſe potueris. quid ad tribunal illius, qui non ſolum amicis, ſed etiam hoſtibus benefacere præcipit, huic ſis calumniæ reſponſurus uideris, ego bis te requiſiui, utinam uel negaſſes citò, uel impleſſes ſerò licet, aut ſaltem lentius promiſiſſes, ecce nunc tertiæ & ultimæ preces meæ, q̃ efficaces, in te eſt, nondum ſperare de te deſij, ſi nũc quoq; meam ſpem deſtituis, tuus ero nihilominus, nam quẽ ſemel dilexi ſemper diligo, ſed moleſtus amplius non ero. ultimum hoc præmiſsis adijciam. Magnam et inſignem amicitiæ laudem fore, ſed eam multis & magnis ex rebus conſtare, Amicum dici facile eſt, amicum eſſe difficile. Vale. & ſi nimis familiariter, loquor ignoſcito, Patauj *III.* Idus Octobris.

Fran. Petrarcha Amico incognito, S.

De ingenio ac moribus Barbati Sulmonensis.

BArbati mei nomẽ, quo uix mihi aliud aut charius fuit, aut nunc quoq; dulcius sonat, hũc in paruis forsitã, sed in multis certè occupatũ calamũ auertit, rogas enim, & quasi debitũ reposcis, ut de illius uiri uita & moribus actibusq;, quos mihi notos reris, opusculũ aliquod, seu Panegyricũ scribã, ad memoriam posterorũ, ego uerò & illũ carmine dignũ, & te honestæ rei aptum precatorẽ, & me illi talis officij debitorem fateor, & uirtutẽ eius, ut charissimam sic mihi norissimam nõ nego. nihil mitius, nihil integrius, nihilq; candidius Sol uidit, nihil amantius literarum. quibus ut lautissimis uescebatur cibis, huius appetentissimus, reliquarum omnium negligens uoluptatum. Inanis gloriæ fugitans, insolẽtiæ nescius ac liuoris, ad hæc & ingenio acer, & stylo dulcis, & doctrina uber, & memoria promptus fuit. hæc ego de homine illo noui. & si qua mihi fides, apud posteros futura est, testor ita esse, & multo amplius quàm uel temporis breuitas, uel stylí huius humilitas pati queat. Me autem ille sic dilexit, ut nullum mihi mortalium, nisi fallor, non dicam anteponeret sed æquaret. conuersationem tamen illius, mea mihi fors inuidit, ex quo illud sydus Italiæ, nostríque summum æui decus, Siculum regem, dura mors abstulit Robertum, non sibi dura, sed patriæ, quo agente, sub iugũ amicitiæ missi eramus, quo superstite separari ab inuicem, non magis corporibus quàm animis poteramus. ille nos iunxerat, ille iunctos tenuisset, qui compage salubri & ualida, quasi lapis angularis multa nectebat. quo sublato, & nos disiuncti locis, & totis concordiæ nexibus resolutis, regni ruina miserabilis consecuta est, ut omnibus Siculis notum esset, quantum ad salutem publicam, in unius uiri sapientia ac uirtute repositum sit. illius monte igitur & Barbarus meus Sulmonem suum repetijt, instantium seu præscius malorum, & ego admiratione illa Regiæ maiestatis explicitus, cuius uinculo captus, Parthenopen retrahebar, me deinde uel in Gallijs ubi tũc erã, uel ubi nũc sum, inter Alpes Apenninũq; continui sic effectũ, ut de amici optimi charitate ac uirtute certissimus, suos mores domesticos ignorarem, quæ uiuendi norma, quæ familiæ suæ disciplina, quæ Reip. curæ denicq; quid egerit duobus ac uiginti annis, quibus eũ oculis non uidi, quid dixerit aut scripserit, cum haud dubiè exundanti ingenio, multa potuerit, nihil habeo comperti, ut si quod abest ocium adesset, de his scribere certa rerum fide non ualeam, aliud quàm quod audisti. Quod ad me, tum pro uirili portione attinet, nomen eius curæ mihi fuisse multæ mearum testantur epistolarum, quæ ad eum sunt, & iuuenile opus epistolaris liber, lege carminis astrictus, sibi totus inscribitur. tu qui sub illius magisterio creuisti, cui conuictu continuo ac longæuo rerum illius atque actuum plena notitia est, cui ætas, ocium, ingenium fauet, quod ex me poscis per teipsum imple, oro fœliciter, ut quod ualdè nosse cupio ex te discam, quo non solum communis mihi tecum amici memoriam, sed communis tibi secum patriæ gloriam celebrabis, quæ maiorem nisi amor me fallit, nulla ætate ciuem habuit, Nasonis antiqui pace dixerim, ille enim ingenio clarus, fuscus moribus, quamuis frustrà, multas longæ uitæ maculas, uno breui purgare uersiculo nixus sit, hic autem noster, & ingenio bonus, & uita melior fuit. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

De tædio scabiei, & Medicorum remedijs.

SAtis superq; tacuimus, & est ut iucundi sermonis, sic trãquilli silentij uoluptas quædã, hæc ne nos æquo lõgius trahat, occurrendũ est. nõ dicã scribẽdi materiã defuisse, ne mẽtiar, quãdo enim nobis illa defuerit, qbus cœlũ, terra, mare, quæue in eis sunt omnia, & in primis homo, mirũ naturæ parẽtis opificiũ, idẽq; optimũ, pessimũ animal, & nũc, ppè par angelis, nũc aspidib. atris immanior, materia inexhausta est, semp; se oculis atq; auríb. ingerens, tempus solum defuisse uerè dixerim. affuisse autem atq; adesse, & nescio quorsum affuturam esse, squalidã & arentẽ scabiem, quæ cũ omni difficilis sit ætati, nostræ ut perhibent, & tã suspecta est, mihi uerò absit, dum prurití animi, morbosq; discussero, ut externorum quiduis incommodorũ queat esse suspectũ, cæterũ hæc pestis, quintũ sic iã mẽsem occupat,

occupat, ut non solum calamo, sed cibo etiam ereptas manus, ad se arandam fodicẽdamq; cõuertit. Amici mei Medici, in quibus quid remedij, quidue omninò cõsilij sit, experti nouimus, qui de malis hominũ, ludũ sibi & mercimoniũ fecẽre, quiq; auxiliarios se professi, spectatores ægrorum & ægritudinum facti sunt, omnibus frustrà patiente me, potius q; probãte, seu aliquid hinc sperante, tentatis ad extremum, ut etsi non Medici saltem prono stici uideantur, aduentantis æstatis expectandum auxilium censuerunt, dura grauisq; necessitas, quæ aduersus hostem, non nisi ab hoste poscere opem cogit, aut sperare. ego autẽ neque Medicis credo, neq; ab æstate spero aliquid, sed ab illo de quo scriptum est: Aestatẽ & uer tu plasmasti ea. & hoc unum scio, certissimumq; pronosticum morbi huius habeo, quod cito uel ego eum, uel ipse me deseret, diù simul esse non possumus, hoc me solor, nõ iniusta solũ, sed in omnib. molestijs meis, benè prouisum est enim, ut cũ uitæ mortalis innumerabiles sint angores, nullus possit esse longæuus. Audio quidem aliquos esse, qui scabiem sanitatem eximiam esse dicant, quam mihi ablatam, illis accedere non tantum patiar, sed optabo. certè si hæc sanitas est, nemo me sanior uiuit, usqueadeò ut præ nimia sanitate, uix hæc pauca perscripserim, sed nec multis opus erat, satis est rupisse silentium, scripsi ecce aliquid: tu quic aliquid rescribas. Hostis hæc mea interim forsan abscesserit, nos ad consuetudinem reuertemur. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio suo, S.

De mortalis instabilitate propositi.

DVm nil seriũ cp scriberem adesset, & omninò aliq̃d scribere mens esset, cp memoriæ proximũ fuit arripui, Leo noster uerè Calaber, sed ut ipse uult Thessalus, quasi nobilius sit Græcũ esse q̃ Italũ, idẽ tamẽ ut apud nos Græcus sit, apud illos puto Italus, quo scilicet utrobiq; peregrina nobiliter origine. Hinc Leo, inq̃, undecunq; magna bellua, me nolente, frustraq; diù ac multũ dissuadẽte, surdior scopulis, ad quos ibat, tuũ post abitum hinc abijt, nosti hominẽ, et me nosti, an is tristior, an ego lætior, haud facilè iudices itaq; ueritus, ne cõuictu assiduo fortassis inficerer (est enim animi ægritudo nõ minus cõtagiosa, q̃ corporis) abire passus sum, ad quẽ tenendũ, alio q̃ precũ uinculo opus esset, dato illi uiæ comite comico Terẽtio, q̃ incredibiliter delectari eũ, animaduerterã, sæpè stupẽs, qd commune habere posset Graius ille mœstissimus, cũ hoc Affro iucũdissimo. Sic è cõtrà, nulla tãta similitudo, q̃ nõ aliq̃d dissimulet. Abijt ergo sub æstatis exitũ, multa me corã, sæpè in Italiã Latinũq; nomẽ acerrimè inuectus, uix illũ puenisse diceres, dũ ex insperato barba & crinibus suis horridior, maiorq; ad me redijt epistola, ubi inter multa, ceu terrã cœlestẽ damnatã, modò laudat, atq; amat Italiam dilectãq; Græciam odit, laudatãq; Bizantiũ execrat. & ut se iubeam ad me uenire, tanta rogat instãtia, quanta uix Petrus naufragãs imperantẽ fluctib. CHRISTVM orat, ego rideo miroq; hanc iuditiorũ tantã uertiginẽ, tã breui rẽporis spatio, immò ne id quidẽ miror, scio enim, animo q radices in sapiẽtia & uirtute nõ egerit, nihil esse mobilius, cuius rei causas fortassè alias, sed unam haud ineptã ut pagani hominis apud Senecã legisse potes, in eo libro quo Elbiam consolat. Inuenio, inqt, qui dicant naturalem inesse quandam irritationem animis, commutandi sedes, & transferendi domicilia, mobilis enim & inquieta homini mens data est, nusquam se tenet, spargitur, & cogitationes suas, in omni nota atque ignota dimittit. uaga & quietis impatiens, & nouitate rerum lætissima. quod non miraberis, si primam eius originem aspexeris, non enim terreno & graui concreta corpore, sed ex illo cœlesti spiritu descendit, cœlestium autem natura, semper in motu est. probat hoc deinde, sed superfluo, nam res sensibus clara est, cui hoc tamen adijciam, & rem dicam mirabilem, sed ni fallor ueram; ubi duo illa defuerint, quibus radicatum quæro animum, ad cõstantiam eius non modò, non prodesse literis, sed obesse. dant audaciam, loca edocent, uias monstrant, consumunt uiaticum, uarios ingerunt cogitatus, quibus ut stimulis multa uidendi excitant appetitum, nec; frenant natura uagum animum, sed impellunt, agitant, circumuoluunt, Id si unquam in ullo homine clarum fuit, in hoc nostro Leone clarissimum est. non Leo Marmaricus dum febrit, caueis lustrandis ardentior, crebriorq; quã hic noster prouincijs peragrandis, & ut auguror, nisi rationis

officium

officium pauperies occupasset, non Leo esset ille, sed uolucris. Gaudeo hercle uerbis incredulum, rebus admonitum, & saxeum illud caput, experientia emolitum; cæterum neq; constantiæ suæ fido, neque uel naturam uel ætatem, & si ipse aliud spondeat, mutandis moribus aptam reor. Vnum præterea quod ridebis precibus inserit, ut pro eo scilicet apud Constantinopolitanum imperatorem literis intercedam, cuius mihi nec uisa facies, nec audítum nomen, Leo tamen, me sic illi ut Romano imperatori notum, ac familiarem, quia cupit, etiam opinatur, quasi q in imperij titulo conueniunt, unum sint, propè suo iure id quidem, Græci enim Constantinopolim alteram Romam uocant. quã non parem modò antiquæ, sed maiorem corporibus ac diuitijs effectam, dicere ausi sunt. quod si in utroque uerum esset, sicut in utroque Sozomeni hoc scribentis, pace dixerim falsum est, certè uiris, armis, at uirtutibus, & gloria parem dicere, quamuis impudens Græculus nõ audebit, postremò autem ne amici uolatilis, tàm uerbosa mentio frustrà sit, redit his in animum, te precari, ut Homericæ partem illam Odysseæ, qua Vlyxes it ad inferos, & locorum qui in uestibulo hærebi sunt, descriptionem ab Homero factam, ab hoc autem, de quo agimus, tuo hortatu in Latinum uersam, mihi quàmprimum potes admodum egenti, utcunq; tuis digitis exaratam, mittas, hoc in præsens. In futurum autem si me amas, uide obsecro, an tuo studio, mea impensa fieri possit, ut Homerus integer bibliothecæ huic, ubi pridẽ Græcus habitat, tandem Latinus accedat, nec sum nescius, quanta tuarum mole rerum prægraueris humeris, qd imponam, sui appetens, fidens tui. Vale Venetijs Cal. Martijs.

Fran. Petrarcha Nerio Morando Foroliuiensi, S.

De fama mortis suæ sæpius confictæ.

STupor tuus, fateor tibi, Vir optime, ut multa alia cõmunis est mecũ, cũq; omnib. penè nisi fallor, siq sunt qui reculas meas, cogitatu suo dignas iudicet, nã quis, oro, non stupeat, hominẽ nulli inuisum, charũ omnibus, ut fama est, eũq; nõ apud Indos aut Seres extremamue Taprobanen, sed in Italia, interq; Italos agentẽ, quotidie mortuũ fieri. Vigesimus annus est, ex q̃ Clemẽtis imperio Petri in solio tũc sedentis, Neapolim ꝓfectus, dum ibi aliquantulũ tẽpus tero, ꝓ Liguriã Venetiãq; omnẽ atq; Aemyliam, defunctus publicè nunciatus sum, additũq; mẽdacio, me intra Siciliã obijsse, de qua re amicus ille, tũc noster, non mali uir ingenij sed uagi, carmen illud flebile texuit, q̃ audisti, q ut uides, me ad ipsam quam defleuit mortem, incertum quo spatio anteceſsit. Cæterum carmen ipsum, & uulgaris rumor, sic ora omnium auresq; compleuerat, eoq; processum erat, ut me reducem, quasi umbram defuncti hominis admirantes, dubitantesq; conspicerent, uixq; oculis crederet, cuius contrarium auribus credidissent. fuerunt q̃ in eo præstigio nonnulli, qui Thomæ in morem, non me prius uiuum crederent, quàm manibus attrectassent, & ceu prodigium aut fantasma complexi, corpus solidum comperissent. sic uix tãdem prius auditus uisui ac tactui, & cõtrario cessit auditui. Mirabar fateor, nam etsi omni ætati mors cõmunis sit, ea tamẽ erat ætas, q̃ nõ qdem mortẽ, sed plerisq; mortalium, cogitationẽ mortis excludere soleat, ex illo aũt uix annus p̃terijt, quo nõ saltem semel, eadẽ fama sonuerit. quæ sic oram fermè nostri orbis cum ueritate partita est, ut ubi ego adessem, illic ueritas, unde abessem, mendax fama regnaret, itaque uiuus in Italia, defunctus in Gallijs, contra quo que, illic uiuus, hic mortuus sum habitus, inq; ipsa Italia, eo fortè quod sublonga est & Apennini scissa iugis, quid aliquando sim passus, dixi iam, dum uidelicet, quem pars una pascebat, altera sepelisset. Nunquam sanè de me tantum fame licuit quantum nuper, quando hic uiuus, utrobique, immò ubique mortuus opinione hominum fui, usque adeò, ut Rom. Pont. Vrbanus v. qui me uidendi auidum se dicebat, meq; iam ter uocato Ecclesiasticum mihi, quo delectari & moueri animum posse crediderat beneficium reseruabat, nõ illud modò, sed reliqua, quæ dudũ teneo insuper, & qui ante decenniũ, hoc qbusdã amicis tũc egentib. nũc defunctis cesseram, ambitiosè supplicantibus, famæ credulus, concesserit. ingens denique illa in curia, de his paruis ac paucis beneficijs, tumultus fuit, discurrentibus quidem illis, ad conficiendas gratiarum literas, uelut ad opimam prædã, totamq; urbẽ clamore complentibus. nescio enim, q̃modo meũ nomẽ, & cupiditati stimulos,

stimulos, & beneficijs pondus addiderat. qua in re, spei unius perditæ iacturam, eo solor, quod in reliquis importunitatem illam uulturũ seu coruorũ, cibũ sibi de aliena morte quærentium, lucri cupiditas, in damnũ traxit, uiuentis enim ad beneficia suspirantes, & plumbo aurũ mutantes, nil in finem sibi præter laborẽ & pudorẽ. si qs auaritiæ pudor esset, ac sumptuosa et ridiculas literas q̃sĩere, utq; illos ad inanem prædam, sic nos ad luctũ superuacuũ, falsus rumor impulit. Amici mœsti fletu. fleruntq; alij, quos Mediolani charos sollicitosq; mei habeo, & ut recentiora præteream, hic ad latus Patauí scilicet fletu sum, ubi penè debuerat, si uerum esset, morientis suspirium exaudiri. sic ut inceptum sequar, cum ut ait Apostolus: Datum sit hominibus semel mori, horum me circulatorum artes, ac mendacia sæpius mori cogunt. Hinc ille igitur, quem dicebam, tuus simulq; meus, & multorum stupor, quo enim de fonte, quæso, prodeunt hæc figmenta? seu quid sibi artifices isti uolũt? an fortè adeò nullus sum, obscuriq; nominis, ut ex æquo mea uita, & mors lateat, unde igitur ista sollicitudo? quorsum ista sedulitas. quærendi anxiè, rem tàm fuscam tamq; humilem. Solet nempè famæ flatus, ima contemnere, nec nisi clara atque excelsa contingere, an fortè potius contrà est, ut hoc claritas quædam, nec dum mihi certè cognitus fulgor efficiat. quod si ita est, ut quid ita de me falso fama loquitur, & ad summam, si pusillus atque abditus, quid in medium trahor? si magnus atque conspicuus, quid in luce non uideor? si obscuritas, inquam tanta, est, unde hic tantus famæ labor? si claritas unde error. Mira res prorsus, & insolita, uel de noto homine tot mendacia, uel de incognito tot sermones, semel in Hispania Scipionis Africani nunciata mors, & credita, Romanum exercitum in discrimẽ ultimũ adduxit, sed morbus grauissimus, illi famæ fidem fecerat, erat ille Vir maximus, atque incomparabilis, ego pusillus atque humilis, ille hostibus suis cinctus lateq; formidabilis, ego amicis stipatus, suspectus nemini, sine maleuolo ut perhibent, sine hoste, denique ex me nihil, ex illo tunc Italiæ, Hispaniæ atque Africæ fortuna pendebat, quod illi tamen unicum fuit, mihi crebrum, atque anniuersarium est malum, minus dico, scis tu, ut annus idem, bis hanc famam peperit, bis extinxit. Verum commenti huius ultimi, & auctorem nouimus, & causam committimus, reliquorum stupor adhuc integer manet. an fortè quædam peruersa animi uoluptas est. ea sibi fingentis auidius, quæ magis exhorreat, non cogitando solum, sed loquendo etiam, ac uulgando, quod minimè uerum uelit, & hoc esse suspicemur. Vnde ego ille hostium expers, amicorum diues, sæpè fingor examinis, ab his, qui me maximè uiuum optant. certè nisi fallor, nullus est hominum, cui haud damnosa uita, aut mors utilis mea sit. ipse hæres meus, si tamen is erit, quem cupio, quemue disposui, plusculum ex uita mea sperat, ut arbitror, quàm ex morte. nouit enim benevolentiæ mihi plurimum, ac pietatis, at unde testari liceat, patrimonij parum esse, meq; superstite sibi indies aliquid, obeunte autem nihil, aut minimum prouenturum uidet. Sed an malo huic fortè latentior causa est, fieriq; potest, ne sic hostibus caream, ut multi putãt, immò habeam, quos mihi non spes, non metus, non offensa (hæ sunt qdem odiorũ causæ) at quo nil peius, nil occultius liuor fecit, q̃ haud dubiè multis immeriti, & inopini exitij radix fuit, dum quibus charos se sperabant, odiosos rebus ipsis experti sunt. Ecce amice, ut ad uerum ratiocinando peruenimus, ita est, digito fundum uulneris attigi. figunt hæc nullis iniurijs lacessiti, nihil ex me timentes aut sperantes, sed gratis odientes, atque optantes, ut malè mihi sit, nec morte peius aliquid opinantes, falso quidem. nam morte bona nihil est melius, ipsi uerò inter bonam siue optimam ac pessimam non discernunt, tantum ut de medio auferat, & insectos tumentesq; oculos, grauí hoc fortè, etiam clariore quàm cupiant obiecto liberem, quod si ritè optarent, mecum hercle, optarent, mecumq; sentirent. nam quis nouit. oro te, uiuere ne in longum æuum, an mori hodie magis expediat? si diù uiuere fœlicem faceret, fuisset quod nemo unquam dixit, aut credidit, fœlicissimus omnium Mathusalem, non quantitas uitæ, sed qualitas extimanda est, nec longitudo annorum, sed actuum claritudo, & præcipuè finis attenditur, unde fit, ut sicut dubius sum, an melius uiuere sit, an mori, sic profectò non dubitẽ, tutissimũ atq; optimũ benè mori. Isti qbus æqua omnis, q̃a omnis mala mors est. unũ hoc ut moriar uolũt, id quoniã noto

segnius procedit, anticipāt, quodq; iniustè cupiūt, impudenter fingūt, & cōflatā à se rumo-
ris sonitu, p uero nūcio fruunt, ac more sedentiū in Orchestra, scænicis, q utiq; falsa norūt
spectaculis delectant, his ego qd faciam, nisi ut pno ac uolēti animo, calcar incutiā, q in ho
ras, promptior alacriorq; sit, ad omnia, q liuorē illis adaugeāt, & dolorem, & quid scimus, an
agente illo, q fons & principiū uitæ est, & de q scribit: Si iniquitatem aspexi in corde meo,
nō exaudiet Dominus. inter iniquissima illorum uota, uiuacior sim futurus, ut sic illos tor-
queam diutiùs, certè lōgior illis saltē uita uidebitur, q finiri expetunt, hoc unum genus sup
plicij non euadent. Et quāuis q hi sæpè factū fingūt, semel fieri tandem sit necesse, q tamen
totiens falsum fuit, & cū uerū esse cœperit, falsum poterit uideri, ut q uiuus, uerè dicor mor
tuus, uerè mortuus uiuus credar, & tā multis errorib. uni fides cōtrario sit errori. atq; ita, q
intēpestiuam falsam q lætitiā, ex me q̄runt, uerè obstent, falsoq; pleni uix ueri gaudij sint ca
paces, proinde quoniam hæc pestis, quotidie integrascit, non potero, quidem scio, super-
stes esse omnibus his me uoce mactantibus, at forsitan multis ero, & proculdubiò multis
sum. Cur, quæso igitur, laborat, & sterilibus sulcis, mendacia uana disseminant? non pos-
sunt uenenatis linguis omnibus ac sibilis, unum mihi momētum dati temporis eripere, nō
est enim impietas pietate potentior, nec possunt piæ preces amicorum, uitæ tempus auge-
re, nec impia hostiū uerba minuere, agant tamen per me licet, fingant, p̄dicent, mentiantur,
nil in re mutabitur, utrumque aūt mea sors casura sit, ipsi interim gratis sese cruciant, ego il-
los, dum hic sum, & torqueo & torquebo, nunquam tamen torturus amarius, quàm post
mortem, tunc ut spero quidem uiuam. si quid enim Ciceroni magnis qúe, et ante & post eū
uiris credimus, hæc nostra q̄ dicitur, uita mors est, de quo dicto nuper ad Ioannē nostrum
scribens, latius, nō qd mihi tantū, sed quid alijs uisum esset, expressi, proinde tūc uiuus ue-
rè & inuidiæ subductus, ueris iaculis è sepulchri arce, liuida corda transfigam, Et reor fore,
ut q multū uiuo inuident, magis ac magis inuideant sepulto, cū nocere iam nil possint, quē
que diù mori optauerint uiuum malint. Hæc aduersus inuidiam ira disseruit. ad te redeo,
restat enim epistolæ tuæ pars, in qua quod nemo, nisi uir bonus ac doctus potest, ipse te ad
uirtutem fœlicem q exitum, magnificentissimè cohortaris, qua unicè delectatus sum, nisi
in eo, q tuæ huius propositi, tui ducem & exemplar uitæ statuis, imbecillitatis & cæcitatis
sibi conscium, amicum rubore nimio perfudisses. Ego te potius ducem uelim, uel si renuis
CHRISTO duce, ambo pariter, q uiæ restat, cū Apostolo præterita obliuiscentes, & in ea,
quæ ante sunt extenti, quoniā aduesperascit, nec ullus est iam torpori locus, alacriter tran-
sigemus. Vale mi Neri, fœlix & mei memor. Venetijs VII. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Gulielmo Rauennati Physico, S.

Dehortatio à studio eloquentiæ.

DVlcis & ualidis uncis ac laqueis, me in amicitiam tuam me trahis, & cogenti similis
argumētorū nexus inijcis mihi, frustrà id qdem, cogi nequeo, nemo uolēs cogitur,
uolo ego, & pulsanti ultrò amicitiæ fores pando, & in limine obuius animi te ulnis ample-
ctor, uirtus, fides, & instantia id meretur tua. nō potest excludi, q admitti tā honestè tamq;
obnixè postulat, q amicus & meus esse expetit & Donati mei est. quicqd illi es, mihi etiā
sis oportet, omnia mihi cū illo uiro cōmunia ut essent, utriq; placitū, & nō uerbis sæpè fal-
lentibus, sed rebus ipsis animisq́ue conuentum est, atq; in primis quod est optimum ami-
ci. Pluribus hoc loco agerem, larga enim & amœna materia est, ni uererer, ne loquen
do te ad eloquentiæ studium excitarem, unde te ut iam hinc, amice tecum loquar, ma-
ximè dehortari uelim. sine medicos loq, longè fallit, quicūq; meditātis eloquiū, p futurum
ægro somniat, cui p̄ter curā aut leuamen morbi, omnia grauia & molesta sunt. expertus lo
quor. memini olim me in Vrbe Mediolanēsiū, dura quidem & difficili uexatū ægritudine,
ab omnibus qui in pretio ibi erant Medicis, bis quotidie uisitatum, sic uolebat enim, is qui
poterat, quosdam licet amor nostri, cunctos tamen superioris imperium urgebat. Erant
inter cæteros duo dispares, non tàm arte q̄ moribus, alter enim ad grabatuli mei spondam
tacitus accedebat, & uenarū tumultu digitis explorato, quæ in rem essent, cum familiari-
bus amicis extra thalamum agebat, inde ad me rediens, bono animo ut essem hortabatur,
abibatq;

abibatq;, hunc ergo ut patrem, ut sospitatorem meum intuebar. alter ubi assederat, quasi
actis radicibus obtundebat fessum uerbis caput, quantum poterat, quippè immò quidem
plus multò quàm poterat eloquentiæ intentus miros & in extricabiles texebat apologos,
unde sæpè præter ueros angores, noui aliquid simulandū esse, ut abiret. hūc amicum sanus
licet, æger oderam, excluserus, nisi famæ suæ parcerē, erat enim mihi grata hominis fides,
confabulatio tædiosa. Dices autem, hoc tibi uni forsitan, cæteris aliter uideatur, crede mi-
hi, nemo æger diligit concionantē medicū, sed curantē sanos, securos, ociosos, cōpta & dul
cis mulcet oratio, quod ipsum utique medici non est, certè ægris, pauidis, occupatis, om-
nis uerbositas odiosa est. nemo medicum conducit eloquentiæ appetens, sed salutis, ad
hanc herbis non uerbis opus est, odoribus non coloribus, physicis demum non rhetoricis
argumentis, cura corporum uobis imposita est, curare animos aut mouere, Philosophis ue
ris atque oratoribus linquere. si utrunque temptabitis, neutrum ritè complebitis, diuersa
sunt enim, longeq́ue distantia, & quæ uno simul ingenio exequi perdifficilè sit, cui alterum
satis est, ad quod ipsum omni studio peruenirē, quàm sit arduum raritas probat. quid au-
tem quæso, ad professionem medici rhetorum flores? quid dialecticorum nodi, quid
grammaticum hyperbaton? quid ænigmata poëtarum? ad naturā rei non, a d artis iniuriam
respexit Maro, ubi describens Medicinam, ut omnem inde loquacitatem excluderet, mu-
tam artem dixit. Contra opinionem multorum loquar ut soleo, cum multa necessaria
sint Medico, artificiosa quidem eloquentia non modò non necessaria, sed damnosa est.
nempè quæ Medicum distrahit, ægrum premit. quid ergo efficax opera, præsens q̄ reme-
dium. hæc sunt Medici. oratio autem breuis, grauis, sobria, pauca uerba, sed sapida, quæ dif
fidentis trepidum cor confirment, nec cerebrum languentis exagitent, uerba inelaborata,
simplicia, puro animi de fonte cadentia, nō artis plena, sed fidei, quodq; ad ægrū attinet spei
bonæ, ita dico, donec sine periculoso mēdacio fieri potest. alioquin spem uitæ huius abscin
dere, curamq; uitæ melioris ingerere, satius quàm promissis inanibus, & lubrica spe incau-
tum, eousq; deducere, ubi mortis in limine uita simul & spes corruat. Bona quidem atq; uti
lis spes est, quæ sic corpori prodest, ut non obsit animæ, hanc de me dico, tunc æger conci-
piet, quando illū scientia doctū credet, experientia agilem, diligentia intentum, & ch ari-
tate ac fide insignem. potius quàm sermone, dum professionis suæ memorem cogitabit,
hoc est nō persuadere dispositum, sed mederi. Hæc ni fallor ergo spem pariunt, atque attol
lūt, hæc auctoritatē Medico tribuūt augentq;, uos aūt dicere soletis, ut audio, plures illū cu
rare, de quo plures sperāt. uerba superflua nihil ægro, nihil medico, nihil spei conferūt, nihil
rei. dici nequeat, quot hominum millia, disputantibus Medicis aut perorantibus perière.
hæc tàm multa familiariter, ut uel sic intelligas me amicum. Vale.

Fran. Petrarcha Bonauenturæ Bafro, S.

VNa hora duas mihi gratissimas literas tuas attulit, quæ diuersis inde temporibus di-
gressæ, unū hic in tempus coiērē. illis uisis, illicò tecū fui, quamuis enim ut est animus,
amicitiarum tenax, & uulgarium negligens curarū, nō tecū modò quotidie, cūq; his pau-
cis, quos mihi iā reliquos mea sors fecit, sed cū ijs quoq;, quos abstulit creber sim, ne cui mi-
rum uideatur, non posse in me absentiam, quod mors nequit, semper tamen atque omnib.
præsens locis, ipsis in literis præsentior fit amicus. sic optata faciem docta manus exprimere,
nō scribendo minus quā pingendo didicit. Quibus ego nūc literis hoc responsum uelim, &
si desiderio tui angar, te tū in loca amœna & salubria cōmigrasse gaudeo, ex diuerso autē,
naturæ donū hominū peruersitate confundi, cœliq; serenitatē belli fumo & puluere defor
mari doleo, fit hoc ut arbitror, ne qua dulcedo mortalis, nostrū iter impediat, neue nos pa-
triæ cœlestis immemores, uiarum fortè terrestrium redeat amœnitas. speculator æthereus
ut torporē nobis excutiat, nūc nos blandis & nūc duris agens stimulis, dulcia amaris, læta
tristibus, secura sollicitis miscet ac temperat. Libros quos quærimus, illic non esse mi
ror, nam & ego dum id tibi imponerē, temptabam potiùs quàm sperabam, sed iuuabat
experiri, an q interdū accidit spē, successus excederet. in quisitionē qdē hāc librorū, q̄uis

ſæpè irritam omittere neſcio, tàm dulce eſt ſperare quod cupias, habebimus uerò quos po-
terimus, neque pulchræ indagini, fœdus torpor obſtiterit, reliquos patienter optabimus,
atque ita progrediemur, his contenti, quos nobis noſtra ſors tribuit, legendiq́ue impetum
ac diſcendi ardorem mortalitatis recordatione ſolabimur. At quod ibi etiam amicos mi-
hi eſſe ais, & miror glorior, una enim pars Italiæ eſt, cui ignotiſsimum me putabam, uide
autem ne amico & fauenti, mendatio nunc quoq; fuſcum nomen ornaueris. Poſtremò
quod de patriæ meoq; ſtatu queris, accipe, Nullus eſt malorum finis, nulla niſi in miſericor
dia Dei ſpes, ſine hos qui quæ cupiunt fingunt ſibi, iam adeſſe, & quæcũq; ſomniauerint
uidiſſe ſe credunt, paululum forſitan ſeſe minor, ſed adhuc ingens atque horrifica ſæuit pe
ſtis, undique aures fletus & querelæ, undiq; oculos tepentia funera, urnæq́ue feriunt paten
tes, quod q́ue in capta urbe ait Maro, crudelis ubique luctus, ubiq́ue pauor, & plurima
mortis imago, & quocunque te uertas, adhuc latè feruentem uideas libitinam. quarum
me rerum, fateor, non uictus, ſed faſtidium domi tenet, ſæpè ſolitos congreſſus tuæ fidelis
amicitiæ requirentem. et de domeſticis hactenus. Bellum uerò nunquam grauius fuit,
nunquam funeſtius, quod finitum ſperabamus ingeminat, & in dies inferni, ut ita dicam,
follibus excitũ inardeſcit. ſic de cœlo ira Dei culpis hominum, de terris hominum rabies
dæmoniacis pulſa calcaribus, & confuſo laborum ac terrorum puluere mundi callem, &
multa nube miſeriarum, purum iubar uitæ huius, implicuit atque inuoluit, utq́ue omiſsis
totius humani generis malis, quæ non dicam ſingula ſparſim flere, ſed ſimul omnia cogita
re difficile eſt, omiſſa quæ nos propius premit, infœlicis Italiæ tempeſtate, ipſam noſtrarum
ægritudinem medullarum atque inteſtinum ulcus attingã, dicam, quod nondum forſitan
audieris, quodq́ue maiori dolore, an pudore ſim dicturus extima. Siquidem per hos dies,
Venetorum claſsis, de more annuo, Cyprum atque Alexandriam petens, dum Ereteis
nuper fidis ac ſubditis, nunc hoſtilibus eſſet depulſa littoribus, ad oppidum cui Scythiæ no
men eſt, inextremis inſulæ finibus, qua minorem ſcilicet Aſiam & minorem proſpectat
Armenia, manus iuuenum noſtrorum, iuſtiſsimo quidem odio, nefariæ rebellionis accen
ſa, ſed ut res docuit, plus impetus habitura, quàm cõſilij, aquandi ſeu propoſito, ſeu prætex
tu in terrã egreſſa, cumq́ue aquatione prohiberetur, bipartito agmine muros aggreſſa eſt,
tanto ardore, ut iam ea pars oppidi quàm Alexandrinarum nauium ductor inuaſerat,
nam & arte præualidis diffuſa mœnibus, inq́ue humiles preces uerſa, ſupplicum more præ
tentis manibus, ſpem ſalutis in deditione reponeret. denique actum erat, ubi repente
pars altera, quam claſsis Cypriæ dux agebat, quaſi nõ Cyprum petens, ſed in Cypro nata,
paucis armatis, immò inermibus Græculis, proximo in colle conſpectis, leporino ac de-
generi & indigno metu, ſine uulnere, ſine ferro, quin & ſine ſtrepitu terga uertiſset. in
qua fuga primo attonitis nouitate rei, uixitq; ſibi credentibus q; uidebatur, deinde reſum-
pro animò erumpentibus oppidanis, noſtrorum quidam gladio, alij undis abſumpti ſunt.
naues ſparſæ reliquiæ periêre, ita horum ignauia, aliorum uirtus irrita, propè iam parto ca-
ruit effectu, damnumq; uetus, nouo dedecore cumulatum eſt. quod ſi pars hæc aut domi
manſiſſet, aut alteri ſimul illuc iſſet, non illius tantum lucis, ſed totius belli inſtantis mo-
mẽtum, ingens paruo diſcrimine quærebatur. Hæc tibi amice, & ſcituro grauiter, & grauius
neſcituro nota facere uolui. quæ ſic eſſe & idem mihi, illius qui celſa de puppe, cuncta
oculis uidit, communis amici literis nunciatum, & hic paſsim indignantis populi murmu-
re, lamentisq; compertum eſt, quibus in malis, hoc unum boni cognito, ut ſicut caudinam
ignominiam in Samnites, Attilij ſupplicium in Pœnos, Mancini obprobrium in Numãti
nos, ciuium ſuorum mortes in Mithridatem, Auli fœdus, & fœdam fugam in Iugurtham
ulta eſt Roma, ita hæc urbs, ante alias nũc amica iuſtitiæ, multiplicatis iniurijs exacerbata,
& ob id natiuæ parumper oblita dulcedinis, cruentæ perfidiæ ultrix, acrior potentiorq; con
ſurgat, in illos patriæ proditores, quos Venetos putabamus. Quid non dies longior, muta
tiq; cœli qualitas poteſt? Cretenſes tamẽ inuenimus non præſenti tantùm. noſtro, ſed anti
quo tàm poëtico quàm Apoſtolico teſtimonio infames, fefellit nos aſpectus exterior, pe-
ctorũ latebras introſpicere nõ eſt mortalis, obtuitus habitu ac nominib. Veneti. propoſito
atq;

atq; animis hoſtes erant, quos uiuos ac mortuos, malè perdet mendaciorum & nequitiæ ul
tor CHRISTVS. Iam quod ultimum de me petis breue eſt, non poteſt mihi priuatim be
nè eſſe, cũ publicæ malè ſit, ut tamẽ ex fide iuſtus, ſic ego peccator ex ſpe uiuo, uenit, unde
non timebatur excidium, ueniet unde non ſperatur auxilium. miſit nobis rex tartareus pro
ditorem, mittet rex cœleſtis ultorem, iuſtiſsimo enim bello, dux fortiſsimus quæritur, ne
quid neſcias, noſter ille Fabritius Veronenſis, nulli noſtrorum temporum bellicis artibus
ſecundus, hoc unum in conſilijs omnibus nunc agitur, in quod quidem tua patria uti ope-
ra dignatur mea, quod eſſe me illi amiciſsimum notum eſt. Proinde cum Laurẽtius noſter
Dux illuſtris & cognomine Celſus, & re celſior, illum per literas reipublicæ uerbis arceſſe
ret, ego meas iuſſus addidi, quod facilius amici monitu, & priuato fulta cõſilio, publica eũ
flectat autoritas, quem ſi dediſſe dextram ſenſeris, cum illo duce confidito, noſtrum limẽ et
uictoriam ſubijſſe, de reliquo autẽ, ſi hac animi ægritudine liber ſim, corpore ualeo, et ſi mo
rẽ noſti. uſurpo enim per contrarium illud Hãnibalis, caloris ac frigoris patientia par, haud
aliter hercle eſt, uerum ille utrunq;, ego neutrũ pati poſſum. æſtas me cõficit, ſi quid deeſt,
hyems perficit, utraq; hoſtis uſq; adeò, ut altera rediens, deſiderium ferat alterius: ſic in re-
bus humanis, ſemper odioſius quod eſt. quando, & præteritum quoq; dũ aderat odioſum
fuit, futurumq; cum uenerit odioſum erit. ſola rerũ, uel memoria uel expectatio dulcis eſt,
ut facile iudices, quanti ſint extimandæ, quæ niſi abſentia non delectant, ò iucũda ſemperq;
eadem cœleſtis habitatio, ubi nec præteritum aliquid nec futurum, ſed præſentia cũcta ſunt,
ubi nil requiritur, nil ſperatẽ, ſed gaudeẽ de uero & præſenti bono. ubi q; ſemel placuit ſem-
per placet, ſemperq; eſt placiturũ immutabile atq; æternum, quod fruentis deſiderium, ſic
lenit, ut non minuat, ſic complet ut non finiat, ſic refrigerat ut accendat, cui demum non ſa
tietas ſurrepit, aut ſurrepere unquam poteſt, non defectus, nõ alternatio, nõ ſollicitudo uel
moleſtia ulla metuitur. fœlix uiator, qui illuc tandem miſericordia duce, peruenit. nos hic
ſumus adhuc, ubi diuerſa ſunt omnia, miſeri quidem, niſi animum ſpes & patientia ſolaren
tur. Vale. Venetijs VIII. Idus Decembris.

FRANCISCI PE-
TRARCHÆ V. C. EPISTO-
LARVM DE REBVS SENILI-
bus, Liber IIII.

FRAN. PETRARCHA LVCHINO VEREMIO, S.

BEnè habet, non ſemper quod uerebar, ſed interdum quod ſperabam ac
cidit, uiciſti enim, quodq; eſt optimum incruenta uictoria eſt. nulla tan-
ta proſperitas belli eſt, quæ non nimio emi poſsit, hæc nullo ſanguine em
pta eſt, nec minoris ideò, ſed maioris eſt pretij. Armatã prima pugnæ in
frõte iuſtitiã fuiſſe crediderim, qua cõſpecta cecidêre animi hoſtiles, et cõ
ſcientiæ cuſpide, iniuſta acies ſuſa eſt. alioquin. quo modò tot armati uiri
ſolo uiſu territi terga uertiſſent? erãt intus in illorũ præcordijs, ex memoria ſcelerũ diffiden
tia & metus, magnas partes in caſtris hoſtiũ habebatis, poterat quorundam fortaſſe iudi-
tio uictoria clarior uideri, ſi multo cruore rutilantior fuiſſet. ad me hercle nec fœlicior uti-
liorq́ue Reipublicæ, nec tibi glorioſior, nec mirabilior in ſeipſa, nulla eſt eſt enim tàm in-
ſtructa acies, quæ non in curſu rapido atque impreſsione præualida, & obſtinatis in mor
tẽ animis, uinci queat. ſine ferro & ſanguine uincere, ea demũ uictoria uera eſt, quæ hoſtẽ
ſubigit, ciuẽ ſeruat. nõ eſt in lucro ponẽda, multorũ morte ciuiũ, parta mors hoſtiũ, ſcitũ eſt
illud

illud inchyti ducis, Male se unum Ciuẽ seruare, quàm mille hostes occidere. nempè hostis aut uinctus, aut placatus in amicitiam trahi potest, at peremptus ad uitam ciuis retrahi non potest. ego quidem multa circunspiciens, & amantis more multa metuens, te in arma proficiscentem, multa monueram, uictoriam certè sperans, sed neque tàm facilem, neque tàm celerem. itaque non minus mihi negotij superesse præsagiebam, neque pauciora post uictoriam, uel in bello scribenda mihi, quàm ante belli principium opinabar. gratiam habeo Cretensium conscientiæ, ac pauori, qui me hoc labore liberant. ex omnibus equidem quæ tũc scripsi, unum tibi præcipuũ decerpsisti, ut cum Metello de uincendi celeritate cõtenderes, & hostes bello igitur, & Metellum uelocitate superasti. quod ad te attinet, Romano more et Romano certè animo in bellum ibas, paratus scilicet, ut ait Cicero, aut uincere aut mori, cõtrà, illi aũt te cõspecto indigenarũ more caprearum, cita formidine, circumueniẽti magnicp metus telo saucij, atcp confixi, quasi ad Dictamũ notã sibi & uulneribus salutarem herbam, ad uictoris misericordiam confugerũt. sic tui fama nominis, sic notissima Venetorum uirtus ac potentia, nec minus nota clementia, bellum grauem mira facilitate confecit. Cæterum ut prospera, & prona cuncta cum hostibus, sic cum improbis perfidisq; militib. difficultatem ac periculi plurimũ fuit, qui cupiditate atcp inuidia excæcati, non exercitum modò ad rebellionem uerbis accendere, sed te quoq; suum ducem, sub quo tàm fœliciter militassent, ferro aggredi ausi erant, ne quando forsitan uicisse te, sine periculo gloriari posses. quem tu motum magnis etiam ducibus profectò terribilem, magnis te maiorem probans, multa uirtute atcp constantia compressisti, priuatacp dissimulatorum iniuriæ læsam Rẽp. ultus es, iusto supplicio, paucorũ, quiete illicò rebus reddita, et exercitu ad obsequiũ reuocato. In hoc quoq; magnificè, ut in multis incomparabiles illos duces, Africanum maiorem ac Iul. Cæsarem imitatus. itacp cum omnia, & si magna atcp memorabilia, breuia, tamen atcp uelocia fuerit, non est æquum scripturam rebus ipsis, de quibus texitur longiorẽ esse. sicut autem multũ scribere necesse nõ fuit, sic debitũ usum est, hinc tuæ uirtuti, hinc fortunæ publice gratulari, tecp cum uictoria redeuntem lætis ac triumphalibus uerbis accipere. Salue igitur Metelle Creticæ, seu tu noster Scipio Veronensis, seruator ciuium, uictor hostium, punitor sontium, militiæ restauratio. tu nobis uictoriam sine sanguine gloriosam, tu exercitum sine lite reducis incolumen, tu rei bellicæ suas leges, tu captis ciuibus libertatem, tu patriæ pacem, & perdita regna restituis. quibus meritis, & si pridem laureæ ciuicæcp decus obsoluerit coronæ, & si niuei cornipedes atcp aurei currus, & capitolia summa defuerint, præmia antiqua uictoribus, uirtutem tamen amantium, in animis quo nullum augustius theatrũ, nulla prorsus arx celsior, gloriosissimè triumphabis. Vale tecp quàm primum tuorum oculis exoptatum refer. Venetijs *IIII.* Iunias.

Fran. Petrarcha. Petro Bononiensi Rhetori, S.

ET si præsens animo, corpore proximus, penè auribus strepitũ plausumcp, penè oculis fumum pulueremcp haurias ludorũ, & si quid notitiæ defuerit, nocte diecp cõmeantium uiua uox suppleat, credo tamen te cupidè meis literis percepturum, quæ cupidius spectaturus fueris, nisi hanc tibi pulcherrimam uoluptatẽ morbus corporis inuidisse. nam quod oro te pulchrius, siue quod iustius spectaculum fingi potest, quàm iustissimam ciuitatem, non de uicinorum iniurijs, non de simultatibus ciuium, aut rapinis ut reliquas, sed de sola iustitia gaudentem cernere? Augustissima Venetorum urbs quæ una hodie libertatis ac pacis, & iustitiæ domus est, unum bonorum refugium, unus portus, quem benè uiuere cupientium tyrannicis undicp ac bellicis tempestatibus quassæ rates petant, urbs auri diues, sed ditior famæ, potẽs opibus, sed uirtute potentior, solidis fundata marmoribus, sed solidiore etiam fundamento ciuilis concordiæ stabilita, salsis cincta fluctibus, sed salsioribus tuta cõsilijs. non credas de recepta Cretæ insula, quæ uetustate nominis, ingens licet, tamen in gentibus animis parua res est, & parua præter uirtutem omnia quamuis maxima uideantur, sed de euentu, qualem esse decuit, hoc est non de sua, sed de iustitiæ uictoria glorietur ac gaudeat. Nam quid magnum uiris fortibus ac potentia & hoc duce, atcp ijs terra mariq; militiæ

militiæ magistris, uicisse inermes Græculos, & nequitiam fugitiuam? magnum est, quod nostra etiam nunc ætate, tàm citò fortitudini fraus cedit, & uirtutibus uitia succumbunt, quodcp nunc etiã Deus curat atcp aspicit res humanas. Ego dominus, inquit, & non mutor, & rursus: Ego, inquit, sum qui sum. non esset autem uerè ac planè, si qua ei mutatio inesset, quod fuit idipsum est, necp à casu hoc illi nomẽ tribuit Psalmista. quod insuper fuit, quodcp est, idipsum erit semper, immò quidem necp fuit, necp erit, illi propriè cõuenit, sed est tantũ, simili modò & cp sciuit scit, quod uoluit uult, qd potuit potest, id si cui unquã dubium fuisset, eò cp uel culpis hominũ manifestis, uel occulto dei iuditio negligi, quandoq; mortalia uisa essent ecce, ut nuper incruẽtæ facilisq; uictoriæ mira celeritas declarauit, quæ tanta fuit, ut perfectum antequã cœptum bellũ, quod de illis olim Romæ, nunc de Cretensibus Venetijs audirem: hinc ergo gaudium, hinc triumphus. Longum necp occupati atque humilis styli est, totam sacræ seriẽ lætitiæ, uerbis amplecti, rerum summã accipe: Cum ad *II.* Non. Iunij ànni huius *M. CCC. LXIIII.* hora fermè diei sexta, forte ad fenestrã starem, maria alta prospectans, essetcp una frater olim meus, nunc pater amantissimus Patracensis Archiepiscopus, qui autumni principio, ad sedem propriam trãsiturus, propter immotam fortunæ fauoribus charitatem, hic in domo sua, quæ mea dicit, hanc agitæstatẽ, subitò longarum una nauium, quas Galeas uocant, ramis circumfulta frondentibus, portus ostia, remis subit, inopino prospectu, nostrum colloquiũ interrumpens, illicet augurijs cœpimus, læti aliquid rumoris illam uehere, sic tonsis uada frangebant uelis, nautæ alacres, & frondibus coronati iuuenes, læto uultu, uexillisq; super uerticem agitatis, è prora ipsa uictricem, sed adhuc ignaram rei patriam salutabant. iam peregrinæ nauis aduentum, signo dato, summæ turris excubitor nunciat, itacp nullius imperio, sed noscendi desiderio, ad littus è tota urbe concursum erat, cum uerò iam propior facta, & subiecta oculis res esset, aduertimus signa hostium, de puppe pendentia, nihilq; iam dubij supererat, quin uictoriæ nuncia nauis esset. necdum tamen belli, sed prælij cuiuspiam, aut captæ urbis alicuius uictoria, sperabamus, neque quod erat, capiebant animi. at ubi in terram egressi, nuncij uerba in consilio fecere, supra spem supracp fidem læta omnia, uicti enim cæsi, capti, & fugati hostes, ciues uinculis eruti, urbes ad obsequium reuersæ, reimpositum Cretæ iugum, posita arma uictritia, pactum denique sine cede bellum, & pax parta cum gloria. quibus cognitis, dux Laurentius uerè Celsus, Vir nisi me forsitan amor fallit, & magnitudine animi, & suauitate morum, & uirtutum studio, supercp omnia singulari pietate atque amore patriæ memorandus, sciens nil ritè nilcp fœliciter fieri, nisi sumptum fuerit à religione principium, in laudes Dei & gratiarum actiones toto cũ populo se conuertit, per quæ urbem omnẽ, sed conspectius, in basilica beati Marci Euãgelistæ, qua nulla ut reor usquã pulchrior factũ est, quantum fieri per hominẽ Deo potest sacris celeberrimis, & processione insigni, ante & circa templum habita, ubi non solum populus clerusq; omnis affuit, sed prælati etiam externi, quos hic uel casus aliqs, uel uidendi amor uel uulgata deuotio detinebat. Peractis eximiæ quæ ad rem diuinam pertinebant, in ludos ac spectacula uersi omnes, operosum fuerit enumerare, quot ludorum species, quæ formæ, qui sumptus, quæ solennitas, qs ordo. ut quod in re tali rarum ualdè & mirabile, nullus usquam tumultus, nulla confusio, nullus rancor, sed omnia plena lætitiæ, plena gratiæ, plena concordiæ atcp amoris. & si magnificentia regnum suũ tenuit, ne inde modestia ac sobrietas exularent, sed in sua illã urbe, & in sua festiuitate regnantem regerent frenarentcp. multos quidem festos dies, uario apparatu celebritas hæc deduxit, duobus tandem tota res ludis clauditur. quibus ego nunc propria nomina latina non habeo, dicam tamen ut intelligas. alter nempè discursus, alter cõcursus, ut arbitror, dici potest. in altero enim recto calle decurrũt singuli, in altero singuli singulis hinc inde concurunt, uterque ludus equester, sed inermis primus, nisi quod hastis & clypeis decurrentes, sericis exuuijs uento effusis, quandam bellici actus imaginem repræsentant. at secundus armatus, & duelli species quædam, itaque in illo quidem elegantiæ plurimum, periculi minimũ, in hoc aũt artificio par discrimen, unde nõ sat ppriè hastiludiũ Galli uocãt, cp nomẽ primo magis cõuenit, illo enim uerè luditur, hoc certatur. cæterum in utroque, quod

quod narrari alteri uix me credulum præbuissem, sed nunc oculis meis credo, magna & mi
ra prorsus industria, non ut mundo persuasum est nauticæ atque æquoreæ, sed militaris ac
martiæ gentis eminuit. ea equitandi tractandorumq; ars armorum, ea demum æstus & la-
borum patientia, quæ quibusuis acerrimis terræ bellatoribus satis esset. uterq; ludus in pla
tea illa, cui nescio an terrarum orbis parem habeat, ante ipsam marmoream atque auream
templi faciem exhibitus, & priori quidem ludo, nemo externus interfuit, quatuor & uigin
ti nobiles adolescentes, forma, habitu & ætate conspicui, hanc sibi partem lætitiæ delegêre,
accersito Ferraria Thoma Bambasio, qui ut posteris breuiter notus fiat, siquid ego apud il
los aut notitiæ sum habiturus aut fidei, talis est hodie in uniuersa Venetia, qualis quondam
Romæ Roscius, mihi uerò tàm charus, tàmq; familiaris, quàm Tullio ille fuit etsi ut in alte
ra quidem harum amicitiarum parte portio ingens, sic in altera multa infit imparitas. Cæte-
rum huius ductu & consilio, ludus hic actus, & pactus tanto est ordine, ut non homines
currere, sed uolare angelos iudicares, mirum spectaculum tot ephebos, ostro atq; auro ue-
stitos cernere, tot Aeripedes ac fulgentes phaleris equos, sic regentes frenis, sic urgentes sti
mulis, ut uix terram pedibus tangere uiderẽtur. Atq; ita sui ducis edictum præsentibus ani
mis obseruantes, ut hoc ad terminum propinquante, ille claustris erumperet, ille autem se
cursui præpararet, qui alternatione hac, & summa omnium paritate, in circulos re digesta,
unus iscq; perpetuus cursus erat, dum unius finis principium esset alterius, & desinente ulti
mo, rursum primus inciperet, ita ut cum multi tota luce currerent, sero unum diceres con-
curriſſe. & uicissim nunc hastarum fragmina cœlo uolitantia, nunc uento crepitantia cer-
neres, signa purpurea, nec dictu facile, nec credibile est auditu, quæ nam ibi indies homi-
num frequentia. nullus sexus, nulla ætas, nullus status defuit. Iam Dux ipse, cum immen
so procerum comitatu, frontem templi supra uestibulum occuparat, unde marmoreo è sug
gestu, essent, cuncta sub pedibus, locus est, ubi quatuor illi ænei & aurati equi stant, antiqui
operis ac præclari, quisquis ille fuit artificis, ex alto penè uiuis adimentes, ac pedibus ob-
strepentes, neue æstiuus sol, pronus ad uesperam aut castore offenderet, aut fulgore diuer-
sicoloris auleis usquequaque pendentibus prouisum erat. illic ego rogatus quæ crebra di-
gnatio ducis est, ad dexteram eius sedi, uerum biduí spectaculo contentus, de reliquo occu
pationem nulli incognitam excusaui. Infra uerò nihil uacui, non ut aiunt milij granum in
terrã cadere potuisset, platea ingens templũ ipsum, turres, tecta, porticus, fenestræ: nõ tantũ
plena sed conferta omnia & condensa. Inextimabilis atque incredibilis populi multitu-
do terræ faciem tegebat, & subiecta oculis urbis florentissimæ, numerosa simul & culta fœ
cunditas, festi lætitia geminabat, ut nihil penitus plebi esset tanta iucunditate suispsius
aspectu et contemplatione iucundius, erat ad dexteram, ingentis in morem pulpiti contex
tum trabibus solarium, ob idipsum tumultuario opere erectum, ubi ex omni flore nobilita-
tis, honestissimæ electæ quadringentæ, matronæ insignes, specie atque ornatu spectabiles
Meridianũ, & quotidianis quoque conuiuijs matutinũ ac serotinũ ornamẽtũ cõsessu syde
reo præbuêre. Interuenere præterea, quod debere silentio tegi, negat in has terras, casu
nuper aduecti è Britanniæ partibus, nobilissimi quidam uiri, comitesq; & consanguinei
Regis sui, quos recenti uictoria exultantes, peregrinatio huc transmarina contraxerat, qui
qúe sese interim laborari æquoreo uegetabant. hunc multorum dierum equestris illa de-
cursio finem habuit, cuius præmium solus honos fuit. issqúe tàm exæquo unus omnibus,
ut cum uictor quisqúe nemo uictus meritò dici posset. Alteri autem ludo quod neq; tàm
pari euentu, & periculo maiore agitandus, & in parte uenturã aduenæ erant, alia statuta sũt
præmia corona magni põderis puro ex auro gemmisq; fulgentibus, uictoris decus, dehinc
balteus argenteus præclari operis, quo se munere solaretur, qui secũdum locum gloriæ me
ruisset. iam edictum militari, quidem ac uulgari stylo scriptum, sed ducalis bullæ testimo-
nio insigne, per finitimas distantesq; prouincias missum erat, quo acciti ad equestrem illũ
quem concursum dixi omnes, qui tales gloriæ studio traherentur, conuenêre autem mul
non diuersarum modò urbium, sed linguarum, quibus & militiæ disciplina & uir tutis fi-
ducia

ducia esset & spes laudum, cumqúe iam laudi alterius finis esset, hic ad duas Nouas Augu
sti cœptus, quatuor diebus continuis actus est, tanta celebritate, ut post hanc urbem con
ditam, nihil tale memoria hominum repetatur. ad extremum, & ducis & procerum & ex
ternorum militarium uirorum nominatim illius, qui dux belli fuerat, uictoriæq; post Deũ
ac lætitiæ auctor erat, concordi iuditio, primus honor ciui obtigit, secundus aduenæ Ferra
ria profectò. hic ludus, sed non gaudijs prosperisq; successibus, hic & epistolæ finis sit, qua
id nitor, ut q; morbus eripuit oculis tuis, auribusq; restituã, & ut noris ex ordine, qd apud
nos gerit, utq; intelligas, inter maritimos etiã uiros, cõstare militiã & magnificentiã, & ex
celsos animos contemptumq; auri gloriæ appetitum. Vale Venetijs IIII. Idus Augusti.

Fran. Petrarcha Petro Bononiensi. S.

De famulorum peruicacia.

VEnit ad me uidendum socrus tua, uenerabilis matrona, cui si nil aliud suffragaretur,
quàm quod filiam te dignam genuit, abundè erat, ut non solum admittenda sed am-
plectenda animo, & colenda esset ac dignis honoribus prosequẽda. quid te longius trahã?
Famulos meos, seu domesticos hostes, nosti quanquam quid meos infamauerim, qui opti
mi omnium dici uolũt, & fortasse famulorum optimi, sed profectò pessimi hominum sunt,
ita ut cum quidam mihi illos inuideant, ego eos, quasi intestinum malum, et uisceribus infu
sum uirus exhorream. famulos igitur nosti omnes, nullis descriptionibus opus est, profes-
si seruitium, imperiũq; exercẽt, immò tyrannidẽ importunã, atque indignã, mitto alia, non
epistolæ sed annalium materiam. Centies non dicam iussi sed orauí, ut siquis ad me ueniat,
dum diuino deditus officio sum, nisi uel persona admodum insignis, uel aliquid magnæ rei
sit, expectare iubeant, sed dum studio inrentus, neque passim omnes accipiant, neq; exclu-
dant, sed discretione, si qua esset, uti uelint hominũ. & causarum. At dum mense aut lectu
lo partem dedi, confestim introẽat quisquis sit, nam & utrique breuiandi causas afferri cu-
pio, et utrunq; repetere, post colloquium licet. in ijs sanè ut in reliquis, omnibus eius, q; me
uelle norunt, contrarium faciunt, seu hæc illorum perfidia, seu mea fors est, seu ijsdẽ fortè
quibus se sciũt, me quoque uictum passionibus ijsdem, subditumq; rebus putant, somno
scilicet ac uentri, quamuis hanc suspitionẽ nec sermo meus, nec ut reor uita recipiat. sed ad
hodiernæ seriem reuertor historiæ. Erat hora diei sexta, & ego æstiuo de more, in cubiculũ
concesseram, quod nocti defuerat, à meridie exacturus. hæc ab illo primo nostri generis,
non tàm familiæ suæ utili, quàm famoso parente, nobis superant, fames, sitis, lassitudo, &
somnus, siue hic breuis, siue ille perpetuus sopor mors, uix dum ergo, ut perhibẽt, hãc quo-
tidianam mortis imaginem somnum, oculis carpere orsus eram, dum hanc, illam tuã quã in
habito domum, adijt me uidendi auida, quem nec uidit hactenus, & non uisum amat. respõ
derũt ij custodes mei egregij, consopitum me, neq; mendacissimum genus hoc mẽtiti sunt,
sed nec lætheus ille, nec irreparabilis somnus erat. quid faceret fessa mulier ac grandæua,
utrunque enim auguror, & quod difficilius festinantibus pulsa comitibus, & magna in ur
be semper plena, populo, nunc aduenarũ turbis penitus exundanti. quas hinc dies, atq; uti
nam nõ spectaculi uidendæq; pulcherrimæ urbis desideriũ, sed indulgẽtiæ annuæ pia spes
& cũ CHRISTO ad cœlũ mentib. ascẽdẽdi cura cõpulerit. abijt ergo, fortunã suã accusãs,
q; me cernere nequiuisset. Ego autẽ experrectus, qd egerim, qd remedij cœperim, qd pu-
tas, nisi ut tacitus indignarer, nẽpè ut aiũt, assueta nõ cruciãt immò qdẽ cruciãt, sed parci-
us, callũ habet consuetudo, durũ certè, nõ imperuiũ dolori dolui, & queri illam facere mẽs
fuit, sed facilius Adriæ in æstu piscículum, quã hominẽ unũ Adriatica in urbe reperias, hac
præsertim die. hæc illi precor meis uerbis dicito ne apud eam fortè uel comites, q; seruilis
nequitiæ fuit, mihi superbiæ tribuatur. & Vale. Venetijs in die Ascensionis ad uesperam.

Fran. Petrarcha Frederico Aretino S.

De quibusdam fictionibus Virgilij.

IVuenilia inter opuscula, quæ mihi per adolescentiam exciderunt, carmen est tumultuari
um, tunc ardenti recens studio, nunc uetustum, ut res eũt, et penè meo iuditio, tã uix meũ
quod aduersus magnum illũ inuidum, ut propriè dicã, ira dictauit, ego autem scripsi illic,

contra

contra eum, qui cum summam gloriam literarum quæreret, ita ut nec parem in Italia certè nec comitem pati posset, præter paucas, quas sibi non pro rerum merito, sed pro aurium uoluptate delegerat, literarum ferè omnium hostis erat. Inter multa accidit, ut poëticam defenderem, quàm ille mordacius carpebat, cuiq; eo pro ætate tũc deditus eram; cumq; inter poëtas laudatos, nostrorum primus ut decuit Virgilius, stylo obuius, ac fictionũ, quæ apud illum & reliquos crebræ sunt mentio incidisset, quas ille maximè execrari solitus diceretur, earum aliquas prætereundo attigi, quas superbo illi, quasi gemmas lintheo obuolutas ostẽderẽ, simulq; suã sibi ignorantiã detegerẽ, inq; oculos ingererẽ, ut uel coactus agnosceret, q̃ turpè est, uiro ingenioso, damnare q̃ nesciat. Hinc tibi, post tantũ tẽpus quærẽdi materia orta est, atq; humiliter uestigãdi, q primus ad uirtutẽ ac scientiã gradus, qdnã dimoto, q̃ circũfusũ, uerò est allegoriarũ uelo, ille sibi uelint fabulæ, dignus es fateor, cui omnia patescãt, dignus ego, qui honesto desiderio manũ dem. quod me hercle, si quantũ animi, tantum esset ocij, libenter aggrederer, iuuaretq́e de reliquijs iuuenilium studiorum meorũ, iuuenilẽ tuã industriã adiuuare, uereor autẽ si quæ olim iuuenis (iam enim mihi hæc longè alijs intento, pridem in tergum abierunt) de his horumq; similibus cogitare consueueram, loqui incipiam, ne memoria repetendis, nec tempus describendis sufficiet rebus, sin aliorum opiniones coniecturasq; sequi uelim, ingens rerum series aperitur, & tàm uaga, tàm discolor, ut pro monstro sit, scriptorum tanta diuersitas ac libertas. nam & ingeniorum infinita dissimilitudo est, nullus autem, qui nouorum dogmatum castiget audaciam, & res ipsas tales, quæ multos ac uarios capiant intellectus. qui si & ueri sint, & litera illos fert, quamuis ijs, qui fabulas condiderunt, nunq̃ fortasis in mentẽ uenerint, nõ erunt repudiandi. nam quis inter tot ambages rerum, quid in re qualibet studiosè abdita ueri insit, sic uaticinari audeat, ut indubitanter affirmat, hoc illos, ante annorum millia sensisse nõ aliud, satis est unum aliquem ex uerbis, aut multos sensus elici, ueros tamen, licet plures aut totidẽ, & eosdem aut pauciores, nec eosdem omnes, & horum nullum prorsus habuerit, qui repertor fuit. necq; enim tàm facilè quid cuiq; uisum, quã quid uerũ sciri potest? qualia multa de Moyse in confessionum libris disputat Augustinus. Ego autem, quando id rogas, et & me fessum inclinata iam die, de hospitio cogitantem, ad matutina negotia retrahis, dicã breuiter, non quod uerisimum electissimumq; esse contendam, sed quod illa ætate, quam nũc degis, cum eisdem quibus tu nunc curis ac studijs exercerer, uariecq; ut fert ætas illa, modò huc opinionibus agerer, modò illuc, nũc hoc nũc illud occurreret, cogitanti sæpius occurrebat, quodq; cum cæuis meis, quantum non fatigandæ memoriæ præsto est, sæpius fabulabar. Accipe uerò nunc, in manus epistolam illam, unde tibi hæc scrutandi animus fuit, simul, & quod ibi scriptum memini. aspice Virgilium, quem contra illum maledicũ defendebam, et quẽ constat, diuino illo in opere, quod sibi ultimum est, omnibus Castalio de fonte gustantibus, primũ atq; præcipuũ est, altius aliquid sensisse, quàm q̃ loquitur, idq; nõ modò poëtantiũ cõmunis habet opinio, sed Poëtæ ipsius epistola. quædã ad Augustũ, Cæsarẽ scripta testatur, ubi se rem maximã, & præter id, q̃ apparet studij multiplicis indigã, dicit ingressum. multa præterea, necq; enim cuncta memoriter teneo, sed quæ summa ita ut dico, clarè innuant. cæterum quia ut ego ipse tunc asserui, nec dictũ muto, ferè nullus apud hunc Poëtam uersus, sine tegmine est, ne infinitam atque inextricabilem ordiar telam, ad id uentã q̃ quesisti, & siquid addidero, liberalem calamũ laudabis, sin dempsero aliquid occupatũ excusabis. Iam in primis atrijs fratres, quibus imperitatẽ dixit Aeolũ, uenti sunt fratres, ideò, quia ex eodẽ parẽte geniti, hoc est ex aëre. atri uerò propter turbines et procellas, & puluerẽ, & imbres, & grandinẽ, & nimbos, quos reciprocis flatibus, fratres isti agitant. fratres ergo, sed turbidi ac discordes inuicem, inq; ipsum parẽtem inquieti ac rebelles. Aeolus uerò, uentosissimarũ nouẽ circa Siciliam insularum rex, quæ de nomine eius Aeolidæ dictæ sunt, tantum siue usu, siue arte aliqua uentorũ notitiã habuisse fertur, ut ex colore motuq; aëris, mõtiumq; uerticibus erupturos, aut desituros uentos, certa fide prædiceret, hanc ob causam, non apud rudes modò rerũ nescios, ac stupẽtes, rex uentorũ dictus, atq; habitus, sed apud ipsos etiã poëtas, ante alios Homerũ, apud quẽ elegantissimo figmento,

Aeolus

Aeolus ipse uẽtos utre cõclusos, errãti munus tribuit Vlyxi, hoc sanè Physicũ atq; Historicũ notũq; omnibus. Sũt q moralẽ sensum apud Virgiliũ q̃runt, sic est enim, q̃sq; suũ tendit in finẽ, inq; id maximè animũ intẽdit, itaq; de una eadẽq; re, p uarietate utentiũ, uarij capiunt effectus, utq; ait Anneus: In eodẽ prato, bos herbã q̃rit, canis leporem, ciconia lacertam. Laborioſum fateor utrunq; opus, seu materiam scilicet seu uirtutem, sub poëtica nube quærentium, ita demũ, si noscendi ardor à principio usq; in finem protẽdat indaginem. Vix enim mortali ingenio fieri potest, ut cuncta conueniant, neq; ea quidẽ, ut opinor scribentiũ fuit intẽtio. Sed ut omissis alijs, ad ipsum de quo quæris Virgiliũ reuertar, cuius finis ac subiectum, ut ego arbitror, Vir perfectus est. quæ perfectio uel sola, uel præcipua ex uirtute conficitur, apud eum quidem, inquisitionem mortalem utilissimam censeo, tũ quia uitæ unicũ ornamentũ, tùm quia prima scribentis intentionem sequitur. & q̃ de Virgilio dixi, de Homero dixerim, uno enim calle gradiuntur æquis passibus. In eo igitur, de quo quæris, loco ut iam tandẽ quod petis expediam, uideri mihi solent uenti illi, nihil aliud quã irarũ impetus, & cõcupiscentiæ motusq; animi in pectore, subtercq; præcordia habitantes, & humanæ uitæ reqem, quasi q̃busdam tẽpestatib. tranquillũ aliquod mare turbãtes. Aeolus aũt, ipsa ratio regẽs frenansq; irascibilẽ & cõcupiscibilem appetitum animæ, quod ni faciat, ut Virgilius ipse ait: *maria ac terras cælumq; profundum,*
hoc est sanguinem & carnem atq; ossa, ipsamq; postremò animam, illã terrestris, hãc cœlestis originis, quippè ferant rapidi secum in mortem scilicet ac ruinã. Speluncæ atræ quibus ille abditos facit, q̃d ni si cauæ & latebrosæ partes hominis sunt? ubi secũdũ Platonicam dimensionẽ, suis sedibus passiones habitant, pectus & ilia. supaddita moles caput est, quã rationi sedẽ Plato idẽ statuit, Aeneas uir fortis ac perfectus, de quo paulò supra dixi. at Achates cura uirorũ comes illustriũ, & sollicitudo & industria. sylua uerò uita hæc, umbris atq; erroribus plena, perplexisq́e tramitibus atque incertis & feris habitata, hoc est difficultatibus & periculis multis atq; occultis, infructuosa & inhospita, & herbarum nitore & cantu auium & aquarum murmure, id est, breui & caduca specie, & inani ac fallaci dulcedine rerum, prætereuntium atque habitantium accolarum oculos atque aures. interdiù leniens ac demulcens, lucis in finem horribilis ac tremenda, aduentuq́e hyemis, cœno fœda, solo squalida, truncis horrida, frondibus spoliata. Venus obuia, syluæ medio, ipsa est uoluptas, circa tempus uitæ medium, feruentior atque acrior, os habitumq́e uirgineum gerit, ut illudat insciis, nam si quis eã, qualis est cerneret, haud dubiè nisu solo tremefactus aufugeret, ut enim nihil blandius, sic nihil est fœdius uoluptate. succincta autem, quia uelociter fugit, & idcircò uelocissimis comparatur, nil nempè uelocius uoluptate, siue in uniuerso illam, siue in partibus extimes, nam & tota citissimè desinit, nec dum exercetur, nisi ad momentum durat. habitu demum uenatricis, quia uenatur miserorum animas, arcum habet & comam uentis effusam, ut & feriat & delectet, & sit delectatio ipsa uolatilis, & inconstans, & uentosa ad extremum omnia. & hæc quidem Troianis amica fingitur, siue quod apud Troiam reuerentius colebatur, siue quia cum sint tres uitæ à Poëtis simul ac Philosophis intellectæ ac descriptæ, & sit prima sapientiæ & studiorum quæ Palladi tribuitur, secunda potentiæ atq; opum, quæ Iunoni datur, tertia uoluptatis & libidinũ, quæ Veneri assignatur, Troiani ultimam p̃tulerũt, & Troianus iudex, æquitatis & iustitiæ famam nactus inter belluas, magnis in rebus iniustus atq; ineptus apparuit. Assumptus namq; ad certamẽ illud famosissimũ Dearũ, quas non memoraui, nõ rationi obediens. sed passioni, pro nuda Venere sententiam tulit, unde illi dignũ p̃mium, delectatio breuis, & mox lõgus labor, ac malorũ series, ad extremũ mors, nõ sua tantum, sed suorum omnium, & totius demum populi sibi fauentis excidium. Hæc Aeneæ genitrix fertur, q̃ etiam Viri fortes ex uoluptate generantur, & quod singularis quædam illi fuerit uenustas, qua exul atq; inops, castis etiam oculis placuisse describitur, hæc eadem formosæ uiduæ, quorum ex primo libidinis incentiuum, ex secundo libertas oritur delinquendi, suum obijcit Aeneam, magnis iactatum casibus, incẽdio ac naufragio elapsum, uno tantum Achate comitatum, & fusca nube circundatum, quæ quidem nubes, hac mystica nube reconditur, quod interdum accidit,

cidit, ut solius fama uirtutis exciti sub obtentu, primũ humanitatis ac misericordiæ mouentur animi, ad ferendam opẽ miseris egentibus. considerata postmodum, & conspecta illorũ nobilitate ac forma, uelum illud scinditur, et filius Veneris nudus remanet, turpiterq; incipit amari. Ipse quoque nonnunquam flectitur, quia difficile est etiam perfectis, excellenti rerum specie non moueri, præsertim ubi se amari senserit, atque apperi, immò quidem, ut ait Hieronymus: Impossibile est, in sensum hominis non irruere, motum medullarum calore, sed quia, ut idem ait, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui statim ut cœperit cogitare, interficit cogitatus. quod nihil est aliud, q̃ quod dixerat ante Dauid tenere et elidere, & allidere paruulos suos ad petram. uel quia hoc, non omnibus accidit, ille etiam sat beatus, qui etsi consenserit peccato q́e succubuerit, siue quod est grauius, malæ consuetudinis uisco implicitus fuerit, & astrictus uinculis, & fasce curuatus, aliquando tamen Dei instinctu tacito, uel alicuius monitu Dei, placitum nunciantis assurgit, neglecta q́e qua tenebatur uoluptate, ad uirtutis & gloriæ rectum iter redit. Hic Mercurius eloquij dux, à Ioue missus, meliora sequi admonet Aeneam, & ille licet passionatus, magnoq́e animum labefactus amore, paret tamen imperio cœlesti, aduersante nequaquam uoluptate ipsa, & blando usu, nec inexpertum relinquente aliquid, quo dilecti habitus trahi possit. dici enim uix potest, quibus blanditijs occupatum animum, & euadere meditantem uoluptas illecebrosa detineat, quas dulcedines perstanti obijciat, quas amaritudines abeunti. quibus frustrà tentatis, & digresso ad ultimum, quem tenebat sola fiet miserabilibus modis, & semota parumper Anna sorore sua annosa, hoc est, consuetudine præteritiq́e temporis memoria, quàm ad illum retinendum, frustrà sæpè transmiserit, & quæ præsens eam mori non sineret, tandem ipsa se perimit, quia nimirum animus, dum Apostoli consilio præterito, ad honesta conuertitur uoluptas, fœda per seipsam perit. Ille uerò diu licet inter deliberandum fluctuatus, ac deinde paratis rebus, iam certus eundi, celsa in puppi consopitus, hoc est alta in mente, & certo proposito conquiescens, quia scilicet consilij firmioris electio, quasi quidam terminus est laboris, ad extremum nauigat, & quamuis interdum oculos reflectens, acdimissa respiciens, pergit tamen, & per fluctus aquilone horridos Italiam petit, hoc est per difficultates medias, perseuerantis animi, nauigium, gubernaculo rationis administrans, actuum q́e & uerborum uelis ac remis in aduersum agens, destinatum tandem littus tenet. ubi religioni primum data opera, patrio more sacrificans, sanctum iubet saluere parentem, quem uersiculum, & Catholici adoptarunt, & usque ad altissimum *CHRISTI* altare pia traduxit ecclesia. Rebus diuinis explicitis, ad humana conuertitur, quæ nil aliud, q̃ ludi quidam sunt, in quibus uariante fortuna, sæpè primi ultimi, & nouissimi primi sunt, & lenitatem ac superbiam iuuenilem, tarda & cõstans superat senectus, demore tamen extrema gaudij luctus occupat. quo concussus animus uiri fortis, sed amicis consilijs ac nocturnis uisis, & diuinis confirmatus oraculis, tantum robur assumit, ut non solum perstet in incepto, sed gubernatore licet amisso, per seipsum regat fluitantem, nocturnis in fluctibus carinam, id est in obscura caligine uitæ huius instabilis, & incertæ, alienam gemens negligentiam ac fortunam, clauum tamen consilij non relinquens. quod in dubijs rebus, inq́e periculis maximè elucescit, donec ad interius uisæ etiam littus Italicum prouectus, Cumanum scilicet Baianumq́e sinum, in quo ni fallor, & locorum situ, & naturæ Graium superat Poëtam, propter concretas sordes, uitæ mortalis casib. multis exercitæ, flumine lotus, inuento fatidicæ Vatis ductu, mẽte inferos adeat, ubi fictionum nullus aut modus aut numerus. illic uerò alterius uitæ statu, quantum fieri potest, cognito, ac præclarè posteritatis ingenti spe concepta, iam securior lætiorq́; progredit, ne in nutricem quidẽ solitæ immemor pietatis, Circæum q́; inde mõtem p̃teruectus, ut exẽplo doceat, mala quæ uinci nequeunt, declinanda esse, Tyberinis tandem faucibus in uectus, ad ea ubi nunc Roma est loca, hoc est ad laboriosum, atque ancipitem quærendæ gloriæ campum uadit, quam mox difficultatum uictor omnium, minoribus ereptam procis, cõiugio sibi perpetuo propriã facit, unde illi soboles, posteritasq́; clarissima, summi conditrix

conditrix imperij, moderatrix pacis, miseratrix humilium, atq́; insolentiũ debellatrix. huius siquidem puellæ, cuius de connubio certat, pater animus, mater uero sponsæ animi caro, quoniã utriusq́; ex actibus, gloria nasci solet, uerum etsi externis hanc generis fata destinassent, hoc est, operosis, & difficilia atq́; ignota penetrantibus, mater tamen infirmior, & cõsilij inops, natã domesticis, & iuxta se geniti iũgere satagit, hoc est carnalibus desiderijs, studijsq́; terrestribus, ita ut interdum precibus, & importunitate fœminea, uirũ ipsum in sententiam suam trahat, qui tandem peregrinæ uirtutis, omnia uincentis, admiratione permotus, pœnitenti similis sese incusat, & propositum mutat. inclinatis ad extremum rebus, mater uirginis de genero actũ putans, in patibulo se suspendit, quia caro intelligens gloriã cessisse uirtuti, nec ullũ iam suis affectibus locum uidens, ipsa se perimit. secũdum illud quo se Paulus apostolus Crucifixũ mũdo dicit. Et quanq̃ nec tu ista quæsieris, & ego aliqua, de q̃sitis omiserim, quãdo tamẽ huc loquẽdo puentũ est, ne cepta cursum narrationis abrũpam, breuiter ad exitum rem deduco. Amara igitur, naturæ nimium dilecta, carne uoluntariæ sic peremptа, & uirtute ad optatum magna ui intẽtæ, procus inferior, chare socerus auxilio destitutus, & hostili impetu cuncta misceri audiens, & turrim, hoc est, supremã partẽ animæ, uirtutis ardore ad cœlum ascendente, correptam, ex ipso, in quo erat curru, uolubilium ac rotantium curarũ uidens, obstupet, & uaria confusus imagine rerũ, licet impar uiribus, temptare tamẽ ultimam fortunã statuit, ac sorore, hoc est pertinaci spe reiecta, ad terram unde est, p̃cipiti ruens saltu, pedes pergit in p̃liũ, quia etiam post edomitos atq́; extinctos carnis motus, adhuc fomes interior non quiescit, sed iam lenitus bellũ mouet, unde & ensis primo illi frangitur conatu, immortalis autem soror, alium subministrat, nõ primus desitura pugnam auxilio fouere, quàm iussu Iouis mœstam, ac gementem tartareus illam pauor arceat. contrà, Aeneas & sagitta ictus, & labante genu, quia scilicet Vir quantũlibet uirtute armatus, interdũ temptationibus uulneratur, sic ut in proposito claudicet, & sagittam ossibus inhærentẽ, non Medici manus, neq; ulla penitus ars humana, quãuis id professa, sed diuinæ tantum miserationis auxilium conuellat. animosior tamẽ in pugnã p̃ficiscitur, & utroq́; hoc est bonorũ & malorũ exercitu spectante, cõgreditur, & cõgresso primo, magnis in hostem uiribus hastam iacit. illa uolans, in oleastri amaræ arboris truncum incidit, inhæsitq́e, ut auelli ipsa etiam humana non posset manu, quia scilicet, dũ aduersus carnale desiderium acies mentis intenditur, nescio q̃d amarũ repperit, si enim delectatio dulcis est, amarum eius oppositum fit oportet, & usqueadeò detinetur, ut repeti ictus non possit, rei ipsius obstante duritie, neque actus, unde habitus quæritur frequentari queant, & ceu totidem aduersario infligi uulnere, donec hastam Venus id est delectatio operis, ac uoluptas bona quidem & honesta, reuulserit: quæ superueniens, signum est, q̃sti habitus, ut Aristoteli placet, quẽ facilitas sequitur actionis, & actuum frequentia. ex actibus enim difficilib. genitus ipse, mox faciles actus gignit, ut cum gaudio fiat, q̃ fiebat cũ tristitia. Proinde Aeneas aduena, id est, uirtus, seu Vir fortis, carnis uictor, iam facilem ac sequacẽ hastam manu arripit, librans q́e fœlicius ac certius, competitorẽ suum indigenam, carnalẽ, humi sternit affectũ, parsurus forsan supplici, eoq́; cõcupiscentia naturalis, ac propterea excusabilis uideat, nisi cõspectis insignibus, q̃ Pallantis suo, id est adolescentiæ generosæ, q̃ occidit, eripuit, exarsisset: hunc igitur in uindictam illius interficit, quo peremptо, iam tranquillus regnat, relictoq́; regi filio, post abitum mortali debitũ, opinionem diuinitatis assecutus, & materia uatum factus, in ore hominum uiuit. Excucurri ecce usq́; in finem, cum per te liceret, tanto ante subsistere, tulit impetus, & tua hinc pulsus industria, hinc serie rerum tractus, ne consuta dissuerem, tuæ metam percunctationis excessi. Nunc ad ea q̃ superſunt redeo, Troiæ scilicet incendium, & conuiuium Didonis, atq́; ut ab ultimo ordiar, unde orsus est Maro, primum omnium Didonem reginam cõditricem Carthaginis, castã fœminã fuisse, si aliunde nesciremus, magnus testis est Hieronymus, non sacrarũ modò, sed & secularium literarũ peritissimus, in eo libro, quẽ aduersus Iouinianũ hæreticũ scripsit, mille compactum confertumq́; historijs, neq; uerò Aeneam ac Didonem coëtaneos fuisse, aut se uidere potuisse, cum trecentis annis, aut circiter hæc post illius obitum

nata sit, norunt omnes, quibus aut ratio temporum, aut Graiæ Punicæq́ue historiæ notitia ulla est, non hi tantum, qui commẽtarios in Virgilium, sed qui libros Saturnaliũ legerũt, neq; Aeneã aliquando Carthaginem uenisse, secũdo Confessionũ Augustinus meminit, totã aũt Didonis historiam, originemq; Carthaginis, Trogus Pompeius, seu Iustinus explicuit, libro historiarũ XVIII. & quid rei manifestissimè testes quæro? quis enim nisi pars uulgi sit, quis usquam, quæso, tàm indoctus, ut nesciat Didonis & Aeneæ fabulã esse confictam, ueriq; locum inter homines, non tàm ueri auidos, q̃ decore, & uenustate materiæ, & dulcedine, atq; arte obtinuisse, fingentis usqueadeò, ut iam tristes & inuiti uerũ audiãt, ac p̃scripta dulcis possessione mendacij spolientur. Scio quid loquor, ego enim primus, imò solus, hac ætate, & his locis mendaciũ hoc discussi. q̃ sic animos occuparat, ut cõtrarium audire, non ut nouam modò hæresim, sed ut iniuriam conuitiumq; aliquid delicati resuerent, multorũ aures illius, ante alios, in quẽ ipsa, de qua quæris epistola scripta est. itaque cum adhuc nouus, atq; ignotus hæc dicerem exclamabant, quasi ego Virgiliũ ignorantiæ damnarẽ, cũq; non hæc illum nescisse, sed scientẽ lusisse contenderem, mirabant & q̃rebant facti causam. & sanè cur Poëta doctissimus omniũ atq; optimus, nam finxisse cõstat, hæc finxerit, cur cũ uel aliam q̃libet heroidum, ex numero eligere, uel p̃sonam forma re nouam, suo iure licuisset, unã hanc elegerit, sempitẽrno elogio notandam, ut quã studio castitatis, ac seruãdæ uiduitatis extinctam sciret, hanc lasciuo amore parentẽ faciat? & q̃ri potest, & dubium ualde est. qd tamen hic sentiam, qdúe opiner, q̃ ex me p̃sens audieris, ne plura nũc his aggeram omitto, & hæc interfatus ad rẽ uenio. quæcunq; ergo fingendi causa Virgilio fuerit, Dido ipsa, q̃ constat regina, non quidem indigena, sed externa est, per quam humana potẽtia designatur, regni nomine. omnis nẽpè qua superbiũt homines, potestas aduentitia est, cũctis æquè mortalib. nudis in hanc lucẽ editis. hæc exul domo, cõuectis opibus, peregrino cõsidit in littore. omnes enim exules sumus, ac peregrini nõ habentes hic manentẽ ciuitatẽ, in hoc tamen exiliũ uenientes, opes uarias argenti põdus & auri, hoc est relo quiũ, intellectũ & naturalia bona detulimus, & illa qdem miro ingenio, ædificã dæ arci locũ quærit atque ampliat. & nos quanta arte, quot fraudibus nostras angustias dilatantes, hic ædificemus palàm est. quod ad quæsita attinet, illa conuiuium celebrat, quia regum ac potentũ est, subditos alere, quos nunc tamen spoliant deuorantq́; . In hoc sane conuiuio, seu conuictu humano, cui reges p̃sident, tria genera hominum discumbunt, ipsi reges primi hominum, tàm sapientiæ q̃ eloquentiæ studiosi, hos signat Iopas, de secretis naturæ rebus agens, quod Philosophi est, atque ideò crinitus, adhibitis cantu & cythara, q̃ propriũ est Poëtæ. item cupidinarij ac uoluptuosi, q̃ per haustũ Bitiæ exprimũtur, paterãq́ue auream reginæ porrectam manu, ferè enim uoluptas, ut è fonte riuulus, à regibus subiectos deriuat. ita rursus ad tres illas uitas sermo redijt, quarũ supra mentio est habita. In hoc strepenti conuiuio, recubans Vir fortis, conscia rerum suarum pascitur, & oratione magnifica delectat astantes, iussus enim loqui, uelut coactus incipiens, dissonis conuiuarum clamoribus, finem facit, narrat autem tacitis atque intentis. & quid putas, nisi fortunæ insultus, dolosq́ue hominum, & uitæ præsentis incendia, & hærentes parietibus animæ passionum scalas. tu in periculis sopitorum uana somnia, & conatus irritos facit obstantibus & falsis consilijs habitam fidem, & negatam ueris, tum peccatorum ariete procumbentem ianuam, factumq́ue hostibus aditum. custodibus animæ primo extinctis in limine, denique uitam omnem, quasi unam ac supremam noctem, inter falsa gaudia cæcis actã mortalibus, & immixtas plebi, iustorum ac piorum, quin etiam Regum mortes, per quas ipse cum ingenti discrimine natalis soli, relicta tergo mollitie, & antiqua coniuge ibi amissa, hoc est consuetudine uoluptatum à prima ætate copulata, animo solus primum, sed uirtute armatus, post alijs ad exemplum coëuntibus, iam non solus, & grandæuũ patrem gestans humeris, & paruum filiũ manu trahens, uix uiuus euaserit, quo diximus puenturus, & gemina pietate memorabilis, & fortunatus euẽtu. & hic tumultus, hæc rabies, hoc periculũ, in quo libidinũ flammis, & irarũ cuspide, hoc est duplicum uulnerib. passionũ, uoluptuosa ciuitas perit. Noctu fieri æquum erat, propter errorũ tenebras humanorum, finitaq́;

finitamq́ue caliginem, urbe somno uinoq; sepulta: id est oblitione & ebrietate pressis animis. in quam urbem, fractis mœnibus, & omnis prouidentiæ diruptо neglectoq; munimine, qui unus animarum atque urbium murus est, armatis plenus hostibus: ingens equus ab initio sæuæ noctis irrepserat, idem impetus ac ciuilis discordia armatis, grauida semper affectibus, atque odijs latentibus & malorum causis, infaustam uerò hanc machinam, quã patriæ in excidium ephœbus seu ephœborum atque adolescentium iustitia fabricata est. unus urbibus euertendis aries, Lachoon sacer senex, urbem inuehi prohibens serpentum spiris, & uenenatis inuidorum nodis, ac flexibus circumuentus, opprimitur. quo amoto, uulgus insanum, in pernitiem suam præceps, magno consensu p̃operat, & monstrum infœlix, sacrata sistat arce, dum rationis locum occupat appetitus, quo nihil est propius ruinæ, itaq; tum demum & fatalis equus panditur, & quæ latebant mala erumpunt, multa quidem inter cætera Vlyxes, id est astus hostilis, & Neoptolemus, id est superbia, ardorq; uindictæ, & Menelaus, id est Zelus & dolor, offensarum q; memoria, & si non ipse funerum custos latebrarum, ac pestifer persuasor, id est simulatio & periurium, atque erũpens, cum occultis malis, suisq; omnibus artibus in lucem, fraus sub quo tanto rerum turbine, regibus ac regum filijs, ut dictum est pari cum populo sorte cadentibus, solus Vir fortis euadit, siue ad requiem, ut Anthenor, de quo dictum est:

Placida compositus pace quieſcit.

siue ad laborem gloriosum, ut Aeneas, de quo scribitur:

Bellum ingens geret Italia: & rursus:
Sublimemq; feres ad ſydera cœli:
Magnanimum Aenean,

Cui nempe per mœnia incẽsæ urbis erranti, Helena radix ac principium malorum incendio, id est uexatione lucem dante, cognoscitur quam dum extinguere, ruentem q́ue ulcisci patriam parat, & si ea pars diuino carmini sit adempta, Venus illi iterũ fit obuia, excusans Helenam Paridemq;. quid ni aũt Venus uenereum opus excuset. cũ sæpè etiam apud rigidos censores, data uenia sit amori. Monet præterea serum esse, q̃ in animo habeat, post effectus ultimos, causis intendere, cũ iam nullus remedio locus. & ineuitabile iuditium Dei sit, hortatur denique ut fugam potiùs quàm uindictam cogitet, quod desperatis in rebus utilius sit, fortunæ cedere quàm obniti. seq́ue illi fugæ comitem spondet, usque dum, in tutum peruenerit, eos scilicet quod etiam uiri fortes, & periculis eripi amant contingentium, modò nihil omiserint. & cum uoluptate seruantur. His dictis, & Venus abscedit, inter pericula enim rerum q́ue asperitates, libido non habitat, securi leniq́ue ocij amica, quæ etsi post redieris, abeuntem comitetur, non iam libido est, sed honesta quidem è periculi fuga, oriens uoluptas, & confestim Venere digressa, iratas ille facies deorum aspicit, Neptuni scilicet & Iunonis & Palladis, & ipsius demum Iouis, quod & maris artibus, atque nauigijs, & potentia, ac sapientia & postremò, quæ causarum potentissima est, summi Dei fauore Troianos Græci uincerent. quod iam antè præsenserat, ubi ait:

Exceſſêre omnes, adytis aris q; relictis
Dij quibus imperium hoc ſteterat.

sed quod ibi cogitabat, hic conspicit, erepta nube humida, quæ obducta oculis, mortales uisus hebetabat. quia iuxta famosissimum dogma Platonicum, quod Augustinus reuerenter amplectitur, multiq; alij nihil magis humanum animum impedit, à diuinitatis intuitu, quàm Venus, & uita libidinibus dedita. quam doctrinam grauem, ueramq; proculdubio hausisse potuit Plato, ab alto quodam, non tàm noto, sed utique summo uiro, sibiq́ue quod epistolæ eius indicant amico, Archita scilicet Tarentino, eo præsertim sermone, quẽ gratissimum habuisse memoratur, cũ C. Pontio Herennio. patre illius Pontij, q Samnitium dux, Romanum exercitum, Caudinis angustijs inclusit, & sub iugum misit, homine suæ ætatis prudentissimo, cui sermoni Platonem ipsum interfuisse, testis est apud Ciceronẽ Cato, cuiusq; illud inter multa memoriæ affigendum, neq; libidine dominante, temperantiæ locum esse, neq; omnino in uoluptatis regno, uirtutem posse consistere, denique omne illam animi lumen extinguere, iure igitur abeunte illa, & cæcitate animni deposita:

Apparent diræ facies, inimicaq; Troiæ
Numina magna deum.

Hæc de illo, quod quæsieras perstrinxerim, tu ut es ingenio agili, in alijs Poëtæ locis simi. lia cogitabis. Vale Ticini x. Cal. Septembris.

FRANCISCI PE-TRARCHÆ V. C. EPISTO-LARVM DE REBVS SENILI-bus, Liber V.

FRAN. PETRARCHA IOANNI BOCATIO, S.

Descriptio urbis Ticinensis.

IEcisti optime, qui quando oculis uel nolebas uel non poteras, saltẽ me literis uisitasti, audito nempè q; alpes transcenderas, Babylonem uisurus occiduam, eo peiorem communis quo uicinior est, suspensus ad euentũ rei, manseram usque dum te reducem auditem, & difficultatum uiæ crebris olim gnarus ex cursibus, & corporis atq; animi grauitatem tui cogitans, ocio amicam studioso, talibus aũt curis & negotijs sic aduersam, ut ex illo secura mihi nulla dies, nulla nox fluxerit. gratias Deo, q te sospitẽ reuexit. quãto enim grauiore pelagi periculo redijsti, tanto dulcior est reditus, gratiorq;. Sanè nisi admodum properares, haud difficilè fuerat, cum Ianuam peruenisses, huc deflectere, non nisi bidui iter erat, uidisses me, quem uides semper ubicunque terrarum sis, uidisses & quam ut arbitror, non uidisti Ticini ripæ amnis impositam Ticini urbem, Papiam iuniores uocant, quasi admirabilem, ut Grammaticis placet, & famosam diù Longobardorum regiam, ubi prius horũ ante ætatem, sub Germanici motũ belli, Augustũ Cæsarem fuisse comperio, credo quidẽ, quo uicinior rebus esset, ut priuignum scilicet in Germaniam p̃missum, maximasq; ibi & glorioſissimas res agentem, quasi è specula prospiciens excitaret, & si fortè bellorum more aliquid incidisset aduersi, ipse ilicò totis imperij uiribus, præsentiq; insuper sui nominis maiestate, succurreret. Vidisses ubi Dux Pœnus, primam de ducibus nostris uictoriam quæsiuit, qua facie dux Romanus à filio uix dum adolescente, telis hostium ereptus, & media morte seruatus est, summi futuri ducis insigne præsagium. uidisses ubi sepulchrum Augustinus, ubi exilij senilis idoneam sedem, uitæq; exitum Seuerinus inuenit, urnisq; nunc geminis, sub eodem tecto iacent, cum Luitprando rege, qui ipsum Augustini corpus, è Sardinia in hanc urbem transtulit, deuotum piumq; consortium clarorum hominum. putes Augustini uestigia Seuerinum sequi, ut uiuentem ingenio & libris his præsertim, quos post illum de trinitate composuit, sic defunctum membris ac tumulo. optes his tàm sanctis, & tàm doctis uiris, proximus iacuisse. uidisses denique, urbem famosissimæ per ora hominum uetustatis, mihi enim supra tempus belli Punici secundi, de quo proximè loquebar, de hac nihil in literis nunc occurrit, immò quidem nisi me fallit memoria, ne tunc etiã apud Liuiũ urbis, sed solius amnis est mentio. potest aũt fortasse cõfusionẽ peperisse, similitudo ipsa nominũ, Ticinus fluuius, urbs Ticinũ, sed ut omissis dubijs, certa perstringam, uidisses urbem saluberrimi aëris, ecce iam tres hic æstates egi, ita nusquã q; meminerim, tàm crebris & tàm largis imbribus, tàm paruis rarisq; tonitruis, tàm nullis penè æstibus, tàm perpetuis tamq; suauibus auris, alibi unquam tẽpus, hoc egerim, uidisses pulcherrimi urbem situs, cisalpinæ Galliæ, magnam partẽ Ligures tenẽt, gens & olim potens, & nostra ætate potentissima, horum hæc in medio est, & modicè extanti, imperioso quodam sedens loco, ripæq; leniter pendentis in margine, denſis turribus assurgit in nubila, prospectu undique expedito, & libero, sic ut nesciam, an ulli urbium

urbiũ in plano sedentiũ apertior sit, atq; iucundior. nullo fermè flexu oris, hic uinosa iuga alpium, hic frondẽtes Apennini colles, in oculis sunt, Ticinus ipse lætis flexib. descendẽs, & misceri Pado properans, ima mœnia labendo p̃labitur, suoq; impetu, sicut scriptum est, lætificat ciuitatẽ, ripis saxeo p̃clari operis ponte coniunctis, amnis omniũ lucidissimus, ut & fama loquiẽ & res probat, mirũ quo q; celeri in modũ, quamuis huc, quasi iam cursu fessus perueniat, & famosioris aquæ uicinitate cunctantior, & aduentitijs riuis, natiui aliqd nitoris amiserit. ad summam Sorgiæ nostro transalpino simillimus, nisi quod hic maior, ille autem & æstate quidem, uicina fontis algentior, & hyeme tepentior fluit. uidisses præterea ex his unã, in quibus tu multus, & ego uel nimius sum, æneam scilicet atque inauratam statuam equestrem, fori medio, quasi cursu concito, cliui summa carpentẽ, tuis olim ut fama est ereptam Rauennatibus. quam eius artis, picturæq; doctissimi nulli asserunt secũdam. quodq; ultimũ facit, non rerum ordo sed temporum, Palatium ingens urbis, in uertice uidisses, structuræ mirabilis, atq; impensæ, q; magnanimus Galeaz Vicecomes, hic minor, Mediolani atque huius, & multarum in circuitu regnator urbium, erexit, uir in multis alios, in ædificandi magnificentia sese uincens, credo nisi me amor fallit auctoris, quo iuditio rerum es, cuncta inter modernorum opera, hoc augustissimum iudicasses, & præter amici conspectum, quem tibi non spero quidem esse gratissimum, sed scio, multa te ut arbitror, non profectò leuium ut ait Maro, sed utique grauium ac grandium admiranda spectacula delectassent. me enim fateor, delectant detinentq; e, nihil quod alio sua animum trahunt curæ, itaque iam hinc abeo, haud inuitus tamen, iterum hic menses æstiuos, si qui mihi fato æstiui menses superarant, acturus. Quando autem ita res tulit, ut te ab amplexu meo, uel me labor uiriũ q; ipse testaris diffidentia, uel tempus angustum reditũq; tuũ expectantis patriæ iussus arceret, uellem Guidonem saltem meum Ianuensem Archiepiscopũ, & in illo pariter me uidisses, qui summa concordia uoluntatũ, rerũq; omniũ ab infantia secũ uixi, uidisses mihi crede hominẽ, corpore licet inualidũ, animo sic ualentem, ut uiuacius nil uidisse te diceres, inq; fragili & caduca domo, magnum hospitem habitare posse fatereris. quid multis agam, uidisses quẽ q̃rimus, uirũ bonũ, nulla ni fallor, crebrem, sed nulla ætate bonum rarius q̃ nostra, quem tibi non uisum doleo, neq; tàm tuæ, q̃ amici cõmunis negligentiæ, uel obliuioni imputo, qui te pati non debuit, generosas illas causas, gregis egregij, insalutato pastore præterire. ut querelam uerò gratulatione concludam, gaudeo, herde, quod apud ipsam Babylonem, quos mihi reliquos mors fecit, uideris illum ante alios uerè Patrem, ut dicis, meum Philippum Hierosolymitanum Patriarcham, uirum ut breui eum circumlocutione describam, & titulo parem suo, nec Romano imparem, si quando fortè dignus meritis honor accesserit, hic ut scribis, post longos amplexus, quibus te hactenus sibi ignotum, ceu alterum me, in conspectu Summi Pontificis, ac mirantium Cardinalium, ueri amoris ulnis astrinxerat, post pia oscula, post grata colloquia, & de statu meo, solicitas quæstiones ultimum orauit, ut Librum Vitæ solitariæ, olim dum Cauallicensis ecclesiæ p̃sul esset, in rure suo scriptum, & ei inscriptum, aliquando sibi mitterẽ. iusta quidem petitio sua est, ex quo opusculũ illud absolui, sed uidentem omnia Deum testor, decies uel eo amplius retentaui, ita scriptũ mittere, ut etsi stylus, neq; aures, neq; animũ, litera saltẽ oculos oblectaret, uerũ studio meo, uotoq; obstitit, illa de qua totiens quæror, nota tibi scriptorum fides industria, nobilibus non ultima pestis ingenijs, uix credibilia loqui dicar, pauciſsimis mensibus scriptum opus, tàm multis annis, non potuisse rescribi, ut scias quæ maiorum pœna operum, desperatio quanta est? nunc tandem, post tot cassa primordia, scribendum illud domo abiens dimisi, inter cuiusdam sacerdotis manus, quæ an ad scribendum sacræ fuerint, ut sacerdotis, an ad fallendum faciles, ut scriptoris, nescio. nunciatum tamen est mihi amicorum literis, iam factum esse quod iusseram, de qualitate, donec uideam, mos horum certissimus, me dubium facit: solẽt enim audita mirum, non quod scribendum acceperint, sed nescio quid aliud scriptitare, tantùm uel ignorantiæ est, uel inertiæ uel contemptus. Hoc igitur quod in horas expecto, qualecunque erit, illic uestigio transmittam, scriptorem quã me potius incuset. Tibi autem

epistolam cum hanc mitto ad te anno altero dictatam, quam in tuis his nouissimis literis, ceu desperans, dulci acriter querimonia flagitasti, simulq; alteram anni huius, q̃ non poscis adijcio, in qua, siquid illi litigio antiquo, quod mihi olim, quatuor inuectiuas aduersus hæc monstra hominum, extorsit, se curare iactantium, uereq; mactantium, defuisse uidebitur, adimpletum dices, ut intelligas q̃ me non sentẽtiæ pœniteat. & has quidem ambas aliena, q; nunquam ante tempus tecum feceram, scriptas manu accipiens, cogitabis uel lassitudo uel occupatio, quanta sit, quæ in solito more, me tecum, immò mecum, ut sic dixerim, p̃interpretem loqui cogit. Et hæc hactenus. Quod mihi de Homero manu tua scriptum misere tas, antequàm Venetijs proficiscerer, susscepi, ut fide atq; indulgentia tua lætus, sic superuacuo mœstior labore, quem tibi impositurus non fueram, si sciuissem quod nunc scio. Nõ enim nosse optabam, quid apud Graios inferos ageretur, apud Latinos nosse quid agitur satis est, idq́ue uel lectione, uel auditu solo, utinam nec usu unquam contigerit. sed uolebam scire qualiter Homerus, ipse grauis homo, uel Asiaticus, & quod miraculum auget, cæcus quoque solitudines Italas descripsisset, uel Aeolĩa scilicet uel Auernum lacum montemq́ue Circeum, sed quoniam tibi placuit, ut mihi postea totum opus illud eximium destinares, ibi forsan inueniam quod quæro, spem tamen hanc minuit quod scribis, misisse te Iliadem totam, Odysseæ autem partem. in eo quidem libro est, quod scire uelim. Miror sanè, quid ita illam totam, huius partem miseris, sed fortasse integram non habebas, quicquid erit, uidero dum me domum mea sors reuexerit, transcribiq́ue faciam, & remittam tibi, quem tanta re priuasse pati nolim. Iterum tibi gratias ago, Donatoq́ue nostro subirabi, quem tanta re priuasse pati nolim. Iterum tibi gratias ago, Donatoq́ue nostro subirascor, qui cum sæpè de minoribus scriberet, tum hoc factum malè siluit, quod animo meo sciret, & missi & mittentis consideratione gratissimum. Vale Ticini XIX. Calendas Ianuarij.

Fran. Pẽtrarcha Ioanni Columnæ, S.

De Laurea adepta & liberata Parma.

ROma rediens, diutiùs exoptatæ laureæ meæ compos, & uelut uictor, laureati cognomen referens, quod gauisuro tibi, quod tibi ad gaudium quoq; significo, ductu & auspicijs amicorum tuorum de Corrigia. Parmam unde (ut scis) arcebamur, ingressus sum, hoc eodem die, sibijpsi restitutam urbem, pulso hinc præsidio tyrannorum. in quam repente mutata rerum facie, atque incredibili gaudio libertate plebis, pax, libertas & iustitia redière. hic ergo precibus eorum uictus, quibus ueniam tuam accessuram ipsi sperant, & ego non dubito, æstatem agere in animum induxi. iurant enim se præsentia mea admodum egere, quod indigentiæ non necessitatis esse certum est. cui enim usui in hoc statu rerum sim? non ego urbanis strepitibus, silentijs delector, non legum aut armorum curis, sed sollicitudini & ocio natus sum. ipsi quidem uoti mei conscij, miram mihi quietem pollicentur, cum fragor hic & ardor lætitiæ gestientis, assiduitate tepuerit, quicquid erit mos gerendus fuit, benignè precantibus. hyemis initio, me uidebis, ita dico, nisi uel tibi citiùs uel fortunæ serius placuerit. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

De quorundam ambitione.

HAbeo tibi aliquid dicere, ut peccator saluatoris utar uerbo, id uerò aliquid quid nam sit, expectas, & quid putas, nisi quod sòleo, patientiæ animum, litigio aurem parare? cum enim nihil usquam mihi conformius animo tuo sit, sæpè, mirum dictù, nihil est actibus consilijsq; dissormius, & sæpè unde id prodeat mecum quæro, non in te solum, sed in nonnullis amicorum, in quibus idem patior, nec inuenio causam rei huius aliam, nisi quia quos natura parens similes fecit, ipsa q̃ naturam alteram dicunt consuetudo, dissimiles facit,

cit, utinam simul uiuere contigisset, nempè hæc eadem nos unius, quasi bicorporis animi reddidisset. Magnum fors nunc aliquid me dicturum reris, minimum est, quid ni autẽ minimum sit, quod ipse opifex paruipendit, cum cuiq; sua maximè placeant, unde uix quisquam iustus, sui operis extimator, omnes fermè suimet, suarumq; fallit amor rerum. unus tu tantis ex millibus inuentus es, quẽ odium, an contemptus in rei propriæ extimatione deciperet, non amor, nisi forsan in hoc ipse decipior, humilitati tribuens quod superbiæ sit, & quid his uelim uerbis, iam nunc audies, nosti quidem hoc uulgare ac uulgatum genus, uitam uerbis agentium, nec suis, quod apud nos usque ad fastidium percrebuit. sunt homines non magni ingenij, magnæ uerò memoriæ magnæq́ue diligentiæ, sed maioris audaciæ, regum ac potentum aulas frequentant, de proprio nudi, uestiti autem carminibus alienis, dumq́ue quid ab hoc, aut ab illo exquisitius materno præsertim caractere dictum sit, ingenti expressione pronunciant, gratiam sibi nobilium, & pecunias quærunt, & uestes, & munera, huiuscemodi autem instrumenta uiuendi, nunc ab alijs passim, nunc ab ipsis inuentoribus, aut prece mercantur, aut pretio, si quando id exigit, uendentis uel cupiditas uel paupertas, quod ultimum & Satyricus norat ubi ait:

Esurit intactam Paridi nisi uendat Agauen.

& hi quidẽ, quotiens putas, mihi, credo idem alijs, blandè in portũ molestiq; sint, q̃uis iam mihi solito rarius, seu mutati studij atq; ætatis reuerẽtia, seu repulsus. sæpè enim ne esse mihi tædio insuescãt, nego acriter, nec ulla flector instantia, nonnunquam uerò maximè, ubi petentis inopia & humilitas nota est, cogit me charitas quædam, ut ex ingenio meo, qualicunque illorum uictui opem feram, in longum percipientibus utilem, mihi non nisi ad horam breuissimi temporis onerosam, fuerunt q́ue horum aliqui, à me quem precibus uicerant, uoti compotes, illi quidem, sed alioquin nudi, atque inopes digressi, non multò post ad me induti sericis, atque onusti & diuites remearent, gratiasq; agerent, quod me auspice, paupertatis grauem sarcinam abiecissent, quo interdum sic permotus sum, ut eleemosinæ speciem ratus, nulli talium me negare decreuerim, donec rursum tædio affectus, id decretum sustuli. Cæterum cum ex nonnullis horum quærerem, quid ita me unum semper & non alios, teq́ue in primis, pro ijs rebus impeterent, tale de te responsum reddidêre, & fecisse, eos sæpè quod dicerem, & nihil unquam profecisse, cumq; ego mirarer, quid ita rerum largus, uerborum parcus existeres, addidêre hoc etiam combussisse, quicquid omnino uulgarum poëmatũ habuisses, quo nihil admirationi meæ demptũ, sed nõ nihil additũ. cũq; ex illis facti tui causam quærerem, fassi omnes ignorantiã, siluêre, nisi unus qui opinari se ait nescio, an etiã audiuisse, esse tibi in animo, ut hæc omnia adolescentulo primũ, post & iuueni elapsa, præsenti solido, & iã cano ingenio reformares, quæ licet illi, et mihi, in longũ quoq; prorogãdæ uitæ huius incertæ, nimis certa fiducia uideretur, hac ætate præsertim, quanq̃ nõ me lateat animi ille uigor tuus & prudẽtia, mihi illa maior erat admiratio, qs hic ordo, q; corrigere uelles, exurere, ut sic qd corrigeres nõ extaret. ita diù stupor hic meus mecũ fuit, donec tãdẽ in hãc urbẽ ueniens, Donato hoc nostro, quo nihil tui amantius, nihilq; deuotius, tibi familiarissimè natus, ex eo nuper, dũ in hunc fortè sermonẽ nos quotidiani colloquij series deduxisset, rẽq; ipsam, olim notã ignotamq; rei causam didici. ait enim te prima ætate, hoc uulgari stylo unicè delectatũ, plurimũ in eo curæ ac tẽporis posuisse, donec quærẽdi legẽdi q; ordine, in mea eius generis uulgaria, & iuuenilia incidisses, tũ uerò tum illũ scribendi impetũ refrixisse, nec fuisse satis, in posterũ à similibus stylũ abstinere, nisi iam editis odium indixisses, incensisq́ue omnibus, non mutandi animo sed delendi, teq; simul & posteros, tuorum huius generis fructu operum spoliasses, non aliam ob causam, quàm quod illa nostris imparia iudicasses. indignum odium, immeritum incendium, hoc estautem illud ambiguum. quod an suijpsius contemptrix humilitas, non supra alios sese efferens superbia sit ignoro. tu qui animũ tuũ uides, de ueritate iudica, ego p̃ conjecturas uagor q̃si mecũ ut soleo tecũ loquens. Quam ijs ergo quibus re superior es, opinione tua sis inferior,

sis inferior, laudo, & errorem hunc mihi magis optauerim, quàm eius qui cum uerè sit inferior sibi altior uideatur. hic me locus admonet, Lucani Cordubensis, qui ardentis uir ingenij, atq; animi, quæ ut ad ascensum, sic & præcipitiũ uia est, cum se ad huc iuuenem, & prouectum, suorum iam prosperum studiorum cerneret, & ætatem suam, & rerum à se ceptarũ reputans initia, successúq; operũ elatus, seq; ipsum cũ Virgilio cõparare ausus, libri quem de ciuili bello morte præuentus inexpletum linquit, partem recitans, in præfatione quadam dixit. Et quantũ restat mihi ad culicem. huic insolenti percontationi, an tunc à quoq; amicorum, quid ue responsum fuerit incertũ habeo, certè ego, ex quo illam legi, primum gloriabundo illi, sæpè tacitus & indignans hoc respondi, bonè homo, ad culicẽ quidẽ nihil sed immẽsum ad Aeneida. Quid ni ergo pluris faciã, humiliratẽ tuam, me tibi tuo iudicio præferentis, quam illius iactantiã, uel præponẽtis se Virgilio uel æquantis. sed est hic nescio quid aliud, q; requiram, idq; tàm abditum, ut non facilè stylo erui possit, nitar tamen, uereor ne tua hæc tàm insignis humilitas, sit superba, nouum multis, & fortassè mirabile epithetum, ut superba dicatur humilitas, quod si aures offendit, dicam aliter. uereor ergo, ne huic tantæ humilitati, aliquid superbiæ sit adiunctum, uidi ego, in conuiuio aut consessu non sat honorificè locatum, subito surgere, extremũq; ultrò locũ petere, humilitatis obtentu, sed superbiæ impulsu, uide aliũ abire, & si hoc quiddam molle sit, uel ira, uel superbia, ita fiunt hæc quasi tui primus locus, qui unius & non plurium esse potest, non obtigerit, non nisi aut nullo, dignus esse possit, aut ultimo, cum ut meritorum, sic & gloriæ gradus sint, tu uerò, quod non tibi primum locum arrogas, humilitas ea est, cum quidam, nec ingenio tibi pares, nec eloquio, sperare illum atque abire ausi, sæpè risu mixtam bilem nobis exciuerint, uulgi quoque suffragijs annixi, quæ utinam non plus foro præiuditij, quàm Parnasso afferant, quod autem secundum tertiumue pati nequis, uide ne superbiæ ueræ sit, ut ego etenim, te antistitem cui utinam par essem, ut te præcedat ille nostri eloquij dux uulgaris, id ne adeò molestè fers, ab uno uel altero, conciue præsertim tuo, seu omnino à paucissimis te præiri, uide ne superbius id sit, quàm ambire excellentiam primi loci. summa enim optare, potest magni animi uideri, summis proxima fastidire, utiq; superbi animi uidetur. Audio senem illum Rauennatem, rerum talium non ineptum iudicem, quotiens de his sermo est, semper tibi locum tertium assignare solitum. si is sordet, si qúe à primo obstare tibi uideor, qui non obsto, ecce uolens cedo, locus tibi linquitur secundus, hunc si respuis, nescio an ferendus sis, sin equidem soli primi clari sunt, quàm innumerabiles sint obscuri, quanqúe ad paucos ista lux redeat, aduertere pronum uides, sæpè cum tutior, tum ultior secundus sit locus. est qui primos inuidiæ ictus excipiat, qui tibi suæ famæ periculo uiam signet, cuius uestigia intueare, quidúe in ijs uites, & quid sequaris intelligas, qui te excitet excutiatq; torporem, quem æquare studeas, quem transire cupias, neu semper ante te uideas, enitaris. ij sunt nobilium ingeniorum stimuli, quibus miri sæpè successus prouenêre. nimirum enim, primum citò locum mereri poterit, qui secundum pati potest, qui non potest autem, ipsum quoque quem respuit, incipiet non mereri. & certè si ad memoriam redis, uix ducem, uix Philosophum aut Poëtam summum inuenies, qui ad illam altitudinem capescẽdam, non ijs stimulis actus sit, Primus autem locus, ut cunctis fermè superbiæ in se inuidiæque, ab alijs, sic multis desidiæ causa fuit, & amantem & studiosum liuor excitat, sine riuali amor, sine æmulo uirtus torpet, melior est pauper industrius, quàm ignauus diues, satius est accensũ Virgilij studio, moliri in alto positũ, q̃ turpi sopore marcescere, melius tuiusq; est operosæ uirtutis auxilio niti, quàm ociosæ famæ præconio fidere. Habes ut arbitror, quo secundi loci non repudies fortunam, quid si tertius? quid si quartus? indignabere, an si excidit illud Annei Senecæ contra Lucilij sententiam, Fabianum Papyrium excusantis. cui cum Marcum Tullium prætulisset, addidit. Et non statim, inquit, pusillum est, siquid maximo minus est, cum deinde Asinium Pollionem, Tanta, inquit, res est post duos, postremum cum Titum Liuium adiunxit, & uide, ait, quàm multos antecedat, qui à tribus uincitur, & tribus eloquentissimis. Et tu amice uide, an non satis tibi quoque, hæc propriè dici possint, ita tamen ut

ut quemcunque tu locũ teneas, quẽlibet ante te uideas, ego ille meo iuditio non sim. Parce iam flammis & tuorum carminum miserere, quin si fortassè, sic penitus persuasum est, uel tibi, uel alijs, ut ego te in hoc ordine uelim nolim superem, tuine id doles, teq; mihi proximum numerari, ad infamiam tuam trahis, pace tua dixerim, si hoc facis, diù me fefellisti, neque illa tibi est animi modestia, neque is nostri amor, quem sperabam. solent enim ueri amantes, sponte sua sibi præferre quos diligunt, & uinci optare, & ex hoc eximiam uoluptatem percipere si uincantur, idqúe ita esse, nemo pius pater neget, cui nihil est grauius, quàm à filio superari. Speraui ego, ne desino esse minus quàm tu ipse, non dicam, quàm filius charus tibi, nomenq; tibi meum tuo charius, sic te olim amica, dulcíque ira motum, exprobassem mihi memini, q; si à te uerè dictũ erat, lætè me præuisum cernere debuisti, neque cursum ideò deserere, sed obnixius sequi, & curare, ne quis in hoc studio currentium, inter nos forsan irrumperet, tuumq; tibi raperet locum. Amicus enim charo assidens, uel coambulans amico, non quotus sit, sed quàm iunctus quærit, nihil dulcius, quàm optata uicinitas, multus amor, nullus ferè in amicis ordo est, sed ultimi primi, primi ultimi sunt, quia omnes scilicet unum sunt. Hactenus accusatio. dehinc excusatio facti tui est. quod licet & confessione tua notum, & ad me talis amici ore perlatum sit, nitor tamen, aliam quàm tu dicis generosam aliquam facti causam inuenire. siquidem actus idem, pro intentione agẽtis, nũc laudabilis, nũc infamis est. & quid in animũ uenit dicã: Nõ te Insolentia, qua nihil est à tua lenitate remotius, nõ uel cuiusq; inuidia uel impatiẽtia tuæ sortis, propriàs res deleste, quo illis tibiq; esses iniurius, sed indignatione quadã clara, & nobili, ætati inutili ac superbe nihil intelligenti, omnia corrumpenti, quodqúe est intollerabilis contemnenti, tui iuditium ingenij, surripere uoluisset, utque olim Virginius ferro natam, sic te igne pulchras inuentiones, quasi animi tui prolem, turpi ludibrio liberasse. heus tu quid ais? an ad uerum augurio fortè peruentum est? certe mihi interdum, unde coniecturam hanc elicio, de uulgaribus meis paucis licet, idem agere propositum fuit, feciseméque fortasis, ni uulgata undique iampridem mei uim arbitrij euasissent, cum eidẽ mihi, tamen aliquando contraria mens fuisset, totum huic uulgari studio tempus dare, quod uterque stylus altior latinus, eo usque priscis ingenijs cultus esset, ut penè iam nihil nostra ope, uel cuiuslibet addi posset. at hic modò, inuentus ad huc recens, uastatoribus crebris, ac raro squallidus, colono, magni se uel ornamenti capacem ostenderet, uel augmẽti, quid uis? hac spe tractus, simulque stimulis actus, adolescentiæ magnum eo in genere opus inceperam, iactis qúe iam, quasi ædificij fundamentis, calcem ac lapides, & ligna congesseram, dum ad nostram respiciens ætatem, & superbiæ matrem, & ignauiæ cœpi acriter aduertere, quanta esset illa iactantium ingenij uis, quanta pronuntiationis amœnitas, ut non recitari scripta diceres, sed discerpi. hoc semel, hoc iterum, hoc sæpè audies, & magis magisque mecum repetens, intellexi tandem, mollilimo, & instabili arena perdi operam, meque & laborem meum inter uulgi manus laceratum iri. tanquam ergo, qui currens calle medio, colubrum offendit, substiti mittamq; consilium aliud, ut spero rectius atq; altius arripui, quamuis sparsa illa, & breuia, iuuenilia atq; uulgaria, iam ut dixi, non mea amplius, sed uulgi potius facta essent, maiora ne lanient prouidebo. quanquam quid indoctum uulgus arguo. cum de his quoque, qui se doctos uocant, tanto & grauior & iustior sit querela qui præter multa ridicula, odiosum illud in se, ignorantiæ summam superbiam addidêre, itaq; quorũ particulas carptim intelligere, olim magnæ gloriæ dicebant, horum hodie famam carpunt. ô ætas ingloria, tu ne antiquitatem matrem tuam, honestarum omnium artium repertricem, spernis? teq; illi non æquare tantum, sed præferre audes? omitto enim hanc hominum fecem, uulgus, cuius dicta atq; sentẽtiæ irrideri merentur, potius q̃ reprehendi. omitto militares uiros, ac bellorũ duces, qui suo tẽpore disciplinã militiæ consumatam, atque perfectã non erubescũt, opinari, quæ inter eorũ manus haud dubiè periit, funditusq; collapsa est, apud quos nil penitus arte uel ingenio, sed ignauia casibusq; fortuitis aguntur omnia qui ad bellum quasi ad nuptias cõpti, & imbelles uina & fercula & libidinẽ meditãtes eunt, fugãq; pro uictoria cogitãtes, quib. nõ aduersariũ ferire, sed manũ tollere, non terrere

terrere hostes, sed mulierculārū suarum oculos mulcere, propositum atq; ars est. nam & horum falsas opiniones, ignorantia, & doctrinæ omnis inopia excusat. Sileo reges, qui ceu regnum in auro & purpura, in sceptro ac diademate sitū sit, ut in his, sic in uirtute & gloria, te superioribus pares putant, ad hoc unum in solio constituti ut regāt, unde & regis oritur nomen, ipsi uerò non regunt sed reguntur, & quorum cōsilijs res docet, præsunt populis, subsunt uoluptatibus. Reges hominum, somni ac luxuriæ serui sunt, & hos uetustatis insciția, fortunæq; præsens fulgor nimiæq; prosperitati semper addita uanitas, utcunq; facit excusabiles. sed quid quæso literatos homines excusabit, qui cum ueterū non ignarі esse debeant, in eadē opinionū cæcitate uersantur? scito me amice, acri stomacho hæc iratū loqui, surgunt his diebus, dialectici non ignari tantum, sed insani, & quasi formicarū nigra acies, nescio cuius carioſæ quercus, è latebris erumpunt, omnia doctrinæ melioris arua uastantes. Hi Platonem atq; Aristotelē damnāt, Socratem ac Pythagoram rident, hæc Deus bone, quibus hæc ducibus, quàm ineptis agunt? nolo ego nomen facere, quibus ipsa res nullum fecit, etsi furor ingēs faciat, nolo inter maximos ponere, quos inter minimos uidi, horum tamen isti nominibus gloriantur, relictisq; fidis ducibus, hoc sequuntur, qui nescio an post obitum didicerint, certè uim, nec scientiam, nec famam ullam scientiæ habuerunt. quid de his dicam, qui M. Tul. Ciceronem lucidum eloquentiæ solem spernunt? qui Varonem, qui Senecam contemnunt? qui T. Liui, qui Salustij stylum horrent, ceu asperum atque incultum? & hi quoque nouis freti ducibus, pudendisq; interfui dum ut solent eloquij Virgilius carperetur, dumq; admirans præruptæ dementiæ scholasticū, percontarer, Quid apud illum tàm famosum uirum, tanta dignum infamia deprehendisset? contemptim facie elata, quid respondit accipe. Nimis est, inquit, in copulis. I nunc Maro uigila, Musarum qúe ope sumptum cœlo carmen, lima inter has uenturum manus. quod de alio nūc hominum monstro loquar, qui religiosi habitu, moribus atque animis profani, Ambrosium, Augustinum, Hieronymum multilo quos magis, quàm multi scios appellant? nescio unde noui ueniunt theologi, qui iam doctoribus non parcunt, nec mox Apostolis, ipsiq; parcent Euangelio, ora deniq; ipsum in CHRISTVM temeraria laxaturi, nisi ipse, cuius agitur, res occurrat atque indomitis animātibus frenum stringat. Est iam hoc inter eos crebrum, atque in consuetudine redactum, ut quotiens hæc uerenda & sacra nomina proferuntur, uel nutu illa tacito, uel impio feriant sermone. Augustinus, inquiū t, multa uidit, pauca sciuit. neque uerò de alijs loquuntur honestius. Fui nuper in hac nostra Bibliotheca, unus horum non quidem habitu religiosius, sed Christianum esse, ea demum religio summa est, unus autem horum dico, moderno more philosophantium, qui que nihil actum putant, nisi aliquid contra CHRISTVM & cœlestem CHRISTI doctrinam latrant, cui cum nescio quid è sacris libris ingererem ille spumās rabie, ac natura fœda ira, & contemptus supercilio frontem turpans, Tuos, inquit, & ecclesiæ doctorculos tibi habe. Ego quē sequar habeo, & scio cui credidi, Verbo, inquam, Apostoli usus es, & fide utinam uti uelis. Apostolus, inquit, ille tuus seminator uerborū, & insanus fuit. Optimè, inquam, philosophe sequeris. nā & primum illi olim alij philosophi, & secundū sibi præses Syriæ Festus obiecit, et profectò seminator uerbi fuit utilissimi, q; semē, salutifero successorū uomere excultum, & sacro sanguine martyrum irrigatum, quantam fidei messem tulit cernimus. ad hæc ille nauseabundus risit. Et tu, inquit, esto Christianus bonus, ego horum omnium nihil credo. & Paulus & Augustinus tuus, hiq; omnes alij qs prædicas, loquacissimi homines fuere, utinam tu Auerroim pati posses, ut uideres quanto ille tuis his nugatoribus maior sit. Exarsi fateor, & uix manum ab illo impuro & plasphemo ore continui. Et hæc, inquam, mihi cū alijs hæreticis uetus est quæstio. abi uerò hinc, irrediturus tu & hæresis tua. sic pallio apprehensū cōtumacius quàm mei, nō quoniā sui mores poscerent, domo exegi. mille sunt talia, contra quæ, non dicam Christiani nominis maiestas, CHRISTIq; reuerentia, cui obsequentibus & affusis angelis, infœlices homunculi insultant, sed nec supplicij metus ualet, nec inquisitores hæresum armati, nec carcer atq; ignis, ignorātia pcacē atq; hæreticā compescit audacia. In hoc tempus incidimus amice, in hac uiuimus, iamq; senescimus ætate,

ætate, interq; hos iudices, q; sæpè queri soleo, & indignari, quos scientiæ uacuos ac uirtutis falsa sui implet opinio. quibus libros ueterū perdidisse non sufficit, nisi ingenijs ac cineribus dicerent, & ignorantia sua læti, quasi quod nesciunt, nihil sit, pingui ac tumido lasciuiūt intellectu, nouos uulgò auctores & exoticas inuehunt disciplinas. Si tua igitur his seu iudicibus, seu tyrannis, cum non alius esset assertor, ignis auxilio rapuisti, factum non improbo, causam probo ego ipse quod de multis feci, penè uelim de omnibus meis idem fecisse dum licuit, nulla enim æquiorum iuditium spes apparet, horumq; indies & licentia crescit, & numerus, iam non scholas, sed latissimas urbes replent, & uicos impediunt, & plateas, ut ipse mihi sæpè irascar, qui sic modò his proximis annis ultoribūs irascebar exhaustumq; flebā orbem, uiris enim forsan fatear, at uitiorum atq; hominum nulla ut arbitror ætate plenior fuit, & ad summā, credo si etiam illis hoc animo fuissē, Apij cæci filiam absoluissem. Vale iam, hoc enim, non aliud habebam tibi nunc dicere. Venetijs V. Cal. Septembris.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio suo, S.

De audacia & pompa Medicorum.

MEum tibi cōsilium approbari, teq; illo uti gaudeo, illa demum approbatio uera est, quæ re ipsa fit, multi enim uerbis attollere, quod mente despiciunt didicêre, scripsisti nescio quando, oblitus temporis, rei memor sum, ægrotasse te grauiter, sed Dei gratia & medici opere liberatum. respondi tunc, nam & id memini, me uehementer obstupuisse, quibus uijs error ille uulgaris, in tàm altum ascendisset ingenium, feciſse enim Deum omnia, tuamq; nobilem naturā. Medicū nil omnino uel feciſse, uel facere potuisse, nisi q; Dialecticus loquax potest, tædij dives, inopsq; remedij, at nunc scribis, te ad tuā ægritudinem Medicum nō uocasse, iam non miror, si citò conualuisti. Nulla est ægro rectior ad salutem uia, quàm Medico caruisse, dura loquor inexpertis auribus, at expertis tota liquida, comperta uerissima. Naturæ auxiliarios profitentur, sæpè contra naturam ipsam, proque morbis militant, minus mali medium tenent, expectantes rei exitum, ueracissimi fidissimi qúe homines, spectatores qui se exhibent ægrotantium, duelli, sequentesq; fortunā, ociosa signa uictricibus applicant, & in partem gloriæ surrepunt Deus bone. quot Metij Suffetij, cum his nullus Tullus Hostilius, hoc hominum monstro diù caruit Roma, dum fuit optima, prævidit hanc pestem, uitandamqúe præmonuit. Cato ille qui sapientis nomen apud nostros meruit, sed consilio utili, male creditum, recta suadentium sors communis, irruperunt in orbem nostrum, magno agmine Medici, atq; utinam Medici, & non Medicorum sub insignibus, Medicinæ hostes armati, non solum ignorantia propria scientiæqúe cognomine, sed amētia insuper & credulitate languentiū, qui tanto salutis desiderio trahuntur, ut quisquis hanc audacius promiserit, is Apollo ipse sit. neque, hercle, ulli horum audacia ista defuerit, atq; efficacissima ad fallendum cuspis, impudentia, frontisqúe constantia, in artem, inqúe usum uersis inconcussa mendacijs. Accessit hæc indigni habitus usurpata iactantia, uestes murice ardentes, sub suto uario distinctæ, annuli radiantes, aurata calcaria. cuius non uel sani oculos, lux tanta perstringeret? stupor ac præstigium in urbibus, & præsertim nostris hæc cernere, neque ullum seu priscum esse Tarquinium, seu omnino principū nostrorū qui temeritati infensus, ac nobilitati cōsulēs, lege lata, pœnisq; propositis, huic tantæ mechanicorū licētiæ modū ponat: nam si ob ipsum plebeiæ artis exercitiū, hæc præsumūt, cur agricolæ textoresq; & reliqui pariū professores artiū, nō eadē audeāt & faciāt, nisi quia nullis mechanicorū par temeritas? sin ob philosophiā, cuius nomē q; iustè sibi uēdicēt tunosti, Has phaleras sibi usurpāt, & professioni suæ debitas putāt, q; turpiter fallātur aduertere est. nō his modò qui sciunt mechanicos illos esse, nō philosophos, sed his q; q; bus uerè philosophātiū notus est habitus, & sub paupere pallio, mens dives, & præter sciētiam aut uirtutē rerū omniū cōrēptrix, ante omnia leuitatis atq; iactātiæ, q; rū hi nostri mechanici duces sūt. quibus hæc audēdi, quid aliud opinemur causæ esse, nisi inextimabilē uulgi notissimamq; dementiam, q; fretos lateq; uictores infelicis turbæ, & errorum eius pompam, ac

spolia

spolia præferentes, & præda onusto, & superbos cedibus triumphalem habitum induisse. Quid enim quæso, iam præter equos candidos & purpureos currus deest, immò ne equi quidem desunt, neque equorum aurea ornamenta, ipsi propè diem currus aderunt, nõ pos sunt omnes, quinque millia hominum occidisse, quod ad triumphum exigitur, institutoue teri Romano, sufficiat occidisse quàm plurimos. nam quod numero defuerit occisorũ, qualitas ipsa supplebit, ibi enim hostes, hic ciues perimuntur, atque amici, ibi armati victores, hic togati sunt, ut iure minor numerus ad triumphum satis sit. illud inter utrosque plane conuenit, ut sicut apud bellorum duces, ij qui plures maioresque hominum strages fecerint, clarissimi habentur, sic inter hos, qui plures periculosas licet, & ancipites experientias quæsierint, ij sint omnium duces, digitoque omnium monstrentur. multa, inquiunt, uidit, multa est expertus, quod nihil est aliud, quàm occidendi fiduciam, longa cõsuetudine quæsiuisse. unum hic nouum longe que dissimile, quod illud nisi de hostibus, isti autem nisi de ciuibus non triumphant, quod eadem ipsa Romana lege, & consuetudine uetitum, uerum ijs quibus ciues impunè liceat occidere, immò equidem non impunè tantùm, sed pretio etiã mortis adhibito, quomodo non liceret, leges ipsas mores que conuellere, aut quis humanæ uitæ dominis, reliquarum rerum negaret arbitrium. triumphant ergo de ciuibus, & ludum reris, cum ijs congredi, qui cum in teiure artis imperium acceperint, de tua ægritudine lucrum sperent, de morte etiam disciplinam? qui, cum tibi, nescio quibus Cois auctoribus Pergameisque & Arabibus, doctis forsitan, sed nostrarum complexionum prorsus ignaris, poculum lætale porrexerint, ocioси sedeant, expectantes finem, tu ueneno ambiguo uenas ac præcordia pererrãte, auxiliũ speres illius, qui nec tua norit, & suis interim tortus malis, nulla sibi ipse opem possit impendere. hic pomis, ille herbis atque oleribus abstinendum dicit, sine quibus multorum præcipueq; nostrorum hominum uictus, quemlibet pretiosis ac medicatis epulis iniucundus sit. neque uerò intelligere est, quonam istud agriculturæ studium, & uariarum æquè orbe alio petitarum insitiones arbuscularum, si illarum fœtus, saroribus cultoribusue suis, sic uitandi sunt. stirpes quidem noxios, atque herbas quasdam uenenosas audiuimus, sed quis illas, queso, unquam nisi ad alienam fortè pernitiem; suo fecit in hortulo, & non ultrò natas infestus emulsit. at hic iussor egregius, quod hæc sibi, uel non placebant, uel non proderant, quantum in se fuit, mortalibus cunctis fecit infamia ac suspecta. alius nescio, an & idem forsan exanguis semianimisq;, quod accolarum plagæ, illius magna pars patitur, sanguinem, ut thesaurum parcissimè reseruandum docet. ego autem hac etiam nũc ætate, nisi hunc uerna semper, atq; autumnali tempore largiter profunderem, sentio Græcus ille thesaurus, me iampridem oppressissem. sed ij secretarij naturæ, nulliusq; rei nescij, quod in se suisue non probant, in omnibus execrantur, sic ad propriam uel ẽoam cuncta mensuram rediguntur. Alius ardentis forsitan uinipotor, quale Achaicum littus aut Gnosium, aut longinqua fert Meroe, ob eamq; causam, atque hostis, famoso illam damnauit epigrãmate, Aquæ, inquit, ullum opus iuueni, nisi quod bibitur in acutis. ô nobilem aphorismum. ego uerò præter acutas, quæ mihi ignotæ hactenus, & ne unquam notæ sint uelim, multa opera, & multos præclarosq; aquæ usus noui. sed ut iocis omissis agam seria, & ut tot hominum millia sileam, robustissimorum optimeque ualentium, quibus unicus potus aqua est, iscq; & placitus & saluber, de me testor, qui nisi nunc quoque, ijs hybernis noctibus, sæpè aquæ gelidæ magnam uim biberem, crede mihi non uiuerem. paruus ne rei usus est, aut nullum opus, quã si dempseris, uita hominis non subsistat; & multa sunt talia. Sed ijs cœlestibus uiris, quicquid de uniuersa natura, temere licet effluxerit, non modò dogma perfectum, sed diuinum oraculum, uulgò habetur. Hæc est enim nobilis ars Graiorum, quam ne nobis inueherent, ille nostrorum sapientissimus uir timebat, inuexerunt tamen, hæsitq; iam altè actis publico in errore radicibus, haud facilè Catonis ipsius manu Censor, ut redeat extirpanda, et hos quidem ego non minor, nam qui quod destinauit animo, id agit, & si à uirtute deuiet, proposito non deerrat, nec populum quidem ipsum. nam qui quod est solitus facit, nouam uel admirationis uel reprehensionis materiam nullam affert. Benè autem institutas Respublicas earumque rectores, mirorac reges

ac reges stupeo, mechanicum habitum parem, sibi quibus oculis spectare, quibus animi patiposint. Sed ut ad principium reuertar, hos tu æger si à lectulo arcuisti, fecisti non tantum fœliciter, sed consulto, peremisset te fortasis, ut scias enim, qui tum etiam artificio suo fidant, de his loquor, quibus quod fateor rarum aliquis ingenuus pudor est, Deum ac memoriam meã testor, audisse me olim Medicummagni apud eos nominis sic dicentẽ: Ego, aiebat, non ignoro, & me ingratum dici posse, detrahentẽ arti, unde mihi opes atq; amicitias quæsiuit, ueritas tamen cunctis affectibus præferenda est, itaq; sic sentio, hoc affirmo, si centũ aut mille homines, unius ætatis ac naturæ, et unius uictus, uno simul omnes morbo correpti essent, eorum que pars dimidia consilio utetur Medicorum, talium quales habet ætas nostra, alia uerò sine ullis Medicis, naturali instinctu & propria discretione seregeret, nulla mihi dubitatio est, quin ex illis euaderent. Alium audiui hominem, plurium literarum & maioris famæ, ex quo cum in familiari colloquio admirans, quærerẽ quid ita ipse, alijs uteretur cibis, quàm quibus utendũ prædicaret; constanti fronte, nil que hasitans respondit: Et si inquit, uel Medici uita, consilio similis esset, uel cõsilium uitæ, aut ualitudinis iacturam pateretur, aut pecuniæ, quod uerbum non ignorantiæ tantùm, sed perfidiæ manifestam confessionem continere, quis non uidet? quas inter pestes seruari, si periculũ est sanis, quid aliud q̃ periculorum omniũ finem spernẽt ægri? nemo certè mirabitur, si qui benevalentibus nocet, is ægrotantes interficit, non facilè enim arbor radicata conuellitur, facilè autem conuulsa prosternitur. Audiui alium nuper, & fama clarum, & scientia non illius tantum, sed multarum artium, mihi uerò plusquàm communi familiaritate coniunctum, à quo dum quærerem, Quid non arte sua ut cæteri tanto illi impares uterentur? supercilio mœsto & graui, & amari digno, & ad fidem rei satis uirium habente, Timeo, inquit, Deo res hominum spectante, impietatem hanc cõmittere, ut credulum uulgus circumueniam, capitali fraude. cui si notum esset, ut mihi, quàm modicũ, seu quàm nihil ægro Medicus prosit, & quàm sæpè multũ obsit, minor, & minus phalerata esset acies medicorũ. agant sanè, quando & agentiũ impietas, & patientium credulitas tanta est, abutantẽ simplicitate populorũ, uitã polliceantur, & perimãt & lucrẽtur, mihi nullũ fallere aut necare propositũ est, nullius malli ditior fieri uelim, hæc me causa ad alias artes, quas innocentius exercerẽ trãstulit. hoc responso quãtum ille me sui amantiorẽ fecerit, quantũ ue opinionem, q̃ de eo semper habuerã auxerit, atq; firmauerit, difficilè dictù est. & hæc quidẽ illi, quorũ testimonio domestico, minimeq; suspecto in ueteri mea illa sententia, stabilitus sum, atque ipsam mordicus arripio, nec dimittam quoniam uera est, cui te etiam accessisse gaudeo. factumque tuum probo, etsi paupertas, ut ipse ais, causam dedit, ne Medicum è loco arcesseres, cum nullum habeat solitudo tua, & solitudinem & paupertatẽ ipsam laudo, quæ ut sæpè nolentibus, & tibi nunc utilis fuit, fortasse Medicum ne dicã carnificem euocasses, nõ tàm sæpè salutis quàm urbanitatis obtentu, quæ multos falsum famæ periculum declinantes, in uerum uitæ periculum impegit, qui dũ auaritiæ notam uitant, qui se perderent, pretio conduxêre, quanta sanè tibi quoque Medici fides esset, nec ipse dissimulas, dum ægrorum illos facultatem imminuere, & augere morbum solitos, & exhauriendæ crumenæ potius, quàm aluo utiles dicis. hoc consilio & ipse meis utor in rebus, fuerunt mihi amici Medici plures, olim, sed ex omnibus adhuc quatuor supersunt, unus apud Venetos, & Mediolani unus, Patauі autem duo, docti uiri omnes & affabiles, qui fabulentur egregiè, qui disputent acriter, qui perorent satis uehementer, satis dulciter, qui denique perimant satis coloratæ, satisque etiam apparenter excusent. quibus in ore multus Aristoteles, multus Cicero, multusque sit Seneca, multus demum quod miraberis Virgilius. nescio enim qua seu fortuna, seu furia, uagæque mentis ægritudine accidit, ut omnia melius sciant, quàm id unũ quod professi sunt. sed in quo ist[illegible], satis hæc ueritas odiorum mihi pridem, atq; tumultuum excitauit, hos ego autem mea, quotiens ualitudo tentatur, admitto, ut amicos ut non Medicos, uelut is, qui amicis ante omnia delector, nilque uel præseruandæ uel restaurandæ saluti, aptius reor amicorum uultibus atque colloquijs, siquid iubent mex consonum sententiæ pareo, idque ipsum illis imputo, alioquin

alioquin audio tantùm, & quod instituera facio, atque ita necessarijs meis mandaui, ut si quid grauius ingruat, nihil omnino ex illorum iussu meo fiat in corpore, sed naturæ meæ relinquar, immò Deo qui creauit me, posuitque terminos mihi, qui præteriri non poterũt, & hoc tuum meumque consilium, quo tibi nunc quoque sit acceptus, non solum incorrupto illo seculo, omnem mollitiem respuente, sed postea etiam, quàm medici & unguentarij & ambubaiarũ collegia pharmacopolæ, & uoluptates, & delitiæ orbem Romanũ peruasêre, maximorum fuisse hominum scito. Neue nũc properãs, inquisitione multiplici distrahar, tres illustrium, aut quatuor, qui memoriæ ultrò occurrunt attigisse sufficerit. De Tyberio principe apud Suetonium Tranquillum legimus, quod ualitudinem qua prosperrima, & tempore principatus penè toto propè illæsa usus est, arbitratu suo rexit, sine adiumento consilioue Medicorum. De Vespasiano apud eundem, quod ad tuẽdam ualitudinem, qua & ipse prosperrima est usus, nihil prorsus adhibuit, præter membrorũ fricationem, & per singulos menses unius lucis inediam. de Aureliano autem, apud Vopiscum Syracusium Historicum ita scriptum est. Medicos ad se, cum ægrotaret nunquam uocauit, sed ipse inædiã præcipuè curabat. de Carolo aũt qui Magni cognomen apud Gallos meruit, Albinus præceptor eius, in ipsius Historia cum aliquot annis ante obitum crebris illũ febribus corripui solitum dixisset, addidit. Et tũc quidẽ, inquit, plura suo arbitratu, cũ Medicorũ cõsilio faciebat, quos penè exosos habebat. nostri uerò nũc Principes nec ructare, nec spuere quidem audent, absque Medicorum permissu, neque ideò tamẽ aut melius quàm illi uiuũt aut diutius. Medici aũt regũ mensis impendent, auctoritate usu parta, iubẽt, prohibent, minẽtur, exterrẽt, arguũt, indignantur & quas ipsi primi omniũ præuaricentur dominis leges ponũt. quarũ obseruantia regũ, ut cernimus uitas breues ægritudines longas fecit. Scio ego multis psuasum, immò insitũ, Medicorũ omnium, me publicũ hostem essẽ, propter uulgatũ certamen, quo cũ illis mihi in Gallijs olim fuit, quæ res præterquã quo Medicorũ mihi amicitiæ notæ sunt, fuerũtque, ita per seipsam inepta est, ut de nullo usquã stulto, licet nisi sit idẽ amẽs atque excors credibilis iudicanda sit, nam quis, oro Medicum oderit, nisi qui morbos amet? ex diuersò autem quis hominum morbos amet, nisi qui salutem uitamque suam ac seipsam oderit? illi uerò si Medici ueri sunt, haud dubiè & naturam adiuuant, & oppugnant morbos, & salutem ægris corporibus reuehunt, sanis seruant, firmantque nutantibus, quis tàm furiosus, tàm naturæ immemor, tàm sui hostis, ut suspitatorem suum oderit? & ego homo sum mortalis, & caducum nactus habitaculum, & mihi mei corporis amor, quidam uel uoluenti datur. quomodo igitur sic affectus, medicinam Medicosue oderim, amo ego illos, odi autem nugatores quosdam, qui tenui dialectica non armati, sed impliciti, obstrepunt non medentur, neque solum tædio sanos afficiunt, sed ægros morte conficiunt, hos odi, fateor, quæ innumerabilis turba est, illos diligo qui perrari sunt. ut tamen cũ his ipsis, siquis est aditus in gratiam reuertar, neu semper contra hoc artificium genus loquar, Grecis certè remediorum nominibus, ac morborum præstare credentibus, sunt soliti, ut ægrotent Græcè, præstarent saltem, ut Græcè etiam curarentur, et promittunt quidem. quid enim promittere uereantur, quibus & promissi lucrum, & nullus pudor, aut pœna mendacij est? mille sunt huius rei exempla, unum recens præsens que narrabo, hinc & tempori conueniens, & loco. sunt enim nunc maximè cuncta sub oculis, æger Medicus, promissiones, mendacia. Est unus prouectæ admodum ætatis, umbrosis illis ac gelidis ortus in uallibus, quas rupes alpium augustant, & quas paruus adhuc Rhodanus secat, unde regio ipsa Vallensis uulgò dicitur. in illa barbarie natus iste, & longa uita, & inculta patria, & ignorantia accolarum nomen nactus, non solum inter suos, sed illorum testimonio, & loquaci & falso, apud exteras etiam gentes nosci, & ut longum iter, magno mendacio est amicum, alter Aesculapius haberi cœptus est, quid rem uerbis traho? ad huius tandem Ligurum domini aures perlata uiri fama, eius se consilio iuuari posse sperans, in ægritudine pedum, quam multos iam per annos, non sine suis magnis angoribus, nec paruis populorum incõmodis perpessus nosci tur, quotiens putas hominculũ illum arte charlatanica, et origine peregrina ut fit, liberoque famæ mendacio cariorẽ, blandis precib. & magnis pretijs euocarit,

euocarit, ille uel inscitiæ conscius, uel fama tumidus, & quasi rogari dignus, qui rogatus esset, sese aliquid magnum ducens, usque hoc tempus inexorabilis mansit, non ignorantiam, quidem falsus: uel ignotam sibi, uel suppressam, ne mendacio auctum nomen ueritate minueret, sed occupationem modo hanc, modo illam uel simulans, uel excusans, quo uocantis magis ac magis & desiderium creuit, & opinio, donec proxima nuper æstate, in nescio cuius sui hostis potestatem delapsus, magna sibi redẽptionis summa imposita, cum se illaqueatum cerneret, ad hũc dominum scripsit, se ad eum si redimeretur uenturum esse, & morbi ueteris, noua remedia allaturum, ut qui non legisset aut oblitus esset, aut sperneret illum pueris quoque notissimum Ouidij uersiculum.

Tollere nodosam nescit medicina podagram

Dominus aut hic, cui & præ animi magnitudine nihil non exiguum, & præ desiderio salutis nihil non dilatum uideretur, libens hoc audiuit, uel salutem scilicet recepturus, uel qui Italorum medicorum uerba probauerat, nugas quoque barbaricas experturus. misitque illicò qui redemptum hominem adducerent, & ut totam noris historiam, præter sumptus itinerum, magnificè exhibitos, & quæcunque honorifico noui Hippocratis aduentui missa sunt conuenire, in quibus quod constat nemo largior. Nemo non solum ab auaritia, sed à parcitate remotior ipsa redemptionis solius summa fuit ter mille quingenti aurei, quales nostra urbs cudit, non medico tantum, sed bellorum duci ingẽs pretium, proinde die illo, quo Mediolanum seniculus magno emptus intrauit, fortè ego cum domino cœnabam, feruidusque illum præcursor antecesserat, nuncians Medicum naui uectum applicuisse. lætatus dominus, iussit illi obuiam iri, excipique eum lætè ac liberaliter, ut mos est suus. præmissi comites, equi, famuli, sibi uerò quem grauis ac grandæuus insideret, sonipes missus, quem expertus laudo niue candidior, uẽtis agilior, agno mitior, mõte solidior, hoc Theutonus Galienus urbem Italam introiuit, non sine populi stupentis occursu, & surrecturos iamiam mortuos expectantis. Iam ante per eum ipsum aduẽtus sui nũcium, medicinali illos suo imperio iusserat, parari oua recẽtia, & nescio quid aliud, ut solent, atque ijs ferculum confici, cõfestim porrigendum domino. quo audito mirari omnes, quidã diuinũ hominẽ opinari, ego aũt stomachari, & temeritatẽ barbaricã execrari, quæ tãto ægro, nõdũ quidẽ, immò nunquã uiso, fortuita dictare remedia ausa esset, Ticinũ interea reuersus, qd illis proximis diebus, more suo iusserit, quidue egerit ignoro, nisi quod breui postmodũ sibi male, dominoque soli to peius esse cœpit: nec multo post, uel curandi spe, uel promittendi impudentia destitutus asseruit, artis ope fieri non posse, quod putauerat, libros itaque nescio quos magicos, sacros uocat, ipse conquirendos, in illis ultimam spem salutis sitam esse, & inquisitionem hanc, nescio ubi'nam terrarum, neque ipsum scire arbitror, fieri iubet. inque hoc modò est totus, iã nunc omissum, & illius ante alios, qui maximè negotio tangitur spe algente. sic Hippocratica illa fama, & expectatio illa sollicita, præcoxque illa & intempestiua remediorum cura, in iocos atque in Magiam abiêre. hunc ergo qui trãsalpinis in Gallijs, inque ea Germania famosissimus haberetur, usque adeò, ut præuulgati nominis claritate, suum proprium nomen amiserit, tantumque Valensis medicus nuncupetur, in medium deducere uisum fuit. sibi itaque nec petenti, nec scituro quidem. nec si sciat gratias acturo, hanc noctis insomnis ociosam particulam dedicaui, ut appareat, quid de illaudatis & obscuris medicis, eorumque pollicitis sit sperandum, quando hæc laudatissimo fides est. promittũt tamen atque omnes, ut ad rem redeam, promittunt, inquam, sed promissum impleturi ut dicere solebat Augustus Cæsar, ad Cal. Græcas, idest nunquàm. siquidem & ægrorum necessitas, & tallẽtium promissio Græca est, & herbarum & frondium & radicũ nomina, balaustia, reubarbarum, calamentum. nil non Græcè, quodque est molestius, Arabicè geritur, ut & mendacio longè petito, plus fidei & remedio peregrino, plus pretij sit, rursum illicò ut admissi sunt morbi, nomen Græcum dicunt, aut si opus est faciunt, Hæc est, inquiunt, epilẽtia, hæc apoplexis, hæc erysipela. quis non tàm sonoris nominibus delectetur & nosce cupiat, quid dicatur Græcè, qd Latinus æger patitur, quãuis nec Græca sint remedia nec Latina. sed ã satis lusimus de Medicis quidẽ nostris & multa olim ex professo, & hæc hodie incidẽter

dixerim. De Leontio autẽ, seu Leone olim nostro, qui Thessalus dici maluit quã Italicus, non muto sententiam, & iure subnixam, & tuo demum iuditio comprobatam, nunquam ergo literis meis aut nuncijs reuocabitur, quàmuis roget, maneat ubi elegit, & quo insolenter abijt, illic flebiliter degat. qui tanto fastu cum in omni fortuna turpi, tum in paupertate turpissimo, delitias Florentinas spreuit, tanto gemitu Bizantinam ferat inopiam, denique qui Itala culta dãnauit, senescat per me licebit in syluis Hemonijs, & Græcis esca sit uermibus, aut si libet, ubi quod nescio an tu noris, mihi planè compertum est, multos olim egit annos ad Cretensis labyrinthi custodiã reuertatur, homo alioquin nostris studijs non ineptus, si tàm homo esset, nec se belluam asperitate insigni, & nouitatis studio effecisset, quam ob causam nescio, nisi uel naturæ durioris imperio coactus, uel ob calle fortasis, quod multos fecisse nouimus, famam querens, eat sanè suosq; sibi mores habeat, suam barbam, suũ palliũ, suã famẽ, metatq; quod seuit, teratq; quod messuit, edat denique quod intriuit. est ubi humanus error aliundè plectitur. est & ubi ipse se punit, suumq; supplicium secum fert. Vale, Ticini *IIII.* Idus Decembris.

Fran. Petrarcha Donato Apennigenæ Grammatico, S.

Quantum Medicis sit fidendum.

FOrtè sic accidit, ut è duabus epistolis tuis, simul ad me perlatis, illam prius inspicerem, quæ ultimo scripta erat, unde effectum, ut ægritudinem tuam prius abijsse cognoscerẽ, quàm uenisse. atq; ita cõsolatorium, de more ai quid scribendi negotio liberarer, inuiso mihi magis quàm difficili, dicam enim, quod ut puto miraberis. ea ipsa hora, qua literæ illæ uenerunt tuæ, in libello meo de Remedijs, animo simul ac digitis intentus erã, festino enim, ut eum tibi si detur absolutum feram, & iam fini proximus sum. casus autem fuit, ut tunc maximè tractatum illum scriberem, qui est de Auditu perdito. itaq; nullus, nisi quæ ibi dictaueram transcribendi labor erat, gratia illi, qui largitor sensuum seruatorq;, te nostri remedij non egentem fecit, mecq; dubium an ad tempus euenisse gaudeam, quo & tibi donũ Dei gratius, & tu semp gratior Deo sis, dulcior est enim periculo, & metu parta securitas. charius fit habenti quod perdidisse se timuit, non habent suum pretium, quæ sine sollicitudine possidentur, prosperitas non noscitur, quam non interpellauit aduersitas, contrarijs aggerantur, non re quidem ipsa, sed opinione hominum. Et ut mala præsentia, præteritorum bonorũ recordatio exasperat, sic mali memoria suauissimum condimentum bonis est. illud quoq; non paruifacio, quod quorsum medicis fidas, hoc breui periculo tuo uides, quod & pridem noueras, sed magistram in se experientiã habuisti, hæc deinceps mei illius, de hoc genere hominum ueteris, uulgatiq; iuditij, non sequacem sed signiferum ducẽq; te fecerit, in quo ut indies sis stabilior, mitto tibi tres illas Epistolas ad Ioanẽ nostrum. quas mirum & dictù raucidum, & auditù, idiota quidam, uerborum sono, quasi asellus ad lyram, longis aurib. delectatus, magna ut uides anni huius parte detinuit, semper se illas missi se asserẽs ac deierãs, nec unquàm redditurus, nisi tandem ira & indignatione perterritus, cogitansq; id quod erat, mandassem sibi me hanc eius iniuriam tacitum ulterius non laturum. quo auditu, seu pudor ille, seu pauor fuit, remisit eas contactu agresti semilaceras. quæ ad me squalore obsitæ, sed gaudentes redíere uinclis saltem, & carcerali custodia dilapsæ. hæ nunc igitur, quo pridem si licuisset ibant, ut aliquando perueniant curabis, excusatione tarditatis, tuis uerbis addita. & si intempestiuè enim sint, non acceptæ esse non possunt, is illic, quo pergunt nostri est amor, ea rerum cupiditas nostratũ. Proinde harum una est, quæ perlecta in hac te nostra opinione firmabit, ut & tu eam mordicus arripiens, ad extremum feras, dices si quid inuectiuis nostris defuit, abunde superadditum, si nunc etiam illud adiecero. Siquidẽ unus, nuper illo de grege famosissimus uir, & scientia, & ætate, & uirtute uenerabilis, quem non nomino, ne inuisum inter suos faciam, hanc nostram sententiam clara mecum uoce confessus est. & inter multa, quod tibi quoq; uelim notum, Magister, inquit, meus cui parem in hac facultate nullum uidi, sæpe dicere solebat, quod Medicinæ notitia delectabilis est, ut reliquarum omnium, quæ arte & regulis continentur, operari autem secundum Medicinam à casu est. I tu nunc, & casui fidem habe. quid agendum uero

uero? quid nisi orandus Deus, & si qua est nubes aditũ orationis impediens, pijs perrumpenda suspirijs, nostrorumq; obex terminũ precibus frangendus, ac lachrymis, ut is apud quem fons uitæ est, mentis perpetuam sanitatem tribuat, corporis uero quantum nobis expediens uidet. de Medicis non modo nil sperandum, sed ualde etiam metuendum, Medicos ne autem omnes aulim. hac abscissa præruptaque adeò damnare sententia, absit id quidem. nam & bonos, & nostri amantissimos multos noui, & facundos & literatos multarum artium doctos, sed solius indociles medicinæ, mirum scire omnia, nisi quod unum uelis aut debeas. inter multa sanè quæ de ijs uaria se offerente materia sæpe occurrit, ut scriberem, redit nunc ad memoriam res antiqua, Scripsi olim adolescens breue carmen ad amicum, ardentissima tunc febre liberatus, & curuationis illius, totam laudẽ medico, acuto plane homini, & mihi iuuenili familiaritate coniuncto, dedi. qua ætate non febrem modò sine ope Medici, sed ipsam si dici phas est mortem, prouocaturus, mihi uidebar ac uicturus. quid nũc igitur dicã, aut quo modo ista conglutinẽ, quæ directè inuicem aduersantur? At si animum intendisti, non opus est pluribus. satis est me iuuenem, immò uerò necdum iuuenem id scripsisse. erat quidem uagula mens, & inconsulta, delectabar laudare hominem mihi charum, quem uerè autem non magnopere disquirebam. nec aliud laudis genus habẽs, feci illum meæ salutis auctorẽ, cuius auctor est Deus solus, inde indies pressius intuens, & multa considerans, atque obseruans, nunc alienarum ægritudinum, nunc mearum exitus, & laudatum illum Medicum ut alios taceam, contemnere coeperam, & ratione experientiaq; ducibus, in hanc alteram utinam, non tàm ueram sententiam suam traductus, hæc dixerim, ne te forsan ante alium carmen, illud exiguum in magnam trahas admirationem. lege igitur illud ut adolescẽtis, hoc ut senis, sit uero iam aliquã do huic finis liti, altercentur illi, nos benè ualentes humanorum nec ignari casuum, hinc ægrorum credula stultitiam hinc contentiosam Medicorũ insciti am redeamus. Cæterum Solitariæ uitæ librum, quem penè iratus iure tuo postulas, sacerdoti meo Paduano, scripsi iam ut tibi transmitteret. quem ut arbitrio tuo legas permitto, ne transcribas uero, usq; dum uenero, adhuc enim uerbum ibi addidi. nosti morem, alter Prochogenes, nescio è tabella manum tollere. Vale fidissimamq; uxorem quos illa nobis edidit Antonium meum & Solonẽ tuum saluere iube. Ticini. Cal. Septembris.

Fran. Petrarcha Donato Apennigenæ Grammatico, S.

Laus cui utilis uel damnosa.

INter uitæ tædia, atq; iniurias fortunæ, non ultimum posuerim, quod externa mihi dies peperit, adolescens noster, quem tu olim, ego nu per in filium adoptaram, cuius laudibus nostro hinc atque hinc ore sonantibus, non aures modò præsentium amicorum, sed absentium oculi pleni erant, quem certatim lingua & calamo ferebamus ad sydera, memores illius præclarissimæ uerissimæq;, & sæpe mihi repetendæ sententiæ, quod generosis ingenijs ingens calcar est gloria, ille cuius moram nobis utilem, sed utiliorem sibi, nostrisq; aptam, sed suis studijs aptiorem, & sic communis emolumenti mutuis ultrò citroq; uinclis astrictam, eòq; perpetuam sperabamus, per quem & nos in describendis operosculis nostris, parte laborum non exigua leuabamur, & ipse legendo, scribendo, meditando, imitando, meliorem se facturus indies, atque ad culmen alti nominis euasurus uidebatur, quem in mensa, in itinere, in consessu, in colloquijs, non tantùm communibus sed archanis in iocis ac serijs, non ut familiarem, humilem sed ut charum, comitem, neq; ut alienigena, sed ut nostro genitum de sanguine tractabamus, quem ego, quod pridem nosti, ad clericalem statum, quo nullus mihi securior, nullus què tranquillior uidetur, ut sæcularibus curis liber, affixus ac propius nobis esset, prouehi feceram, per suæ ciuitatis antistitem, uirum & religione, & literis & sanctitate unicũ, à quo quidẽ quib. monitis, quã sacris ac gratuibus edoctus fuerit, me colere, meq; amare, atq; obseruare, neq; à me uniquã quantũ sibi possibile esset auelli, inq; hoc uel maximè Dei munus agnoscere, quod ætate hac in manus illũ meas deduxisset, nouit ipse, qui tã subito tãti patris consiliũ uerba contẽpsit, quẽ denique

quod noſſe nũc incipis, nudiuſtertius beneficij eccleſiaſtici auxeram certa ſpe, quo ſcilicet in emendis libris ac ueſtibus, adoleſcentiæ qúe ſumptibus extra ordinarijs, non tàm oneri meo quod ferebam auidè, quàm ſuæ uerecundiæ parceretur, maiora ſibi parans animo, ſi uita longior nobis, & fortuna proſperior fuiſſet. Iſte inquam adoleſcens talis noſter, amor noſtræq; delitiæ, heri ad ueſperam, uultu & corde alio ad me uenit. Ait nolle ſe amplius me cum eſſe, uellet illicet abire, ego autem tactus, immò uerò ictus ijs uocibus, papyro & calamo, curiſq; alijs quibus intenderã, reiectis & uelut è ſomno grauiſsimo experrectus fixiſ. qúe oculis os loquentis aſpiciens, mirari tacitus mecum cœpi, nec minus miſerari animũ inconſtantem, atq; ætatem illã, qua nulla miſerior, & ſi ſtultis ac miſeris nulla ſit dulcior. ubi in uultu tandem ſatis animum legi quero, Quidnam rei eſſet, an à me, ſeu à quoquam amicorum aut ſeruorum commiſſum, omiſſumúe eſſet aliquid unde hunc animum concepiſſet, negauit ingenuè, atq; addidit, nõ ignarum ſe, niſi quàm æq; tranquillam ſibi atq; honorificam moram eſſe, ac fuerat mecum. hæc lachrymabundus aiebat, quæ idcirco non fingere uiſus eſt, mihi, quia ante non multos dies, inter ſcripturas, quas ad me de morte referebat, papyrum exiguam latitãtem repperi, in qua epiſtolæ breuis exemplum erat, manu ſua ſcriptum, ubi quod intelligi poterat, neſcio cui amicorum ſuadenti abitum, reſpondebat, Malè illum conſulere, & ne quicquam loqui, eſſe enim ſe in ſumma pace animi, ubi ad uiuendum benè ac fœliciter nil deeſſet, patrem ſe non minus quàm dominum inueniſſe. reliqua ſileo, quæ de me amor pius, de ſuo autem ſtatu ueritas ipſa dictauerat. quæ ſcripta cũ illius uerbis cõferẽti, mihi magis ac magis admiratio miſeratioq; creſcebat. Et heus, inquit, infœliciſsime adoleſcens, ſi hæc ita ſunt, ſi nil abeſt quod requiras, nilq; deeſt quod offendat, quid te ergo præcipitat, aut quo ruis? ille lachrymis iam penè manantibus. Nil, inquit, niſi quia ſcribere amplius non poſſum hic ego riſu, ut fit ex indignatione orto, quid ergo inquam, manus ne tremunt? an caligant oculi? Neutrum, inquit, At ſcribendi ſeruor nõ tantùm tepuit, ſed refrixit, nullo iam pacto perſuaderi mihi poſſet, ut ſcriberem. ad hæc ego: iure id quidem pateris, ſæpe enim, ne tàm continuus in ſcribendo eſſes, me monẽtem audire noluiſti, fecit ecce nimietas, quod ſolita eſt, ſatietatẽ peperit atq; faſtidium, intermitte autẽ hũc ſcribendi impetum, da quietem animo, tac quod agricolæ cauti ſolent, intermiſſio, ut exhauſtis aruis, ſic & feſſis ingenijs utiliſsima eſt, niſi quod illis annus integer, ijs autẽ menſis uel dimidius, & ſæpe dies unus ſufficit, ſine tẽpus labi, ferè enim cũctis in rebus uerũ eſt illud Philoſophicum, dies ùulnerat, dies medetur. pelle faſtidium, ex aſſiduitate conceptũ, optime autem huic morbo alternatio uarietaſq; medebitur, ſepone negotium, quod te præmit, curaſq; alias admitte animo, aliud cogita, age aliud, illud quidem huius deſiderium faciet. quæ placuerunt diſplicent, & quæ diſplicent placebunt, uoluntates hominũ, in primis adoleſcentiũ uagæ ſunt, uiciſſimq; de uoluptate ſupplicium, de ſupplicio fit uoluptas. eſto lõganimis & expecta, breui crede mihi, ocio cõſequeris, ut negotiũ ames, ociũq; oderis, utq; laborioſiſsimũ cenſeas feriari, contraq; omnes tædij ſubrepẽtis inſultum, à calamo primum poſcas auxilium. hæc dicentem, pluraq; etiam nũc dicturũ, ille indignans, uultuq; ſubtriſtior interrupit. Et nũquam, inquit, hercle uel tibi, uel cuiquam omnino hominum ſcribã. Quod Dij, inquã bene uertant, noli ſcribere, quid ad rẽ? quæ tãti cauſa diuortij? nõ ego te ut ſcriptorẽ, ſed ut filium habui, ſi non ſcribes leges, colloqueris, comitaberis me, ornabis hanc paruam domum, quæ te forſan ornabit, & maiori habitaculo dignũ reddet. Per dis, inquit, ille operam, non patiar ut me domus habeat, in qua nulli uſui ſim. maior eſt animus, quem ut ocioſo pane ueſci uelim, fruſtrà obtineris, ire eſt propoſitum, liceat te uolente facere, quod uel nolente facturus ſim. ad hæc ego iam excitatior ſpiritu. ò infœlix, ita ne teipſum deſpicis, ut niſi ſcriptor fueris nihil ſis, maiorem profectò tui ſpem dederas nobis, nam ſi neſcis, hanc ſcripturam tuam, non fluxam neq; laſciuientem, tractibus literarum, ſed compreſſam atq; eximiè caſtigatam, & magis ſobriam quàm decoram, non ut ingenij tui fructum, ſed ut florẽ ac præludiũ magnæ ſcientiæ tenebamus, fefelliſti nos, arram credidimus, totum erat, quod ex te percipi ſperariq; poſſet, quãdo ſcilicet hoc ſubmoto nihil eſt reliqui. ſed quid, oro, nã me ſpernis? quid dicturus es Donato noſtro, qui te mihi donauit, &

nauit, & me tibi. Quid, inquit, mihi & Donato eſt? ò ingrate inquã, ſic ingenij tui patrem ueneraris, ſic doctrina & paternorum affectuum meminiſti? ſic omnino depuduit? certè ille, dum te ſolum uiderit exclamabit. ubi patrem reliquiſti? & uel me peremptum, uel furentem te putabit, neq; errabit, furis enim, tibiq; ipſe manus inijcis. his addidi, quod neſcio an modeſtius ſiluiſſem, ſed ſæpe ira dolorq; gloriari compulit, quos nec ambitio nec iactantia compuliſſet, dixi autem hortatusq; ſum, meminiſſe oportere uerborum ſui Præſulis, mãſuum fortaſſe alibi opulentius, nec tamen honeſtius, atq; ad id quo niteretur utilius. cogitaret, quæreret, ruminaret, an non ſibi conuerſatio mea, uel dum uiuimus ſatis idonea uidetur, uel ſatis clara poſt obitum, ſi mihi ſuperuiueret, quod ætas ſua, magis quàm cõplexio polliceri poteſt, haud forſan infamiæ ſibi futurũ apud poſteros, quo familiaris mihi, q; amicus, immò quod filius fuerit, iuditio ut ſi dicam genitus atque electus, inopis licet ingenij, ſucceſſor ac nominis. Nihil agis, inquit ille, his me uerborum laqueis non tenebis. ſic ſe inde proripuit, & ad ſummum recto mox tramite ibat, ad portum, nec illum pudor ſui, nec noſtri amor aut reuerentia tenuiſſet, niſi quod hæc gemino muro, undique & flumine gemino circunſepta ciuitas, frenum habet, quo ſtultos atq; improbos cohibet, bonos regit, iniuſſu meo, ne ſe loco moueat prouiſum. ira igitur ne quid ſoli & incauto accidat, uſque ad meum reditum, quem, ob hoc ipſum maturabo, mœſtum reluctãtemqúe contineo. Orauí ut uerã mihi rei cauſam panderet, & licentia laxandus, ſi id faceret & commendatijs literis, ad amicos quocunq; terrarum noſtri orbis ire diſponeret, ac uiatico proſequendus, lædi enim me mendacio grauius, quàm diſceſſu, ipſe aũt cœpto hæſit, perſanctè deierans, nullam eſſe cauſam aliam, quàm dixiſſet. mea tamen & quorundam eſt opinio, uel noua ſpe lucri maioris trahi illum uel inſania. quorum quid uerius in dubio eſt, utrumque aliquam ueri faciem habet. nam & per me laudatus, placere multis incœperat, & quod eſt grauius, ſibi de primo ſpes, de ſecundo inſania naſci poteſt. notaui ego nec ſolus quidem oculos eius præter ſolitum nutãtes, natantesqúe liberius, quod ſpectantium coniecturas ad utrumlibet inclinaret. unum tot inter triſtia iucundum audies. ut ſi iratus es rideas, digito iam monſtrari incipit, nam & ipſe notus hic pridem erat, & res neſcio quibus rimulis in publicum uenit: nihil nẽpè quod ſerui nouerint uulgus latet) ſunt qui tacito murmure, uides tu, inquiunt, hunc iuuenem, inſanus literis factus eſt, fueruntq; qui hoc mihi dicerẽt, quibus ego ſtomachans reſpondi, neq; hunc iuuenem inſanum, neque literis inſanos fieri, ſed inſania liberari literatos, nam ſolere cauſas effectus ſui ſimiles parẽre, non contrarios abortire, falſumq;, quod uulgo dicitur, inſanire aliquos literis, quibus uerius ab inſania defenduntur. quamuis id ſæpè multis, ante alios Paulo Apoſtolo ſit obiectũ habet tamẽ adoleſcens noſter intempeſtiuè iam nunc præmium ſeceſſionis, cum inſani literati nomen, quod multi ſibi pretio quolibet partum uelint, tantus eſt doctrinæ fulgor, ut quibuſdam inſaniæ tenebris optandus, non is tantùm, ſed falſa licet eius opinio uideatur, quibus ego tota mente contrarius ſum, qui non dicam, Benedictus aut Franciſcus ſancti homines & indocti, uel ex alio genere Marius uir fortis literarum neſcius, ſed uillicus olim meus & ſqualidus, ſed fidelis ac diligens eſſe malim, quàm Empedocles, qui nõ inſanus literis, ſed utriq; literatus & inſanus quærendæ famæ ſtudio, ſeſe in medium flammantis Aethnæ iecit incendium. uel Lucretius, qui pari ſeu literarum copia, ſeu furoris ob impatientiam, uitæ proprio ſe mucrone confodit, manuqúe illa qua tot egregia carmina ſcripſerat, ingenioſam magis, quàm infœlicem animam extruſit. Habes hiſtoriam tibi non ſum dubius, permoleſtã, nec immeritò, tu enim illius ingenij primus cultor, tu formator morum & hortator indolis fuiſti, & profeciſſe uidebaris, non tibi tãtum ſed omnibus, antè alios mihi, ut res docuit, tu laborẽ perdidiſti, nos omnes erauimus. ò quàm durum eſt alta de ſpe cadere, qui nil unquàm dolere decreueram, hoc fateor, non dolere non potui, quamuis ſanè in hoc ingenio & tuſemen, & ego qui ſucceſſeram in labores tuos, ſpem honeſtam, magnæ frugis amiſerim, nullius tamen maior eſt iactura, quàm illius, qui noſtris laudibus, quas non ad inflandum, ſed ad excitãdum iuuenilem animum dicebamus, & falſa de ſe opinione tumefactus, cum poſſet fieri aliquid, ante propè quàm cœperit conſumaſſe ſe credit. itaque ſibi accidet,

quod multis ut peruenisse iam putans, nunquam perueniat, quo tendebat. nempè hic error infinitos mortaliũ, ne metà glorioſi curſus apprehẽderẽt, compediuit, & præſenti falſo gaudio, cõtentos oblitoſq; propoſiti, medio calle detinuit. Equidem ex quo mediũ epiſtolæ huius exceſſi, audio quod hic noſter orbẽ ambire ſtatuit, demẽs uiriũq; immemor, & ignarus, ut uiarũ maiora pericula ſileam, quid ſit inter manus hoſpitum immò hoſtium uenire, bona eſt autem ætas, experietur, & quod nos noſtra didicimus, ſua diſcet impenſa. primo uerò Parthenopẽ petiturus fertur, ut ſuſcitet credo de cineribus Mantuanis nouũ Virgilium Rauennatem. ſed ut illius uiri memoriæ, plenos libros, ſic uacua pridem oſſium buſta comperiet. proinde quod ſibi, Muſiſq; Italis fauſtumq; ſit, eat, & longa ſterilitate arẽs, Latiũ ſitiens q; exundãtis ingenij fonte reficiat, nulla per nos bono publico mora ſit, dũ præſens illũ tibi reddidero, mox erũpat, ſecq; in altũ tollat atq; euolet. quando noſtri adeò rudi pudet, pœnitetq;, ſpero fore, ut qui ſe aliquid magnũ credit, ubi primũ implumes adhucalas uẽto dederit, quod nũc agit, intelligat, ſeroq; licet Ichari meminerit, ac Phaëtõtis. Tandẽ ut ad nos oratio reuertatur, & ſi prouerbiũ ſit antiquũ, Duobus aut pluribus ex malis, minus malũ eligẽdum eſſe non uideo, cum minus malũ haud dubiè malũ, ſit, qualiter mali lectio ſit laudãda. itaq; rectius dici reor, maiora mala, maiori ſtudio uitãda, ut ſi uitari eũcta nõ poſſunt, minora facilius tolerẽtur, non electione, ſed patiẽtia, æquanimitate, modeſtia. id potiùs conſilio Ciceronis in prouerbiũ eat: Ex malis eliciendũ ſiquid ineſt boni, neq; id mirũ uidebitur, cogitãti non ſolũ, ex radicibus atq; herbis amariſsimis, ſed ex quibuſdã quoq; uenenoſis animãtibus, ut fama eſt morborũ remedia conſtare. Ineſt aũt malo huic bonum niſi fallor duplex, primum ne quem de cætero laudemus, niſi ſolidi conſtantiſq; uirum animi, notiſsimæq; uirtutis, in hoc enim ueræ laudata uirtus creſcit, ut Naſo ait, in reliqs autem creſcit laudata ſuperbia, laudata uanitas, laudata dementia. neue aliũde quæras argumentum, hunc nos noſtrum laudando perdidimus, ſecundum ne unquam fidamus, illi ætati, quamuis uerecundiam præferat, quamuis cõſtantiam ſpondeat, ac fidem, quamuis deniq; grauitatem fingat, ſimuletq; prudentiam, proq; comperto ſemper nobis ſit, quod apud Lucanum ille uir magnus ait:

Ardua quippe fides robuſtos exigit annos. Vale. Patauii. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Donato Apennigenæ Grammatico, S.

Familiaris diſceſſum indicat.

ILle quidẽ noſtris noſtrorũq; clamorib. parũper abſterritus hæſerat, magis ætatis quàm naturæ uerecũdia, aut rationis imperio, citò ergo quid corde gereret, res oſtendit, dũ ueſaniæ ui ruptis, obicibus abijt, ut uidiſti multum corpore, ſed magis animo uagus, nũc Parthenopen, nũc illẽ Calabriã ſeu Virgilij buſtum, ſeu Ennij incunabula cogitans, nunc uerò neſcio quid ſomnians, Bizantiõ ſuſpirabat, & quid ageret inquietum caput, corpore ſimul, tàm diuerſis in locis eſſe non poterat, animo erat in omnibus: atq; ita ſic Anneo credimus, cum ubiq; eſſet, nuſquam erat. mirum & penè incredibile, adoleſcentulum ſub ferula enutritum, & ualitudinis, & pecuniæ inopem, tantùm licentiæ tantumq; proteruiæ, tàm repentè quaſi uirus letale ac præſentaneum imbibiſſe, ut quibus auribus nõ te tantùm, ſed pedagogi tui uoces, heri horruerat ad flagellum. his tehodie, & me, amicorum omnium monitus ac uerba reſpueret, & cauſã quidem temerarij ambitus una prætendebatur, quam ex eo ſæpius audiſti, non iam ſcribendi labor ac tædium, quo ſe ab initio tuebatur, ſed Græcarum ſubitus literarum amor. Mirus ualdè homini cui multum & penè totum deeſſet adhuc ad notitiam latinarum, quod cum frementi ſibi, ceu frenum aliquod inijcere niteremur, difficultatibus additis, & uiarum & rerum omnium, atq; in primis rei familiaris inopiam, me eo etiã uanitatis ob odium auxilio deſtituendum, cunq; his omnibus Athenarum uetuſtiſsimam ruinam, ut quæ ab ipſa iam Ouidij ætate, nihil eſſent, niſi nudum nomen, & poſtremò notiſsimam nunc Græcorum ignorantiam iungeremus, ſtimulis ille latentibus incitus, frena mordebat & ſi enim honeſtiori ſeſe uelo tegeret, ueræ tamen cauſæ longæ aliæ inerant, quas ægrè ad ultimum occuluit, ſed has ſileo, ne plus quàm iuuenilibus infenſus erroribus, uideri queam. Prima enim omnium & maxima fuit inconſtantia animi,

animi, qua cũ alijs fortaſſe aliud, mecũ uerò ne fruſtrà inſanierit, hoc adeptus eſt, ut in nullo unquã homine uideri, de nullo audierim aut legerim parẽ leuitatẽ, nullæ ſimul res diuerſas & aduerſas uno illũ uidimus agitare pectuſculo, non unũ ſed mille animos, eoſq; diſcordes, inuicẽq; certãtes diceres nihil illic horæ ſpatio uniforme nihil unũ præter unã inconſtantiam, q̃ ſola in tãta conſiliorũ inſtabilitate conſtabat. conflictantium deniq; uoluntatũ exitus ad occaſum uertit, de quo unũ uerbũ fixerat, puto nec cogitatus, ſpretis meis ad amicos literis, quibus prodeſſe cupiẽs, immeritò furioſum impetum, uelut induſtriã commẽdabam, uelle ſe occidentis inuiſere Babylonem ait, & cũ dicto, iter præcipitabundus arripuit. Notam tibi hactenus legis hiſtoriã. quod ſequitur nouũ lege. Iuit ergo, & plectente peruicaciã natura, perpetuis imbribus Apenninum transijt, ſe quibuſq; uotis obuijs à me miſſum dictãs, ut qui iam expergiſci inciperet, ac ſentire, quis ſoliuagũ peregrinũ ſequeret pudor. quo mẽdacio, quod poſtmodũ ſciui, nonnullis indebitã ſui cõmiſeratione falſamq; ſuſpitionem mei fecit, uenit demũ Piſas, Thyrrenũq; littus adijt, manſitq; ibi expectãs nauim, cui ſe ſuamq; omnẽ inferret amentiã, uagã puppim, uanis mercibus referturus, qua tardante & creſcente indies infœlices uitæ tædio, ac decreſcente uiatico, raptim tetrãſit Apenninum. mitto autem caſus ac diſcrimina, quorũ ipſe ſibi unus eſt conſcius, ſed extimare perfacile eſt, homunculum fragilem inexpertum, ſolam tunicæ oris terram lãbentibus, periuga montiũ, per tot lubrica, tot ſaxoſa, tot cõfraga, tot prærupta, per tot ualles, tot flumina, tot torrẽtes hybernis imbribus tumidos, uiæ neſcium atque hominum, & ſeipſo, & udis oneratum ueſtibus, non ſine crebris lapſibus fugiq́ue periculo tranſiuiſſe. plano tandem redditus Liguſtico, cũ Faronẽ amnẽ Parmenſiũ penè ſuæ parẽ inconſtantiæ tranſuaderet, rapido gurgite arreptus, & inter arenas ac ſaxa cõtortus, parte ſui altera redibat, unde diſcederat, altera ibat, ſubiturus partẽ laboris Ixionij, ſeu potius nouã rotã inferis inuecturus, niſi miſeratus quidã, calce apprehẽſum undis eduxiſſet, ſic ereptus morti, ſed euectus & cõfectus inedia, & pecunia defectus & labore exhauſtus, & ſqualore lurĩdus huc peruenit, quo me uel peruenisſe iã credebat, uel peruẽturũ mox ſciebat. quẽ cũ recenti caſuũ memoria attonitũ ſtupẽtẽq; conſpiceret Frãciſcus meus, quo nemo te iudice, me enim fortaſsis amorũ falleret, adoleſcẽs melior, tam charitatis & cõſtãtiæ plenus, quã ille uacuus utriusq; primo quidem non agnouit, neq; enim homo ſed tenuis umbra uidebatur, morte obita, quales fama eſt uolitare figuras, ut Maro ait. deinde uix agniti, miſertus, audita errorũ ſerie & laborũ ſumme conſolatus mœſtum, atq; undiq; diffidentem cohortatus eſt, ut me domi expectaret. quod ille pudore metuq; dehortãtibus negauit primum, poſt neceſſitate uictus annuit, nec ita multis poſt aduenies diebus, re per literas prægnita, cum inter amicos ille mihi per noctem, in ipſo Ticini alueo occurriſſet, exclamaui Poëticũ illud iocans:

Vera'ne te facies, uerus mihi nuncius affers.

& quod ſequitur unus ne. ubi uerò illum uerecundia mutum, defixumq; humi oculos animaduerti, ſolito eum more, ſed non ſolito, fateor, amore, cõplexus ſum. Nihil enim ſibi iam nihil moribus ſuis fido, ut pudorem dies, & laborem quies expulerit, ueſtigiumq; periculi delerit obliuio, uidere illũ uideor, rurſus ad me uultu alio uenientem ac dicentem Vale. itaque iã nunc ſibi uiaticum aliud congeſſi, ac ſepoſui, nequa prorſus dilatio ſit furori. in numerato, illud inueniet, me tacitum bipatentem ianuam. Scio quidem per meipſum, quid de hoc homine addendum erat, & ſi neſcirem, tuis nunc literis, atque conſilijs inſtruor, quibus inhæreo, atq; animi, ut aiunt, pedibus in ſententiam tuam eo. cæterum mens ſuadet, hoc frõs damnat. noſti me. nullæ tantæ ſunt iniuriæ, quas non poſſim obliuiſci facile & ignoſcere. Nullus tàm acerbus hoſtis, quem non ualeam pœnitentem atque erubeſcentem miſerari, dũq; ſic affectus manſerit amare. Vtor in hoc igitur ſui merito, non amici cõſilio. ſed inſtituto meo, & lenitate animi, ſæpe mihi non inficior damnoſa, nunquam tamẽ ut arbitror pudenda. Malo culpa illius tota, quàm ulla ex parte mea ſit. malo illũ inſtabilẽ, quã me durũ dici, ſi unquã forte reſipuerit, quod uix ſpero, & ſe noſcat, & me & amicorũ iudicia quæ contemp ſit extimet & pœnitentia ac dolore ſe puniat, alioquin ipſe ſuis, ego meis moribus uſurus ſim. Vale Ticini. V. Idus Iulias.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber VI.

FRAN. PETRARCHA IOANNI BOCATIO SVO, S.

Amici casum mirabilem deplorat.

ORis ingentes epistolas, quas anno altero simul ad te ueneras, & si non simul editas, Ticino abiens dimisi, diù licet, unde non decuit impeditas, tandem peruenisse confido. quibus quidem exhausisse tunc animum uisus eram, noui itaque nihil est, nisi quod cum profunda nocte Veneti as attigissem, primo mane Donatus noster ad me solus. Illic multa, ut inter amicos, desiderio collo quendi per absentiam irritato, sed pars maior, ut meritus de te fuit, simulque de Homero quem misisse te scripseras, de quo illic quid sit actum quære, huc enim non uenisse illum scito, unde me in alijs ad te literis de Donato immeritò querelam queror. sed Homeri mentio me illius admonet, quo hic medio in Latinum uenit. ò male igitur, ò pessimè actum de Leone dicam nostro, cogit enim pietas atque ingens miseratio, sine stomacho iam de illo loqui, de quo pridem multa cum stomacho, mutatus est animus semper meus, cum illius hominis fortuna, quæ cum misera fuerit, nunc horrenda est. infœlix homo, qualiscunque quidem nos amabat, & si talis esset, qui nec alios, nec seipsum amare didicisset, sinistris alitibus in hunc modum ingressus, sinisterioribus abijt, ubi nullum puto serenum diem uidit. quem memoria repetens sæpe, admiror quomodo in tàm tristem fuscamq; animam Pyerij spiritus ac cœlestis musicæ, uel tenuis descendisset olfactus. Orabat miser, multis precibus ut pro se mitterem, fassus errorem, quæ res maximè iratos animos placat. ego uerò & instabilitatem mihi notissimam, & ætatem intractabilem, mutandisq; iam moribus duriorem ueritus, & consilio insuper tuo fretus, quo fidenter in re qualibet uti uelim, ut quod ritè consulentium utraque fax illustrat, ingenium & fides, spretis precibus responsum literis nullum dedi, cœpit illum tandem familiaritatis nostræ desiderium ardentius, & male sibi cognitæ pudor, Italiæ moribusq; si sus nostris cogitansq; quòd uerũ erat, & si uocari esset indignus, si tamen ultrò uenisset, minimè quidem se nostris arcendum liminib. proxima æstate Aeolo ac Neptuno totoque Phorci exercitu aduersante Byzantio funem soluit. O quid dicam, miserabilem terrificamque rem audies. iamq; Bosphorum atq; Propontidem, iamq; Hellespontũ Aegeumq; & Ionium maria Græca transiuerat, iam Italicæ telluris ut auguror aspectu lætus dicerẽ, nisi natura respueret, at equidem minus mœstus, Adriacum sulcabat æquor, dum repentè mutata cœli facie pelagiq; sæua tempestas exoritur: cæteriscq; ad sua munera effusis, Leo miser, malo affixus inhæserat, malo, inquam, uerè malorumq; ultimo, quod per omne æuum multa perpesso, dura in finem fortunam seruauerat. horret calamus infœlicis amici casum pro mere, ad summam inter multas & horrisonas cœli minas, Iratus Iuppiter telum torsit, quo dissectæ antennæ incẽsaq; carbasa in fauillas abiere & lambenti b. malis flãmis æthereis, cũctis stratis ac territis, solus ille noster perijt, hic Leonis finis. ò res hominum improuisæ, ò mors clarior sonantiorq;, qui uellem. non putabam Capaneo Argiuo duci, nec Tullo Hostilio aut Caro regi illi huic principi Leonis ascribendũ nomẽ, uiri humilis nec indocti, sed nec fortunati unquam prosperè nec iucundi. Semper certè nunc intelligo, ut multa post factũ intelligemus, semper inquam, nubes illa mœstiq; oris obscuritas nunciabat, hoc fulmen. Supellex horridula, & squalentes libelli, hinc nautarum fide, hinc propria tuti inopia euasere. Inquiri faciam, an sit in eis Euripides Sophocleſq; & alij, quos mihi quæ-

hi quæsiturum se spoponderat truncus informis, ac semiustus in mare iactatus est. quem alia ad te epistola, Græcis escam uermibus destinatam, heu, Italis cibus est piscibus. Tu uiue fœlix & uale nostri memor. Venetijs *VIII.* Cal. Februarij.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

Res suas indicat amico.

ANimaduerti ex literis tuis, ad amicum missis, te ualde sollicitum mei esse, super negotio libertatis. Gratus mihi, fateor, hic animus tuus, sed non nouus, ponè antẽ metum hunc, & persuade tibi me hactenus, dum durissimo etiã iugo subditus uiderer, liberrimum semper hominũ, & fuisse, adderem & futurum esse, si qua futuri notitia certa esset: nitar tamen, & spero fore, ne discam seruire senex, ubicq; ubilibet animo liber sim, & si corpore rebusq; alijs subesse maioribus sit necesse, siue uni ut ego, siue multis ut tu, quod nescio an grauius molestiusq; iugi genus dixerim, pati hominẽ credo facilius, quã tyrannum populum. id enim uerò, nisi semper sic fuisset, ut ubicq; liber agerẽ, aut me uita iam pridem, aut profectò uitæ tranquillitas, ac iucunditas defecisset, cuius cõtrarij tu mihi antè alios testis es, seruire equidem, nõ nisi sponte atq; amoris imperio, nulli diù ualeam mortali. quid ergo, nosti hominum mores, & uitæ nodos & laqueos rerum, quarum perplexitates, nec Arithmeticus numeret, nec Geometra mẽsuret, nec rimetur Astrologus. sentiunt autem, qui inter eas apertis oculis gradiuntur, unde semper mihi placuit, & à me sæpè laudatum est illud Hebræorum sapientis breue, sed gaudio plenumq; sententijs. Cunctæ inquit, res difficiles, ò quid ait. cunctæ, inquam, etiam quæ perfaciles uideantur, sed inter cunctas res difficiles, nulla difficilior quàm uiuere, & præsertim diù, omnis hora & momentum omne, noui aliquid fert, omnis passus suũ lubricum suumq; offendiculum, & scrupulos suos habet, quos calcare asperum, uitare difficile. sed quo rapior, inquẽ rerum difficultatibus tempus tero, infinita materia, tibiq; non aliter nota fortasis & notior quàm mihi. Linquo alia. certè Africanus maior, ut uides conuersatione diutina uiluit in oculis Romanorum, quid minores putas in oculis aliorum? Crede mihi, multis maximeq; ægris expedit, interdũ uoluisse, nec est inconstantis, sed prudentis pro uarietate uentorum & tempestate negotiorum uela flectere. non possunt literis cuncta committi, sed si quæ noui omnia & tu nosses, suaderes certus sum, non dico, ut discederem, sed ut quandoq; secederem, uitæq; fastidijs locorum alternatione consulerem. Proinde Deum ora, ut fabellæ huius nostræ, quæ uita dicitur, finis bonus, & sibi placitus sit. de reliquo ne desperes, me cœlesti luce illustrante, oculos & signante, iter electurum, uel quod melius, uel quod minus malum. restat ut noueris Homerum tuum, iam Latinum, & mittẽtis amorem & transferentis mihi memoriam, ac suspiria renouantem, ad nos tandem peruenisse, meq; & omnes seu Græcos seu Latinos, qui bibliothecam hanc inhabitant, replesse gaudio atq; oblectatione mirabili. Vale mi frater amantissime.

Fran. Petrarcha Francisco Bruno, S.

Status sui facit certiorem amicum.

NOueram te amicum, olimque præcordijs meis insederat tuæ charitatis opinio. hanc Pergamensis Orator meus, hærentem ossibus medullis inseruit, omnes cœlicolas balbutiendo testatus, à nullo me hominum plus diligi quàm abs te. Mirum est, ubi qui de bilius exprimit, ualidius imprimit, suspecta nonnunquã eloquentia est, & quæ amica mendacio esse potest, ueri hostis creditur. quod si tibi forsan, uel hic ipse, uel alius, seu alijs suis descriptionib. ut tu scribis, formæ meæ nondum tuis uisæ oculis siue externam formam intelligis siue internam, nescio, quam raram atque angustam imaginem impresserunt, discute illam quæso. quod non dicerem, si nunquam penitus nociturã famæ p̃sentiam suspicarer. esse tibi uel falso cõmendatus paterer. sed quoniam adhuc forsitan me uidebis, noli meis in rebus habitũ mentis induere, quem coactus exuas. Discute, inquã, nõ mei oris, sed tui erroris imaginem, neq; sermonibus hominum credideris, atque in primis amantium.

Res nihil

nihil amans oſore ueracior, quamuis honeſtior. eſt ut uituperandi, ſic laudandi libido quædam, ac pruritus linguæ. quo regnãte, ueritas exuler neceſſè eſt. tentationem uerò humanæ laudis ſi periculoſiſsimã Auguſtinus in ſeipſo ſenſit, quid ſenſurũ arbitreris præconẽ hũc cui alieni præconij pondus indebitum, ſi delectat nocet, ſi reſpuitur atq; contemnitur prodeſt. ſed huiuſce quàm tentationum reliquarum experientia, difficilior multo eſt atq; periculoſior, quoniam ſi quantũ æquo animo laude careã, experiri uelim, ſic uiuendum erit, ut omnibus aut riſui ſim, atq; ludibrio. ab exordio quidem noſtræ amicitiæ, niſi labor memoria, ſcripſi tibi ut de me mihi crederes non alteri. qualẽ tunc me tibi deſcripſeram talis ſum, niſi quod interim biennio propè cõſenui. Ad ſummam, niſi falli iuuat, unum me de plebe, quanquam plebis notiſsimum contemptorem cogita. nilq; altius finxeris animo, ſed amicum tibi, ſin abſq; præiudicio Tullianæ ſententiæ dici poteſt, qua diffinit amicitiã ſine uirtute eſſe non poſſe. Pro libro autem Beatiſsimi patris atq; olim hoſpitis mei Ambroſij, gratias ago, tu mihi libros & literata ſolatia, ego tibi labores & mera tædia tranſmitto. Non æqua rerum permutatio. ſanè oleum iucundè olim & tranquillè ſolitudinis meæ ad fontem Sorgiæ latitantis, unde me diu arceri multa rerum mutatione ſuſpiro, cuius tibi familiaris meus ille, guſtum obtulit, quodq; tu mirè myſticis laudibus extuliſti, totum funditus tuũ eſt, nec oleũ modo ſed oliuæ, nec oliuæ tantũ, ſed tellus ipſa, licet aridula & anguſta, nunquam tamen mihi charior, nunquã feracior quàm dum tibi obſequitur. quoq; tibi gratius ſapiat, quicquid id eſt ex arbuſculis illis fluit, quas penè omnes ego ipſe manibus meis ſeui. Nil amplius hodie, niſi quod labores tuos & patriæ, inter meos numero. Vale fœlix & memor mei.

Fran. Petrarcha Pilleo Epiſcopo Paduano, S.

Ad animi conſtantiam hortatur.

AEtate filij, charitate frater olim, dignitate iam Pater amantiſsime, cum multa quotidie tecum loquar in ſilentio, pauca tamen ut ſcribam, cauſa eſt, corporis inſueta fragilitas, quam inuiſam mihi hoſpitam, inuiſior ægritudo, nuper abiens dimiſit, de ſalute quidem tua, redituq; exoptato Deo gratias ago, de reliquo autem hortor, & hortando laudo, fortem ut animum & conſtantem habeas. Non eſt enim tutior armatura, non turris immitior, non fortior caſsis aut clypeus inter prælia fortunæ, hoc te hactenus ac tua ætate ſæpius, quàm uel pro annorum numero, uel pro conditione tui ſtatus, & magnifice uſum ſcio, & miror & gaudeo. Nec ſolus quidem tota gaudet & miratur Eccleſia patientiam tuam, quamuis aduerſitates, quibus illam obijcis & miretur & doleat. proinde oro, ne deficias neue defatigeris. Solent uehementes impetus breues eſſe, fortuna laſſabitur, eſt illi nũquã pudor, quidam immerentium ac fortium, immò uerò Deus miſerebitur & laboribus finẽ ponet. in illo ſpes fixa ſit, in ſe ſperantem non fruſtrabitur, nubes ſunt iſtæ, quæ ſerenum naturaliter animi tui ſtatum obnubilant, leui uerò diuinæ clementiæ pellentur afflatu. & fortaſsè quorũ fuit amara perpeſsio, recordatio dulcis erit, nulla fortuna perpetua eſt, ne diuturna quidem, unde fit ut ſperandum miſeris, felicibus metuendum ſit. Etſi enim uideantur diuturniora quæ cruciant, non minus tamen uoluuntur aduerſam quàm proſpera. æqua omnium uertigo, & inſtabilis undiq; rota eſt. Senſus in letis inſolens, delicatus in triſtibus, illa facit exigua, hæc immenſa, cum ſumma omniũ breuis ſit, omnisq; diuerſitas in opinione eſt, incq; animis, non in rebus omni ex parte breuiſsimis. de me autem unũ hoc dixerim, tuus ſum, ut noſti, quanquam nulli quod quidem ſciam uſui poſſum amare, quod quidam non poteſt. Siquid præterea poſſe uideor. tuo precor in meiure utere. Poſtremò ſacerdotes meos ſeruos tuos, Ioannem & Paulum, quos cum his ad te literis miſi, paternitati tuæ commendatos uelim, & obteſtor, ſi illæſo licitum eſt honore, ne gratiam eorum alteri meis precibus, à tua leuitate conceſſa auferat aliena durities. Difficilè eſt iuditium alienæ conſcientiæ, multos ego tales, duros, aſperos, & linguæ liberioris, meliores uiros noui, quàm ſuaues alios fictos blandiloquos uerſipelles. Vale. Venetijs VI. Idus Iunij.

Fran.

Fran. Petrarcha Amico ſuo, S.

Increpat ſtudij negligentiam.

PRofectus es Babylonẽ, profectionẽ miror, morã ſtupeo, negociũ odi, ſed ſi ut imbecillæ ætati atq; alienæ opis indignè aliquid uiatici prouideas, & apis aut formicæ in morem, æſtate hyemẽ cogitans, aliquot incerte licet, & labilis uitæ dies, truci illi hærebo dedicatus, & ſi graui diſcrimine res nõ uacet, tamq; exigui & irreparabilis boni periculoſa ſit largita, poſſum tamẽ humanis moribus, poſſum ſpei credulæ uentã non negare. At ſi perſeueraturus illic, tibi obitũ ac ſepulchrũ eligis, iã hinc inter mortuos ſepultosq; te numero. Quid ni enim amicè, te defleã, eò profundius exanimẽq; cõſpiciam, quò morte peior inutilis uita eſt. Mori enim oportet, male uiuere non oportet. Quid eſt aũt, ꝗd de te tuisq; de ſtudijs audio, etſi non audiam uideo, his oculis, quib. ubicunq; ſim, tartareã illam urbem ſemper intueor. heu mihi, Cicero noſter, heu Maro, pro utriuſq; enim ſtyli bina acie, ſingulos eloquij duces alloquor, heu mihi, cui cedítis, non re quidẽ, ſed iuditio legentiũ, iniquo & ſeu inuido, ſeu inepto ſæpè honeſtis laudibus aduerſante. Tanti ne igiꝝ pecunia ulla eſt, aut ullus honos, ut tibi amicè ſcriptor ille ignobilis, cui nomen non feciſſe melius fuerit Tullio præferendus ac Virgilio uideatur, heu generoſa ingenia, heu laboris inclyti, glorioſæq; uigiliæ, huccine uiuendo peruentũ eſt, ut uideã nos non plebeio quolibet, ſed hoc tali uiro iudice, illius literis ac proceſsibus poſt habendos? credo ego iam mũdi finem inſtare, crebeſcunt ecce prodigia, iam Antichriſtũ aduentare, iam quod quidã ſuſpicati ſunt Neronem uiuere, audiemus & reliqua fieri, quæ illius turbinis futura præambula nobis à patrib. nunciatum eſt. Interea parumúe portenti, parumúe præſagij eſt, properatis ad extremum orbis, idiotam illũ, quod tu legis, & ſufficiunt oculi tàm duro negocio, & Pierijs pratis ac foribus aſſueta mens, per illius ſqualidas & arentes membranas neníjs occupatur anilibus? & Homerum Babylonicum contemplatur. ô rerum ſtatus inſtabilis, ô uertigo mirabilis ſtudiorum, neglectis ergo principibus eloquij, ſpretis Philoſophiæ præceptoribus cõtemptis, demum ueræ fidei ducibus, iter ad aſtra ſignãtibus, uilis opifex lucelli in manibus eſt, cuius aſsidua lectio, quàm tibi caput obtundat ſentis expertus. mihi certè, nam memini, ſemel olim, in obiecta, ſic & cerebrum cõcuſsit, & ſtomachũ ut quaſi triſtis pharmaci poculum hauſiſſem, diù ſapor ille faucib. hæſerit, & quicquid poſtea ſumptũ eſſet, dulce quamuis ac ſapidũ amareſceret, & quicquid per eos legerẽ dies, eiuſdẽ illius lectio uideretur donec nõ unius ſomno, noctis obliuio, tædij illius ingeſta amatorq; ille digeſtus eſt. Necq; uerò negauerim eſſe utilem ſtylũ, his quibus altius nõ datur, nec ſum neſcius, in pretio hominem haberi, apud eos quos pecuniæ, non uirtutis aut gloriæ amor trahit. quæ in extima bilis turba eſt, ſed an tu ideò turbæ miſcendus, an quia clibanus uulgò utilis, clibanarius fiet Platonat rerum ſic intellectuum infinita uarietas eſt. & quanquam quod naturaliter malum eſt, per neminem benè fiat, multa tamen in ſe bona, per nonnullos ſeu malè ſeu turpiter fieri conſtat. eſt in modò rerum omnium, momenti plurimum, eſt in agentis moribus, in circunſtantijs negocij magna uis. non eſt turpe illa legere, quibuſdam fortaſsè etiam decorum, tibi certè non conuenit. nam ut quædam amiſiſſe lucrum, ſic quædam neſcire ſcientia eſt. non omnis ars omnibus pulchra eſt. Cauſidicus lites & forum quærit, plebs ludos & theatrum, ruſticus boues & raſtra, miles equos & arma, taberna caupo, fornicem leno, templum ſeruat edituus, arator ſtiuam, bellator gladium, nauta clauum & remos, ſtudioſus autem calamum uerſat ac libros. inq́ue hocipſo tanta eſt diformitas, ut hinius in gremio aptè ſedeat, is de quo loquor liber. illius ineptiſsimè fixæ ſunt rerum leges, nec facilè conuelluntur, quod ſi quando peruicacia mortalis præſumpſerit, eminet indecorum neſcio quid, quod non tàm promptè dici poteſt, quàm ab intelligente deprehenditur, inter humanos niſus indelebili naturæ ueſtigio ſuperante. Fruſtra uerò te uirum egregium & fatemur, & credimus, niſi è publico gregi te ſubtrahis. Multi ſunt illa in urbe, cuius tuus, & fero quidem, & citro nimium factus es, qui ſcriptorem illum te lectore indignum auide legant, nec legiſſe dedeceat, quin & magnum quendam diuinumq; putent uirum, nempè qui quo illi ambiũt iter pãdit, necq; ego

illuc

illuc aspirantibus utilem nego. Sed te aliò pergere, tota fermè retroacta ætas iudicat. quo nũc abis sinistrorsum? An te turbæ clamor ac signatior trames fallit, an ignoras nullum esse fragilius, quàm multitudinis argumentum, unam de me felicitatem quàm uoto quidem petunt omnes, rebus pauci, in reliquis propè omnibus inuenias, ut quæ plurimis placent, illa sunt pessima. Si fidem quæris, cogita quot uirtus amicos habeat, quot uoluptas, id si ad libros artium & rerum omnium studia traxeris, uerum fiet. Sed iam satis innocentẽ hominem insectatus dicar, neque uero ego, illum, sed te arguo. fecit enim ille quod potuit, tu quod uis. Et puto memineris, ut me hortante, dissimilis humilioribus studijs, altum iter ingressus, quod unũ tibi familiariter imputare ausim, gloriam & rarum decus inuenerim. Si mihi nunc sponte relaberis, urgente licet auaritia, mallem perpetuò iacuisses. omnis enim culpa eò grauior, quò culpæ fœdior causa est. quid ergo horter? abitum, nõ audeo, id quidem & si optimum erat, nunquam minor consilij libertas fuit, quam ætate nostra est. Amicus amico uerum dicere metuit, frater fratri, socer genero, uir uxori. Non potest à patre uerum filius audire, & quid multa, ueritas omnis iniuria est, omne consilium offensio, nisi animo consonum audieris. ego uerò nihil tecum metuo, nisi frustra hortaris; ita enim sentio, facilius te frangi posse quàm flecti, id fortasis efficacius obsecrem, ita illic esse ut uelis, tanquàm qui amaro de carcere dulcem libertatem cogitat, aut per lubricum & obscurum callem, gratum suspirat hospitium. Et hoc unum præstes mihi anxio, tuæque fame perinde sollicito, quasi mea sit, ne quando uel lucri studium, te uirtutis, uel lectio utilis honestæ lectionis reddat immemorem. Vale diu fœlix.

Fran. Petracha Philippo Patriarchæ Hierosolymitano, S.

Laudem in re qualibet suspectam.

SIcut ingẽtia munera uerbis minuit ingrata superbia, sic humilis gratitudo, parua etiam nititur augere munuscula, hinc tu uitæ solitariæ libellum, ubi quod sæpè dixi, nihil me iudice memorandum, nihil est nobile, præter tuum nomen, quem præterea, & si nobilissimus in se esset, & dilatio immodica, & petendi tædium ac fastidium expectãdi, inuisum facere potuissent, his præconijs laudum, hisque actionibus gratiarum excipis, ut mirari cogar, notissimam licet humanitatem tuam, & amoris antiqui perpetuam, ac recentem semper, & quotidie nouam uim, uno tenore, cunctis meis in rebus tuos, in alijs utique lynceos oculos præstringentem. illud miraculo additũ, quod & Pont. Max. & qui illi proximus gradu est Episcopũ Portuensem, de libello illo loqui atque eum dignanter expetere, & insuper & Ebredunensem Archiepiscopum & Episcopum Vlyxbonensem. quorũ primus, quanto sit ingenio, iure me optimo testem facis, scio enim, secundum uerò non nisi per famam, & quibus credo omnia, per literas tuas noui, ambos doctrinæ uberrimæ altissimique iuditij uiros, & legisse illum auidissimè, & de eo multa certatim honorificè locutos scribis. quid uis dicam. Efficies tu, facientque illi, ut amare ipse, quoque rem meam incipiam quàm cõtempsi, nempè qua delectari tãta audiã ingenia, fiamque his stimulis, ad studij mei cursum promptior, atque ad alia scribenda flagrantior. Neque uerò miraberis, & mihi euenire posse, quod Augustino accidit, qui de Libro quodam, quem ad Hierium Romanæ urbis Oratorem scripserat, in confessionum libris ita commemorat. Et magnum enim quidam, inquit, mihi erat, si sermo meus, & studia mea illi innotescerent, quæ si probaret flagrarem magis, si autem improbaret sauciaretur cor uanum, & inanè solliditatis tuæ Deus. Non tamen laudibus uestris, eousque decipior, ut nesciam quis ego, quæue facultas mea est, & quod libri pondus quem laudatis, scio me totumque quod dicitis, non mihi tribuo, nec uestro certè iuditio, sed amori, itaque non hic sisto, quasi magnum aliquid tibi, & quale tu prædicas destinari, sed id cogito, quid nunc etiam te dignum, & tàm longi temporis aptum fœnus adijciam. Vale Ticini *VI.* Idus Augusti.

FRAN.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber VII.

FRAN. PETRARCHA VRBANO V. PONT. MAX. S.

Vt Romam Ecclesiæ sedem repetat, hortatur.

ALiquandiu Pater Beatissime, an aliquid tibi, seu quid scriberem dubius fui, hinc uulgari fama, hinc literis amicorum, de te multa & præclara narrantiũ excitabar. illius antè alios, qui de tàm multis, mihi penè unicum solatium remansit, diu oculis ereptum, animo præsens semper, Philippi Patriarchæ Hierosolymitani, qui ne ueterum studiosum, noua sineret ignorare, si nullo ut scribendi materiam gloriosam, atque uberem stylo offerret, sæpè per hoc tempus, de rebus tuis mirisque inmodum laudibus tuorum, deque Apostolici propositi sanctitate, grauissimas ad me, nec minus feruentissimas scripsi Epistolas. Quibus, fateor, iam defessum tepentemque animum, uehementer accenderat, aderat hortatrix alia uetus, scilicet & præscripta iam consuetudo mea, scribendi, non tantum pari fiducia paruis ac magnis, sed eò semper alacrius, quò maioribus sim scripturus, à quibus & benè dictorum ampliorem gratiam, & errorum promptiorem ueniam sperem. nempè ut liui dei ectique animi, non solum alienis erroribus implacabiliter irascuntur, sed alienis quoque laudibus, hostiliter obstrepunt, sic sereni, erecti, & laudib. gratulantur, & miserentur erroribus. Ita uerò mihi persuaseram, neque opinione dimoueor, ei qui bona fide loquerentur, errorem imputari posse, non scelus, & reprehensione fortasis, non supplicio neque odio dignum esse. Hæc me opinio, & hæc spes impulit, ut prædecessoribus tuis duobus, antè proximum RR. PP. quin & Romano Imperatori ac principibus & regibus terræ, sæpè etiam ignotis scriberem, nec sum ueritus, ne paruitatem meam illorum oppremeret magnitudo, non enim me maioribus cõferebam, neque æquabam uerbis, quos natura parens, aut fortuna tanto se creuerat interuallo, sed ad obsequium ueritatis, uti spiritu libertatis non licitum modò, sed debitum arbitrabar. Neque ipse mihi, quodammodo uidebar loqui, mea fides, mea deuotio, meus amor Reip. loquebatur, itaque & ad Benedictum *XII.* adolescens adhuc scripsi, & ad Clementem *VI.* medio iuuentæ, cur non tibi iam senex scriberem? Maior est fateor iuuentutis feruor & audacia, sed maior auctoritas ac grauitas senectutis, maior quoque animus, quod mirum forsan quis dixerit, maiorque securitas. unde est responsum illud famosissimum Solonis, quem cum Pisistratus Atheniensium tyrannus interrogaret? Qua fiducia sibi tàm constanter obsisteret, Senectute, inquit. Et illud Marci Castrucij, uerbo aliud, idem sensu, cui cum iratus Carbo Cos. nomine, re tyrannus, inter minas diceret, multos se gladios habere. respondit: Et ego annos. quàm sententiose, quàm breuiter gladijs annos opposuit, quasi annos homini nocere, ne gladijs quidem possit, & reuera quid metuat is, qui uitam ipsam, pro qua omnia hic timentur, à tergo habet? aut quid excipi potest, illi qui suum recepit, & in tuto posuit? nec tempestas nautæ portum iam tenenti, nec grando implenti horrea nocet agricolæ. intrepidi fines rerum, meticulosa principia esse solent, & omnino uitæ satietas, securitas animi magna est. Mihi autem apud te summum culmen Ecclesiæ, non de mea ætate, sed de tua humanitate fiducia nascitur. Audio enim, te libenter audire, quæ uera sunt, etsi acria sint, falsa autem quamuis dulcia, aspernari, neque id mirum, ueritatis uiuæ uicarius es in terris. Si dominum tuum amas, quæ illius,

lius; quæue ab illo sunt, amare omnia est necesse. omne autem uerum à ueritate, uerum esse ait Augustinus. Quibus ita se habentibus, quid me tacitum nunc usq; tenuerit dicam, quod fortasse mirabere, omnes quidem qui de te mihi loquebãtur, aut scribebant, sed in primis tuus ille, tuarumq; præco ingens rerum Patriarcha, nil nisi de tuis summis & eximijs agebat laudibus, quàm tibi sacer animus, quàm mẽs uigil, quàm pium propositum, quàm feruens studium literarum. quæ præteritorum memoria, quæ prouidentia futurorum, quàm altum lucidumq; ingenium, quàm suauis exundansq; facũdia. quis bonorum amor, quod malorum odium, quis iustitiæ cultus, quæ Ecclesiæ disciplina. his horumq; similibus plena erant omnia, quæcunq; ad aures siue oculos meos, amicorum lingua uel calamo ferebantur, ego inter ea dubius hærebã, sciebam quidẽ generosos animos, ad uirtutem, ueris atq; honestis laudibus, quasi ad cursum equos egregios calcaribus excitari, quæ etsi necessaria non sint, uel impigerrimis addita, prosunt sæpè, naturæq; impetum uelocitatis exaggerãt, iuuabat occasionem inuenisse, qua humilitas mea, in commertium tàm excelsi sermonis assurgeret, & loqui aliquid, de tàm lata & tàm læta materia delectabat, unum omnibus his obstabat, quod summorum laus hominum, quamuis uera & sincera, & de ore tamẽ humilium, uix sine quadã blanditiarũ suspitione procederet. neu te aliquid celem, accesit & altera causa silentij. Obseruator sum, fateor, magnus illustriũ, quorũ ex actibus atq; exemplis pendere Remp. existimo, te igit obseruabam, & qui à minimis tàm laudabiliter incepisses, quis esses in maximis expectabã, audiebam te prælatos Ecclesiarũ, qui Romanã curiã frequentabant, ad sedes proprias remisisse, optimè, inquã, ac magnificè. quid ineptius enim, quæso, propiusq; naufragio est, quã si nautæ omnes, remis atq; rudentibus abiectis, relicta nauis prora, nudatisq; lateribus, graui fasce puppim premant, clàm rectorem, opportunè ambiant, suisq; muneribus desertis, illius officium interpellent. audiebant te ambitionis tiquæ, quæ priorum licentia in immensum creuit, frenum ponere, & ut uno aut paucis pro dignitate uirtutis ac scientiæ beneficijs contenta esset edicere, iustè inquam, grauiterque nam quid turpius, quàm unum aliquem, parta forsan fœdis artibus copia nauseantem, cernere multis, hinc inde melioribus, penuria famæq; laborantibus? Audiebã circa habituum honestatem, multam te curam, multũq; studium impẽdere, laudabam. nam quis oculus pati potest hæc ludibria, quæ nostra ætas infœlix sibi finxit, dum formosa uult uideri, manibus se deformans suis, at turpissimè dehonestans. Quæ stomachum monstra hæc conspecta non quatiant, cornuti calcei, pennati uertices, caudata cæsaries, & in tricam torta. frontes uirorum muliebriter discriminali eburneo fulcatæ, lasciuiosa uestis uerecũdiæ inimica, uentres astricti fidiculis & afflicti, pro uanitate patiẽtibus miseris, quod beati olim pro ueritate passi sunt. Ad hæc curua iuuenum terga, cernuiq; superborum uultus, & accliues humeri, compulsaq; uiscera sub pectorum specubus habitare. quod unum, an posteritas credi tura sit nescio, patres nostri si audiant profectò non crederent, nos hæc oculis omnia cerni mus, & siquid præter hæc aliud fœdum, immanè, barbarũ, ridiculum, uaga mens, in suum dedecus ingeniosa, uel didicit uel inuenit. quæ cum ubiq; uisu turpia, tùm uel maximè te spectante turpissima sunt, honestisq; omnibus & benè moratis ingenijs detestanda. Tibi autem Apostolicæ morum censor, edictis ac legibus castiganda præcipuè, & comprimenda, parte castigata, ut perhibent & compressa. Quod utinam facere potuisses, & fecisses, toto orbe terrarũ, aut saltem in Italia, ubi has insanias, eò mœstius fero, quò magis à patrioratu, & togatæ gentis grauitate dissentiunt, & eousq; degenerant, ut nonnunquam inuidiosa mihi, his spectaculis carens cæcitas, uideri soleat. Audiebam præterea singularem illam tuam curam, paternamq; sollicitudinẽ, circa Bononiense studium, quanta nulli unq; Pontificũ fuisset, aut principũ, quib. quãtisq; priuilegijs, qua magnificẽtia, qua pietate illud longis ac ingibus bellorum turbinibus, quassatũ stratũq; erigis, & antiquam illi. non modò restituis, sed si qua fors fauerit amplificas etiã dignitatem. & hoc quoq; te dignum, tibiq; debitum censebam, nam quis alius studiorũ omniũ, sed præsertim iuris, matrẽ ac nutricẽ urbẽ adiuuet, ac reformet, quàm is qui utriusq; iuris peritissimus, alterius aũt & cõditor, & interpres unicus haberet, aut quis alius, q̃ tu huic literarũ ruinæ subijcere humeros, aut uellet aut pos-

set? in quo si nescis plusculũ, quã quod agere uisus es, egisti, siquidem spẽ ingentem nobis omnibus p̃buisti, nõ te Italiam negligere, cuius urbẽ unam, tanta clementia, tantisq; fauoribus prosequaris. Audiebam denicq; telicentiam pestilentẽ, salubri falce rigoris equissimi præcidisse, illam dico, quæ scœlestes homines, grauissimis facinoribus perpetratis, ad Cardinalium domos fugere solitos, legum nodis ac digno supplicio eximebat. & hoc ipsum singulari laude dignum, maximeq; tuum iudicabã, ab illius scilicet uicario, qui Sol iustitiæ uerus est defensam, & in suũ ius repositam esse iustitiã, pessimamq; cõsuetudinem, qua nihil infestius est uirtuti, tuis uel abscissam manibus, uel conuulsam, nec iam amplius ut solebat apud exemplares iustitiæ magistros, iniustitiæ refugium asylumq; nequitiæ reperiri. Talia multa de te audiẽs. & auditis lætus, & natura pronus ad calamum, hærebam tamẽ incertusq; animi, operiensq; rei exitum, & quamuis difficilè silentium eligebam, ueritus ne mihi forsan accideret in maximo hominũ, quod in magnis accidisse memineram, ut eum ualdè laudarem, quẽ urgente uerò essem aliquando reprehensurus. quodque emptoribus inconsultis euenit, ut dum equos inspiciunt curtis auribus, & uiuacibus oculis, & læta facie delectati, nec soliditatem pedum, nec cruriũ tergiq; robur examinent, neq; dum forme inhiãt, uim attẽdant, primo quadrupes pulcher aspectu, quàm scilicet par labori, quàm bello idoneus, quàm sit aptus itineri, quàm cursui promptus aut saluti, idem mihi tuis in laudibus eueniret, ut minoribus commendatis, in magnis offenderer, & illusus, non alium quàm meipsum leuitatis arguerem. Inconstantia siquidem, naturalis in puero est, in sene ridiculosa, turpe seni est dicere, cuius mox contrarium sit dicturus, hæc loquendi scribendiq; auidum me frenabant, cogitantem esse aliquos, multis paruis in rebus, usque ad stupore agiles & expertos, quos si ad unum summum optimum necessarium restrinxeris, nil indoctius dicas, nil sibi dissimilius, nilq; difformius, ut qui magni esse, & scire omnia uidebantur, subitò nihil sint, penitus nihil sciant. Animaduerti persæpè esse homines de scientijs, de artibus, deq́ue actibus hominum carptim mirabilia fabulantes, iube illos perpetuum aliquid loqui, perfectumq; aliquid agere, exempli causa, illius in qua se ostentabant, sine scientiæ fine artis archana pandere, quodq; est maius, non de arte loqui, sed secũdum artem operari, & aut libros scribere, aut bellicum aliquod, seu ciuile negotium exercere, utrobiq; deficient, ignorantiam in sermone, in actione uel uitium, uel inexperientiam detegentes. hos defloratores, ueriusq; deformatores rerũ dicimus, qui medullæ insciij, quibusdam floscul is caducis ac leuibus exornantur, illis similes. qui in ludo quem latruncularium ueteres dixère, tendiculas tractatusq́ue aliquos norunt, quos partitos uocant, ordinarij seriem certaminis nescientes. non sunt autẽ magni uiri habendi, qui in re qualibet, & si multa didicerint, & multa gesserint, summam sui causam officij, uel negligant uel ignorant. nam qualis obsecro habendus est belli dux, quamuis formosus, quanquam eloquens, ac multa de armis ac bellis fandi gnarus, quamuis equitandi doctus, & magnarum uirium, si improuide ducit exercitum, si locum temerè castris capit, inconsulteq; aciem dirigit, disponitq; præsidia, denicq; si aut uictus rebus extremis, ægrè consulit, aut uictor uictoria uti nescit, hæ sunt enim artes ducum, superiora autem illa ornamenta, itaque sine illis dux optimus esse potest, sine his autem ne Dux quidem. Da mihi rectorẽ nauigij expeditum, ac robustum, patientem inediæ, ac laboris, quodq; est illius, æquorei tædij solamẽ dulciter canentem, ac loquentẽ, si clauũ regere, & si uela flectere, si remiges moderari, scopulos declinare, procellas euadere, littora noscere, loca discernere, portum petere nescit, nauta forsitan dici poterit, non magister. Mille sunt talia, nosti omnia, deq; his paucis, quid in reliquis sentiendum sit intelligis, sunt quos natura aut fortuna, seu quod est uerius Deus ipse, naturæ fortunæq́ue dominus, ad summam rerum creando disposuit. Inter quos duo sunt omnium supremi Rom. Pont. & Romanus Imperator. & illi quidem, ego ab initio prorsus incognitus, postmodũ uerò familiarissimus effectus, dixi sæpè & scripsi, quod eum pro uiri li parte cõtingere uisum fuit, ipse mihi est testis, quib. à me stimulis, quotiẽs sit excitus, erectus, impulsus, increpitus. Quæ licet mei forsitan officij non essent, nisi quod prætermissa maioribus, & utilia omnib. à quolibet potius, quã à nemine dici satius uidebat. Ego tamẽ

non

non fortunam meam metiens, sed fidem mihi licitum, meq; dignum ratus sum, in tanto publico naufragio, uocem tollere, & si non omnium periculis succursuram, meos tamen angores, measq; molestias lenituram, nullo q; hominum hoc sibi officium assumente minimus omnium, sed ut puto charitate, non ultimus, flendo & clamando, quando aliter nō dabatur, solus pro deserta Rep. partes feci, uel dolori meo consulēs, ut dixi, uel si pia intentio nem diuinitas adiuuisset, & publico cōsultutus. Sæpè enim statui, plurimorū uox una consuluit, neq; auctor uocis, sed uox ipsa mouit animos, suamq; uim latenter exercuit. Sic ne exemplis inhæream, una Centurionis uox fortuita nutans, tunc Romanum stabiliuit imperium, una uox infantis in populo audita Ambrosiū fecit Episcopum, quæres, & illius urbis requies fuit, & occidētalium salus Ecclesiarū. Nouit ille supernus rerum cognitor, exi ore etiam pectoris elicere uerbum bonum, penetrabile, potens, efficax. quid uis? ita meum duxi, tacitis ne dicam mutis omnibus, Principem Romanum uel reprehendere, uel hortari, ut nephas mihi, nec infamia caritarum crederem, tacuisse. elegi ergo, ut eū potiùs quàm me, hoc est illius tarditatem, quàm meum silentiū posteritas accusaret. sed mitissimus principum, quàm lætè, quàm leniter, quàm benignè, neq; aliter, quàm reliqui adulantium laudes, & blanditias ipse meas increpationes semper acceperit, multis atq; honorificis rerū ac uerborum inditijs declarauit. Et hæc quidem ego hactenus cum illo, Romanæ urbis, Romanique orbis altero lumine, tecum nihil adhuc, metuens ut dixi laudare in paruis, quamuis laude dignis, quem mox in maximis non laudarem. In quibus si te ritè ageres, tunc fateor, & parua simul & magna celebrare decreuerā, totūq; hoc quantulumcunq; est ingenium, & hunc stylum, & has uitæ reliquias dedicare tuis laudibus, nec uirtutem tuam illaudatā pari, cum tot laudatores prisca uirtus inuenerit, & si enim tantæ rei imparem esse, me nescius non essem, sæpè tamen paruis excursionibus ingentia prælia, sæpè magnas paruis principijs res effectas audieram, legeramq;, nec me duce, in tuū quoq; præconium excitari, posse, magna quædam ingenia diffidebam, & iuuabat in hac acie, licet meritis ultimū primum numero esse. Hæc cogitans, toto te triennio expectaui. iamq; ut uides, quartus annus circuuoluitur, dum dies transeunt, & fit nihil eorum dico, quæ ut maxima atq; optima, sic & prima esse debuerant. dicebam mecum, & cum alijs dicebam, pastor noster, illius exemplo, cuius gregem pascit omnia benè fecit, unum & id quidem summum, ac præcipuum differt, gregem ipsum ad suum proprium, & antiquū ouile reducere. neq; id sponte, sed coactus ipsa magnitudine rerū facit. Assueuit grex externis pascuis, herbisq; palustribus, ijsq; iam tanta cum uoluptate fruitur, ut salubrium immemot sit herbarum, habet consuetudo longior uiscum tenax, & perplexos laqueos, quos abrumpere dubium, absoluere operosum sit, his illa nunc sacra mens curis exercita, nondum executione incipit, quod iam intentione perficit, citò exigui cogitatus prodeunt in actum, ac magnarū rerum apparatus, magni etiam sint oportet. inter deliberationem enim, & rem ipsam, magnus quidam mons ut dici solet est medius, cui exuperando & intentione animi & labore est opus tempore. Hæc dicebam, sic credebam, sic diffidentibus respondebam, qui nunc à me promissi mei fidem exigunt, nec quibus hanc uijs expediā inuenio, itaq; quando mihi spem, qua desiderium leniebant, nō tu quidē, sed res eripit, nec me amplius, nec alios fallere, neq; Sanctitati tuæ subtrahere aliqd est animus, eorū omniū, quæ ad aurē cordis mihi loquiē fides mea. ita uerò ea, quæ cum reuerentia, qua illū, cuius inter homines locum tenes, te nunc alloquor, tibiq; pronuncio, ut iam hinc ad patientiā inclines animū, & aures potentiū, more blāditis assuetas, reprehensionibus iustis, ut puto, licet iniusto peccatoris ab ore uenientibus, parumper accommodes. Totus penè orbis summe patrum, qui Christianus est, uno tibi nūc ore blanditur, si tua illa uera est, quæ fertur integritas, euenturum spero, ut inter tot adulatores non patienter modò, sed letè unum audias reprehensorem, & fortè aliquid plus minus ue quàm deceat audieris, fidem laudes, ignorantiam excuses, hac spe fretus incipio. Cuncta quidem apud Auinionem prosperè, magno cuncta consilio geruntur, dixi iam, laudo, sic te decet, ut ubicunq; fueris, bene ac fœliciter uniuersa succedant, & præsentiā tuam uirtus ac prosperitas comitentur, sed dic oro, quid agit interim sponsa tua? quo cōsule regi tur?

tur? quo duce defenditur? quibus comitibus consolatur? respondebis immò non tu quidē qui interrogationem meā, non dubito placatus atque æquanimis accipis, sed aliquis unus minor, & impatientior respōdebit. Tu Romano Pontifici legem ponis, aut unam illi spōsa tribuis, cui sponsa est, non ea sola quam intelligis, sed uniuersalis Ecclesia, ubicunque ille sibi morā eligit, illic sponsa, illic sedes propria sua est. non inficior Pater Beatissime, neq; angusto tibi sedem tuam, quam libenter extenderem, si in me esset, oceanique littoribus undique terminarem, utinamq; tàm latè hodie coleretur CHRISTI nomen, quàm latè olim cultum fuisse multus quidem, sed in primis hinc Ambrosio, hinc Augustino teste cognoscimus, qui ijsdem penè uerbis latiores Christianæ religionis, quàm Romani imperij fines locant, quod si ut sonat, nec deuotè magis quàm historicæ dictum credimus, mutationem rerum maximam, ac flebilem quis non uidet? certè enim id si nunc quoque uerum foret, sedes ac possessio tua esset mare, & plenitudo eius orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo. sed non ita est, CHRISTVS enim, ut cœli sit maris terræque dominus & creator, idem ipse est, & uno semper tenore diues permanet, nos peccatis promerētibus, pauperes facti sumus nimis, & ad hunc angulum occidentis arctati, quem ipsum infidelitū insultus, hinc atq; hinc quatiunt & infestant, adhuc tamen ubicūq; ritè colitur CHRISTI nomen, illic sedem tuam esse nec nego. nec dubito, illud mihi non negetur, quod inter omnes alias, singulare tecum aliquid, immò quàmplurimum habeat urbs Roma, Cæteræ enim omnes suos habent sponsos, tibi quidem uni subditos, sed suis Ecclesijs præsidentes, illa uerò nullum habet nisi te, itaq; summus in reliquis, in Romana urbe solus es, Pōtifex, solus spōsus. De illa tua igitur, nec alterius sponsam nexu coniugij spiritalis te interrogo, qd nūc agit? quo in statu est? quaue in spe? si tu taces, ipse mihi respōdebo. Aegra, inops, uidua, miserabilis, sola est, & uestē uiduitatis induta, diebus. ac noctib. flēs, Propheticum illud canit: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est, quasi uidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo. totumque per ordinem à principio in finem flebile illud carmen ingeminat, illic uerò mœstius fracta uoce, singultibus fessa subsistit, ubi scriptum est: Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius, omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Et iterum: Idcirco ego plorans & oculus meus deducens aquam, quia longè factus est à me consolator, conuertens animam meam, hic, inquam, illa profundius suspirat te significans, nam quis alius consolator? quis, conuertere animam suam, potens nisi tu? cui & prompta remedia, & sponsæ necessitates, ac miseriæ notæ omnes? & si quid fortè notitiæ defuerit, scito, quoniam te absente abest requies, pax exulat, bella assunt, & ciuilia & externa, iacent domus, labant mœnia, templa ruunt, sacra pereunt, calcātur leges, iustitia uim patitur, luget atq; ullulat plebs infœlix, tuumq; nomen altis uocibus inuocat, neque tu illam audis, neque malorum piget, miseretq; tantorum, neque uenerabilis sponsæ pias lachrymas uides, teque illi debitum restituis. Qui ut alijs minus dignis ac minus egentibus suos redderes, curiam tuam prouidentissime uacuasti, ita populus quilibet suum habet Episcopum P. R. suum pontificem non habebit, & paruæ urbes, suorum in amplexibus requiescent. Regina urbium semper uidua erit? quodq; uiduitate peius dixerim, sponsum suum semper, cum alijs habitātem, captumque peregrinis amoribus audiet, nec tenere illum poterit nec uidere. qui sui præsentia, se & illam gloriosos faceret ac fœlices. Sed quo animo, da quæso misericors pater temerariæ deuotioni meæ ueniam, quo, inquam, animo tu ad ripam Rhodani sub auratis tectorum laquearibus somnum capis, & Lateranum humi iacet, & Ecclesiarum mater omnium tecto carens, & uentis patet ac pluuijs, & Petri ac Pauli sanctissimæ domus tremunt, & Apostolorum quæ nunc ædes fuerat, iam ruina est informisq; lapidum aceruus, lapideis quoq; pectoribus, suspiria extorquens. si responsum ad hæc omnia non meretur humilitas mea, an nō saltē Aggeo Prophetæ, immò Sācto spiritui per illius os loquēti respōdebitis, tu & fratres tui, quidue omnino respondere poteritis? Nunquid tempus inquit, est uobis, ut habitetis in domib. laqueatis, & ista domus deserta? nota sunt, & terribilia quæ sequuntur illud in primis, quia domus mea deserta est, & uos festinatis unusquisq; in do-

mum suam. cogita, oro, hæc & tecum cogitent, quos ista magis etiam quàm te tangit, non quia in omni plurium delicto, nõ sit culpa grauior maioris, sed quia illi Dominicæ domus obliti in domibus quisq; suis diutius feltinarunt. Heu mihi, nam loquendo crescit dolor meus, tractataq; uulnera recrudescũt, famosissimus ergo, atq; altissimus catholicæ fidei uertex, nutat, & tu summus speculator, domus Israël ac dominicæ turris excubitor, ad Rhodani ripam sedes, nec te magnopere indigentis, et magnæ aliorum indigẽtiæ uehementer obstantis. nec te saltem in silentio increpat, nõ impositum tibi, sed assumptum nomen. Quomodo enim quæso, & urbanus diceris, & nominis huius originem Vrbem fugis? at qui mihi, & multis nomen aliud spem eximiam tui dedit aduentus, nam neq; aliud tua sanctitas ac spectata religio promittebat. cui accesserat iugis sermo tuus & familiare colloquium, cuius ut fides constet, ualde tibi meo iuditio prouidendum est, ne si in seria & maxima promissione fefelleris, nemo tibi credit in paruis. Est autem sermo, & colloquiũ, quo tibi semper in ore Roma esse dicitur. Semper te uerbo iter illud optare, sæpe etiam polliceri, & sæpius ex te auditum, nunquam te animo quieturum, donec tuo cum grege Romæ fueris, & huic sancto proposito, pijsq; sermonibus aderit illa quam dixi conuenientissimi nominis. nõ casualis electio. Nam quis Almam sacrosanctam Vrbem melius restitueret, quàm Vrbanus? dicam quod multis fortè displiceat, dicam tamen, tibi enim & ueri amatoribus placiturum spero, maior hinc tibi ac perenni perennior quærebatur gloria, quàm ex omnibus quæ ad Rhodanum nostra ætate, immò omnibus sæculis gesta sunt. sæpe locus famam adiuuat, longius prospicitur quod in alto sit. Atque ut si eam mundi gloriam, quã licet dulcem & multis optabilem, potest inflexibilis & inuicti animi tui sublimis humilitas non curare, quanti hoc demum meriti apud CHRISTVM reris, Ecclesiam eius, diù uagã, ibi reposuisse, ubi ille eam posuit, cuius prouidentia sicut scriptum est, in sui dispositione non fallitur, quicq; si expediens fuisset, cur non illam ad Rhodanum posuisset, sed consulto locus insignior est electus, ut ubi terreni caput imperij fuerat, illic cœlestis imperij sedes esset in terris, fide solita, & sanctitate humili fundata, & Apostolorum sacris ac martyrum compacta cruoribus. Hoc diuinum opus mutare non debuit, humana præsumptio, sed mutauit, tuum est si nescis, nec alterius, in suum locum conuulsa reponere. fuerunt & illorũ quinque fateor, qui te ex ordine præcesserunt, nulli tamen adeò debitum, nulli tam impiè neglectum atque dissimulatum, si negligis ac dissimulas ut cœpisti. optarẽ maximè hac in parte uerborum talem mihi Tulliani uenam fontis obtigisse, ut conceptum meum qualis est, in tuum animum fando transfunderem. dicam tamen ut potero, & quod stylo meo defuerit, tuo supplebitur intellectu. Attendisti acriter, certus sum, seruasq; memoriter, quibus uijs ad hoc culmen ascenderis, neque enim in Deum fas est ingratũ suspicari eum, qui gratissimus in homines sis. Non est quidem potestas nisi à Deo. non mentitur Apostolus qui hoc ait. uerum hæc potestas, quæ aliunde utique non est, aliter atque aliter hinc est. sæpe enim diuina sapiẽtia ad suæ uoluntatis effectum, humanis actibus utitur, successione, electione, donatione, acquisitione, & siqui alij sunt modi, quibus homines ad aliquã potestatem perueniunt. Vbi humanorum actuum uestigiæ atque effectus apparent, uolũtas ac dispositio Dei latet, doctis tamẽ ac fidelibus non ignota. & hoc calle, ad Papatum, ante te nostra memoria peruenerunt omnes. Est ubi ipsa Dei uoluntas tàm euidenter emineat, ut lippis quoque cæcisq; etiam nota sit. sic se Deus per seipsum, sine medio uelle aliquid ostendit, ut nullæ ibi partes hominum uideantur, quorum linguis aut manib. pro organo quodam instrumentoque utitur, illis ipsis, quid per eos fiat ignorantibus, factumque mirantibus ac fortasse dolentibus. Hoc tu nostra ætate solus tramite conscendisti, nemo te fallat Pater prudentissime, nemo tibi persuadeat, esse aliquem tuorum Cardinalium, qui uel semel unquam cogitauerit te ad Papatum, non dicam promouere, sed poscere. si quis fortè tibi aliud insusurrat, uerba dat, te sibi mendacio obligatum cupit. Deus te profectò, deus inquam, solus et nemo mortalium elegit, linguis licet illorum ut dixi usus, quas ad aliud dispositas, ad suum uertit obsequium, quodq; ipse uolebat, dictu mirabile, peruolẽtes fecit. hoc ubi acutissimo hominum, quomodo rear incognitum, quod nemò fere uulgarium

garium ignorauit. sed si nunc etiam notius fieri uis quorum electus es uocibus, mores atq; animos tibi notissimos contemplare. Pone ante oculos fastum illum, nusquam tanta rerum suarũ extimatio, parq; contemptus alienarum, alto loco assueti omnes, ad summum singuli aspirant quo uix est, qui alium quàm se unum dignum censeat, se quoniam nominare alios est necesse, quisq; se cogitans alium nominat, uicissim ab alijs nominandus ita ne quese quisquã nominare potest, neq; aliũ uult, nisi ex eodẽ numero, unde tãti beneficij uicem speret. quando ergo illi hoc indicio & his moribus, quamuis uita conspicuum, literis excellentem, humilis abbatem Cœnobij nominassent, aut tantæ rei idoneum iudicassent, aut quomodo illis in animum uenisset, quod sibi quisq; suis optabat, exteris dare, seu quem ex alto despicerent, supra se cernere, seu quo ministro usi essent dominum habere. Audacter forsan, sed ni fallor uerè dixerim, nunquam quo sunt animo, tale aliquid spontè pati, ne dicam facere potuissent. Non refert autem quid homines uelint: sed quid Deus, is te uerò non alium uolebat, consiliũq; suum ultrò non consensuris occultabat, quibus scrutinia profunda uersantibus, sic clanculum tuum nomen inseruit, ut ex toto nominib. Romano cardine fulgidis, cum solus abbas Massiliæ sonuisset, dolor & timor malos, gaudium & spes bonos, admiratior ac stupor omnes arriperet. omnes tamen una uoce, uarijs licet affectibus, in laudem Dei qui facit mirabilia magna solus, stupentia ore resoluerent. & si tanta de re sententiam meam uis audire, quantum seu solem uespertilio, seu peccator homuncio diuinum consilium intueri potest, dicam quando inde discesserit quod tunc audientibus multis insignibus uiris dixi, quàm uerè autem in tua situm manu est. quamuis si effectus non sequitur, quẽ prædixi & credidi, de diuina tamen dispositione sententiã illam meam amplectar ac teneam, quæ talis est. Incipit, credo, CHRISTVS Deus noster suorum fidelium misereri, uult ut arbitror finẽ malis imponere, quæ multa per hos annos uidimus, uult pro aurei sæculi principio Ecclesiam suam, quam uagari propter culpas hominum diù sinit, ad antiquas & proprias sedes suas, & priscæ fidei statũ reuocare. quod si omnino uoluerit, nec multis humano more consilijs, nec magno nisu, aut longi spatio temporis ad agendum indiget, cui ut scimus actionis infinita facilitas est, nec curiam modò, sed saxum illud graue, hispidum cui insistit Auinio, nutu fontis, dicto citiùs, quo libuerit transferendi. Nempe cum nõ solus ipse, sed in se credẽtes, id possint si ut scriptum est, sicut granum sinapis habuerint fidem. Ipse uerò siue apertis miraculis decretum suum implere disposuit, quanq; per hominẽ transportari permisit, per hominẽ reportare. Ad hoc opus sanctũ, piũ, utile hominibus, Deo gratũ, tu ex hominib. præelectus, si domini uoluntatẽ negligis, quam sis illi negligẽtiæ rationem reddituruse & quoniam quod fiendum ille statuit, fieri oportet, cur per alium, quàm per te fieri malis, & quod Traiano olim principi dixisse fertur, anus illa miserabilis, qd successoris tui uirtus tuæ gloriæ collatura sit cogita. Scio q me intelligis, nec aliquid dico, quod non sæpe ruminaueris, tecunq; tractaueris, ea mihi tui ingenij, tuæque sanctitatis opinio est. quia tamen non omnes ingenio tuo sunt, propter tardiores si fortasis hæc audiant, loqui apertius est necesse. Erat igitur ad hoc opus eligendus aliquis, cui & ingenium, & uirtus, & experientia rerum esset, & super omnia rarum bonum animi libertas. cur si quæris, breuibus accipe omnes fermè qui prædecessoribus tuis fuerunt, tibiq; sunt consultores tenendi, in partibus illis Ecclesiam, horum aliquo lapsi sunt. Quidam hebetiore ingenio nequierunt quid in rebus optimum esset eligere, quos non uenia tantum, sed misericordia dignos dico. alij uerò animi pollentes acumine, sed uirtutis inopiam patientes, & passionibus uicti, uel Italiæ indigno quodam odio, uel quadam soli natalis effœminata dulcedine, non tàm rationi quã affectibus obsequentes, & priuatam uoluptatem bono publico præferentes, suaserunt uerbo, cuius contrarium animo sentiebant. quidam nec ingenio malo, nec uersa uoluntate, sed uel inexperientia uel ætate decepti, nihil Venesino maius habere Ecclesiam crediderũt. fuerunt in hoc numero, quos percepi dicere & Italiam extra orbẽ esse, & æquor innauigabile, & alpes imperuias opinari, cum & utrunque iter amœnissimum & Italia iuxta sit. quibusdam sensi, aërem, aquas, uina, cibos esse suspectos, quæ suspitio cessaret, si aut his unquàm usi essent, aut Italicam cœ

li temperiem, ac suauitatem & quæ timent omnia, apud probatissimos auctorum, non magis Italos quàm externos laudata semper atq; omnibus prælata didicissent. hoc loco aliqua mihi ad memoriam redeunt, parua quidem in se, sed ad probandum quod loquor non inefficacia. Cum enim Benedicto XII. Vulsinij lacus anguillæ miræ magnitudinis, & saporis insoliti missæ essent, & ipse admirans eas, inter Cardinales diuidi iussisset, exigua sibi parte seruata, non multis post diebus, dum ad eum ex more conuenissent, earundem mentione orta ut erat, iocosus in sermone. Si prægustassem, inquit, sciuissemq; quales erant, nõ fuissem tàm largus distributor, sed nunquam credidi tale aliquid nasci posse in Italia. quo dicto Ioannes de Columna Cardinalis semper mihi reuerenti suspirio memorandus, sub quo illis in locis adolescentiam totam egi, uultu motus, atq; animo, erat enim colore nobilis, & qui nihil uel uisu fœtidum, uel auditu absonum, pati posset, subit ò sic exarsit ut diceret, Mirari se quid ita uir doctus, qui tàm multa legisset, excellentem cunctis in rebus Italiam ignoraret. inde autem, dum post annos super rebus Italicis, pro quibus ab Italia missus eram, Clementem VI. allo querer, neq; ei quod uolebam satis imprimerem, dixi inter uerba, Magno Italos emptum pretio optare, ut Italiam nosset, sicut Galliam nouerat, atq; Britanniam. intellexit uir ingeniosissimus quid uellem, idemq; se optare respondit. & nimirum, si ut ait Aristoteles, unusquisque iudicat benè, quæ cognoscit, & horum est bonus iudex, secundum unumquodque genus eruditus. quid iudicare alto licet ingenio, potest quisquam de rebus incognitis, nam quod idem addit, simpliciter autem qui circa omnia eruditus, uerum esset, siquis in omnibus eruditus inueniretur. qui ubi nam mihi sit quærendus ignoro, graue est ergo, & periculosum atq; infausti exitus, earum de quibus sis iudicaturus rerum experientiam, non habere. quæ præsertim experiendo, nec aliter benè discuntur, qualia sunt documenta Politicæ totaq; pars illa Philosophiæ, quæ de humanis est moribus, ubi inefficaciter inexpertos niti nouimus. Quantam uerò non tu quidem, qui longo & quotidiano rerum usu, sic Italiam, quasi tuam propriam domum nosti, sed tuorum multi Cardinalium in rebus Italicis, de quibus iudicare habent, huius experientiæ penuriam patiantur, iudicem non alium quàm te uelim, itaque non miror, si interdum in nostrarum iuditio rerum errant. Mirarer potius nisi errarent, inexperti autem expertis & tibi ante alios credere debuissent, falsamq; ipsam opinionem exuisse, qua sibi Italiam, ceu desertum aliquod mente finxerunt, immanem q; atque inhospitam regionem. poderet inueterati erroris, certus sum, modo, uel semel quas despiciunt, uel oderunt terra, oculis aspexissent. Profectò enim de locorum specie neminem dubitare arbitrer, nisi uel ignorantia rerum uel inuidia, uel obstinatione animi cæcus sit. nihil omnino sub astris Italiæ comparandum, pace omnium gentium dixerim ac terrarum, ut protestationem illam tecum repetam, qua cum nostro hoc Cæsare usus sum. Sentio me quidem, in hac narrationis parte suspectum, sed non tantus est patriæ, quin maior esse debeat, maior q; sit amor ueri, dabo tamen si expediat testes magnos, quibus non credere pudor ipse prohibeat. Sed quid apud te opus est testibus, quem unum testem ego, negantibus sim daturus, addam tamen alium testem, uiuum quoque, & alienigenam, & præclarum Guidonem Portuensem, quem memini, & ipse etiam puto meminerit, anno Iubileo, ab illa sua gloriosa legatione redeũtem, dum iter suum innata mihi ad illum deuotione prosequerer, et ad Benacum Venetiæ lacum nobilissimum uenissemus, atque ipse non suorum modò, sed Italicorum procerum, atque equitum turba ingenti circunseptus, supra quendam herbosæ telluris tumulum constitisset, ut est ingenio agilis, & eloquio facilis ac iucundus, alpes ad dexteram niuosas, æstate media, & profundissimi lacus æstum, æquoreo parem, ante retroq; colles exiguos. ad læuam uerò uberem lętamq; planitiem diù oculis metiętem, ad postremum me nominatim euocasse, ac dixisse cunctis audientibus. Planè, fateor, uos pulchriorem multo q; melioremq; quàm nos patriam habere dumq; me confessio tàm clara lætum cerneret, eamq; non nutu solum sed uerbis & plausibus approbantem addidisse. At nos tranquilliorem uobis statum habemus regimurq; quietius. dumq; hoc dicto, quasi uictor abscederet, uinci nolens, ac illum uoce detinui, immò non ego, sed ueritas, dixi enim, Ve

strum nos confestim, ut uelle cœperimus statum, habere quis prohibeat? nam uos talem terram habere, prohibet natura. tacuit ille subridens, ut qui me uera locutum intelligeret, nec mihi credere, nec obniti uerò uellet. ita inde discessum est. Transeo autem ad errorum species alias, sunt qui in Italia nihil præter incolarũ mores metuant, quibus se odio atq; contemptu futuros putant, qui si Ecclesiam meminissent in Italia non alibi, ab humillimis radicibus, in hanc altitudinem excreuisse, si præterea cogitarem, penè omnem quantacunque est, quæ utiq; magna est, potentiam eius temporalem intra Italiæ fines esse, suspitionem falsam, superuacuam, atque indignam fortasse deponerent. Repeto etiam hunc sermonem mihi fuisse, cũ quodam habentiũ nomen à Cardine, uiro nobili, originis transalpinæ, quantum noscere poterã, mitissimo purissimoq; hominum, præsente tunc Talarano Albanensi, qui lucidum nuper ecclesiæ sidus fuit, & sæpe simplicitatem illius, meum q;, ut ipse uocabat, astum, lepidissimis iocis interpellante, cum ille me percuntaretur, An fieri posset ut Rom. Pont. sacrum q; collegium Romæ tuti agerent? Ego autem non solum tutos ibi, sed nusquam tutos alibi, nusquam q; dicerem honoratos, modò quod maximè eos deceret. iustè atq; honestè uiuere in animum inducerent. id si fecissent, non colendos tantùm, sed paulò minus adorandos. Dicebat ille persuasum sibi, Quod si forte seruorum aliquis suorum, supplicio dignum aliquid egisset, in caput domini periculum redundaret. Respondebam: Dum modò non ipse iuditium impediret, alienum scelus, non sibi periculo, neq; infamiæ, sed gloriæ futurum, quo amicus iustitiæ probaretur. Cunq; inter uerba, ut fit incidisset mẽtio Bonifacij VIII. uelut efficacissimũ argumẽtũ, ad deterrendos hinc animos. respõdebã ego: Bonifaciũ nõ Romæ, sed in sua Romæ tũc prælata patria, neq; à Romanis, nõ tamẽ addebã, sed à Gallis captũ, qn ut tutus liber q; esset, illicò ut abeũdi facultas fuit, Romã, hoc est arcẽ Christianæ fidei petijsse. quæ ille audiens, & singula secũ uoluẽs, dixit quidem multa quæ sileo, sed in fine suspirãs & uix lachrymas tenẽs, CHRISTVM cunctosq; cœlicolas clara uoce testatus est, Optare se totis p̃cordijs, Romæ uiuere, Romæ mori. Tunc Albanẽsis uir oculatissimus, puritatẽ hominis admirans, ad aurẽ mihi iucũdissimo murmure, Habes, inquit, quod uolebas, exhausisti hunc hominẽ, uis ne aliquid amplius audire. quod idcircò memorauí, ut appareat, hanc me atq; alias illius ordinis suspitiones, ex ipsorum quoque non fictis sermonibus concepisse. Quartus nodus superest, qui peregrinantem Ecclesiam procùl à sedibus suis tenet, sunt enim horum aliqui, quibus non acumen ingenij, non experientia, non uoluntas naturaliter in se bona, si libera esset, sed sola iuditij libertas desijt, quàm sæpe diuitiæ suffocant atque incuruant, humanarum grauis sarcina, mentium & carnales affectus, qui interdum fortes etiam animos iunctos tenent. hi sunt prò pudor & prò dolor, hi sunt, inquam, qui proprias domos, & antiquam Petri sedem oblíti, in alieno ædificant, & quasi non dicam paradisum uoluptatis, sed habitaculum cœleste reppererint, ceu nunquam migraturi habitant, omnem q; ibi suam spem, omne desiderium posuêre. Et quibus in locis, Deus bonæ, nempè inter feras Rhodani gentes, non ego sic illas nec Poëta Italus, sed Hispanus uocat, illic enim uentosissimi amnis, ad ripam, ubi scilicet, & cũ uento male uiuitur, & sine uento pessimè uiueretur. cui ut ait, Seneca ædificia quassanti, tum incolæ gratias agunt, tanquàm salubritatem cœli sui debeãt ei. nec quod sequitur supprimendum. Diuus certè Augustus, templum, inquit, illi, cùm in Gallia moraretur, et uouit & fecit. Illic ergò in locis autlimosis, aut saxosis, atque aridis fratrum tuorum uasta palatia & ingentes domus, immò uerò carceres & uincula cernuntur, quibus uereor, ne carmen illud horrendum canat æthereus cytharista, Sepulchra eorum domus in æternum. quod sequitur notum est. hic est ergo Pater clementissime inextricabilis nodus, corda constringens, hic est carcer ille prospectum patriæ melioris eripiens, & uetustæ consuetudinis, quanta uis esset, sæpe rebus ipsis apparuit, quando & cibis agrestibus educatos, lautiores epulæ offendunt, & ruinosis in ædibus, & in crasso ære assueti haberent, & quamuis domicilio fœliciore proposito, non facilè diuelluntur. Audiui aliquos, mora & usu familiaritatem quandam, & amorem sui carceris contraxisse, ut qui tristes intrauerant,

penè inuiti digrederentur, itaq; minus miror, si fratres tui, suas amplissimas domos amant: sed quod nimium illas ament, miror, quæ sic amandæ erãt, ne æternæ domus limen obstruerent, ne úe peregrinatio patriam cogeret obliuisci. Nempè nihil sic amandũ est, ut amando aliud sese amans oderit. Multa iam nescio quidem, an liberius, an uerius maiore fiducia, an fide profuderim, quo tenebam longis licet anfractibus peruenturus, poteram breuibus non ignoro, sed uix magna in augusto explices. siquis rerum de quibus loquor magnitudinem metiatur, breuilo quium iudicabit, ut huic autem sit finis articulo, scitens hoc scrutator mentium, & siqua sunt hominibus abdita, quæ effectum sui iuditij retardarent, simul omnibus occurrendum ratus, uirum his ad plenum malis explicitum sibi elegit, cui scilicet & excellens ingenium, & uoluntas optima esset, & experientia rerum ingens, & libertas animi expedita, quàm nullæ inanes rerum phaleræ præmerẽt, nulla purpurea Tyrioq; muricæ olens uestis, nullæ opes, nullæ diuitiæ, nulla consuetudo ligans animos, nullæ domorum compedes superbarum. cui non ignotum, ubi & qualis esset Italia, & quanta ibi esset Ecclesia, denicq; quod nõ caruit euidenti miraculo, egit CHRISTVS ut in Italia esses, dũ te absentem nominãtibus sed præsentem sibi uicarium ordinaret, ne quis dissimulationi locus esset, sed tibi & omnibus appareret decere, te summi põtificatus officium exercere, ea potissimum in parte terrarum, in' qua ille tibi, nec speranti utique, nec optanti, nec opinanti equidem non suffragijs hominum, sed sola Dei prouidentia contigisset. Atque ubi ex humili, ad summum sine medio conscendisti, illic è summo humilibus sine medio cõsulendum, insolentibus resistendum, quod nec usquam terrarum melius fieri potest, nec alibi quàm in sua urbe gloriosius Rom. Pont. in actum largitori placitum datam sibi diuinitus transferre potentiam. quamuis enim bonum opus ubique laudabile, nusquam tamen aptius fieri constat, quàm dum in sua sede sedet opifex. Tu quidem orthodoxæ fidei magister, actuumq; opifex piorum, sedes tua ubi uis, sed antiqua ut dixi, & uera, & propria, & publicè utilis, & uniuerso expediens Roma est. Itaque huc rem uertо, longumq́ sermonem ad hunc exitum deduco, ut Vrbanus urbem Rom. Pont. Romam petas, locum Deo gratum, hominibus uenerandum pijs optabilem, rebellibus dum tu ibi fueris formidandum, reformando orbi & regendis rebus idoneum, cui hactenus non fuit par, nisi me animi fallit augurium nec futurus est. Arripe ergo per IESVM CHRISTVM obsecro, hanc occasionem cœlitus tibi oblatam, neú indultum tanto operi spatium labi sinas. fugit enim tempus, nec reuertitur, nec subsistit. hoc si bene usus fueris, in perpetuum gaudebis, Deo gratias in æternum ages, qui tibi decus hoc eximium reseruauit, atque in illo gloriaberis, spreta hac unde uenis patria terrena, pro amore patriæ cœlestis, ad quam pergis inter Syrenum cantus, clausis auribus trãseuntem, tacito licet domini reuocantis imperio paruisse. Insonet, oro, iugiter Dauidicum illud animæ tuæ: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui. quod que Abrahæ patri nostro ait dominus, tibi dictum puta. Egredere de terra, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram, quàm monstrauero tibi faciemq́ te in gentem magnam, & magnificabo nomẽ tuum erisq; benedictus. hæc si tibi dicta credideris, cui ambiguum esse potest, quin cõfestim dimissa patria illa quæ tua dicitur, & carnalib. uictis ac calcatis affectibus, tu quoque iures domino, uotumq́ uoueas Deo: non introitu rum te in tabernaculum domus tuæ, nec ascensurum in lectum stratus tui, nec daturũ somnum oculis tuis, aut palpebris tuis dormitationem, aut requiem temporibus tuis, donec inuenias locum domino: tabernaculum Deo Iacob. at si negligis, aut si differs, datumq́ interim tempus elabitur, crede hoc mihi tunc dolebis, teq́ ipsum argues, quando & dolor inutilis & pœnitentia sera erit. cum eo nempè peruentum fuerit, quo cito utique ueniendũ est, ubi bonorum omnium patria una erit, & malorum altera, rogo quid patria ista, terrestris, nisi improperium & pudor futura est? his qui eius obtentu cœlestem patriam neglexerint, magisq; curauerint ubi sepeliẽdi essent, quã ubi sine fine uicturi miseri, quibus prouisa diligentius cariorq; cadaueris quam animæ suæ sedes? Ego certè de te ista non metuo, utinam

utinam non magis, de alijs metuendum esset, non enim ad unum terræ angulum arctata est tui animi magnitudo. legisti illud Poëticum:

Omne homini natale solum. & illud alterius.
Omne solum forti patria est.

confido de te, quòd non tàm unde uenis, quàm quo pergis cogitas. Spero quod dum terram aspicis, totus tibi orbis est patria, at dum cœlum, totus hic tibi mundus exilium est. nempe hãc meam, immò publicam spem, quam mihi atque alijs tua iam tarditas abstulit, tui quotidie nobis actus ac uerba restituunt. quicquid enim agis, quicquid loqueris, piè et & ad reditum pronæ uoluntatis iuditium est. Duo ex omnibus attingam, ut intelligas nullas esse latebras fulgori tuo, teq́ uel in thalamo loquẽtẽ audiri, toto procùl orbe terrarũ. Primũ est, q́ nup dũ Massiliã peteres, pietate nõ dubitẽ urgente, ac desiderio reuidẽdi, religiosum illũ atq; humilẽ nidũ, unde hinc cœlesti, puidẽtia, hinc tua uirtute, quasi duab. alis ad superos euolasti, teq́ plebs deuota, & tui in primis amãtissima, nõ ut hominẽ, sed ut Deũ quem officio repræsentas, summo gaudio atq; ingenti ueneratione susciperet, tàm pio spectaculo permotus, nescio an lachrymas, sed certè uerba non tenuisti, quæ in nostris gratius etiam fortasis, quàm multorum quí aderant auribus sonuerũt, dixisti autem inter multa, Quod nisi esset alia causa Romam atque Italiam petendi, nisi ut deuotionem fidelium excitares, abundè quidem hæc sola sufficeret. O sanctum & æterna memoria dignum uerbum. sic est uerè, quamuis autem ut in historijs notum est, Massiliæ ciuitas, ab ipso suæ fundationis exordio, Romanæ urbis amicissima semper fuerit, hodieq́ue, quod inter ipsos populos, magnæ cuiusdam reliquiæ sint amoris, si tamen talis occurrit, tibi Massilia, quàm obsequiosa, quàm deuota, quàm reuerens Roma occurret. non affusum modò & præ gaudio lachrymantem, sacramq́ue tellurem pijs fletibus irrorantem populum, sed ipsos Dei angelos in limine obuios habebis, quí uicarium sponsamq́ue sui domini in sedem atque in thalamum proprium redeuntes ineffabili gaudio & prædulcibus hymnis excipient. Secundum uerò, quod dum hæc impia ac odibilis Deo ac mundo prædonũ manus, quæ nũc miseras Christianorũ regiones terribiliter peruagatur, ad eã te necessitatem deduxisset, ut omni alio cessante remedio, tua & Romanæ curiæ libertas ac requies, multo auro redimenda esset, multa, nec immeritò super hoc cum Fratribus tuis questus, inter cætera iniuriam hanc Bonifacij iniuriæ non æquasti tantùm, sed etiam prætulisti, rectè id quidem, ac ueraciter. & si enim nulla homini in uicarium Dei sui causa sufficiens sit offensæ, tamen reuera linguæ illæ licentioris, & altioris, si dici phas est animi uir, quàm domini uicarium deceret, humillimi quicquid passus est, non sine causa quidem ab hostibus est passus, utique magnis atque insignibus uiris, longa & graui persecutione lacessitis, atq; afflictis, quod iam sic ad extrema perductis, ut aut grande illis aliquid audiendum, aut funditus corruendum esset, ac propterea iam grauius nihil metuentibus, quibus mors ærumnarum finis, non accessio uideretur. nec tamen ea res, sine magni alterius hostis auxilio, ac fauore, nec tunc etiam aperta ui, sed nocturnis insidijs acta est. at tu hominum innocentissimus, qui nulli unquam malefeceris, nec optaueris quidem, hac tua humanitate, & hac rerum & uerborum humilitate, quantum potes, dominum tuum sequens, non subitò non occultè, sed instructa acie, uilissimorum furum circumuentus! ò indignum ac scelestum facinus, teipsum pecunia redemisti, ad quod Bonifacium nec coactum certè, nec requisitum scimus, itaque sanctissimæ queremoniæ tuæ spiritu sancto plenus, Illud ultimum addidisti: Hæc mala omnia hinc maximè peruenire, quod Petri sedem, tuamq́ desereres, teq́ indies grauiora metuere, si obstinatis nunc etiam animis, deseratur sedes illa, quam sponsæ suæ CHRISTVS elegerat. ò te dignam uocem, ò uaticinium ueri plenum, ò sermonem, cui meritò & terrenum concinat, & cœleste collegium. Verè enim ita est, propter hanc summæ sedis uiduitatem, atque hunc contemptum, & curia tua nunc, & totus insuper Christianus orbis affligitur, & citò nisi prouides, siquid præsagire homini licet, affligetur

aſperius. erumpunt ecce nouæ latronum ſcaturigines, nec hic finis, aliæ ex aliis renaſcentur, illi ipſi quos fugaſſe uideberis, reuertentur. Nam quos auro placare putaſti, auro irritati, ut quibus infinita cupiditas prædæ eſt, nullus autem Dei timor, nulla fides fallendi, denique pudor nullus, hoc tu equidem diſſimulare, aut ignorātiam rei huius obtendere nullo potes, modò quam clarè admodum in publico proteſtatus eſt. Quid ſit ergo? quid procraſtinatur? unde iſta cunctatio? Medicorum error, in curādis corporibus ferè omnis, ſola cauſæ ignoratione oritur. tu qui morbū uides, morbique cauſam luculenter intelligis, & mederi potes, quid differs remedium? quid expectas? an ut cūcta depereant uaſtenturque? parum ne autem, queſo, iam uaſtata omnia, an & tu caſus ultimos præſtolaris? Et ut CHRISTVS Lazarum differs ſanare, ut ualeas ſuſcitare. ſed hoc unum ſibi dominus tuus, dum tibi committeret reſeruauit, an id uerò tantis expectationibus queritur, ut coactus facere uidearis, quod pridem uolens facere debuiſti? at qui bonum licet, niſi uolens facias, non mereris. Et tamen quid iam reſtat, aut amplius cogi poſſis, niſi manuum iniectio, quam pietas cœleſtis auertat, teque à conuentu malignantium protegat, & quod diebus ſacris precamur aſſiduè, non te tradat in manibus inimicorum tuorum. non'ne enim tu diù ac ſæpe obſeſſus? non'ne itinera latrocinijs interrupta, quibus ad Pont. Chriſtiano. rum ex toto orbe concurritur? non'ne patri patrū, ac domino dominorū, ſeruiliter indicta redemptio. & cum ſint amara quæ ſenſimus, multo etiam nunc amariora metuimus. Age ergo, ut coactus, quo excuſabilior ſis, contra nitentibus, uerè autem uolens lætusque ſedem tuam repete, quam cum ſemel attigeris, & fortis armatus atrium tuum cuſtodieris, omnia erunt in pace, quæ nunc ideò ſunt in bello. quia tuum principale atrium nō cuſtodis. & quid multa? perpropriè tibi conueniet, quod de tuo atque omniū domino dictum eſt, paxe. nim erit in terra dum ueneris, dum loqueris pacē gentibus, & poteſtas tua à mari uſque ad mare. Nec te terreat quod Roma quoque, per hoc tempus ſuas prædonum moleſtias eſt paſſa, rabies nempè barbarica, quæ nunc ſacram urbem tentat acephalam, mox ut ſuum caput illa receperit, non dicam Romam, ſed Italiæ clauſtra proſpicere non audebit, ſic, quā tuis in paſcuis ubique debilior, ſic tua paſcua ſine ſuo paſtore fragiliora ſunt ſemper, & in iurijs aptiora. Non inſtabo amplius, ſpero enim te facturum cuncta fœliciter, atque iſtud in primis quod tantopere poſceris, ſi uigilanter aduerteris, nequa tibi diuini muneris ſubrepet obliuio, ſi continuè te ſingulariter adhoc opus aſſumptum eſſe memineris. memini ſti uerò non dubito, expeditiſsimumque ad omne pium opus animum habes, uide autem & uigilantibus oculis caue, ne quem proprium non premit, alienum pondus opprimat, & à tam glorioſi operis executione perpediat, perſuade Cardinalibus tuis, illos enim hac in re maximè uereor, Italiam non eſſe qualem ipſi putant, ſed eſſe nullo ſcriptorum illuſtrium diſcordante, optimam atque clariſsimam, & famoſiſsimam mundi partem eſſe, ut ipſi teſtantur, et atteſtatur ueritas, unam ex omnibus, cui penè nihil mali adſit, nihil abſit boni, modo pax una non deſit. quæ deeſſe te præſente non poterit. doce illos eſſe hic urbes nobiliſsimas, atque pulcherrimas, quibus niſis fœtida uileſcat Auinio, pudeatque non antea uiluiſſe, eſſe aërem ſaluberrimum, atque inter frigus æſtumque eximie temperatum. Quam cauſam ſcriptores quidam Romani, atque uniuerſali imperij poſuēre, quod ſi ex cōtrarijs mixtum eſſet, ut & auſtrales aſtutias, uigore corporeo, & uirtutibus animi arctonam contunderet feritatem, atque ita neceſſarium fuiſſe, ut de utriſque participanti medio extrema ſuccumberet. Eſſe hic lacus piſcoſiſsimos, quot qualesue nulla regio, tàm paruo habet in ſpatio, eſſe & flumina, & opportuniſsimis flexibus naturæ conſilio ſic diuerſis locis errantia, ut Italiæ magna pars, Liguria & Venetia & Aemylia atque Flaminia, uix inſignem locum habeant, qui non à quieſcente aquis obſequentibus adeatur. eſſe in circuitu geminum mare, crebris portubus & nobilium urbium corona, & in utrunque decurrentium fluuiorum faucibus inſigne, ita ut undis hinc falſis, hinc dulcib. Italia fermè omnis, ſine labore permeabilis, atque amœna ſit. eſſe ubi deſunt maria, alpes aërias, barbarico oppoſitas furori. eſſe per medium colles uirentiſsimos, & apricas ualles, & cam-

& campos uberrimos, & qui Italiam, quàm longa eſt ſyluoſis iugis interſecat, patrē montium Apenninum, nitidis hinc, illinc amnibus grauidum, & laticum uarietate ſalubri, fontes gelidos tepentesque, ſanis delectabiles, ægris utiles, ſitientibus opportunos, ſimul & metallorum uenas omnium, & bellantium armentorum acies, & nauigiorum ſpecies his noſtris iam cunctis æquoribus imperantes. Ita ut hoc totum, quod Mediterraneum uocant, mare, ſi Italici nolint, niſi occulto latrocinio, nulla gens nauiget. Eſſe hic frumenti, uini, & olei, eſſe arborum, & fructuum, & pomorum quæ ueſter orbis ignorat. Eſſe ſyluarum & quadrupedum, & ferarum, & piſcium, ac uolucrum, & ciborum omnis generis infinitam copiam, ne fortaſsis fame mori metuant, non tu quidem, qui & hæc noſti, & ab annis teneris, in religione optima enutritus, carnis inedia impinguare ſpiritum didiciſti, ſacroque ieiunio aſſuefactus, eſuriem amas, crapulam execraris, ſed qui Auinionenſibus delitijs aſſueuēre, nihil præter Rhodanum cogitare queunt, nec ſi queant nolunt, tàm dulcis eſt enim error conſuetudinem ſaporatus & conditus annis, ut palato animi, ueri guſtus amarior fiat, quo profectò ſpirituali ægritudine laborātibus nihil eſt funeſtius. qui ſi dicant, ut ſoliti ſunt, deeſſe aliquid Italiæ non contendā, nam ſi nil penitus deeſſet, non terreſtris eſſet, ſed cœleſtis regio, Poëticumque illud hoc dicentibus ingeram:

Nec uerò terræ ferre omnes omnia poſſunt.

Simulque illud adijciam: Terram nullam eſſe, cui non aliquid, immò non multum deſit. Sed fidenter nulli minus deeſſe quàm Italiæ, eamque ante omnes, rerum bonarum abundantiſsimam affirmabo, raro aliquid affirmare ſolitus, ſed hoc uſqueadeò certum puto, ut ne Indis quidem, aut Aethiopibus ſit ignotum, inuitus de materia humili, & aliena meis uſibus diù loquor, ſed res cogit, noui mores. Audiui ſæpè, dum dicerent Benuenſe uinum, Italiam non habere. en grauis infamia, iuſtaque cauſa Italiæ relinquendæ. Non'ne autem puerilis ambitio uideri poteſt, paucis mediocris uini uaſculis gloriari, quæ unus alterque tranſalpinarum partium collis profert, & tot tàm uarias nobilium ſpecies uinorum ſpernere, quibus Italia omnis ſcatet. nempè quid hoc aliud eſt, niſi odium gentis, ad elementa transferre. Reſpondebunt fortè, neque ſe ſpernere, neque odiſſe, ſed locum elegiſſe, ubi & ſuis & noſtris, illuc pelago & nauigabili amne delatis, delitijs frui poſsint. quod ſi noſtra, illuc, cur quæſo non & ueſtra huc, eodem ſeu maritimo, ſeu flumineo tramite deuehantur, & quo tranſmarina perueniunt, cur non perueniant tranſalpina, quibus & æque liquidum iter eſt, & breuius, ueniant planè, ueniant ſecuri, qui beatam ſine Benua uitam agi poſſe diffidunt. nam & hic noſtra reperient, & ſua illos nullo negotio perſequentur, gratia, uoluptati nihil difficile. nihil imperuium illi eſt, maria penetra, & uerbo ipſa etiam montes trāsfert, Spero autem, poſtquàm Italos colles attigerint, præterita nō requirent, Ita dico, ſi corporei ſenſus, liberi ſint, nec animi premantur erroribus, alioquin nulla unquam, quamuis exquiſitiſsima nouitas, ineptiſsimæ uetuſtatis ueſtigium abolebit. euenietque quod de Seuero Romano imperatore memoriæ proditur, qui cum in ſummo fortunæ gradu eſſet, & petitis terra mariq; cibis afflueret, cupidè tamen Afro legumine ueſcebatur, non quia uel delectabilis cibus eſſet, uel Italiæ deeſſet, ſed quia ipſe Afræ erat originis, cuius amor, quæcunq; inde orta eſſent, ſapida fecerat. ſunt quidam motus naturales, quos extinguere difficile eſt, ratione animi frenantur, patebat ille uir magnus deſiderio naturali, nec ideò tamen honeſtum officium deſerebat. amabat patriū legumen, nec amorè patrij leguminis in Africa morabatur. Simile aliquid coniecturari licet, in principibus alijs Traiano ſcilicet, Antonino Pio, ac Diocletiano, quorum primus quo ſuperbiunt Hiſpani, Italicæ quidem natus in Hiſpania, uir imperio ſeneſcenti utilis, potuit uel ex ortu, uel ex rudimentis infantiæ, ad Hiſpanas res amorem quendam conſuetudine concepiſſe. Secundus uerò Romæ natus, ſed trāſmōtanæ hoc eſt Nemauſenſis originis, nūquid nō ueri ſimiliter credi poteſt, delectatus fuiſſe uino patrio, quo tàm ualdè hodie delectant quidā, qs optarē, & par eſſet maiorib. delectari, tertius è Salonis Dalmatiæ oriūdus fuit, ubi an aliqd boni ſit neſcio, ſed uix

fieri potest, quin aliquid sibi esset, quo ille delectaretur, est enim nescio quæ nã latẽs uis, & natalis solis dulcedo, insita, uilia etiam nobis, quasi quadam communis ortus sanguinitatẽ nobilitat, commendatq́, & quæ natura fecit acria, dulcia facit opinio. Itaq́ uix inuenias, nisi doctus ad modum modestusq́ sit, qui non patriam suam, omnibus anteponat. si iuditio fiat ineptissimum, si charitate laudabile, modò non sit maiori contrariũ charitati, quale est de quo nunc agitur. Nunquid enim, quæso, horum aliquis, quos proximè nominaui, seu propter affectum patriæ, ubi uel unde ortus esset, seu propter frugum sibi placitum saporem, alibi quàm Romæ, hoc est imperij domicilio sedem legit & fieri potuit, & credi potest, ut sicut Seuerus legum ex Africa, sic alij res alias ex Hispania, Nemanso, Dalmatiamque, aduectas habuerint: quibus Romana tamen in regia uterentur, ut fileam eos principes, qui aliundè orti, non tantùm Romæ agere, sed Romani etiam uideri optarunt, atque ut Romani dicerentur, & crederentur, modis omnibus nixi sunt, nec mẽtionem ullam patriæ ueteris audire uoluerunt, nec immeritò, ut qui nobiliorem patriam imperio, quã origine nacti essent. quales legimus Alexandrum, ac Maximinũ quorum primum Syræ, secundum Barbaricæ pudebat originis, non hoc postulo, ut sui ortus quẽquam pudeat, est enim naturæ aduersum & modestiæ. Sed hoc posco, ut & tu Pater, & Cardinales tui præstetis Ecclesiæ Dei æterni, quod illi quatuor quorum supra memini temporali imperio præstiterunt, ut cum scilicet in animum uenerit, esse hũc in Aluernis ortũ, hunc Lemouicis, aut in aliqua urbium uicinarum, simul illud quoque mentẽ subeat, esse te quidẽ Episcopũ urbis Romæ, illos autem uel Romanæ telluris episcopos, uel in Romana urbe presbyteros, aut diaconos, nec decere Ecclesiam Petriq́ sedem, originibus uestris, sed origines uestras illi cedere, illam sequi, nec honestum catholicis atque Ecclesiasticis uiris esse, carnaliũ uncis, affectuũ ab officio retrahi, quos pagani fregerint ac spreuerint. Proinde persuade illis, nam tibi iam persuasum spero, Romam petere, ubi & rerum copia, & qualitas ea est, quæ facile impetret, ut externa non cupiant, uel si fortè aliud quesierint, cuncta affatim non solum ex illorum patria, sed ex orbe toto Tyberinis faucibus cõuehant. Sic enim de Anco Martio quarto Romanorum rege scriptum est. quod ostiam in ipso maris fluminisq́ confinio coloniam posuit. & sequitur. Iam tum uidelicet præsagiens animo, futurũ, ut totius mundi opes & cõmeatus, illo ueluti maritimo urbis hospitio reciperent. non ergo diffidant pauci homines, & in CHRISTO humiles, ac ieiuni, posse uiuere, ubi opiparè uixerunt, tot superbi principes, & tàm multa milia uirorum, tamq́ innumerabilis hinc ciuium multitudo, hinc aduenarum. namq́ ne hos loquar, quorum certus numerus stringi nequit, aut lustra omnia diuersis ætatibus acta complectar, duo quæ stuporẽ legentibus ingerunt attingam. Siquidem anno sexto Claudij principis, descriptione Romæ facta, inuenta esse ciuiũ Romanorum sexagesies nouies centena quadraginta quatuor millia. quia res fidem excedit, testis est Eusebius Cæsariensis in libro de temporibus. Cum iam ante sub Augusto, anno eius quarto & quinquagesimo inuenta essent nonagies tercentena, & septuaginta millia. eat nunc aliquis diffidentiæ filius, & uaticinetur non dicam te, quem sic hodie religiosum, & frugalis uitæ amicum affirmare ausim, ut in monasterio fuisti unquam, sed seu uiginti seu triginta reuerendos patres, cum modesta familia ibi non posse uiuere, ubi trecenti olim patres conscripti, ubi tot imperatores, totq́ue exercitus, & tot populi uixẽre. quod si quis fortè est, apud quem uerò fidem abroget uetustas, ad id quod nuper omnes uidimus, animum reflectat, ut scilicet proximo Iubileo, cum tota propè Christianitas, & is peregrinantium numerus, quem nescio an unum diem, ulla urbs pasceret, confluxisset Romæ inaratis licet, atque incultis Romanorum agris, uineisq́ue præcedenti anno gelu ac pruinis, per omnem ferè Italiam arefactis, maior tamen ibi rerum omnium ubertas, sub anni exitum fuit, quàm ab initio fuisset. quamuis sanè, propter contentiosos insolentes, quibus est pro ratione odium & liuor, de his multa dixerim, non hic tamen, quod uidelicet & natura præfertilis Roma sit, & aduentitio fertilitatis capacissima, ad id quod probare nitor, magnam uictoriæ spem repono. neque enim dignum censeo, nec credibile extimo, Apostolorum successores, in eligenda sede delitias aut copiam,

copiam, aut omnino aliud quàm CHRISTVM & salutẽ æternam cogitare, atq́ ibi esse libentius, ubi Deo placere & hominibus prodesse, ubi deniq́ uiuere benè ac fœliciter mori possint. Tempus admonet, ut nunc etiam unum tàm multis adiiciam, ô si igitur noctẽ hac, quæ Apostolorum Petri & Pauli glorioso martyrio sacra est, & hac ipsa noctis hora, qua tibi anxius, tàm fidenter nec minus reuerenter hæc scribo in basilica Apostolorum principis, quæ peculiaris basilica tua est, diuino quod nunc canitur officio, & matutinis CHRISTI laudibus interesses, quantam & quàm sacram principes uoluptatem, quæ suspiria, quas lachrymas dares, quàm dolores, quod non longior nox esset. Audebo te iterum orare, ut & hoc mihi rursum credas, nunquam parem tibi delectationem dabit Auinio, cum omnibus delitijs, quæ uel esse ibi, uel conuehi, uel animo fingi queunt, ut enim omne ibi mũdi aurum, omnes gemmæ, omnia uina, omnes epulæ aceruentur, nunquã ibi erit illa deuotio, quæ fœlicem faciat animam, certumq́ id uerumq́ me dicere Christianum genus omne fatebitur, in hoc saltem nullus locus Romæ par, aut suapte est natura, aut fauore quolibet hominum fieri potest. Et hæc hactenus. Vnum silui, siue ad extremum distuli, quod primum esse potuerat. nosti quo in statu Christiani tui sint per orientem, quin & propinquius malum est, non audisti ut inermes Asiæ populi, quos nostra desideria sortes facit, atque in primis olim Phryges, Turchi hodie, miseram Græciam, sine fine diripiunt & Aegeo sparsas cycladas populantur, quæ etsi longis erroribus, obstinatæ pertinaciæ iustas pœnas dent, inde tamen ad nos, ueroſq́ue Catholicos est transitus. Iam Cyprus, Creta, Rhodus, Euboëa, uicinioreq́ue nobis tentatur Achaia, & Epirus. iam Calabrum litus flentis Græciæ mœstissimas uoces, trepidis auribus accipit, sic nunc itaq́ fides CHRISTI, ut uides, ad orientem periclitatur, tu ad occidentem sedes, ad huc, ô maxime dux nostrarum, & Pontifex animarum, qui ut tuum munus impleres, nisi fallor pridem surrexisse debueras, teq́ue uel solum difficultatibus obuium ferens, non Romam modò, sed Constantinopolim perrexisse, quanquam solus esse non potes, CHRISTVS ipse, cuius res agitur tecum erit, & CHRISTI acies quocunque ieris te sequetur, nõ est boni ducis, sed periculo subtrahere, multo minus autem labori, sed illuc properare, quo eum plurimus bellantium clamor uocat. Potuit CHRISTVS crucem fugere, si nos deserere uoluisset, nullis nostris meritis obstrictus, pro salute nostra mori uoluit, nos beneficio præuẽti, pro illius gloria non solum mortem fugimus, sed laborem, iam dudum debuit omnis status, omnis ætas arma corripere, & in illo spei ancoram figere. qui nullum unquam in se sperantium fefellit, qui Theodosio, cum paucis contra immensos exercitus Barbarorum præsenti, miram incredibilemq́ uictoriam dedit, & pro eo fecit elemẽta pugnare, in quo quidem eleganter conterraneus meus, quamuis CHRISTVM nesciens, Deo tamen ueroq́ testimonium perhibuit his uersibus:

Te propter gelidis aquilo de monte procellis
Obruit aduersus acies reuolutaq́ tela.
Vertit in autores & turbine repulit hastas.
Omnium dilecte Deo, cui fundit ab antris.
Aeolus armatas hyemes, cui militat æther.
Et coniurati ueniunt ad classica uenti.

Et nos dilecti Deo essemus, si eum qua tenemur mente diligeremus, nunquam nempè se diligentibus abfuit, ut qui interdũ se persequẽtibus affuit, & nobis ab antris CHRISTVS non Aeolus, armatas hyemes funderet, nobis æther ut auxiliares ad classica ueniẽtes militarent uenti. sed quis ingratis militet? quis sopitis atque torpentibus opem ferat? non sopiti tantùm, sed exanimes, & peccato mortui, longæua namque in naturam uersa uoluptate marcuimus. iam moribus malis obruti, sepulticq́, & hocipsum cœlestibus auxilijs destituti sumus. Ad te autem redeò, ubicq́ fateor utilis, sancta ubicq́ & uenerabilis præsentia tua est, sed quid quæso? quid Rhodanus, quid Sorgia & Ruẽtia tui egent? quis tibi tuorum protegendus? quis hostiũ cõprimendus? egent tui Ioniũ & Aegeũ & Helespõtus & Propontis & Bosphorus. quid hic igitẽ mõstri est, nõ possum satis hoc quærere, in oriẽtem pugnat, tu quid agis in occidente, spiritualiũ dux bellorũ? & est hic quidẽ dominorũ error publicus

publicus, qui profectò tuus esse non potest, ut se suis uoluptatibus dominos fieri putent, cum necessitatibus alienis fiant, tu si nominis, si officij, si domini memini sti, qui suis in pascuis, te pastorem fecit, non illic hærebis, ubi umbra fortasis aut fons gratior, sed ubi prædo seu lupus infestior, ubi necessitas dominici gregis maior, memor illius Euangelicæ sententiæ bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, mercēnarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ uidet lupum uenientem, & dimittit oues & fugit. Tu es pastor, tuæ sunt oues, quæ domini tui sunt. omnia tibi cōmisit, omnē tibi gregis curam, omne ius contulit. lupus ad ouilis ostium fremit, & tu cessas. si nō mercēnarius, sed uerus es pastor, offer te præclaro pioq; discrimini, quod sicut temerè optare non est prudentis, sic molliter declinare, non est uiri fortis ac magnanimi. Mitte oculos in longinqua, non loco rum modò, sed temporum, uidebis quanta ibi calamitas præsens sit, quātumq; periculi futuri. Nam ut ait Comicus: Istud est sapere, nō quod ante pedes modò, est uidere, sed etiam illa, quæ futura sunt prospicere. Certè nisi iā hinc prospicis, nisi occurris actum est, pudendam nobis Christiani nominis, illis in partibus ruinam, & prorsus indignā ac miserabilem audiemus, quæ ut dixi non CHRISTI, qui est iniuriæ inaccessus, sed nostra iactura est, nostra secordia, noster pudor, qui iam tantus ibi est, ut an maior esse possit in dubio sim. Nescio enim an peius sit amisisse Hierusalem, an ita Bizantium possidere, Ibi enim non agnoscitur CHRISTVS, hic læditur, dum sic colitur, illi hostes, hi schismatici peioris hostibus, illi apertè nostrum imperium detractant, hi uerbo Romanam Ecclesiam matrem dicunt, cui quàm deuoti filij sunt, quàm humliter Rom. Pont. iussa suscipiant, tuus à te ille datus Patriarcha testabitur. Illi minus nos oderunt, quia minus metuunt, isti autem totis nos uisceribus & metuunt & oderunt. Constat, quia nos canes iudicant, etsi loquendi libertas affuerit, canes uocant. Interfui ego solenni die, dum Romano ritu missa celebratur, Græcus quidam homo non illiteratus, sed multò maximè stultus atq; arrogans, exclamauit: Ego non possum pati, inquit, Latinorum nugas. quod uerbum intellectum sifuisset à populo, non impunè ut auguror tulisset, sed sic est, sic de nobis sentiunt, & basilicas suas, si quis ex nostris introierit, quasi humano sanguine aut fœdo facinore uiolatas, reconciliant & expurgant. & hæc quidem Romana Ecclesia diù nouit, & passa est. quod an dici torpor, an patientia mereatur, cum tàm facile dilui possit hoc dedecus, iudicandū linquo alijs, certè nos nostrosq; hostes, à quibus nunc Hierosolyma detinetur, magnum æquor interiacet. itaque cum illis ut res nostræ, & illorum sunt, non paruus est labor, unde fit, ut dilationem nostram impotentia fortasis excuset, quamuis impotentiæ, non nisi ex nostris dissensionibus exortæ excusatio nulla sit, inter nos autem & hos Græculos, nihil est medium, nisi noster sopor ac nostra segnities, quibus ut odij plurimum sic nihil est uirium, nilq; ibi uolentibus negotij est, duobus Italiæ populis sponsor sim, si tu benè uelle ceperis, breui eos non iunctos modò, sed unumquemque per se, uel imbelle illud imperiū euersuros, uel ad iugum matris Ecclesiæ deducturos, quo magis magisque conniuentiam hanc stupeo, nec satis intelligo, quid ita res maximè negliguntur, cum minimarum tanta sollicitudo sit hominibus. Et licet hic omnium Christianorum publicus pudor sit, tamen in omni exercitu malè rem gerente, ducum pudor est maximus. sæpè quidem sub uno duce periêre, qui sub alio salui essent, sæpè culpa ducis, qui dispositi erant ad uictoriam, uicti sunt, sæpè etiam & ferè semper militum culpam uulgi opinio reflectit in duces. quamobrem uobis, qui omnium duces estis, tibi dico Romanoq; principi, quo studio assurgēdum sit, ut non solum uestræ sed cōmunis etiam molē uitetis, infamiæ, ipsi cognoscitis. Nec cognoscere satis est, plus aliquid, immò plus multū exigitur à uobis, ne putetis hanc nos gratis magnitudinem consecutos, per difficultates medias itur ad gloriam, nunquam quiescet, quem uirtutis calcar attigerit, ex una in aliam indefessa cōstantia gradietur, & ceu totidem altioris famæ iuga conscender, eritq; sibi is labor omni dulcior quiete, immò quidem ea sola requies, animo in altum suspiranti, cui ab egregijs actibus feriari, is demū mœstus est labor, miserumq; ocium. Legisti ut Iul. Cæsar bella sibi decem damnum uocer, fugamq; hostium turbatus aspiciat, ut T. Vespasian. diem perdidisse se doleat, quo nihil suo more magnificè

magnificè liberaliterq; gessisset, ut Alexander Macedo, adolescens primum, inter coëtaneos lamentetur, quod Philippus pater crebris uictoris hostes sibi uincendos, atq; omnem bellicæ laudis occasionem materiamq; præripiat, Vir deinde, ne hostes fuga dilabantur, sollicitus, atque intentus uigilet, eoq; metu dempto, iam securus dormiat, quasi nihil nisi securitatem metuens, & laborum finem. utque aliquid de literis sacris immisceam, Israëlitici dux populi Iosue, dum post illam de tot regibus uictoriam, nox instaret, & posset parta gloria contentus requiescere, & diuinum laborem, nocturno sopore diuellere, & laborem ipsum, & cum illo gloriam augere cupiens, ut cōsisteret soli iussit & paruit. sic est, regij generosi animi pabulū, ac delitiæ sunt labores, nō propter se quidē, sed propter id, quo non aliter quā per illos ascenditur. hæc duobus uobis ante alios semper habenda sub oculis, semperque animis agitanda proposui, non feruidè tantùm, sed etiam importunè, ut qui cuncta mihi deesse maluerim, quàm fidem. Meo quidem uel forsitan alieno officio functus sum, uera utiq;, & ab alio melius dicēda, cui maior esset auctoritas, sed uel nulli cogitata, uel omnibus formidata disserui. à posteritate certè gratiam à tua autem Sanctitate, & illius alterius maiestate ueniam saltem sperans, quæ si ab illo ut dixi in optimam semper partem sunt accepta, eò nunc à te mitius accipiēda confido, quò successor Petri mitior debet esse quàm Cæsaris. & cum illo quidem, ut materia incidit, sæpè olim, tecum hodie primum, mihi sermo iste susceptus est, seu uerius, quoniam crebro mihi hæc tecum in silentio fuit, nunc nouiter productus ad calamum. qui quoniam, etsi pro desiderio meo breuis, pro tua tamen multiplici occupatione longissimus euasit, aliquo fine claudendus est. Roman. Pontifex, Christianorum dux, Roma te suum sponsum, Christianitas suum ducem, uocat altis uocibus, non ad requiem, sed laborem, ad quem homo nascitur, neq; ad pacem, sed ad bella reposceris, in quibus tamen bellis temporalibus, æterna pax animæ & multorum salus & gloria tua est. tuum est eligere, quo in statu mori uelis. nam seu debitum gloriosæ implenti, seu ingloriæ negligenti proculdubiò moriendū est, tui prædecessores Auinione sibi sedem elegêre, quo consilio ipsi uiderint, ego enim, qui ab infantia ciuitatē illam, multo melius quā patriam meam noui, singulare nihil præter lutū & uentū ibi esse perpendi, nam ut insignē illic copiam ciborū esse iactantibus credā, cuius sæpè contrariū uidi, utq; omnibus in hoc uno sit locus ille superior, in quo inferior multis est, nō tamen satis ingenuam cōsilij rationē hanc fuisse permiserim, tàm grauib. & tàm sanctis uiris, ut more pecudum pascua opima captantiū, ubi uberius, nō ubi honestius uiuerēt eligerent. quod si eos natalis zonæ uicinitas mouit, fuit in illius forsan excusabile, terrā spectantib. & terrena metitantibus, tibi aūt lōgè aliter nutrito, lōgeq; aliter assumpto, lōgè aliter sentiendū, cui non hæc, aut illa pars terrarū, sed totus orbis est patria, immò exilium, ut dixi patria aut cœlū, huius tamen exilij sedes Roma, non quidē sola, sed sanctior gratiorq;, illi qui te hinc dum uoluerit in patriā reuocabit, assurge animis, & uilia disce contēnere, magna recepisti, nec parua fateor repetuntur, apertū tibi miraculum diuinitas fecit. Nunc tu illi miraculū fac apertum, ut de tàm profundo Ecclesiā suam eruas. neq; enim parui miraculi res fuerit, tot tàm radicatos animos inde conuellere. fiet tamen haùd difficilè nisi tu ibi etiā radicatus sis. quod si fueris, triste omen CHRISTVS auertat, quid inter te & illos interierit, quorum nunc inutilis moræ, & inanis gaudij fructus est dolor. tanta est hominū, quanta uoluptatū actuūq; diuersitas, nec ulla re magis, ab inuicem differunt, qua uarietate opum ac distātia animorum. Vnum, quia loco proximū erat, præterire mēs fuerat, sed coēgit pius animi calor, nihil occulere, nihilq; subtrahere, sacris auribus tuis, omniūq; uel tuū nomen uel conscientiā meam premūt. Fama est, esse palatij tui partē, quæ Roma dicitur, quā ingressus spōsæ te reddidisse, totumq; prorsus implesse Romani Pōtificis officiū uideāre. noli cū domino tuo ludere, frustrà fallaciū culis tentat, dialecticus summus est, cui sophisma nullū insolubile, scrutator infallibilis, ac profundus intelligit cogitationes nostras, de lōge semitas nostras, & funiculum nostrū inuestigat, & omnes uias nostras pūider. quasi obliquæ sint, & à pietate discesserint, placere sibi non possint. ergo illas Deus aspiciēs, ut satyrici uerbo utar, ridet & odit, ridet cantiunculas, odit finem, scriptum est: Nolite errare, Deus non irridet. Nec uerò tibi

fortuna

fortuna blandiatur, tua nec te longe uitæ spes decipiat, breuis est uita mortaliũ, maximeq; Pontificum, seu quod senes ad hunc statum ueniunt, seu quia curarũ pondus laborq; perpetuus, & negotiorum æstus necesse est uitam ipsam efficiant breuiorem. & iuuenũ mors, & senum semper in foribus extimanda est. sed quæ in illis opinio, in istis scientia certa est, & quamuis utrorumq; summa breuis, quin potius nihil sit, & quasi somnium aut fumus, aut umbra prætereat, iuuenis tamen aliquantulum uiuere potest, licet & statim mori possit, & sæpè senẽ moriendo præueniat, seni ilicò moriendum esse, certissimũ est. Cum ad tribunal CHRISTI igitur uentum erit, ubi non tu dominus, & nos serui, sed unus ille dominus, nos cõserui omnes erimus. non'ne putas tibi dicturus sit. Ego te à terra inopem suscitans, & de humilitate tua erigens, nõ solum cum principibus, sed super principes colloca ui, eosq; tibi ad genua pedesq; procumbere uolui. tu Ecclesiã meam tibi creditã, ubi nam gentiũ reliquisti? tu multis à me singularibus insignitus donis, quid singulare mihi præter cæteros reddidisti? nisi quod sedisti in rupe Auinionensi, Tarpeiæ rupis oblitus. an me credis, dum rerum caput eligerem, non aliud eligere potuisse? an electionem meam iuditiũq; contemnitis? tuq; in primis, qui priorum corrigendis erroribus, mirabiliter per me assumptus, nihil penitus ab illorum tramite declinasti, ingressu dissimilis, cæteris progressu similimus & egressu? qui ad hanc interrogationem mihi seruo tuo, non facilè respõderes, quid responsurus es domino? aut quid dicturus Petro? Ego, inquet, iusto metu crudelissimi Neronis fugiens, domini increpantis occursu Romã redij, ad suppliciũ & ad mortem. te quis Nero, quis ue Domitianus expulit? quis mortis aut supplicij metus, tàm diù exulem fecit? quid quæso nũc Romæ fit, quid mea domus? quid sepulchrum? quid populus meus agit? an mihi non loqueris? an quæ te percontor ignoras? unde uerò mihi nũc redis? an & tu ad Rhodanum exulasti, qui si te ibi forsitan natum dicas, an non ego natus alibi? sed uterque nostrum aliam nascendo, renascendo aliam patriam nactus erat. Itaq; conscius ego domi nicæ uoluntatis, Romæ postposui Galilæam, at ut Romæ Rhodanũ præferres. Hæc ego pater clementissime, fide pura, stylo humili dictauerim, fisus tibi amari usculam ueritatem, quàm melliculas blanditias chariorem. si erraui, aut si sanctitatem tuã, mea libertas offendit, flexis animæ poplitibus ueniã peto. tu uerò nunc reiectis consultoribus uanis, tecum cogita, tecumq; delibera, an quod superest temporis, in cœno Auinionensi agere malis. an Romæ, quæ tota caro & sanguis est martyrum, an in saxo illo, & in illa uentorum patria, quàm nũc colis. an in Vaticano potius sepeliri eligas, locorum omnium nostri orbis, sine ulla comparatione sanctissimo. Ad extremum in die ultimi iuditij, an resurgere ames inter Auinionicos peccatores famosissimos, nunc omniũ quæ sub cœlo sunt, an inter Petrum & Paulum, Stephanum & Laurentium, Syluestrũ & Gregorium, & Hieronymum & Agnetem & Ceciliam, & tot millia sanctorum uel in CHRISTI confessione fœliciter quiescentium, uel pro CHRISTI fide fœlicius peremptorum. denicq; quicquid elegeris, unum Roma suo iure flebiliter poscit, ut si tu illam spreueris, quodq; iustum sit, nemo te emolius nouit, sponsum saltem sibi alterum suum Cæsarem restituas, quem Innocentius VI. ut perhibent, is qui te proximus antecessit, ab amplexu eius iusiurandi religione prohibuit. ô diuortium, si uera loqui licet, indignum, neq; sponsis tantum, sed toto uiciniæ nociturum. tu Patrum optime, & boni communis amantissime, obicem hunc, qui solus potes amoue, & Cæsarem Romæ esse, non solum permitte, sed præcipe, ne nolle te ibi esse crudelitas, nolle alium inuidia uideatur. & hoc tibi, uel si respuis, hoc sibi præsens ac uetura plebs Christiana per os meum, quamuis insulsum & paruiloquium, & indoctum, ab illo tamen dictũ credat, qui mentiri nescit, quiq; dum uult nõ pecatores atq; ignaros tantũ, sed bruta quoq; animalia loqui facit, quia dum Roma sponsis suis uidua, suisq; luminibus orba erit, neq; res humanæ, nunquã benè ibunt, neq; Christiani fines conquiescent. Si alterum recepit benè erit, at si ambos optimè gloriosè, fœliciterq; CHRISTVS omnipotẽs, dies tuos proroget in longum æuum aperiatq; cor tuum, consilijs non blandis, nec fortasse delectabilibus, sed sanis ac fidelibus, utq; arbitror, Deo gratis. Venetijs

III. Cal. Iulias.

FRAN.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber VIII.

FRAN. PETRARCHA IOANNI BOCATIO SVO S.

De ætatis parte dubia.

MOs est iuuenum, annis suis semper aliquid detrahere, senũ uerò uel tantundem, uel plus addere, eò quod liberius sit adentis mendaciũ, quã detrahẽtis, proniorq; credulitas audientiũ, utrorumq; aũt certa ratio, sed diuersa est. iuuenibus conseruandæ, & in longũ protrahendæ uitæ, ne dicã libidinis. Contraq; senibus quærendæ atq; augendæ studiũ auctoritatis. utriq; certè tãta cõstantia mentiũtur, ut illi cum multos sæpè fefellerint, aliquotiens & seipsos fallant, credantq; se mendacio iuniores, benè si & mortẽ fallerent, stato illos in termino expectantẽ. & hi ut uni mendacio fidem quærant, plurimis implicentur, multa quæ ante se fuerint, quasi uisa oculis, & cognita fabulantes, mihi utrunq; declinare est animus, illud enim turpe mendaciũ, hoc inane. Fatebor tamen, neq; tuum iuditium erubescã, diù me in primo agmine, non mendacio, sed silentio uersatũ, fisus enim sum multum ipsum, cui annorũ numerus naturæ digitis inscribi solet, uiuacitate quadã, & uitæ modò iuuenilibus probris, explicitæ plus opinioni aliquid spectantiũ detracturũ, quàm ausura esset impudentia mentientis. quãuis huic spei obstaret, properata canities, quæ nescio unde iam inde ab annis tenerioribus, caput adolescentis inuaserat rara licet, quæ cum prima ueniens lanugine albicanti uertice, uerendũ nescio quid haberet, ut quidam dixêre & teneri, adhuc oris habitũ honestaret mihi, tàm eatenus iniucunda, quod ea saltem in parte iuuenili, quo gaudebam aduersaretur aspectui. Sed quoniã & Cai falsi sæpè testes sunt ætatis, & mihi omniũ coëuorũ testimonio, tàm præcox illa mutatio, & tàm præceps fuerat, ut nulli esset uel incognita uel suspecta, sperauí alijs illam iuditijs oppressum iri, nec fefellit spes, interim sic affecto, & Numæ regis incantamenta, & Virgilij iuuenis barba candidior, & Domitiani adolescentis coma senescens, & Stiliconis festiua, & intempestiua canities Seuerini, Et si quid tale uel legerem, uel audirem, magno animum subibat assensu, clarisq; comitibus me solabar, & si aũt nun quã, quod mihi sũm conscius, de ætate mentitus ipse meæ sim, si quãdo tamen, quod persæpè accidit, iuniorem me aliquis diceret, mendacij expers, alieno mendacio delectabar, si quis uerò, quod rarum fuit, seniorem faceret, hoc mendacio tacitus irascebar, at si quando uel casu aliquo, uel acriore iuditio, quisquã uerũ meorum numerum dixisset annorum, ueritate ipsa offensus, & admirans quasi me proditum extimabam. cuius mali causam mecũ querens uix inuenio. & insaniam quidem illam, aliquando mihi cum alijs iuuenibus cõmunem fortasse, non negem. Grates autẽ Deo meo, cuius gratia miserum me, de corpore mortis huius cum Apostolo liberabit. & quod ad hanc miseriæ partem attinet, puto iam liberauerit per CHRISTVM dominum nostrum. Iam à multis annis sed perfectius, post Iubileum, à quo septimusdecimus annus hic est, sic me adhuc uiridem pestis illa deseruit, ut incomparabiliter magis odio mihi sit, quàm fuerit uoluptati. ita ut quotiẽs ea fœditas in animum redit, pudore & dolore percitus cohorrescam. scit me CHRISTVS liberator meus uerum loqui. qui sæpè mihi cum lachrymis exoratus, flentiq; misero dextram dedit, secumq; me sustulit, iuxta illud Poëticum:

Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.

Quæ cum ita essent, cur ex illo tẽpore, ad hãc etiã nũc ætatẽ opinio me iuuẽtæ falsa quoq;

delecta-

delectauerit miror, immò ſtupeo, cum legiſſem, iam à puero apud Tullium Catonis ſenis famoſiſsimam ſententiam, & toto illi ſemper animo conſenſiſſem, quod ſenectus, honorata præſertim, tantam habet auctoritatẽ, ut ea pluris ſit, quã omnes adoleſcentiæ uoluptates. Tandẽ etiam atq; etiã cogitanti, nulla mihi cauſa rei huius occurrit, niſi conſuetudo quædam, qua ut bona nihil melius, ſic nil peius mala. Aſſuetus iuuenũ me choris inſerere inuitus, in alterã quamuis honeſtiorẽ centuriam tranſmigrabã. Itaq; cõplexus profugã iuuentutem, magno niſi hærebam, qua cum nec ſequi poſſem, nec tenere ſini illam, & ad ſenectutem, magno uerſus hoſpitam, quod miſerũ ſuſpicabar, fauſtũ repperi tãtoq; fructuoſiorem nouam uerſus hoſpitam, quod miſerũ ſuſpicabar, fauſtũ repperi tãtoq; fructuoſiorem hanc experior, quantò erat illa floridior. deinceps nec mentiri, nec alieno mendacio uti amplius eſt opus, pudet iam negare uelle, quod nequeam, nec ſi queã deceat, quodq; ſi fatear infamiæ nihil, gloriæ fortaſſe aliquid habiturum ſit, nõ per ſe quidem, nulla eſt enim gloria ſenem eſſe. Sed ſi grauitas mẽtis, ſi cõſtantia, ſi integritas ſenſuũ, & pro ætate, forma corporis, nõ collapſa, neq; ſordida ut pleriſq; eſt ſenibus. Si poſtremò uel uitæ modeſtia ſeruatarum uirtũ, uel ſtudio iugi, geſtisq; rebus non omnino perditi temporis laus acceſſerit, quid iuuat canos occultare? quid uellere? qui ubi ſemel inceperis aut uellendi omnes erunt, aut irritis conatibus deſiſtendũ. quid naturæ uim auferre nitimur? fruſtra id quidẽ, cui aliquando lucrati erimus ſuccumbemus, & dementiam giganteam ſuperis reſiſtentẽ ius cœleſtis opprimet, & diſſimulata ſe ſenectus prodet, & improuiſa mors aderit, nilq; aliud noſtrum nobis contulerit aduerſari, quàm ut uincamur inſignius. Cedo ego igitur uolens, nec coactus cedam, cedo, in quam, & manum tollo, non fortunæ ut Cicero, ſed naturæ, cui prorſus obſtare, non fortitudo ſed amentia eſt. Nolim uerò diutius in me celare, quod ſemper in alijs ueneratus ſum, ſenectutem dico, quàm apprimè uenerabilem æq; Philoſophi leges q; diffiniunt, quã q; benè inſtitutis in urbibus ueneratã ſemper, & in honore habitam ſcimus, diſtuli tamen non inficior, quantũ quini. ſiquidem ad ſenectutis initium, quod olim ad tempus ſcribens dixi, Cicero noſter, ſextum & quadrageſimũ, alij quinquageſimũ, tardius omnium quos meminerim Auguſtinus ſexageſimũ annũ ponit, fortè ideò, quod fortior illi eſſet ſolidior q; cõplexio. negari enim nõ poteſt, in quinquageſimo eſſe nõnullos, quàm alios in ſexageſimo ſeniores, quod uel uitæ diuerſitas, uel naturæ efficit. ego uerò quid facerem? has omnes metas exceſſeram, & iam planè horũ omnium iuditio ſenex eram, differebam tamen & dicebam. Cur tàm uariè terminos ſtatuerunt docti homines, niſi q̃d quiſque in alio, quod in ſe expertus eſt iudicat, quid ſcis autem, an tibi ualidior ſit naturæ certè hactenus præter illum adoleſcentiæ florem perditũ, & iuuentutis agilitatẽ, quæ prima pereunt, in nobis inſignem nullam inceſsiſſe mutationẽ, ſentis, expecta igitur. donec nõ ſcriptorum, maximeq; diſcordium, ſed experientiæ, tuoq; rem diffinias iuditio. Cum te ſenem ſenſeris, tunc ne prius profitebaris ſenectutem, ſile interim, & intende, quid taciti ferant anni. Sic amici de laxandis uitæ finibus, mutandis q; confinibus ætatum, quaſi de proferendis columnis Herculeis meditabar, hodiernus dies, qui natalis eſt meus, pertinaciam hanc infregit, meq; quod præterita & uentura animo metientem traxit ad calamum, hac præſertim antilucana hora, qua me in lucem editum, parentibus ac nutritoribus meis, in hoc ut in multis habita fide didiceram. Tibi igitur non querenti, ut ultrò dicam quod & tibi alijs ſæpè anxiè querentibus obnixo ſilentio ſemper ocului, præter unũ nuper Aſtrologum, in ea arte magni nominis, cui ſcrupuloſè hoc admodum atq; acriter ueſtiganti, & inde ut aiebat elicere molienti, an ſignificatori meo. ita enim uocant, uitæ meæ tenor ac fama cõgruerent, & qui me progreſſus rerum, quisue exitus maneret. dixi tandem magis, ut uel ſic ab illo expedirer, quàm quod in libris ſuis, de quibus ſcis quid ſentiam, & conſentis, ut reor, uel aſtris cœli meas ſortes crederem, quæ ut ſæpè dixi, & ſemper dicam ac ſperabo, in manibus Dei ſunt, neq; tamen ſola hæc conſideratio, quã audiſti, quod ſcilicet natalis hodie meus ſit, tantum uirium habuiſſet, ut me alijs implicitum curis, nunc ad calamum cogeret. Multi enim mihi natales redierũt dies, neq; unquam adeò rerũ labentiũ illecebris cõſopitus fuit, quin memoria uitæ fugacis expergiſcerer, & dicerem mecũ: En mortalis homuncio, anni ſpatio ſenior, mortiq; uicinior factus es. alia eſt ergo confeſsionis huius cauſa poten-

potentior, q̃ ni reſpuis paucis expediam. Opinio quædam peruetuſta, & ipſa rei nouitate mirabilis, ſed ea quæ ad probationem adducitur ratione mirabilior, dicunt enim, longa obſeruatione compertum, tertium & ſexageſimum uitæ annum, periculoſum ualde generi humano eſſe, uel inſigni calamitate aliqua, uel morte uel morbo corporis aut animi. quæ cum grauia ſingula, tamẽ grauiſsimũ ultimum, ſi tamen & uerum eſt. anni huius multi me minerunt, ſed qui nunc memoriæ ſe offerant. A. Gellius in Noctibus Atticis, Cenſorinus in libro quem de fæculis edidit, & Iulius Firmicus Maternus aſtrologus, neſcio an uerior cæteris, ſed profectò cũctis ornatior. quos ego legerim, libro quarto matheſeos rem iſtã curioſius excutit, rationem afferens, quaſi ipſa de re conſtet planeq; conueniat. Eſt autẽ hæc ratio quam præfatus ſum, mihi mirabilem uideri, quæ quanti ſit ponderis librent, qui his animum curis applicuerẽre, ego enim ex æquo fateor, & rem ipſam, & rei cauſam deſpicio, dicit autem, uitæ annos ſeptimum, ac nonum, naturali quadam, ſed latenti ratione damnoſos, & pernitiem ac diſcrimen peſtemq́ue aliquam afferre mortalibus, & hinc fieri ait, ut cũ & ſepties nouem, & nouies ſeptem, unum numerum efficiant, duobus infauſtis numeris in ſe uerſis, & in unum coëuntibus, illic duplex malum geminatumq́ue diſcrimen incidat, atque ideò ex his conſtans tertius & ſexageſimus annus infamis ſit, & à Graijs famoſo cognomine inſignitus, ab Aegyptijs uerò Androclas dictus quaſi effractor, quod humanã frangat, debilitetq́ue ſubſtantiam. adduntur et diſcriminum hoc in tempus erumpentium uaria nomina, accuſationes, inſidiæ, peregrinationes ancipites, naufragia, incendia & ruinæ, damna & patrimoniorum amiſsiones, uulnera, morbi, luctus ac mortes, minæ omnes horribiles, ſed horrorem omnem ſuperat, quam ſupra memorauimus, ægritudo animi, tanto peior his omnibus, quãtò animus corpore eſt melior, etſi ſuis careat bonis inſignior ſit iactura. q; s tàm imperterritus, ut iſta nõ metuat? poſſem ad pauoris cumulum, circa hoc tẽpus incidẽres, & Philoſophorũ, & ſanctorũ & principũ & tyrannorũ mortes interſerere, ſed terrorẽ minuere, nõ augere propoſitum eſt. uix enim ulla pars ætatis ab adoleſcentia in ſenium erit, quæ non aliquarum mortium illuſtrium rea ſit. Ego igitur iſta non metuo, illi fidens, q me ignarũ in hãc uitã induxit, & ab ipſis materni uteri dilexit anguſtijs, ſuæq; miſericordiæ cõplexus eſt radio, q; me in finẽ pari miſericordia proſecutus, opportuno tẽpore hic educet, q̃ cõtẽnentem ac peccantẽ nõ deſeruit, pœnitentẽ ac de ſe ſperantẽ, ſe amantẽ, precantẽq; nõ deſeret. Credo equidẽ, q; q̃ iſti terrifici homines minant nõ eueniẽt, et uel benè uiuẽti, uel benè uitæ uiuere cupiẽti, & malè uixiſſe toto animo dolenti, nullus uitæ amicus infœlix erit. et ſi q̃d horũ fortè accidat, p̃ter ultimũ illud, q; grauiſsimũ dixi, omnia me, etſi mors ipſa fuerit, adiuuãte illo, de q̃ ſcriptũ eſt: Et ſi ambulauero in medio umbræ mortis, nõ timebo mala, quoniã tu mecũ es. & iterũ: Nam etſi ambulauero in medio tribulationis Domine uiuificabis me, forti animo laturũ mortẽq; ipſam inter naturalia poſiturũ, ſpe immortalitatis inſup & reſurrectionis adhibita. quarũ primã boni & docti omnes habuerũt, ſecũda maximi etiã caruerũt uiri læti & intrepidi moriẽtes oſtẽderunt nobis, non modò nõ impoſsibilẽ, ſed nec ualdè difficilem mortis eſſe contemptũ. Tanta uerò luce rebus addita, uide, quã ſit turpis uerè Chriſtiano homini metus mortis. Annũ ego hũc immeritò, niſi fallor infamẽ, & uel nouũ nihil, uel p̃fectò nil terribile, ſi uir fuerim allaturum, hac die, & hac ipſa hora ſecurus ingrediar. ſcito enim: & ſciant ſiqui erunt, qui tàm humilem non faſtidiant originem ſcire, me anno ætatis huius ultimæ, quæ ab illo qui hanc mihi ſpem tribuit IESV CHRISTO & initium traxit, & nomen milleſimo trecenteſimo quarto, die lunæ uigeſima Iulij illuceſcente, commodum aurora, in Aretina urbe, in uico qui ortus dicitur, natũ eſſe. quæ dies, apud noſtros publica, & inſignis eſt nota, ea ſcilicet q; exules noſtri, qui ſe Aretium Bononiamq́ue contulerant, hinc illinc contractis in unum exercitibus, armati die illa, & ipſa fermè qua naſcebar hora, antequàm ſol iugis montium erumperet, ad portas primæ uenerunt, ſiqua fors fauiſſet, ferro exilium ulturi, isq́ue aduentus etſi inefficax fuerit, quia tàm magnis motibus, & ingenti omnia terrore concuſſerat, neſcio quidem, an adhuc eſt memoria hoſtium elapſus, ſed uſque ad hos proximos annos, uulgò percelebris fuit. hæc eadem hodie & lunæ dies, & uigeſima eſt Iulij, annus qui

tunc erat quartus, nunc sextus & sexagesimus est. mitte in digitos rationem, duo & sexaginta fluxerunt anni, ex quo uitæ huius in quietum limen attigi, & hac die, & hac hora, illehorrendus ut perhibent tertius ac sexagesimus incipit, sic si uerum dicere solitus es, nec iuuenum more, aliquot ipse tibi quoque nunc annos subtrahis, ego te in nascendi ordine, nouem annorum spatio antecessi. ecce tibi amice, diē primum, meæ huius uitæ mortalis exposui, ultimum quoq; libenter exponerem, sed ignotus est mihi. Frustrà Dauidicum illud ingemino: Notum fac mihi domine finem meum. sed cum omnes dies meos, tum illum præ cæteris regi seculorum recommendo, tu illum diem, si superstes fueris, ut cupio, ab amicis his meis, qui hoc uitæ stadium meum currunt, cum uenerit scies, quibus semper acerbus, semper oneratus ut Maro ait, dies ille uidebitur, cum principio tum fine collato, uitæ meæ quantulacunque fuerit percipies breuitatem, & dices illud ærumnosi senis: Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletus multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra. Proinde cum ex more nocte media surgenti, hæc mihi subitò in animum uenissent, calamum festinus arripui, ut ea tibi quàm primum nota facerem, uidebimus præstante Deo anni huius excursum. siquid infaustum accidet, dolitum te, non dubito, si mors aūt modò non turpis, ne doleas, quæso, neu queraris, ut enim nihil est filio indignius, quàm parentem infamare, sic nil homini difformius quam accusare naturam. sin quid lætius erit, quàm promittitur, gaudebis scio, & ego ipse, si me uita comitabitur, anni in fine gratulabor tecū, ut cum Gaio olim Asellio Augustus Cæsar, apud quem etiam anni huius est mentio, quod hunc scilicet senectutis scopulum euasero. Tu rei exitum intentus obserua, quidue mos tibi tuo tempore metuendum, aut sperandum, famosæ quę sententiæ quanta sit fides, in meo capite periculum fac. Et uale, seu uiuimus, seu morimur nostri memor, Ticini. XIII. Cal.. Augusti ad auroram.

Fran. Petrarcha amicis suis, S.

De senectute propria & eius bonis.

SEnui fateor, idq; iam amplius dissimulare, & si uelim nequeo, & si queam noli. Gaudete coëtanei, seu ad resistendum senio fortiores, seu ad occultandū ingeniosiores, seu ad credendū faciliores spei uanæ quæ de fallaci ac fugaci oritur iuuenta. ego clàm labētis æui blanditijs non credo, gaudete adhuc iuuenes qui uideri uultis, cedo ego, iam tempus est, uacuum quę uobis locum linquo. possidete illum pertinaciter, & tenete chyrographum ætatis. ex professo senex sum, ipse annos meos in speculo, alij in fronte legunt mea, mutatus est primus ille oris habitus, & lætum lumen oculorum mœsta ut aiunt, at ego sentio, læta nube reconditum, comæ labentes & cutis asperior, totoque uertice nix albescens, adesse ætatis hyemem nunciant. Gratias autē illi, qui nos à prima luce, aduesperam, & à prima ætate in senium prospectat ac regit. ego in hoc statu, non solum animi uires auctas, sed corporeum robur, ad studia solita, & honestos actus, nulla ex parte decreuisse sentio. nā ad alia inualidus fieri, & gaudeo, & nitor, & ætatē ipsam ieiunio, labore, uigilijs adiuuo. quibus omnibus, quotiens sic affectus sum, ut nihil turpe uel cogitare libeat, uel implere liceat, tūc ego Milone fortior, & Alcide, de meo corpore, quasi de antiquo hoste, q multa mihi & grauia bella cōmouerit, triūphare mihi uideor, in q animi mei capitoliū, uia sacra laureatos currus agere, tū rebelles affectus, ac pdomitas passiones in triūpho ferre insidiosissimam que uirtutis hostem reuictam nodis adamantinis, durisque compedibus uoluptatem. Itaque mirabitur fortasse aliquis, non hi tamen, quibus tam familiaris est uirtus, ut mirabilis esse desierit, unquam hercle mihi gratior fuit uita, q̄ dum cæteris odiosa esse incipit, sic me Deus qui gradatim prouexit ad ætatem hanc, de hac mortali & uana, ad illam ueram & æternam uitam prouehat, ut ego pluris facio diem unū huius maturi tēporis, quod iuuenes ferè omnes, dictu mirum, & cupiunt, & oderunt, q̄ illius floridi temporis annum, tot fluctuantem assiduè alterius motibus, & iuuenili uarietate uolubilem, utque illud Marci Catonis apud Tullium uerè quidem, licet impari uirtute mihi applicē. Siqs Deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, & in cuius uagina ualde recusem, nec uerò uelim, quasi decurso spatio, ad carceres à calce reuocari. neque enim unquam mihi

mihi probabitur intellectus ille Virgiliani uersus, apud Nonium Marcellum, libro de proprietate sermonum. Prudentissimè inquit noster Maro, diem partiens, primam partem, quasi eius ætatem pubere meliorem dixit nono libro:

Nunc adeò melior quoniam pars acta diei:

Prudentissimè, inq̄, nouī, sed tu dictū nō prudenter inflectis. nō de uita enim, sed de die Maro loqtur, cuius prima pars stomachi tumultibus, ac serotinis confusarum rerum uinculis explicita & immunis atque ob id magnis cogitatibus aptior dici solet, quanquam sobrijs animis, atq; corporibus omnis pars diei, ad omne bonū opus apta est. At q̄ ad ætatem uni uersam trahere niteris, quasi prima quæque pars sit melior, & si idem alibi Virgilius multiq; alij consentiant, & q̄ ad corpus attinet, negari penitus non possit, q̄ ad animū tamen, hoc est, nobilissimam nostri partem falso dici, nemo animi compos est qui dubitet, nisi fortè delyris senibus, hic ueniam damus, q̄ nō suo id uitio patiantur, sed ætatis. Solēt enim ut sese excusant, ætatem immeritam accusare, & morū culpam annis ascribere, cū reuera non sit senū delirare, sed sapere, ut uerò aliqd delirent, immò ut multi præuia ætas facit, error uiæ, termini parit errorem. q pergit, qua nō debet, peruenit quò nō uult. sic erroneā iuuentam, delira sequitur senectus. Contiguæ inuicem, & connexæ sunt ætates, & ut prima quæque sequentis iuditium præfert, sic quæq; ultima testimonium perhibet præcedētis, omnia fert ætas, inquit Maroneus pastor, & quod fateri oportet, est haud dubiè uel aduersa, uel onerosa memoriæ senectus, multitudine rerum ac pondere paucorum, facilis custodia est, & inopiæ argumentum sua omnia in promptu habere. Cæterum premit senectus memoriam, nō opprimit nec extinguit, q̄uis ,pmptior adolescentis, angustior tamē senis est memoria, pluriū recordat̄, sed cunctantius, plura enim uidit, plura audiuit, plura legit, plura didicit, plura uelut claubus abdidit, & multorum dominum, multa negligere est necesse, multæ illi sunt arculæ diù intactæ, & locupletis in morem, non cuncta quæ possidet ad manum habet, quærenda sunt, & eruenda, ut quæ sint reposita non amissa. quibusdam morbus, ingenium, memoriamq; abstulit, ætas nulli. nunquam sapiens iuuenis, ob senium delirauit, sæpè aūt insipiens adolescens, in senectute resipuit. quos igitur stultos senes uideas ac deliros, stolidi iuuenes fuerunt. nulla est ætatis culpa, quæ accepit reddere, alium eumque melior aliquando facere laus est. Multa quidem locus hic recepit, at non tempus, expector alibi, neque tamen festinatio tota uetuerit, pauca de multis inferre, quibus quod inter meam, uulgiq; sententiam interslit, aspicias quisquis hæc audies aut uidebis. Fuit mihi nūc quæ etiam supereſt. unus ex his, quos amicos uulgò dicimus, qui si tot essent, quot feruntur, melius uiueretur, homo iucundissimi conuictus. is cum semel ad me de more ueniens consedisset, circumspicies domum, non amplam sed ingenuam, supellectilem que non auream, sed honestam, thalamū uerò non tapetibus sericis, sed mūdis & candidis instratum paleis. erat enim hyems, & clarū in angulo, non incendium sed focū, cum deinde bibliothecam introgressus, & sæpè tacitus libellos numerare incipiens, diu nihil ageret, magni illos extimans, in quo certè non errabat, modo aliud quàm pecuniarium pretium cogitasset. arculam denique specioſissimam peregrini operis, & amici munus alterius intuens, atque auri plenam putans, cū nec aurum nec argentū inclusum haberet, sed & papyri & carminū plena esset. ad hæc insignes amicitias, & fauorē maximorū hominū reuoluēs animo, qbus me munitū atq; ornatū nouerat, & hæc singula & fortasse alia, in unū cōtrahēs, me q̄ fortunas q̄ meas non aliter, quàm Dionysium Democles admiratus, suspirans ad postremum ait. Heu, quid tibi omnium deest, præter unum solum, quod si adesset omnium fortunatissimus, pfectò mortaliū fores. id uerò etsi animo pūagirem quid intēderet, ut id unū tamen mihi notum faceret, orauī. illo ad literam Dauidico usus uerbo scilicet: Vt sciam quid desit mihi, qdue hoc esset q̄ fœlicitatem meam angustaret, cui si forsitan nosci cœpisset, aliquid remedij quæri posset. ad hæc ille altiori suspirio, Hoc, inqt, tale est, cui nec tuo, nec cuiusquam ingenio succurri potest, Sola ex omnibus iuuenta deest tibi, huic subridens: Noli, inquam, amice si me amas flere, quod iuuenis non sum, fle potius q̄ iuuenis fui. huc exordine dum solari hominem incipio, & docere ætatem, quam ille miraretur inutilem

ac periculosam. quam uerò contemneret utilẽ ac securam. & ſiquid in uita boni eſt, optimã uitæ partẽ eſſe, nõ me diutius loquentẽ paſſus, ſed perinde auerſatus, quaſi nouam ſibi hæreſim ingererem, colloquio ſe ſubtraxit. & erat tũc p̃ualida uirensq; ætas, ſed iam non amplius laſciua nõ florida, illi aũt uiro bono, ſed indocto miſerũ uidebatur adoleſcentiam præteriſſe. Et hæc quidem hiſtoria, nunc in animũ redit, ut ex unius opinione uulgus omne detegerem. unus enim cunctos error habet, unũ omnes ſentiũt. q ſi uitam omnem miſerã dicerent, forſitan nõ errarent, nunc errore miſerabili, q̃ miſerrima miſeriæ huius pars eſt, unã illam fœliciſsimam opinant̃, ſed linquamus uulgus, cũ ineptijs ſuis, cuius nõ modò totidẽ ſunt errores, quot cogitationes, quot uerba, quotq; actus, ſed tota uita error ac uanitas eſt, ipſi etiam docti ſæpè homines, in hoc errant & uulgi ueſtigijs eluſi, rectum iter deſerunt, ſicut & matureſcere doleant, & ſenectutem quam tot uotis pij illis parentes exoptarunt, magnis paſsibus aduentantem horreant, & adoleſcentiã ac iuuentam, non minori impetu profugas amplexi hæreant, & inuiti auellantur, inq́ue id ſemper, quod à tergo eſt irrito deſiderio atq; inani dulcedine retrahantur. Nec me negẽ in hac acie fortaſsis ali, quotiens fuiſſe irreditura, cupientiũ, ſed poſt q̃ ꝓpius acceſsi, ita mihi accidit, ut his quos è longinq̃ uiſus fallit, uidi enim formidabilia q̃ optabã, optabilia q̃ timebam. Scit Deus, ſcitq́ue animus meus, rerũ memor, & conſcius mearũ, quotiens fruſtrà ſuſpiraſſe puduerit, q̃ redire non poterant, & ſi poſſent, omni nixu redeuntibus obſiſtendum erat. ſed ideò reputans iuuenum, utcunq́ue ſuſpirijs ueniam do, niſi quos uulgi furoribus, quàm ſenum fortè domeſticorum ac prudentium potiùs acquieuiſſe conſilijs, uenia reddidit indignos. Senes uerò quos alieni conſilij non egentes feciſſe olim res ipſa debuerat, adhuc adoleſcentiam ſuſpirantes, qualium hodie plena ſunt omnia, prorſus & indignos uenia, & odio dignos puto. Ad ſummam, ſanè de omni ætate non iuuenum, ſed ſenum debet eſſe iuditium, eorumq; non omnium, ſed modeſtorum, quiq; animis quoq; ſenuerint, cæteri enim iuuenibus, immò & pueris annumerandi ſunt. Veri igitur ſenes, recti iudices ſunt ætatũ, malè enim q iuuenis fuit, contrà, nullus iuuenis ſenex fuit, aut futurus ue ſit nouit. Me iam unum ex idoneis iudicibus ipſa ætas, & ni fallor æquanimitas facit, quid ſum ſcio, quid eram memini, dum ætatis flore fœliciſsimus uidebar, uſque ad tædium notatus digitis, atque oculis multorum, quod & nunc maximè patior, ſed alio multumq́ue diſsimili quodammodo, temporibusq́ue collatis, & ſi ætas quælibet ſuas amaritudines ſuasq́ue dulcedines habeat, omnibus tamen ad libram actis, tranquillam & placidam & honeſtam ſenectutem, omnibus ætatibus præferendam cenſeo. dixi ſæpè & repeto haud ignarus contra multorum totius q́ue penè orbis ſententiam me loqui. nec ſum neſcius, ut ad curſum, utq́ue ad ſaltum, ad negotia, ad labores promptior robuſtiorq; eſt iuuenum ætas. impetuoſior præterea, atque feruentior, ſed neque conſtantior, neque conſultior, in quo uulgus ipſum mecum ſentit, neque in quo ualdè diſſentit animoſior. Cuius rei ratio ſi quæritur, præſto eſt. iuuenis enim uxorem ducere, filios gignere, opes, amicitias, potentiam, famam quærere, uoluptatibus frui, honoribus inſigniri, diu uiuere cogitat, quæ profectò metum mortis animo afferunt, prouidenti ad tàm multa, tàm uaria tempore opus eſſe, quod mors interueniens ablatura ſit. Seni hæc omnia retro ſunt, quæ ſeu iampridẽ habuit, atq; utſi fit, uſum ſatietas conſecuta eſt, ſeu illa quidem aut contemſit, ut uilia aut ut deſperata deſeruit: quibus ceſſantibus, unum iam ex omnibus cogitat benè mori, ipſa mortis uicinitate ſecurior. Magna pars enim rerum formidoloſior, è longinquo eſt. neque uerò placere mihi unquam potuit, quamuis adoleſcenti, & multo nunc minus ſeni, quod apud Ciceronem iure optimo Cato improbat Cecilianum illud: In ſenecta hoc miſerrimum ſentire, ea ætate ſe odioſum eſſe alteri, neq; illud Iudicis Gnoſij, tertio Troianæ hiſtoriæ ſcriptũ libro: Non dubiũ, inquit, cuiquam, qui contemptui ſit adoleſcentiæ ſenecta ætas. immò quidem hoc mihi eſt dubiũ, certũq; contrarium, laudabilẽ ſenectutem, & amori eſſe, & reuerentiæ atque honori, itaque uilis & inglorij cuiuſpiam uerba ſenis hæc iudico. Scit ſe eſſe bonis, neque contemptui, neque odio, neque pudorem uita illi, neque mors pauorem incutit, at q uitam omnẽ ꝓbris ac libidinib. impenderũt, q fœlicitatis ſuæ apicem, in corpore

corpore poſuerũt, dũ ad ſeniũ, hoc eſt, ad ætatẽ corporis & formæ & uiriũ cõſumptricẽ uiuẽdo puenerint, qd mirũ eſt, ſi fragiles ac deformes exterius, intus uacui & inanes, & literarũ inopes, & uirtutũ etiam nulli uſui, ſicut equi & muli quibus nõ eſt intellectus, & corporeũ robur eſſe deſijt, & q̃bus illos beſtialis uita ſimillimos fecit, tanq̃ ab auratis phaleris uectari dorũq; uſu regũ ad quadrigas ruſticas translati irrident̃, abijciũturq;. iocus ac ludibriũ iuuẽtutis. quando aũt apud Hebræos Dauid regẽ, apud Graios Neſtora, apud nos Fabium uel Catonẽ fuiſſe cõcẽptui auditũ eſt, & ſenuerant, ſed pars illa, q̃ maximè ualuerant, ſeniũ nõ timebat. Et quoniam ad ſupremũ gloriæ culmẽ euadere, paucorũ eſt, ne qs hinc diſſilus, humi hæreat, quot q̃tidie ſecũdi gradus honorati ſenes, ſeſe offerũt, q ſeipſos, qui familiam, qui patriã, ac p̃ualidam iuuentutẽ, cõſilio ſuo regant, quãuis corpore imbecilles, & attriti æuo, modò nõ animo languidi & enerues. hæc denicq; de hac re ſententia mea eſt, q̃ ſemp fuit, ſed nũc certior iudex ſim, ꝓbatione rei habita, nõ teſtib. tantũ, ſed experiẽtia. itaq; cũ de hoc ſæpè alibi, nuſq; tamẽ pluribus, multa de ignotis loq ueritus, etſi ſatis intelligã, hæc & illa uideri poſſe ſupuacua, cũ de his à M. Tullio curioſè admodũ uolumine integro diſputatũ ſit, ſed mihi & amicis, de me loqui quanq̃ nõ neceſſariũ dulce eſt. Nec me latet, qd nũc obijci diſſentientiũ poſsit argutijs, nondũ ſcilicet pueniſſe me ad uera ſenectutis incõmoda, eſſe ætatẽ iam nec floridam, nec uirentẽ adhuc, ſolidam tamen, ac ualentem, mutandũ ſtyliũ, cũ ad illa puenero, loqui me fortiter, nondũ annis inualidũ, dũ prima & recta ſenectus ut Satyricus ait, nec dũ terram curuus aſpicio, nec dũ auxiliari baculo, ſed pedibus me ferõ. Noui omnia, neq; ignoro, ætatem qualibet tripartitam eſſe, prima pars uiridis, unde apud Virgiliũ Viridis ſenectus. ſecunda uerò dicitur adulta, tertia aũt præceps. unde & ſuam p̃cipitẽ ſenectutem, uocat Cicero, ea ꝓrſus ætate, qua nunc ego ſum, cũ mea nõdum p̃ceps, ſed adhuc Dei munere uiridis ſit ſenectus. iam ſenectus tamẽ, iam nõ amplius iuuẽtus, quiſquis ætatum terminos metator figat. Cum illuc ergo perueniam, ſi perueniam, tamen lætiora fortaſsitan quàm dicunt̃ inuenia, ſic ex ſimilibus auguror, ſic à doctis ſenib. audiui, ſin quid aliter, ac ſperauerim inuenero, quid putas acturus ſim? an fortaſsis Senecæ cõſilio, pſiliam ex ædificio putrido ac ruenti. abſit ab anima mea furor ille, ego uerò reſiſtã, et obſtabo dũ potero, neq; me falſæ libertatis appetitus p̃ceps aget, in ueram ſeruitutem, uident̃ enim morte uolũtaria, quaſi calle cõpendiario morbi uiui, ſeu inſignẽ aliquam fortunæ iniuriam uitare, nec attendũt, q̃to iniurioſior quiſq;, ſibi hoc cõſilio, quàm cuiq; ſua fors ſit. Illa enim ultra temporalem nihil, hi æternã, ſibi mortẽ inferũt. cæterũ hæc ſpecies euadẽdi, q̃ ceu p̃ruptũ iter, tanti ingenij uirũ, in ſententiam tàm infamem traxit, ut diceret. Inueniri etiam profeſſos ſapientiã, qui uim inferendam uitæ ſuæ negent, & nephas iudicent, ipſum interemptorem ſui fieri & bonũ exitũ eſſe, quem natura decreuit. Mirũ ualde ex ore p̃ſertim docti hominis, morũq; & uitæ hominũ magiſtri, quaſi rem nouã inueniri ait, qui hæc diceret, cum uerus ſapientiæ profeſſor, nullus inueniatur, qui non idem dicat ac ſentiat, ipſe tamen, eum qui hæc dicit, non uidere ait ſe uiam libertatis claudere, ita enim libertatis amor, ſuiipſius hoſtem fecerat. quanto melius amici Senecæ, Cicero & Maro, multiq́ue alij, ſed hos ille familiariſsimos habuit, quo magis miror, tales eum uiros, uel obliuiſci potuiſſe uel ſpernere, apud primum quidem Africano minori properandæ mortis conſilia uoluenti, ſic reſpõdet Paulus pater. Nõ eſt ita, inquit, niſi enim cũ Deus is, cuius hoc tẽplũ eſt. omne q̃ cõſpicis, iſtis te corporis cuſtodijs liberauerit, huc tibi aditus patere nõ poteſt. in cœlũ ſcilicet ubi colloquiũ fingebat̃. mitto alia, notiſsimus enim locus eſt. ſecũdus uerò cũ de his ageret, qui ſibi lætum inſontes peperẽre manu lucemq; peroſi, proiecẽre animas, mox addidit:

Quam uellent æthere in alto,
Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

Sic eſt quidẽ, dũ p̃cipitio fugiunt, labores in maiores ruunt, ita ut q̃s paulo ante iacturã animæ declinabant, cogantur optare, fruſtrà id tamen, nam ſic ſequitur: Fata obſtant, & q̃ notiſsima, quoq; ſunt reliqua. nõ oppono nunc alios Senecæ, & p̃ſertim noſtros, quibus tàm impia, tãq; inſana ſententia illa eſt, ut eã nec aurib. dignentur excipere. ſat eſt illi ſuos obieciſſe, nõ quoslibet, ſed eloquij Princeps latini. Poſſet utcũq; cõſilium migrandi ex ædificio

molesto,nō dico prudētis esse,sed fortasse magni animi,siqs sibiipsi ædificiū elegisset, nūe ab illo cœlesti rege deputatum,peregrinanti animæ,sine offensa contēptuq; domini linquere.nō modò igitur ex ædificio quolibet inamœno,sed nec ex uinclis asperrimis migrabo,nisi q me iūxit absoluat,semp̄q; mihi magis placuit,hac in re mollis & fortunati Regis, q̄ seueri Philosophi iuditiū.siquidē Darius rex Persarū,bello uictus, desperatis rebus, dū suos hortaret, ut sibi q̄sq; cōsuleret,cur nō ipse uel morte ludibriū uitæ imminens uitaret, rationē reddidit his uerbis.Ego,inquit,hic legē fati mei expecto.forsitan mireris quod uitā nō finiam,alieno scelere q̄ meo mori malo.ego quoq;, q̄sq; me status seu corporis,seu reliquarū rerū manet,sortem meam p̄meditatus operiar,uidero q̄d de me hic,quidue alibi sanxerit rex meus,& sic illo p̄stante nitar animū formare, ut quicquid erit, lætè si dabitur, aut saltem fortiter patienterq; suscipiat.Interim senectutis iniuriam adhuc nullam sentio, nullasq; molestias,iucunda autem multa.nec assentior quidem Terentiano Chremeti, senectutem ipsam morbum esse,nisi unum forsan adieceris,quo sit plenior sententia, ut dicatur senectus morbus corporis sanitasq; animæ.Ad hanc ætatem alacris, eo iam eius primos fines introeo,quosq;,ut dix,præcipites sibi uocat Cicero,ad Augustum scribens,hos mihi planissimos facillimosq; comperio.millia ibi tamen querulorum.uiuere cupientium gementiūq; q̄ uixerint,unus ego si potero,sine negotijs, sine iurgijs senescam. Quid futuri temporis uerbo utor,iam senesco,iam senui, neque interloquendū quod sæpè accidit principij sum oblitus.Senui,inquam,naturæq; gratiam habeo, seu meiter hoc explere uoluerit,quanq̄ post senectutem nihil sit,nisi senīū & mors,illud pars ultima senectutis. Hæc aūt uitæ finis,seu supremo labori meo parere maluerit,& si ubicūq; uiator desinit, illic uitæ terminus,laborq; ultimus sit.Neq; enim refert,q̄tum ire potuerit,si plus nō iuit, certè ego rei huius arbitrium,curamq; omnem illi commisi,apud quem ut scriptum est, gressus hominis dirigentur,apud quem præfixus est terminus eius,& numerus mensium,& dierum, mille anni tanq; dies externa q̄ præterijt.Ipse uocabit me,& ego respondebo sibi,bona utinā & salubri fiducia.Procedo interea indies lætior,& coēuis meis adhuc reluctantibus, & sequacib. nostris dico,Venite securi,nolite trepidare,nolite senes miseros audire,qui sima larū cupidinū nodis explicitos,nō aliter flent,q̄ flere implicitos decebat.nolite illis propter senectutē credere,q̄ superficie uenerabiles,uel inuitos facit.senectus, quo per medias uitæ procellās.pergitis,nō est qualem ferūt,molestissima illis omnis ætas fuit,stultitiæ uitiū non ætatis,docti modestiq; hominis senectus,pacatis animi fluctib. incōcussa, & relictis retrò litium ac laborū scopulis, ac q̄busdam q̄etis atq; ocij,uelut apricis collib. rerū turbini obiectis,circūsepta & tranqlla est. Ite modò,festinate ut facitis,ubi timebatis naufragiū portus est.O uenerāda ante alios senectus,ô diu optata,ô ne quicq̄ formidata mortalib. & si nosci cœpis,fœlix ætas.indignus est ad te puenire,q te metuit,indignus puenisse q te accusat. ego te semp optaui,nunq̄ timui,ego tibi appropinquāti,quoad licuit obuiā processi,ego te uotis expetitam,& præoccupatā animo,aliquando & p̄sentem teneo,& amplector, ô bona malorū uictrix affectuū,expultrixq; optima libidinū pessimarū, tibi uni post Deū tribuo,q̄ p̄duris compedibus,& tristi carcere relaxatis,liber tandē meiq; iuris esse incipio.Sera quidē fatear,at quò serior,eò gratior libertas. Hæc perdita,mœstam mihi iuuentutē fecit, hæc reddita senectutē lætā facit.rarū spectaculū sed uerū,quā omnes passim, sed ante alios Virgilius totiens tristem uocat,eam mihi obtigisse lætissimam,utinam Socrates & Lelius mei uiuerent,si tamē id etiam illis placitum esset,multiq;e alij qui mecum ab adolescentia uixerunt,sed & multi adhuc superant.si mentior, multi possunt teste redargui, adolescentiam mihi iuuentamq;e curis grauem ac subtristem fuisse, notum est, quippè pugnantibus inter se animæ partibus, & dissensione perpetua, ac ciuilibus uelut bellis uitæ statum pacemq;e turbantibus.Magnarū opum ualdè auidus,nunq̄ fui,sed mediocritatē quā amare iam didici, nondum ferre dideram, & iuuenilibus alijs urebar ardoribus, atque ipse mihi pondus & labor,& suppliciū factus eram,ut nil penitus uoto meo magis aduersum sit,q̄ redire,etsi liceat ad illas animi tēpestates, unde euasisse salua puppe me gaudeo,& diuinū munus agnosco. nā q̄d amicis senib. optari solita est iuuētus,cū ea p̄scriptione, ut idē animus

animus,eadem q;e grauitas maneat,tranquillitas morum,ac modestia,& sapientia rerūq; experientia,& scientia literarum,ornamenta demum omnia,quæ faciunt uenerabilem senectutem dupliciter uanū est,præter ætatis enim iter irremeabile,quo tamē multos à morte ad uitam,nullū prorsus à senio ad iuuentam redijsse legimus,impossibilitas est alia,neq; enim possibile magis est,senilē animū iuueni esse,q̄ iuuenile corpus seni,cur amicis ergo, magis optant iuuētutem doctam sobriamq;,q̄ solidam ac stolidam senectutem, nisi quod ad annos libidinū amicos,quando aliter non potest,cogitando saltem, anxia mens recurrit,& turbulentissimos motus illos,quorum uelut hostium è manibus cum cupidissimè fugerim,si ad eos reuerti cupiam,non amens modò,sed insanus sim, quosque in me ratio, quoniam sola non poterat,postquàm tempore adiuta compescuit,tum demum benè mihi esse primū cœpit,atque ita intus, & extra sensum immutari uisus sum, quasi coruus in cygnum transformarer,& candorem animi comæ cādor adueheret.Hæc tàm multa præcupidè uobiscum dixerim,amici,de ætate malè cognita,sed iam mea,de me aūt nihil, q in ea cuius meriti sim qualisue,& quamdiu sim futurus,quando & qualiter digressurus nescio,nihil inquam,nisi hoc unum,quod senectutis ad laudem,cunctis quibus noscor audientib. p̄fiteor intrepidus, atq; affirmo.nec me tristior iuuenis,nec lætior senex, uos lætis securisq; senescite,& gaudete,& ualete mei memores. Ticini iii. Cal. Decembris.

Fran. Petrarcha Thomæ de Garbo Florentino, S.

De opinione & fortuna.

PEregrinam ac iucundam ualdè,nec minus spatiosam ac profundam colloquendi materiam attulisses,si uel hinc mihi satis ingenij esset,atq; ocij,uel tu inde sic quæsiuisses, ut respōsuro aliq̄d uacui reliquisses,sed cū fermè omnia q̄cunq; de hoc ipso,q̄ ex me quæris dici possunt,artificiosè admodū copioseq; dixeris,q̄d nisi de responsore me feceris miratorē.Renouasti planè mecum illud Saluatoris nostri,q Magistros legis interrogans,eos ipsos nisi obstructæ aures uerò essent,dum q̄rit edocet,& certè uirorū excellentium de re qualibet inquisitio diligens,atq; arguta dubitatio disciplinam tacitam ac latentem p̄fert,neque enim nisi magnis ex causis mouentur,quas dum dubij explicāt, sæpè illos quibus nil dubij illic erat,excitant instruuntq;,id si unquam alàs,nec præsertim te q̄rente accidit. de opinione siquidem ac fortuna,pulchram atq; ambiguā quæstionē, nominatim mihi, uerè aūt omnib. in cōmune utilem moues. quæ nam scilicet harū sit potētior,cū utrāq; potētissimam fateāre.ponis primū opinionis miros ac multiplices effectus,atq; adeò uiolentos, ut hucilluc imbecillē animam,alternis motib. sic impellant,ut sæpè illi ueritas uicta succūbat. q̄ utinam non tàm crebrū uulgatūq; esset,neq; q̄ iam in prouerbiū abijt,omnia sic opinionibus tenerentē. Nam q̄d est aliud,ut de meipso etiam aliq̄d loquar,q̄ alter amplissimas inter opes,inops,alter in summa paupertate ditissimus uiuit.q̄d hic,inquā, causæ est, nisi opinio utriusq;,q̄ illi diuitias suas angustat,& plurīū egestatem ingerit, hinc diuitē rēpsentat inopiam,sollicitecq; cōtemptū auaritiæ persuadet,contento bonis suis animo, & quicq̄d ac cesserit pondus non diuitias opinantis.quid q̄ optimè ualentes,flere ægros ac phreneticos ridere,ac gestire lætitia uidemus?q̄d uera non ualeat,si falsa tantū ualet opinio? quid illud, q̄ q̄sæpè propriè fragilem & angustū postem,humo proximū,rectus incesserat,solidæ & angustæ turris in uertice tremens stetit,item pes,qui fuerat, currumq;e & laterum uigor idem,uis oculorum eadem,locus ipse,cui insistitur stabilior firmiorq; opinio sola debilior, dicam an ualidior,quæ sic animi solitū robur excutiat,ut q̄ in tremulo stabat,tremat in stabili.Legisti ut Cassius eorum unus,qui Iul. Cæsari nō dico impias ac sceleste,ne quæstionem adhuc dubiam p̄tereundo diffiniam, sed audaces certè manus intulerant, in campis Thessalicis, res illuc Romanas ciuilibus furijs rursus urgentibus, sic opinione uehementissima circūuentus,atq; obrutus, Cæsarē ipsum obuiam habuit armatū, & adacto equo stimulis in se ruentē,ut quem uiuū & imperantem ferire nō timuerat,sepulto atq; exanimi tergū daret,exclamans,plenum illud formidinis atq; erroris.de Pauli quidē raptu dubitari potest,quoniam idem ipse,an in corpore an extra corpus fuerit se nescire ait,sed p̄fectò Franciscistigmata,hinc principiū habuêre,CHRISTI mortē tā iugi & ualida meditatione complexi,ut cū eam in se iamdudū animo transtulisset,& cruci affixus ipse,sibi suo cū do-

mino uideretur, tandem ab animo in corpus uerã rei effigiem, pia transferret opinio. mitto illã opinionũ pestiferam uim, q̃ totũ orbem uastat atque inficit, ꝙ cũ pauciss̃imis & ꝓpè ĩ nulli scientia, aut uirtus in pretio sit, cũctis ferè mortalib. opes, imperia, uoluptates, summa quædam & p̃cipua bona sunt. Quæ res una, maximè in has miserias, quas uidemus morta lia corda præcipitat, quid hoc enim, nisi opinionũ infinita peruersitas, quam malorũ fontẽ omniũ q̃dam ponunt, nec puto fallãtur. sed q̃d longinqua, quidúe occulta uestigem, cũ do mi, incp̃ oculis clariss̃imũ sit exemplũ. scis tu, quem Medicinæ ars omnium, nõ dico maxi mũ, ne de ignotis iudicem, sed haud dubiæ famosiss̃imum nũc habet, quàm flebiliter mol literꝛ, magna pars ægrorũ leues quoq; ferat angores, audis quotidie miserabiles illas uo ces, heu mihi afflicto, ꝙ ob crimen hæc patior? q̃d feci? quis unquam passus est talia? lõgæ sunt equidem, nec ignotæ Herculis atq; Promethei apud Tullĩũ querelæ. sed tu multas au dis, quas nec hi queruli, nec de his agentes Tragici cogitarunt. Cum interea summus, ecce hominum nostri orbis ingens Ligurum regnator, Galeaz Vicecomes hic iunior, cuius ad curam, te fama tui nominis è longinquo acciuit, pleno iam decennio podagram non in pedibus tantum, unde morbi illius nomen oritur, sed in manibus cubitisque at que humeris, & toto corpore patiatur acerrimam, ita ut iam partes inferiores, obtorpue rint, ueriusque contractis, immobiles, non gradiendi solum usu, sed effectu careant consi stendi, tàm inuicto tamen hæc animo perfert, tamque infracto, ut cum nos, qui circa illum uersamur extremos & intolerabiles, tàm dilecti capitis dolores, sine lachrymis non cernamus, solus ipse cruciatibus affectum atque confectum, quasi alienum ignoti? homi nis suum corpus aspiciat, & astantes in stuporem cogat, illius patientiæ magnitudo, mon strip̃ instar sit ingentis, hominem delicatiss̃imi corporis, summis in delitijs enutritum, & ꝙ indignationem ac dolorem minus forti animo auxisse potuerat, ætate nunc etiam florida, ac uirenti, insuper & dum membrorum obsequio usus est, peregrinationibus multis acma gnis, nec non bellis & armorum usu, & ludis equestribus glorioſum, nõ siccis modò oculis, sed serena fronte, in se illa ꝓpeti, quæ sani in alio mœsti uideant gementes? ꝙ. Interrogail los, q̃ diebus ac noctib. ei assistũt, dicent nunquam, uel dolẽtis interiectionẽ, uel indignan tis accentũ, ex ore eius auditũ, sed hoc semp. Multa mihi magnifica Deus fecit, si hocuñ incõmodũ, bonis tãtis immiscuit; nihil est ꝙ de domino meo q̃rar, sed sunt plurima de qui bus gratias agam. Sit nomen Domini benedictum. qua quidem æquanimitate, tàm insolita, & patientia tàm insigni, mihi fateor dignissimus uideretur, cui ualitudo prosperior da ta esset, nisi quod infallibilis Dei præscientia, omnia examussim librans, sæpè difficultates corporis, animæ tribuit ad salutẽ. necp̃ uerò patiẽtiam solam, in tantis asperitatib. exhibet, sed magnanimitatẽ quoq;, cõstantiã, ꝓuidentiam, largitatẽ, sollicitudinẽ, mitem lætis in re bus, imperterritum in aduersis animum, & quo nihil est mirabilius, in hoc corporis sui sta tu, interq; rerum motus & fortunæ minas, uniformitatem ac perpetuam alacritatem, & q̃ id genus necessaria nouit esse regnantibus. quibus ex rebus, illud Septimij Seueri Ro mani principis, in hoc nostro luce clarius eminet, Caput imperare non pedes. Delectant me de illo hactenus tecum loqui, cuius nostrum uterq; uirtutem diligit, morbum odit, cui tu omnẽ, si qua humano ingenio fieri potest, ego q̃ solam possum, uotis ac precibus opem fero, de q̃ idcirco prolixius agere, ipse mihi ꝓmisi, ꝙ & ipsum ad nos, & rẽ ad ꝓpositũ pti nere sum arbitratus, unde enim hæc tãta diuersitas. illũ leuia muliebriter, hũc grauia ferre uiriliter, nisi ex ea ipsa opinione, de qua loqmur, qua scilicet illi persuasum sit, dolorẽ omnẽ magnã esse miseriã, huic contra, nil nisi in animo miserum esse, in quem si se erexerit nullũ miseriæ, nullũ passionibus aditũ patere. hæc prouide, q̃ in corpus incidunt, quamuis ama riuscula experimenta esse animi, materiamq; uirtutis difficilibus gaudentis, & mollia quæ libet execrantis, denicp̃ hinc extremũ illud, ꝙ alter tristis, ut magna pars mortalium, alter lætus moritur, quia uidelicet cum mors una sit, opinio est diuersa. Venio nunc ad epistolæ tuæ partẽ alterã, q̃ de fortuna est, cuius tu potentiã uerbis exaggeras, nec tu solus, sed fe rè omniũ ingenia, in hoc unũ pari nixu, uaria licet assertione, conueniunt. itaq; Crispus in omni re dominari fortunã ait, uellem uirtutẽ excerpsisset, Cicero humanarũ dominã rerũ dixit, qua in re Virgilius ab illo, quem in multis sequitur Homero, eousque dissentit, ut eũ

apud

apud illum nusquam sit fortunæ nomen, ut perhibẽt, ꝙ nihil illa esse cẽseret, apud hũc no strum, non nominata potẽs? ꝙ duntaxat, sed quodam loco omnipotens, etiã sit fortuna, nec me fugit quosdam nostrorũ, & olim, ꝙ ab Augustino iustiss̃imè apprehẽsum est, & nuper in cœlo illã posuisse, ceu numen aliquod, ꝙ mirari satis nequeo, nisi uulgi forsitan sequãtur errorem. de quo Satyricus loquens: *Ie inquit,*

Nos facimus fortuna deam, cœloq; locamus.

Turpe est aũt sapientiũ disciplinam, ut sequaces multos habeat, sequi uestigia delirantum, à quib. toto calle diuertere, ea demum summa philosophia est, passim certè multos, qui for tunam propitiã nõ uirtuti tantũ, sed diuino etiã auxilio anteponãt, & fortunæ amici malint esse q̃ Dei. Quamobrẽ nõ potest, nisi magnũ aliquid uideri, de quo ita docti sentiant & in docti, in multis dissonũ humanũ genus, ita consonet. Quid hic dicam, aut quid extimem. non mihi qui de bona fortuna inscribitur Aristotelis libellus ignotus est, nec Ciceronis il lud oblitus sum, Magnã uim esse in fortuna, in utramq; partẽ, uel secũdas ad res uel aduer sas. quis ignorat? nam & cũ ꝓspero flatu eius utimur, ad exitus quehimur optatos, & cũ re flauit, affligimur. Sed cum hoc simul illud Lactãtij memini uerba ista discurrentis, Primum enim, inquit, qui negat sciri posse quicquam, si hoc dixit, tanquàm & ipse, & omnes sciant, deinde qui etiã q̃ uera sunt dubia conetur efficere, hoc putauit esse clarũ, ꝙ illi esse debuit, uel maximè dubiũ. nam sapienti animo f. lsum est. Quis, inquit, nescit. ego uerò nescio, do ceat me si potest, q̃ sit illa uis, q flatus iste, & qui reflatus. turpè igitur hominẽ ingeniosum id dicere ꝙ si neges, probare non possit, postremo ꝙ is qui dicit, ad sensus etiã retinẽdos, ꝙ stulti sit hominis, rebus incognitis temerè assentire. Is planè uulgi, & imperitorũ opinioni bus credit, quàm fortunã putet esse, quæ tribuat hominib. bona uel mala. hæc Lactãtij forsã ante tempus inserui, quod directè proximis Ciceronianis illis, aduersa erant. Rursum uerò non sum nescius, Augustinum, quod in opere suo quodam, sæpè fortuna nominasset, ne ab alio reprehendi posset, consultò id quidem, ac prouidenter, ut reliqua. ceterùm uir ille san ctiss̃imus, & de sacris agens rebus, non immeritò prophanum fortunæ nomen exhorruit, ego aũt peccator, & utrũq; secularib. olim studijs occupatus, millies nomen. hoc literulis meis inseruisse uideor, nempè quo & uulgi ora, & doctorum libros hominum plenos no ueram, quin etiam adeò me nominis huius non pœnituit, ut nouissimè de utriusq; fortunæ remedijs, libellum scripserim, non fortunã duplicem, sed bifrontem statuens, de quo libro q̃d alijs uideatur, eorũ sit iudiciũ, q̃ audierint aut legerint. Ego ex quo ad exitũ ductus est, nec ex illo profundè aliquid degustaui, nec experiri fuit, quantum meis ipse consilijs adiu uare, eò tamẽ mihi probatior factus est, quo illum quibusdam magnis ingenijs gratum ual dè & optatum sensi. De hac igitur re, tàm trita, cuius, ut dixi, non modò sæpissimè mentio nem feci, sed etiam nominatim scripsi, quamuis uulgatum et publicatum loquendi morem secutus, id fecerim, quod mihi ad uulgares sæpius, quã ad Philosophos sermo esset, de hac inquam, in archano mei pectoris, ubi multa & nota mihi cũ populo lis est, quid uerè senti am sæpè breuibus attigi, quasi eminus uibrans meæ aciem qualiscunq; sententiæ & nunc, quoniam cogis expressius attingendum, de quo fateor, ut de alijs multis, aliquanto libenti us audirem, quod & utillius id reor & tutius, sed interrogationem tãti uiri dissimulare nõ potui. Scio igitur ut audisti, magnos uiros scripsisse de fortuna, & me paruum scio, nomen que istud & secularibus scriptoribus usitatum, nec intactum sacris. teneo Augustinum ip sum, dum de fato ageret, quod nescio an idem, quod fortuna, an consanguineus sit illius, inter multa dixisse, Nisi fortè fatum à fando dictum intelligamus, id est aliquando nõ enim abnuere possimus, esse scriptũ in literis sacris, semel locutus est Deus, quod enim dictum est, semel locutus est, intelligitur immobiliter, hoc est incommutabiliter, est locutus, hac ita ꝙ ratione possemus, à fando fatum appellare, nisi hoc nomen, iã in alia re soleret intelligi, quo corda hominũ nolumus inclinari. Et eodẽ libro, Prorsus, inqt, diuina ꝓuidẽtia regna cõstituunt humana. q̃ si ꝓpterea, quisquã fato tribuit, quia ipsam Dei uoluntatẽ uel potẽ statẽ, fati nomine appellat, sententiã teneat, linguã corrigat. etsi, hercle, sic accipiat, ego q̃q; magnum quoddã & ineluctabile fatũ, ut Maro ait, seu fortunã nõ inficior. Si enim tàm ma gna, tamq; urgentia principũ mortaliũ sunt ꝑcepta, quã maxima extimãda sint diuini oris

edicta, etsi non posse equidem fata mutari, sed trahi posse, Homerica primum, post Virgiliana sit fictio, uerè tamen nec mutari nullatenus, nec differri queunt, nec uis ulla, nec fuga, nec tergiuersatio, nec dilatio locum habet. At ut uulgus, nec exigua literatorum, quoq; hominum pars accipit, fortunæ nomen, clarè fateor, nec indocti uereor infamiam, credere me nihil esse fortunam. Quæ res forsan in primis, facti me rationem, qui de eo scripserim, quod uel scirem, nihil esse uel crederem. respondebo: Me de fortuna quidem nihil, sed de remedijs contra illam, quæ fortuna dicit, scribentem collegisse, quæ mulcere uel augere humanum animũ uisa sunt. quæ quoniã uulgò fortuita dicerentur, nomẽ antiquũ tenui, ne lectorẽ uerbi controuersia deterrerem, & scriptis alienarem & scribenti, scio ego persuasum publicè, quotiens fortè quid accidit, & absq; apparentibus causis (sine causa enim nihil accidit) id esse fortuitum, eamq; Fortunam dici. Exempli causa: Pater familias peregrè profecturus, & nulli fisus, thesaurũ humi infodit, q; rediẽs inueniret, fuitq; nec redijt. Longum post tẽpus, rusticus terrã fodiens, aut fundamẽtum iaciens architectus, id reperit, non hoc ille mente egerat, non hoc iste quærebat, sed ille ut thesaurũ absconderet, hic ut agrum coleret, seu domum strueret. Fortuna, inquiũt, fuit amborũ. illius ut perderet, huius ut inueniret. Ego hãc rẽ multis apertissimam, non discerno, eũ qui thesaurũ abdidit patrẽfamilias, fuisse scio, eum qui architectũ uel agricolam quod reperit aurũ uel argentũ uel tale aliquid quo repperit, uomerem seu ligonem, quo illum ageret manus, brachia, boues, stiuã, & quæ sunt generis huiusce. Vadit aliquis uel Bononiã ut studeat, uel ut oret Romã, nõ expectatos in latrones lapsus, occiditur. reuertebatur ab exilio Marcellus, & læto animo patriam repetebat, sed ab hoste impio præuẽtus occubuit. Talis erat, inquit, horũ omniũ fortuna. Ego uerò adolescentẽ studiosum, & deuotũ peregrinũ, & utriusq; iter, & præterea ciuem bonũ, immeritũ, exulem, & exilij locũ Mithylenas, & Athenas cædis & latrones atq; hostes obuios, & mucrones, & incursus, & ictus, & sanguinẽ, & omnino res ipsas atq; actus agentesq; & euentus rerũ uideo. Hæc inter quæro fortunã, de qua sermo est, nihil inuenio præter nudũ nomen. Nãsi ipse rerũ accidentiũ inopinus ac subitus euẽtus Fortuna dicit, quæ diffinitio nõnullorũ est, satis ex hoc ipso rei ueritas, nisi fallor elicit, horũ enim, & similium euẽtus, quis est alius, q̃ uulnera et mortes & spolia, quorũ auctores, nec fortuna nec fatum, nec omnino alij, quã homines ueri sunt, his atq; alijs inductus, fortunã per seipsam nihil esse dicẽtib. assentiri cogor, de quo, ne aliena mihi tribuã, à multis inter quos ab his quorum suprà memini, Augustino & Lactãtio Firmiano, institutionũ libro, & argutè satis, ut arbitror & fideliter disputatum est. Benè igitur & piè Christianissimi illi fratres, pro ueritate cõprehensi torquẽdiq;, ac mactandi, cũ fortunæ mentionẽ iudex impius fecisset, breui ac præcisa, nec minus uera sentẽtia, fortunã Christianos nescire, pfessi sunt, quos magnorum hominũ fulcit auctoritas. Nã ut sileã, duos illos, q̃s pauloante nõ silui, qui hoc ipsum sæpissime replicãt, & Ambrosio fata nulla, & Hieronymo nec fatũ, nec fortunã esse uisum uideo. Ad summã ergo, sermo mihi uulgaris, ut intelligar de re ipsa, hoc iuditiũ meũ est, si forte sse nõ sat uulgare, nõ sat philosophicũ, piũ puto, idq; mihi sat est. Quod qdẽ sæpè mihi olim dictũ, sæpè scriptũ, nũquã tamẽ apertius. sentio enim, neq; cõtrariã opinionẽ, de cuius potestate primũ diximus, humanis affixam præcordijs, & alto errore radicata extirpari, nec loquẽdi morẽ publicũ mutari posse, atq; ideò pacẽ quærẽs, nõ unq̃ loquar, ut plurimi, sentiã semp ut pauci. Sin fortasis utar sæpe aduerbijs, à fortuna dictis, cũ fortunã ipsam nihil esse dicã, si ergo uerior illa sententia, neq; enim tanti archani diffinitorẽ me profiteor, eorũ scilicet qui uolũt, ut aliqd sit fortuna, uel, puidentia ipsa Dei occultis homini, sed sibi notissimis causis agẽs, atq; agitãs res humanas, seu q̃d qbusdã placuit, puidentiæ ministra, & diuinarũ uoluntatũ executrix quædã, nescioq; cũ scriptũ sit, ipse dixit & facta sunt. sed si ita esset, nulli dubiũ, quãuis opinio intra hominẽ ipsum sit, fortuna aũt exterius opinione, illã tamẽ esse ualidiorẽ. Nẽpè & opinioni & animæ, cui illa insit opinio, & corpori, & reb. omnibus imperantẽ, Dixi, ecce, q; occurrit ex tẽpore, inter occupationes multas, & libros nullos, & curas itineris, totus animo in id uersus, doctis omnibus, ante alios tibi, amice rei huius certiore iuditio reseruato, si quid compertum mihi præscripseris, amplexurus. Vale. Ticini v. Idus Nouembris.

Fran.

Fran. Petrarcha Luchino de Verme Equiti Veronensi, S.

Contra Thurcos profectum, exhortatur ad reditum.

TEnes ut arbitror memoria, nunquam mihi tuum hoc iter placuisse. quamuis enim in se pium, & iustis ex causis susceptũ, non sat tamen aut præsidijs, aut ea quæ primum in bellis præcipuum locum tenet, prouidentia circunspectum, ab initio uisum erat. q; non esset, si ut nuper aduersus rebellantem Cretam primus, sic nunc aduersus Assyriam dux esses, sed nõ ita est. illic enim tuis hic alienis auspicijs rem geris, itaque magis ac magis, indies mora mihi inuisa ac suspecta est tua, nescio enim, qd insoliti metus incidit, quem irritũ cœlites uelint, iam mihi tamen, ut uerum fatear, in augurium uergit, scis quàm fragili stamine pendent res humanæ, neq; aër ille, neq; comitatus, neq; curæ tuæ conueniunt naturæ. redde te nobis, & propera oramus, omnis dies anno longior expectãti est, redde tuorum oculis exoptatam lucem, auser animis desiderium tui, iugi denicq; nos pauore libera, uano utinam, graui tamen, & iam certè nimium diuturno, ueni ergo. Nam si iusti ut cæderes inuidiæ, quod magni aliquotiens fecerunt uiri, ecce tibi illa iam cedit. si fastidio identitatis, satis superq; iam uariatum est, sin multa uidendi studio, quod necessarium claris futuris uiris, clari quidam uiri extimant:

Etiam multa & certa experientia rerum exterarum longaq;
Externorum bellorum occasione circumactus,

tempus est, ut nostri uicissim desiderio teneãre, demum quolibet animo hinc abisti, de proposito tui summa, dubium nulli fuit, quæ profectò alia non fuit, quàm ut quotidiano illo tuo more, te meliorem faceres. Iam melior factus, redi &. Vale. Ticini *IIII.* Idus Decembris.

Fran. Petrarcha Iacobo de Verme, S.

De Luchini patris obitu.

OInsidiosa sæpius sors hominum, quàm fortunam uocãt, & blanditijs fallax, sed interdum minax, quodq; est factura prænuncians, hoc nũc more ultimò usa est mecum, siue ulla, siue alti or' potestas, de qua quæri nephas, nihil insidijs auctum est, uulnus hoc fateor, diù ante prouideram, sed impendẽtia euadere difficilè est, præsertim. quæ ita in alterius manu sunt, ut nullæ nobis in his partes, uel ingenij uel industriæ sint relictæ. Horrebat animus mœstis augurijs, & toto corpore cõtremiscẽs, cogitabam semper odiosam mihi, magnanimi tui patris absentiã, semperq; præsagiens, metuensq; quod accidit, ne scilicet rarum illud nostræ ætatis & patriæ nostræ decus, cuius pars æthera cœlo debita erat, & nunc reddita est, terrestris Italiæ atq; Athesi nobis, pro hac parte ultima Thrax Ebrus atque Euxinus eriperent. super quo, non tacui, quin & illum, & funestam moram, literis ac nũciorum linguis increpui. sed fortasse nec ipse aliud poterat, & inuictos humeros, imperiosa necessitas, atque instantis ruinæ pondus urgebat. Sic erat in fatis, inquit Naso, immò uerò hæc uoluntas Dei erat, ut qui à prima adolescentia, iusta arma semper induerat, expeditione nouissima, contra hostes fidei, pro pietate ac religione susceptа, honestissima omnium sanctissimaq; militia, & armorum usu optimo, defuncti animus, ad illum, cui tot claras uictorias debebat, uirtute armatus, ac triumphaturus ascenderet, quoq; illum peruenisse cõfido fœlicilaborum fine inuento, quorum sibi nullas ferias uirtus dabat, & quoniam mortaliũ mortes flere, ut olim, iam nec ætatis nec propositi mei est, fœlicitati ego suæ gratulor, damnum meum tacitus mœstusq; prætereo. Literam quidem tuam fili legi, acri quadã & amara dulcedine, talis amici, multa mihi suspiria renouãtem, cui te similium fieri opto, inq; hoc summo ut studio niti uelis, hortor ac deprecor. sic amicos enim omnes, meq; in primis, magno gaudio cõplebis atq; sufficies, ut tali filio supstite, tãtus Pater planè nobis redditus uideat. Neq; uerò tibi, ut multis, difficilis ad gloriã uia est, habes domi ducẽ, quẽ mireris, quẽ sequaris, cuius ad imaginẽ te conformes. habes ante oculos speculũ, memoriã uiri illius incõparabilis, ac uirtutum omniũ exẽpla domestica, pronum opus, ad exemplar incorruptũ scribere, ultimũ est, ne ossa illius ex quo amicis manib. transfecta Bizantion, atque honorificè ibi recõdita didicisti, meo consilio amplius moueanẽ, sed in cœlis quiescente anima

illa

illa in terris, inq; urbe regia conquiescāt. tu fili charissimè, teq; tuam q́ue domum uiduam solare, & per uestigia tanti patris ageq; uiriliter & fœliciter. Vale. Ticini v. Idus Iunias.

Fran. Petrarcha, Donato Apennigenæ Grammatico, S.

De Pœnitentia, & ad hanc efficacibus sanctorum libris.

DVæ quidem nuper epistolæ tuæ, diuersis diebus à te scriptæ, nescio an & datæ etiam, si nulq; mihi redditæ, nec sine gaudio perlectæ, saliuam exciuerunt scribēdi plurima, sed occupationū memor, pressi impetū, una de mea q̄dē re familiari, q̄ q̄niā n mis una materia est, seorsū ut mos est meus ad illā respōdebo. altera uerò tuo de statu, illo inq̄ statu q̄ solus est tuus, præter quē cætera omnia, & breuia & caduca sūt, & nutu uolutur alterius, nō enim iam fortunæ tribuam, q̄ soleo, ne mihi aduerser, hoc unū uerū et propriū tuū bonū est, q̄ q; excipi tibi, nisi ipse cōsenseris nō potest, animæ statū dico, pœnitentia quo nil de te potsē lætius audire, ac cōfessione purgatū salutifera, de qua re multa olim à sanctissimis uiris dicta sunt. & nūc fortè aliquid à peccatore homine dici posset, si quantū animi tātū esset & temporis. faciam uerò q̄ elt proximū, et peculiare occupatorū omnium atque inopum, qui quos ope nequeunt, cōsilio adiuuāt amicos. Accede animo parumper, assūm tibi non lōgè, ut Argiuis quōdam ducib. illa infœlix apud Statiū nutrix, sed p̄nitidi mōstrator fontis, aquæ salientis in uitam æternam, nec uerebor, ne me meus interim serpens lædat, q̄ & mihi nullus Archemorus, & Mitridaticū est optimū, cōtemptus. q̄ p̄stare ipse nō ualeo, unde accipias dabo, & ad illud beatissimū ac Deo amabile par hominū te remittam, q̄s quia inuicem pius amor hic nexuit, & nunc Deo charitas æterna connectit, libenter ego etiam scribens, aut loquens, iungere soleo Ambrosium scilicet atq; Augustinū sacratissimas animas, & operatissimas cœlestis faui, ac diuini apes eloquij, hi enim de hoc, q̄ nunc agitur, hoc est de pœnitentia singula scripsêre uolumina, quibus nihil utilius, ad securum iter uitæ huius, & alterius spem. Est & Augustini opus aliud, q̄ Confessionum dicitur, tredecim distinctum libris. quorū in primis nouem ab extrema infantia, ac materno lacte uitæ, totius errores ac peccata omnia, in decimo aūt adhuc superstites peccati reliquias, & p̄sentē tūc uitæ suæ statum, in ultimis aūt tribus dubitationē suam, de scripturis sæpè, etiam ignorantiā cōfitetur. q̄ua confessione, doctissimum penè omniū qui fuerint, si q̄ est mihi iuditium se ostendit. Hūc librum intēto deuotoq; animo legere, si in consuetudinem deduxeris, spero te, pijs atq; salubribus nunquam lachrymis carituru, uerecundiæ quidem, sed expertus hoc dixerim, ut enim ductu eius quē diligis, ad hāc uidentior lectionem uenias, scito illū librū, mihi aditum fuisse, ad omnes sacras literas. quas ut humiles, & incomptas ac seculari bus impares, & nimio illarum amore & cōtemptu harum & opinione, de me falsa, atq; ut breuiter, & hoc ipse peccatum meū fatear, insolentia iuuenili, & dæmoniaco, ut intelligo clareq; uideo, nunc suggestu, diù tumidus adolescens fugi. Is liber me mutauit eatenus, nō dico ut uitia prima dimitterem, quæ uel hac utinam ætate dimiserim, sed ut ex illo sacras literas nec spernerem, nec odissem, immò uerò me paulatim horror ille mulceret, & inuitas aures recusantes q; ad se oculos traheret. Deniq; ut amare literas illas inciperem, & mirari & quærere atq; ex eis licet minus florum forsitan, at profectò plus fructuum, quàm ex illis alijs antea tàm dilectis elicere, nec; uerò dignum erat, nulla ex parte Christianū hominem Augustini eloquio mutari, cū ut ipse dicti operis libro tertio meminit Ciceronianus, eum adeò mutasset Hortensius. Has cōfessiones si aliunde nō inuenis, ego tibi exemplar destinabo, ut uel sic boni tui particeps fiam, quamuis ut puto, propinquius tibi sit apud insignē illū Philosophū, uerū theologum ac magistrum, cuius tuarum in altera literarum mentio erat, uel germanum eius, & professione uitæ parem & scientiæ, duo ueræ lumina suæ religionis Augustini nomē habentis, ac regulam, & Patauinæ geminum urbis decus eximium quos mihi non mea quidem, sed illorum uirtus spectata conciliat, quorumq; sententiam, de me, quamuis non tàm iuditiariam quàm paternam pluris facio, quàm detractorū omnium uipereas linguas, ac sibila, quos quotidie in meam famam plures certè, quàm credidi. & unde non credidi, nec ni fallor merui, feruidum inuidiæ uirus irritat. Sed de hoc alibi, sæpè multa q; mœstus dixerim, cogente materia. nunc ultrò breue hoc ad calamum uenit, atque indignationis auxilio, ne reppellerer obtinuit, undecūq; aūt ad manus tuas liber ille puenerit, poteris

poteris si placebit, & rebus consentaneū uidebitur, unū ex his, quæ olim in libris ipse meis scholastica curiositate præscribere solebam, meum distichon in primordio eius apponere. Id uerò est huiusmodi:

Hunc celer ad fontem deserta per arida pergat.
Quisquis eget lachrymis. quibus impia crimina tergat.

Hæc hactenus. Scripsêre & alij multi, res ad salutem utilissimas, de his loquor, non quæ scientia implent, & sæpè inflant, sed quæ deuotione humili, humanum animum accendūt, ut collationes patrū, & patrū uitas. quarū aliquæ nō pietate tantū, sed eloquentia referre mi ris modis, & lectorē adiuuant & delectant. qualis est Athanasij Antonius, cuius uita perlecta, multis profuit ad imitationē uitæ, q̄d ni, aūt cū Augustino ut ipse in octauo Cōfessionum refert, uel audita profuerit. qualis est. Et Seueri Martinus, & Hieronymi Hilariō, eiusdēq; uel Ioannes Aegyptius, uel Paulus primus heremita, quē placere tibi admodū sensi, nec immeritò. Est enim nescio, an deuotum an disertum magis, opusculū, nec; in hoc numero, prætereundi duo sunt Ioannis Chrysostomi deuotissimi libelli. quorū alter de Reparatione lapsi, de Cōpūctione cordis alter inscribitur. qui quoniā dinumerare omnes lōgū est tibi, cū uoles in nostro armariolo p̄sto erūt. His ut delitijs assuescas uelim, & his animū cibis pascas, mihi etenim crede, nullis in Hippocraticis aphorismis tāta ægris spes salutis, aut tàm certa remedia, nec te terreat, utilis consilij dilatio, satius est sero, q̄ nūquā respicere, immò uerò nil quod benè fiat, sero fit. etsi enim nō careat mora periculo, cedit illud tamen accedēte remedio, q̄ si efficax est, serum utiq; non est, moræq; secum ac periculi finis ad est Tragicum illud animo reuolue:

Nam sera nunquam est ad bonos mores uia.
Quem pœnitet peccasse penè est innocens.

Pium uerbum, etiam si à Catholico diceretur. Quam conuictū sanè meū tibi, amicitiamq; utilē dicis, ad scientiam, ad uirtutē, ad hanc ipsam deniq; uitæ mutationē, & confessionis ac pœnitentiæ amorē, uellē ueræ diceres, & fortasis sit est cæcitas amantiū, uerū putas, cū, q̄ pse cò p̄te raros nudosq; licet fidos monitus, horum nihil tibi, uel fuerim uel esse potuerim. Sunt fauillæ aūt in animis nostris, cinere terrestri obrutæ, & uelo carnis absconditæ, quas cū spiritus, qui ubi uult spirat, flando exciuerit, fomite amotis & spei cœlestis adhibito, sacrū subitò surgit incendium, in his maximè, qui propriū statū, & pericula uitæ præsentis intelligūt, quib. ego te amice cōnumero, Tu diuini operis, me in partē uocas, essem utinā tibi me isq; omnibus, uel doctrina utilis, uel exēplo. neutrū sū uereor q; ueræ, ultimo potius sinu damnosus. tuq; hoc ipse, si dimota parūper amoris nube, q̄ magnis quoq; iuditijs officit, per obstantes tenebras oculum figas, sole clarius uidebis. non hæc chare mihi, libens dico, libentius uel tacerē, uel gloriarer etiā si liceret. Sed nihil est ueritate potentius, illa me hinc cogit, inde autem amor tui, ne scilicet tuis in rebus rectus iudex, in meis tacito me labaris. Postremò, quod urgente stylum charitate dixisti, ad opes tibi, quoq; nō nihil nostram amicitiam contulisse, tale fuit, ut non magis admirationem mihi, q̄ risum pareret. ergo ego tibi ad diuitias profui, cui etsi non pecuniam, ac pecuniæ radices, curam, sollicitudinem ac tempus eripui, quem à plateis urbium, sæpè ad solitudinem & in syluas, sæpè à negotijs ad otium traxi. cui omnes æquè festos dies feci, cui denique & contemptum desidem, & exigui amorem, & quietis studium, & ad summam, totum meum gelu domesticæ incuriositatis affricui. itaque an hoc unum ludens dixeris, an prorsus in ratione rei familiaris errueris, incertum habeo. certè me duce diues nemo, quod nouerim, sed nonnulli pauperes facti sunt. qui si reditus pateat, diuites iterum fieri nolint, sed ut in te desinam, dij precor læta omnia, si diù tamen simul uiuimus, quanquam nullū hic diù, loquor autem de diuturnitate mortalium, uereor, ne tu in finem, iure optimo de me dicas, quod de præceptore suo Anthistene Cynicum Diogenem dicere solitum legisti. Ipse me, aiebat, mendicum fecit, ex diuite, & pro ampla domo, in dolio fecit habitare. Vale. seu tu diues, seu pauper nostri memor. Ticini IIII. Idus Iunias.

Fran.

Fran. Petrarcha Frederico Aretino, S.

De notorum modestia.

MAgnam, parua ex epistola tua, delectationem cœpi, summus illis lepos ac festiuitas inerat, quod his multo est melius, non exiguum sanè mentis indicium. Sorte lætus atq; cõtentus tua es, nil humanis in rebus utilius, nullus rectior, ad salutem trames, regna enim, & imperia, opesq; & potentiam optare omniũ, assequi paucorum est. optare autem q; assequi nequeas, quid est aliud, nisi q; habeas fastidientem, inefficaci animum labore consumere? tu ergo, quod mediocri uel tenui quoque gaudeas statu, laudo & probo, teq; his moribus ditiorem censeo, quàm si Crœsi atque Alexandri opes inopes, fragilemq; potentiam aceruasses. sic enim qua per hominem fieri potest, ut uulgariter loquar, fortunæ ad te aditum præclusisti, cuius ut uides, uitare illi impetum nequiuêre. mirum dictu, potentiæ domitrix, insolentis imbecillitate humili retunditur, more ignis, qui in obiectum maius acrius sæuit, ademptione leniendus obstantium, seu etiam extinguendus. Fortuna ergo hæc, quæ dicitur, nõ thesauros, nec munitas arces, nec instructas classes, nec prævalidos horret exercitus, quin his potius irritatur, atq; accenditur, quorũ totiẽs se victricẽ meminit, atq; unde sibi clarior nũc etiã sit triumphus. at frugalitatẽ, modestiã, fortitudinẽ, cõstantiã timet, à quibus victa se sæpissimè recordatur. Sic tu uitã q; multi spernerẽt, & querelis inanib. onerarẽt æquanimitate ac patiẽtia, nõ modò tolerabilẽ, sed iucũdam efficis ac fœlicẽ, ut nil habet peregrinatio hæc nostra miserius, sic nil cõmunius q; querelas. pauca sunt fateor in hac uita, q bus placendi causæ magnæ insint, sed hominibus natis humana omnia, uel accepta uel minime certè flebilia esse debent. Magnæ aũt parti hominũ, nihil omniũ placet, nisi q; uel asse qui nequeũt, uel seruare, hinc indignationes iræq;, & de sua sorte cuilibet querimoniæ immortales, ærumnosior sanè est inter delitias, mœstus ac querulus, quàm in supplicibus, aut paupertate tranquillus. quales multos fuisse, & audimus & uidimus. tot demum inter miseros atque ingratos, ille solus est fœlix, Deoq; gratus, & sibi ipsi propitius, non qui uel quicquid optat, adipiscitur, uel quicquid adeptus est, proprium atque perpetuum habet. Id enim nulli unquã obtigit, sed qui uel quicquid euenerit, sic aspicit, quasi unum illud optauerit, uel quicquid amiserit, sic cogitat quasi amississe sit melius. Benè igitur facis, nec semel tantũ, sed bis benè, q; sortem tuã lætus amplecteris, sic & illi equidem pretium quæris, & quietem tibi, hoc nimirũ est fortunã, si qua esset, uel superare uel fallere. magnas illa tibi diuitias si negat, quin & has spernas, & paupertate tua gaudeas, negare non potuit, negat turbidos urbiũ honores, quin rure solitario et agresti delecteris uita, præter te unum, nemo tibi præripiet, tecũ cõtra illã uirtus militet, hac fretus, nullo usquam certamine uinci potes. q; omnipotentẽ enim apud Poẽtã nostrum legis, impotẽtẽ atq; infirmã, obiecta illi uirtute reperis, nulla enim re, hercle, potẽtior, q; impatientia & mollitie fit humana, ô fœlix, & meo quidem inuidiosæ iuditio, q; semotis urbiũ plateis, & superborũ duris ciuiũ liminib. dimissis, tibi redditus nemorũq; & agrorũ dulce silentiũ nactus es, humilẽq; plebeculã, & iustitia regis & stylo laudas, nec immeritò, etsi enim acri sub iudice, nemo bonus, mali omnes, ita tamẽ aut minus mali, aut certè quos cõstat, mali ultimò diutius boni. Igitur his cõtente lætus ut facis, tecũq; fœliciter agi credito, q; ad tẽpus saltem tristi diuitũ, atq; umbroso supcilio, quod q; in primis mõstruosæ uestis, seq; indies tranformãtiũ habituũ ludibrio liberatus es, q; ut fugeres, nõ Apẽninus modò mõtiũ mitissimus, sed Athlas, tibi uel Caucasus adeũdus fuit. populũ tuũ fermè omnem una uestе cõtectum, atq; cõtentũ uides, nisi festa luce, forsitan interga paucorum, quos uel ætas uel rei rusticæ peritia primos fecit, alboin terdum color acrius successerit, uides duros calceos, nõ pedis impedimentũ sed auxilium, masculas togas uides, frigus arcentes tegentesq;, quæ tegi docuit natura, nõ insanias has nostrorum iuuenum, quodq; est desperatius, & nostrorum senum uultus modò tegentium, & pudenda nudantium, quibus non est satis infectum, atq; oppressum, probris omnibus animũ habere, nisi oculos alienos inficiant, ac fatigent, his iraſcor, hisq; iratum amatorẽ uerecundiæ Deum spero, de quibus me ubi ne quicquam quæri scio, ne desino, tanta est indignatio, tàmq; offẽsus est stomachus spectaculi fœditate. quam maximè ob causam, tuum

rus, tuumq; tibi ociũ inuideo, eoq; magis q; sæpè diũq; illud expertus, peccatoq; uerius, q; fortuna mea urgente, in aduersum lapsus, utriusq; nisi fallor status extimator idoneus factus sum. Certè tu oculos, nunc sobrio pascis obtuitu, puriscq; aures uocibus, utraq; mihi diuersa sors est, ego superbos tumidosq; de nihilo, atque elatos ciues, atq; aduenas, tu humiles humo intentos cernis agricolas. ego lites clamoresq; furentium, & tubas & timpana, tu mugitus boum, labentis què riui murmur, & querelas uolucrum audis, Philomenam primus ueris nunciam auditurus, ego in urbibus, & quo molestius, nihil Auinio meo est, inter turbam & quadrigas premor, tu in syluis et collibus, inter innocuos greges ociosus, ac pro libito uagus erras, & frondentes ramos, & gẽmantes palmites, & prata ridentia, reduci mox uisurus ariete. mihi totius anni facies, penè una concursatio, & lutum & puluis & stre pitus, & lubricum & cloacæ. Hæ sunt urbium delitiæ, quid hinc aliud speres, redeat licet non Aries modò, sed Taurus, Lædeiq; fratres nudi, rosea inter serta lasciuiant, non tollitur urbana fastidia, sed mutantur, at ruris facies, semper amabilis, & ingenijs appetenda nobilibus, seu hyemis asperitas, dulciter horrida feris, alitibus què captandis operosa, seu uer florum, uagis aptum ac procliue discursibus, seu messium parens & amica umbris æstas arida, seu dies atque uuidus autumnus, agrestes uario exercet in opere, instantis què brumæ preuius, iri montibus pastas oues, ad aprica reducit habitacula, hic arator sedulus, hic uenator deuius, clamosusq; anceps, hic immobilis tacitusq; piscator, hic fontes & flumina & nympharum chori, & specus & nemora & musarum diuerticula. & ad summã, tum qualitate ipsa rerum multiplicium tũ uarietate dulcissima est uita illa, de qua olim, dum ea frui licuit, non pauca disserui. Vnum quod festiuè admodum literarum tuarum finis attigit, intactum liquisse uoluerim, ne quid prorsus in tuo tibi rure displiceat, cum ex omnibus nempè, quæ ibi sunt sobriam honestamquè percipias uoluptatem, unus ut intelligo, nõ perdius modò, sed pernox, ac perpetuus clangor te anserum inquietat, habet non inficior aurium laborem, hæc improbitas, offendunt quietis silentiq; auidos, & anseres & cicadæ stridulæ in ramis, & rudentes in pascuis aselli, & q; sunt huiusmodi, sed in primis, ineptissimus in triuijs uulgi fragor ac strepitus, nulla enim usquam bellua crede mihi, tædiosior uulgò est. cætera tamen ferè omnia uel hyeme uel noctibus saltem silent, quædam uerò noctibus importuna, luceferi as agunt, anserinum fuge tædium, sed quod facilè perferas, si in animum redierit, clangore anseris excitatum, quõdam Capitolij defensorem, irrumpẽtes Gallos nostris ab arcibus arcuisse, idquè ob meritum multis post seculis, auis huius effigiem illic argenteã extitisse. quod an illi excubitricis eximiæ famam quæsierit, an quod haud dubiè uigilantissimum sit animal, non noui. Insuper idipsum an Cal. Nouembribus gestum sit. atque hic ista, quam cernimus die, illo anserum celebritas funesta processerit, mira utique, si sic excubiarum merces, nouum præmij genus mors. an ex hoc tantum, quod eo tempore opimior cuiquè aptior cibus est, rursus incertum habeo. sed utrumuis horum opinemur, hæc profectò salubertima cogitatio, atque huiusce tædij remedium erit optimum, q; nuper dum de remedijs scriberem, casu fortasse ideò prætermissum fuit, ut his ad te nunc literis insertum, singulariter, nunc tibi esset utile, ut scilicet quotiens ales illa præsertim noctibus strepit, putes te ad resistendum uitijs excitari, & confestim arma corripias, arma, inquam, non quæ apud Aeoliam Achilli Mulciber, aut Aeneæ, sed q; intus in anima cœlestis, tibi faber excuderit. neque uerò minores tibi extimes ultiorum insidias, atq; insultus quàm Gallorum Manlio. Proinde non anserem, sed Angelicum tubicinem strepuisse credito, quotiens nocturnus anser increpuit, & te obsessum, & circumfusos hostes acerrimos, mundum, carnem, dæmonia, recordare, tequè per tenebras ac dumeta reptantibus obuiũ fer armatũ, de quo alibi plurib. tibi in pʃens ista sufficerint, hoc addito, ut quotiẽs ore anseris exprectus, hostib. tuis diuina ope, ex altiore animi parte restiteris, arcẽq; defenderis, nihil hinc tibi, sed totũ illi tribuas de quo scriptũ est: Nõ dormitabit neq; dormiet q custodit Israël. & iterũ: Nisi Dominus custodierit ciuitatẽ, frustra uigilat qui custodit eã. & rursus: Obũbrasti sup caput meũ, in die belli ne qua te maius gloria, ut Manliũ ne q; benè gestæ rei conscientia

scientia, atquæ hinc oriens excellentiæ appetitus, è Seruati Capitolij rupe dejiciat. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

De anno ætatis LXIII. frustrà infami.

ANnus est hodie, & ambito zodiaco sol repetijt Leonem, ex quo tibi frater epistolã illam scripsi, qua securus ipse mei, sollicitum te fortassis fecerim, & si ut uerum fatear, magis me securum iugis meditatio, & quem illa mihi ingenuit contemptus mortis, inuitabilis effecisset, quàm quod ea de qua tunc scribebam Astrologorum comminatio, prorsus cõtemptibilis uideret. neq; ideò rursus hoc dixerim, q illorum nugis plus fidei habeam quàm soleo, sed quia memoria præteriti temporis, uera ne an falsa nescio, an ni fallor uera, & obseruatio, quanta in tàm paruo numero annorum esse potuit, propè mihi persuaserãt, ex parte uerum esse, quod diceretur septimũ scilicet ac nonum annũ, uitæ hominum molestos, alterius insultibus, & nouæ aliquid calamitatis aduehere, sed an tertius & sexagesimus, ex his cõstans, geminato discrimine, duplo terribilior, ut hi uolũt esset, non æquè mihi persuasum erat, multo qúe minus est hodie, in me contrarium ope gratiæ cœlestis experto. Tunc uerò superstitionis illius Astrologicæ parte altera, non in totũ liber, & in rei exitum intentus, expectandum anni finem censui, utque tibi solicitudinem breuiorem facerẽ, epistolã illam, diù postq; scripta & signata erat, ad te mittere distuli, quo timere deme tardius inciperes. expectatus finis ecce adest, annus ille terribilis, qualis fuerit, futurusue alijs sit, ipsi iudicent, mihi salubris ac iucundus fuit, raro unquam corpore saniorem, ætate qualibet me fuisse memini, priuatim aduersi nihil incidit, publicè uerò duo prosperrima, per hos dies euenêre, ita dico, si stabile atq; perpetuum alterum fuisset, alterum q futurum est. illud enim transijt, hoc pendet. Si quidem Petrus Cypri rex, Alexandriam cœpit in Aegypto, Magnũ opus, & memorabile, nostræq; religionis in immensum amplificandæ fundamentum ingens, si quantum ad capiendam tantùm, ad seruandam urbem animi fuisset qui sibi certè non defuit, ut fama est, nisi quod comitatus eius, ex transalpinis maximè gentibus, collectus, melioribus semper ad principia rerum, quàm ad exitus illum in medio præclarissimi operis deserẽtes, ut qui pium Regem, non pietate, sed cupiditate sequentur, collectis spolijs abiêre, pijq úe uoti impotem, auari uoti compotes fecêre. Ad hæc Romanus Pontifex, uerè, inquã, Pontifex Romanus, honorificè nominandus, Vrbanus *V.* quem ut audire potuisti, anno altero, libera quidem, sed fideli epistola cunctantem increpueram, hoc præsenti anno Ecclesiam *CHRISTI*, quæ ab ortu meo, usque ad hoc tempus inter Burdegales & Pictauas uaga interq; Carpentoractes, Auinionesq; nouissimè consenuerat, atq; torpuerat, illa de fece eruit, & ad sedẽ pprià reduxit, magni ac multiplicis principiũ boni, nisi illud, quod Ecclesiæ sanctæ sponsus auertat, bonorum hostis inconstantia labefactet. hactenus tamen eò gratius, fidelibus animis quo insperatius, uide certè, quod uidere nunquam fateor speraueram, semper optaueram, dignum est, ut & boni huius auctori, totius Ecclesiæ consensu pio meis uocibus grates agam, idqúe iam meditor, & fœlicem annũ, hũc immerita liberem infamia, qúe in alterius epistolæ fine promiseram, tecum gratuler amice. non ut immortalis quidem, sed ut anno huic terrifico superstes, ipse enim irreditu rus, abijt me relicto, qui ut me mortalem noui, sic & illud scio, quod tertio & sexagesimo anno ætatis, iam non moriar, cui hodie quartus & sexagesimus natalis est dies. nam ut uides, Augusti Cæsaris utor uerbis, cõmunem seniorum omnium tertium sexagesimum annum euasimus. non deos autem ut ille, sed Deum oro, ut mihi quantumcũque superest temporis, id saluis nobis, superstites amici traducere liceat, in Reip. quod ille, ait, & multo maximè animarum nostrarum fœlicissimo statu. Vale. Ticini. *XIII.* Cal. Augusti.

MCCCLXVII ad auroram.

Fran.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber IX.

FRAN. PETRARCHA VRBANO PAPAE V.

Gratulatio producta in suas sedes ecclesiæ & exhortatio ad perseuerantiam.

IN exitu Israël de Aegypto, domus Iacob de populo Barbaro, facta est in cœlis gratulatio angelorũ, atq; in terris hominum piorum, ecce pater Beatissime beasti, quod in te est Christianũ populum, Iam non ultra uagabitur, aut dominum aut uicarium domini sui quærens, sed illum in cœlo sursum, & in anima sua intus, quoniam utraq; sedes Dei est, hunc in terra & in propria sua sede reperiet, illa, inquam, sede, quã dominus præelegit, in q̃ & uiuẽs uicarius primus sedit, & moriens resedit. orbẽ nostrũ serenasti, & quasi sol oriens longè noctis algorẽ simul ac tenebras effugasti. ô fœlicem te conscientia, tàm p̃clari operis, fecisti q iam impossibile homini uidebatur. sed Deus proculdubiò tecũ fuit, is qui ait apostolis: Sine me nihil potestis facere. hoc in te rarum & eximium, q cum Deus ipse amator & conditor humani generis, multis immò omnib. se offerat, ab omnibus ferè repellit. Mundus, caro, dæmonia, superbia, uoluptas ac nequitia oppressêre animos, ut assurgere porrigenti manũ Deo nequeant. tu imbecillitatis conscius humanæ, nõ modò nõ repulisti domini cœlestis auxiliũ, neq; tibi ad aurem cordis salubria inspirantem consilia, spiritum extinxisti, sed inuocasti eum scio, pijs precibus lachrymisq; potentibus cœlũ flectere, quas cum ille, qui nullum in se sperantẽ despicit, auribus atq; oculis percepisset, & poscenti opem laturus aduenisset, existi ei obuiam, & manu prehensum dominũ tuũ, intimo in thalamo fidelis animæ deuotione humili suscepisti, idq; secretius ne cõperto, aduẽtu regis gloriæ sui, & tui hostes obstrepent, & ut soliti sunt, piũ sanctũq; principiũ impedirẽt. Inde ubi secũ in silentio deliberans, q̃ agẽda essent, in illo tuo nobili & glorioso proposito cõfirmatus es, in apertum exiens, illo duce, magnũ opus aggressus, supra omniũ spem magnificẽtissimè cõsumasti. ô iterũ te fœlicem, ô fœlicẽ diem, q te matris ex utero in lucẽ edidit, & ceu benignũ sydus aliquod mũdo dedit, nũc uerus mihi, uerè summus ac Romanus es Pontifex, uerè Vrbanus, uerè Petri successor, uerè uicarius *IESV CHRISTI*, eras, & anteno inficior potestate, dignitate, atq; officio, nunc q est optimũ uoluntate, pietate, atq; exercitio, neq; enim aut uoluntas sanctior, aut purior pietatis esse potest, homini quã tibi est, semq; fuit ut puto, sed nũc ita rebus ipsis eminuit, ut iã nemini esse possit occulta, neq; à quoq; promptius posset, aut cautius in actũ deduci, sine q̃ quidẽ sterilis est uoluntas, quin que Pontificũ statu pariũ nõ animis, & sexaginta uel eò amplius annorũ negligẽtias, unus tu diebus paucissimis emendasti. Permitte mihi oro te, quã p̃ter tuam benedictionem, nihil ex te cupio, nihil peto, sine adulationis suspitione, pleno ore laudare, q plena dignũ laude censeo, memor quanta cũ libertate arguam, q reprehensione dignũ iudico, paruus uermis, nõ modò terrarũ dominos, sed duo illa mũdi luminaria, duosq; illos gladios iustitiæ, sæpè olim, & teipsum nup, horũ alterũ ita pupugi, ut aut multa esset fides, aut multa demẽtia, huius ultimi iuditiũ aliorũ sit, ego mihi fidei sum conscius, opto, ut benè eant res humanæ, ut quas in statu pessimo uiuens uidi, in optimo moriens relinquam, si quo fieri potest modo. quod certè post Deum, nisi per te atq; illũ alterum temporalia moderantem, nullo modo fieri posse uideo, aut spero, perfecto autem si pungere audeo, cur ungere metuam, utrunq; enim Medicæ manus est proprium, utrunq; ego pari fide facio, & si neutro forsan idoneus. Equidem licet pauca didicerim, multa legi, multa etiam in hoc uitæ stadio decur-

renti uisa mihi, uel audita cõmemini, & CHRISTVM testor, ueri deũ nihil me uidisse, unq̃ uel audisse nostro gestũ æuo, nescio an & nihil etiã legisse, q̃ his tuis excellentissimis actib. cõparari queat, uel intẽtione, uel cõsilio, uel effectu. magna pars principũ, & q̃ mœstus dico, magna quoq̃ pars Præsulũ, nil p̃ter seipsos ac utilitates suas, ac ꝓprias uoluptates cogitant. tu cõtemptis magno animo atq̃ oblitis affectibus, qui ut hominẽ alio forsitan te trahebant, solus omniũ Põtificũ nostræ ætatis, bonũ publicũ cogitasti, ô uir ingens, sine exemplo tẽporũ nostrorũ, uel raro nimiũ cũ exẽplo, qui uirtutẽ sic amare, sic uoluptatẽ spernere docueris, & si ueris extimatoribus nulla sit uoluptas gratior, q̃ quæ de Deo, & de uirtute percipitur, & q̃ constat nulla sit certior, nulla longæuior, sed loquor de uoluptate uulgari, qua nil repugnantius est saluti. Illa quidem uiatores quinq̃, q̃ te in hoc ordine, præierũt, à recto calle terrenis illecebris, uncisq̃ carnalib. sinistrorsum egit, nunc intelligunt, quanto fuit melius rationẽ, quã appetitũ sequi, & rebus implere, q̃ pollicити erant nonnulli ex eis, quãq̃ debiti promissio superuacua sit. quantò fuit honestius agere, quod tantum exigebat officium, quàm quod lubrici titillabant sensus, postridie perituros, neque aduersus ueritatem fictionibus certare, & cum illo ludere de quo scriptum est: Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquũtur mendacium. nihil est minus Rom. Pont. quàm duplicitas, aut fictio, cuius & conscientia, sole lucidior, & constantia perseuerantior esse debet, ut quod de Romano quodam duce, ab hoste etiam dictum fertur, à suo cursu facilius sol flectatur, quàm à suo ille proposito, ac progressu actuum piorum. Tu uerus Pater Ecclesiæ, nihil uerbo, multũ corde pollicitus, ipsam Ecclesiam ægrotantem sentiens, expertorũq̃ cõsilio medicorũ usus, ex infecto exilio, ad originis illam iuæ locum, & ad aërem proprium reduxisti. Non tamen à te id tàm facilè gestum, q̃ à me facilè dictum est, magnus labor fuit, magna sedulitas, ingens ars, mirumq̃ alti pectoris acumen, uno attractu, tot tàm ualidas radices, sine offensione conuellere. ô quid loquor, immò uerò cum offensione acerrima, & multorum dolore grauissimo, sed docta manus, ac suauis asperrima uulnera leui tactu mitigat. Gratias igitur Deo & tibi, ecce uideo, quod semper optaui, nunquam fateor speraui, uideo matrem meam, sua in sede, ubi te sospite, diù ægra esse non poterit, te iubẽte reducta, te curante sanabitur. Intende illi nunc Alme Pater, toto sacræ mentis ingenio, quod tibi remediorum feracissimum is dedit, qui sponte necessitatibus, & tanto te præ destinauit officio, mores corrige, medere languoribus, auaritiam frena, pelle procùl ambitionem, sobrietatem perditam repulsamq́ue restitue, fluxam siste libidinem, urge languidum torporem, feruidam iram stringe, reduc cæcam ad rectum iter inuidiam, supercilium elatum, & tumidam compesce superbiam, quod non facile potuissent, qui has inter pestes educati, consuetudinem in materiam uerterant. Tibi inter uirtutes his contrarias, enutrito erunt cuncta facilia, quod difficillimũ fuerat perfecisti, age iam reliqua. reduc Ecclesiam tuæ creditam custodiæ in antiquos mores, quam in sedes pristinas reduxisti, ut undique fiat irreprehensibilis, & qualis olim fuit, toto orbe uenerabilis, esse rursus incipiat, ac dilecta, quod diù certè non fuit, eorum pace dixerim, qui in culpa sunt, tu ad hoc natus ministerium, glorioſum imple fœliciter. Admone Cardinales tuos, omnes ac singulos, ut meminerint se esse mortales, ne semper delitias, sed quando que mortem cogitent, & æternam uitam, figant oculos, uidebunt nihil stare, sed breuia & uento uelociora omnia, totumq́ue quod hic uiuitur, anceps, uarium, tremulum, caducum, ubi curis inanibus, & fallaci spe, quasi in solido pedem ponunt, rerumq́ue contemptibilium curiositate ridicula conflictantur. Audio enim, quo nil possem tristius, nilq́ue indignantius audire, quosdam ibi esse, qui murmurent se Benuense uinum, in Italia non habere, nunquam fuissent utinam uites ille, paulominus dixerim, uites uelle, si CHRISTI Ecclesiæ, uenenosam usqueadeò uindemiam parituræ erant. sed ô si habeant charitatem Dei, & hominum, si Petri sedem, si famæ decus, si salutem populi, si animas suas ament, quàm modicum id curabunt, sed ut curent, quod opinari etiam graue est, cuiusq̃ an illos nescio, me illorum uicem pudet, quod si penitùs curant, nec hinc error affixus præcordijs extirpabilis ulla ui est, neque ulla arte medicabilis, ad habendum certè q̃ adeò inhianter sitiunt,

sitiũt, aperta & facilis est uia, de quo satis ut arbitror, epistola ad te priore differui, si unum adiecero, quod ne ullo pacto sileam, licet obstante reuerentia, dolor cogit, Primi siquidem apostoli, quorũ isti locũ tenent, ubi nam corporis sui sanguinẽ pro CHRISTO in terrã funderẽt, pio studio q̃rebant, itaq̃ ferè nullus incruentus cœlũ adijt, heu mihi, mutata rerũ facies, modernis Apostolis diuersum studiũ, ubi nam scilicet terræ, sanguinẽ palmitũ, uenis expressum suo infundant corpori, neq̃ in cõuiuijs tantũ, ubi locus ipse forsasis ueniã mereẽt, sed in serijs quoq̃ colloquijs, prima rei huius est mentio. Non quæ bonos uiros, sed q̃ bona uina tellus ferat, illa omnib. p̃fertur, illa Syon, illa Hierusalem, illa denicq̃ Roma est, sola digna q̃ apostolorũ inhabitent successores, atq̃ idipsum saltem, cui uino palma debetur, rectè utinam iudicarent, non tã diù terris omnib. p̃lata esset Auinio, non sine multarũ nobilium graui urbiũ iniuria, ibi enim boni nihil esse, nisi aliũde aduectus notius est, quã ut probari egeat. Sed obijciunt fluuiũ, qui & ipse, ante mille annos, utinã aruisset, seu potius nunq̃ terræ uisceribus erupisset, si ecclesiæ CHRISTI causam daturus erat exilij, ita uerò de hoc fluuio fabulantur, quasi alius nusquã sit. sanè si ueteres historias legant, nõ Ponti ficũ Romanorũ, sed reorũ, atq̃ exilio damnatorũ sedes est Rhodanus, quẽ isti nescio, cur ut paradisi fluuiũ uenerantur, immò planè scio qa scilicet uinũ Benuense conuectat, quintũ naturæ additũ elementũ. At tu in pane & aqua dudum alte, fœlicius, qui poscam in delitijs habuisti, suscipe, super his paternam iracundiã, increpa, argue, reprehẽde, castiga, pone frenũ appetitui alieno, q̃ iampridẽ tuo, ꝓprio posuisti. solẽt uitijs irasci maximè q̃ his carẽt, uix ad plenũ sontibus, culpæ particeps irascit, neq̃ uerò q̃qs irascit ulcisci potest, & zelo & potẽtia opus est, tibi quidẽ monasteriũ, heremus, religio, & ieiuniũ dederũt. Sed p̃omnibus illa, de qua multa libens audio, naturalis atq̃ innata frugalitas, ut gulæ irascaris, Papatus tribuit ut castiges, Qui regis Israël intende, q̃ deducis uelut ouem Ioseph. ne lasciuiant oues, uide pastor gregis egregiæ. & memento, quamuis graviora sint alia, duo tamen hæc uitia esse, quæ maximè bestialem accliuemq̃ humi faciunt humanam uitam, gulam, atque luxuriam. Doce fratres ac filios tuos, spernere quæ amabant, amare, quæ metuunt, quæ óderunt: odisse seipsos, qui tàm diù oderint quod amandum erat, dignum literis aureis Augustini uerbum est, Nemo potest perfectè diligere, quo uocatur, nisi oderit unde reuocatur. & post pauca: Nec fiet quisquis qualis cupit esse, nisi se oderit qualis est. ostende sensibus uagis, adhuc malas domos Rhodani, & paluſtria rura quærentibus, loca illa salubria, ubi effectum est, quod ianitor cœli, doctor orbis, pariter ut de utroque canit ecclesia, iudices sæculi, uera mundi lumina, per crucem alter, alter ense triumphans, uitæ Senatum laureati possident. ostende illis digito, non procul inde ab illius ingentis ac deuotæ foribus Basilicæ, ubi Simon Petrus ascendit in crucis patibulum, unde clauicularius regni gaudens, migrauit ad CHRISTVM. ostende paululum distantius, ubi Paulus Apostolus lumen orbis terræ, inclinato capite, pro CHRISTI nomine, martyrio coronatus est. hæc enm sæpè de suis ducibus cecinerunt, ac legerunt, loca sancta & arbitror non uiderunt, quæ cum uiderint, hæserint qúe animis, pudebit ut spero, prophanorum & infamium locorum, ad quæ non recto iudicio, sed obliquo affectu, & longo usu amorem immeritum conceperunt, iube illos cogitare, atq̃ interius spectare oculis, uenerandum ac sanctissimũ senem, Petrum, non peregrini uini cupiditate, sed iusto metu mortis absterritum abire, dehinc calle medio, CHRISTVM illi obuium, quo conspecto, statim uerbo unico ut aiunt, ad certam mortem intrepidus remeauit, uideant illum ipsum, mox in cruce pendentem, per quem ipsi sedibus aureis ac scabellis eburneis, insistentes, accepisse se sentiunt, nisi ingrati sint, quicquid habent excellentiæ, quicquid opum, quicquid gloriæ. post aspiciant mentibus glorioſissimi Pauli truncum caput, uas electionis, doctrinæ cœlestis, armarium limpidissimum fidei nostræ solem. illum cordis auribus audiant, ipsa de morte altis IESVM uocibus nouissimis q́ue suspirijs inuocantẽ, miraculi testes eximij fontes ibi sunt totidem, quot saltus dedisse sacrum caput fama est, hisipsis in locis, quæ cæsa ceruix attigerat. si deuotè uoces illas audierint, deq́ue his fontibus, pio haustu biberint, & symphonias

tranſalpinas ſpernẽt,& nõ ſiticuloſos modò fonticulos,q̃ ſunt ad Rhodani angulos,nõ requirẽt,ſed ſuccedet ut ſpero ſitis altera,& æterna uini Benuenſis obliuio, q̃p ſcriptoribus rerũ, & ueteribus & nouis incognitũ, nec uſquã inter uina nobilia numeratũ, ab his aũt immodica & indigna laude,ceu deorũ nectar celebratũ meruit,ut à me nunc iuſtè niſi fallor, q̃uis p̃mordaciter notaret, & licet guſtui ſapidũ, qa ſaluti tamen aduerſum eſt,ceu dulce uirus aliquod,omnibus uirtutẽ ſitientibus odioſum ſit,& hoc tamẽ haberi etiã Romæ poteſt,nullo negotio ut dixi,& ſine hoc,non tantũ parcè & ſobriè,ſed profuſè & uoluptuſè,etiã ueſci licet,habẽt uerò multa ſub oculis niſi oculos obſtruãt,q̃ uel terreſtris uiæ, uel cœleſtis patriæ gloriã cogitantes,nobiliori quodã ſapore p̃mulceant. Sed quoniam de his ſæpè multa loq cõtigit, hortante materia, & infinita res eſt, ſacra miracula, almæ urbis amplecti,totum hoc tuæ prouidentiæ relinquens,ad id redeo,quod in te mihi mirandum laudandumq̃ delegeram,quamuis ut uerum fatear,promptior ſit admirationi animus, quam expreſsioni ſtylus,aſſurget tamẽ,ut q̃ ille intus loquitur,hic deſcribat, legẽdũq̃ aliis offerat, quocunq̃ charactere,modò ut intelligar,nullam hic eloquentiæ famam quæro. ſentio ego Pater Beatiſsime,difficultates ac labores tuos, quos in executione præclariſsimi operis paſſus es, non aliter inquam illos ſentio, quàm ſi omnibus interfuiſſem. Audire mihi uideor Cardinalium blanditias ac ſuſurros,ex cõdicto ſacratiſsimis tuis auribus ingeſtos, ut ab incepto dehortarentur,teq̃ inde retraherent,quo cunctantem urgere affuſi, ac ſupplices debuiſſent. quorum certè propoſitum admirari cogor,nec mirari ſatis poſſum, ſtupor ingens,mõſtrum incredibile,Romanæ eccleſiæ Cardinales,ſic Romanam urbẽ,Romanamq̃ Eccleſiam uel odiſſe, uel formidare,uel ſpernere. quis enim præter hos ſolos, fuit unquam,qui ſuum titulum glorioſum præſertim,atque utilẽ non amaret? nothũ prorſus ac triſtè prodigiũ,uiros tantæ reuerentiæ,tantæq̃ ſapientiæ ac doctrinæ,in ſolã matrem, optimè meritã,duros eſſe,et ſi dici licet impios,q̃ ut breuiſsimas fugaciſsimasq̃ reliquias, incerti tẽporis in loco peſsimo,ſed dilecto exigant nõ attendũt,qd ſibi,qd eccleſiæ, qd humano generi expediens, qd placitũ Deo ſit, p̃ter enim paucos Italos, q̃ ut puto,expectabãt redẽptionẽ Iſraẽl,& q̃ in exilio uixerant,in ſua & cõmuni omniũ patria mori optabãt, p̃terq̃ germanũ tuũ unicũ,q̃ tecũ ab infantia nutritus,teq̃ mirari & imitari ſolitus, nil omnino aliud,q̃ ut uelle didicit,aut nolle,cæteri omnes ſic exilij finẽ,ut principiũ hærebãt,ô cõ ſuetudo cũctis in rebus potentiſsima, de patria exiliũ,de exilio patriã feciſti,q̃ omnia libentius, ut par eſſet,his ſcripſiſſem,quos hæc tangũt,niſi & numerus capitũ, & olim mihi notiſsima elatio animorũ,reſpuẽs, indignanter q̃q̃d aurib. delicatis inferẽ, aſperius obſtitiſſent.Illi igitẽ ſcripſi,ad quẽ culpæ omnis exptem,ptinet ſola correctio,quicq̃ nõ ſtyli aſperitatẽ,ſed rei ueritatẽ,necq̃ cõditionẽ,ſed intentionẽ ſcribẽtis examinat. Procedo aũt, & hos tranſeo, quos tuo iure cõpeſcere poteras,uel ſi cœpto hærerẽt,tuo itidẽ iure cõtẽnere,ut tamẽ tua modeſtia nota eſſet,omnib. hominibus,aduerſus hos quoq̃, & p̃uerſas horũ opiniones inflexibiles q̃ ſentẽtias,multũ te laboris ac moleſtiæ p̃tuliſſe nõ dubitẽ,illud notiſsimũ ac maximũ,q̃ reges ac principes, q̃bus te p̃ eccleſiæ decore morigerũ p̃bes, his cõſentientes,à te aũt tota mẽte diſcordes,ſuauiter grauiterq̃,ut iniqua uota deponerẽt admonendi erãt. Ante alios inclytus rex Francorũ,Eccleſiæ filius,q̃ deuoto quidẽ,ſed iuuenili amore matrẽ cupiens,p̃pinquã,nec cõſiderans,quãtò honeſtius ac melius ab futura eſſet,ad te abitũ meditantẽ,quos potuit laqueos direxit,q̃bus ſacros pedes apoſtolicos,ad omne piũ ſanctũq̃ opus paratiſsimos implicaret,doctũ ſcilicet ac diſertũ,ut perhibent quendã uirũ,q̃ coram te ac fratrib. tuis,cupidè nimis audiẽtibus uerba faciẽs,in eo partẽ maximã ſuæ orationis aſſumpſit,ut cœlotenus ſuã Galliã attolleret,Italiãq̃ deprimeret. magnũ opus,atq̃ arduũ. nec ſibi tantũ,ſed cuicũq̃ difficile,ne dicã impoſsibile.neq̃ enim ſermo hominũ res mutare,& ſi ſæpè mẽdacio uerũ uelet.& ô utinã p̃ſens,te mandãte,dignus fuerim, q̃ licet impar eloquio,& inferior ſtatu,ueritatis auxilio fretus, illi calumniæ reſponderẽ.oſtendiſſem illi forſitan,te iudice,rẽ ſe aliter habere,q̃ diceret,& nunc ſi cauſæ ſuæ fidit, decq̃ hocipſo literatũ inire certamen eſt animus, quamuis ſemper occupatus,& iã feſſus offero me duello;pro ueritate,

ueritate,pro patria.Scribat igitur,uel q̃ dixit,uel quæ poteſt.Ego illi Gallo Italorum ultimus reſpõdebo,& erit utilior diſputatio ſcriptis commiſſa,quàm uerbis.uerba enim fugiunt,ſcripta manent,illa ad paucos,hæc ad multos,illa ad præſentes tantũ, hæc etiam ad abſentes poſteroſq̃ ueniunt.Spero iudicẽ CHRISTVM habens & te, cõuitiatori illi uiro, alioq̃n docto & inſigni,ſed in loquendo calore atq̃ impetu animi prolapſo,q̃ non decuit, facilè probaturũ me falſa eſſe,q̃ minimè ut auguror,ſibi mãdata de capite ſuo dixit:Noſce mihi uideor regis adoleſcentis,canũ & ſenilẽ animũ;ac p̃cipuam quandam urbanitatẽ,linguæq̃ modeſtiam,magnis mihi olim in rebus exptam,iniunxiſſe illi, crediderim, ut te oraret,ut Galliã laudaret,iurare penè auſim, ut uituperaret Italiam nõ iniũxit. ſed hic nũciorũ mos,quorundam eſt,ut niſi de ſuo aliquid addiderint,nil egiſſe uideantur,profectò autem multi ſunt, qui non credant ſua poſſe laudari niſi aliena uituperent. Proindè ut breuiter ſummam perſtringam, de rebus ac gloria Italorum & Gallorum, quidũe inter utroſque interſit,adeò notũ eſt,ut dubitari nequeat,ab homine,cui hiſtoriarum notitia ulla ſit.nam de ingenijs diſceptare ridiculum, libri extãt ueri teſtes, quid quæſo de liberalibus artibus, quid de rerum cognitione,ſeu naturalium ſeu geſtarũ,quid de ſapientia,quid de eloquentia,quidũe de moribus,& de omni parte philoſophiæ habet lingua Latina, quod non fermè totum ab Italis ſit inuentum:ſi quid enim externi, de his rebus fœliciter auſi ſunt, uel Italos imitati ſunt,uel Italia ſcripſerunt,in Italia didicerũt.E' quatuor Eccleſiæ doctoribus duo ſunt Itali ac Romani,duorum reliquorũ alter iuxta, & propè intra Italiæ fines ortus, certè intra Italiam doctus ac nutritus,alter in Italia conuerſus,& conuerſatus,omnes in Italia ſunt ſepulti.nullus eſt Gallicus,nullus doctus in Gallia. Ius utrunq̃, quo utimur Itali condidêre,conditum q̃e Itali expoſuêre, ita ut horum nihil, aut perexiguum exteris cedat,& in altero quidem longè Græcos Itali ſuperant,de altero nemo eſt qui litiget. Oratores & Poëtæ extra Italiam non quærantur,de Latinis loquor,uel hinc orti omnes, uel hic docti. ſed quid ago,aut quid rem certiſsimam uerbis trahoradix artium noſtrarum, & omnis ſcientiæ fundamentum Latinæ,hic repertæ ſunt literæ, & Latinus ſermo, & Latinitatis nomen, quo ipſi Gallici gloriantur. Omnia, inquam,hic exorta,non alibi atq̃ hic aucta ſunt,poſſem ſingulatim de his agere, ſed intelligentibus ſatis, reliquis nimis eſt dictum. Et quid,oro,tot tantarum rerum ſtudijs, quod obijciant habent, niſi forte ut eſt genus ſibi placens,& laudatrix ſui, unus his omnibus fragoſus Straminum Vicus obijcitur. ad hæc, & omnis hic floruit Politia, & ſiqua uſquam ſupereſt, aliqua in parte Italiæ floret adhuc,duo mundi uertices hic ſunt, Papatus & Imperium, iam de armis, de uictorijs,de triumphis,de diſciplina militiæ,de iugo denique gentium omnium, ac tributis annuis,loqui nolim, ne perturbem Gallicum ingenium,de moribus uulgaribus fateor Gallos,& facetos homines, & geſtuum & uerborum leuium, qui libenter ludant,lætè canant, crebrò bibant, auidè conuiuentur. uera autem grauitas,ac realis moralitas, apud Italos ſemper fuit, & licet, quod flebile damnum eſt,uirtus toto orbe decreuerit,ſi quæ tamen eius ſunt reliquiæ,in Italia niſi fallor ſunt, ſiquid eſt peruerſi moris, inter ipſos eſt, nuſquam aduenæ tanto ſunt in honore, & de quo nemo,ne conuiciator ille quidem dubitet, nuſquam tanta eſt Eccleſia, ſeu potentiam illius, ſeu deuotionem non Italici tantum, ſed totius credentis in CHRISTVM populi metiare, ut quæ hic orta, hic adulta, hic ad ſummum gloriæ culmen euecta eſt, hic Deo uolente, teq̃e agente, ut ſpero, in perpetuum permanſura. Eſt fateor Galllicana pars Eccleſiæ opulenta & nobilis, ſed Eccleſiæ caput, ut imperij, in Italia eſſe nemo ſani capitis neget, ſiquis horum eſt incredulus, Romanum patrio titulum permutet,tunc quid fuerit ſentiet, & quid ſit, interq̃e ſupremum caput, imaq̃e membra, quid interſit intelliget, durum ualdè grande, aliquid debere, cum nolis. Si Romani adeò nominis pudet, Romanas abijciant dignitates,& res ſuas, ac patriam, ut uerbis, ſic electionibus præferant. ego uerò ſat inſanus ſim, qui ſuadeam Italicas Eccleſiaſticas dignitates ſuas abijcere, quibus ſolis magni clariq̃e ſunt, his qui non ſuas Italicas ciuitates ambiant, atque uſurpent, inaudita tyrannide ſtupente Petro, CHRISTO autem mirante etiam ac minante,& niſi ille de cœlo,tu de terris occurritis,

ritis, quãdo quidem incertum, quo germine hausto, Itali consopiti sunt, actum est de rebus nostris, seruam mox Italiam, & propriè quod dici solet, Ecclesiam militantem, immò & armatam uidebimus, & pugnantẽ de imperio, nõ de fide, deniq; etiã triũphantẽ, priusquã ad cœlũ, arcusq; sydereos sit quentũ, & singulos clericos, singulis urbibus triũphaliter præsidẽtes, donec experrectis, q̃ nũc dormiunt, omnia deformẽt, & reformẽt mutatione terribili. Quamuis aũt probè nouerim, eos q̃ suadeo nõ facturos, scribo tamẽ interim ipse, q̃ meũ reor, q̃ tu alme pater intelligas, et ipsi si audiãt forsitan moueantur. & ꝓfectò si adduci possint, ut patrijs suis bonis cõtẽti, externũ inuisum põdus abijciant, erit hoc nobilis odij atq; indignationis ingenuæ, potius q̃ id maximè spernere quo maximè gloriantur. magis eliget uir fortis ac magnanimus, feudũ quamuis pingue deponere, quã ab inuiso domino possidere. Certè Domitius ille captus ad Corfinium, nõ opes, aut dignitatẽ aliquam, sed qua nil est homini charius, uitã ipsam quã à Iul. Cæsare nolens ac tristis acceperat, ubi primũ honestæ mortis affuit facultas, uolens ac lætus, importunum quasi pondus abiecit. expectaui, ego, fateor interdũ, ut hi nostri proceres, idem facerent, & urgente odio ac cogente superbia, Italica dignitatum nomina, & inuisa ornamenta deponerent. sed ut uideo frustrà expecto, certũ est consilium eorum, & quamuis iniquum & ingratum, uanũ utiq; non est. Firmauerũt sibi sermonẽ, neq;, ut Italiã rodant simul atq; oderint, incũbent & contemnant, dũq; hos laqueos absconderẽt dixerũt, q̃s uidebit eos, atq; ego eos uidebo, uidẽt mille alij, uident omnes. q̃s tàm cæcus enim usquam est, ut ista nõ uideat, uident, inq̃, sed taciti omnes, immò muti. Ego etiam, nisi mihi uocem pietas patriæ, & rerum indignitas extorsisset, cum alijs tacuissem, & fortassè consultius memorans illud Crispi pueris quoque notissimum. Frustrà, inquit, niti, neq; aliud se fatigãdo, nisi odiũ quærere, extremæ est dementiæ. scio enim, me ne quicquam loq, & sentio hinc mihi magnorum hominum impendere odia. at profectò non maximi, cuius ex hoc certè non odium timeo, sed amorem spero. Alioquin neque ego te tàm fidenter alloquerer, nec tu me tàm patienter audires, quod ex tuis ad me literis, atque à te uenientium relatione cognoui. neque demum ille esses, quem te fama loqtur, mũdus credit, ego etiam scio, nõ uerbis ꝓ loquentiũ diuersitate uariãtibus, sed rebus q̃ mentiri nesciũt fidem habens, credant deniq; te, alij qualẽ uolũt, ego te scio, & CHRISTI cui in spiritu tuo seruis, & Petri cui in officio succedis, & Ecclesiæ cui p̃sides, & Apostolicæ sedis, cui insides, ad extremũ totius christianitatis, & in primis Italiæ armatorẽ, q̃ nisi ita esset, nunq; tu Ecclesiã ex inferno illo, q contiguus patriæ tuæ erat, tot retrahentibus atq; obstantibus, carnaliũ uictor affectuũ, ad Italiã reduxisses, ubi si tu uixeris, & in te sanctũ uixerit ꝓpositũ, nil Ecclesiæ metuendũ uideo, nil penitùs nõ sperãdũ usq; ad recuperationẽ etiã hinc sacræ telluris, & peculiaris patrimonij IESV CHRISTI, hinc Ecclesiasticæ libertatis, de q̃bus duobus, tui isti cõsilarij parũ curãt, modò uoluptates patriæ saluæ sint, q̃bus ita se habẽtibus, totũ hoc & laboris põdus, et gloriæ, humeris tuis sentis impositũ, magnũ opus, merces inextimabilis, infinita, ꝓinde, nõ satis attẽdit ille quidem eloquens licet uir, quem alloqueretur, quam quidã partẽ primam dixẽre prudẽtiæ, q̃ si acriter attẽdisset, nõ uitupasset, eã mũdi partẽ, quam tu unicè diligis, & in qua tua & Ecclesiæ potẽtia dignitasq; fundata est, nẽpè rẽ suã, ulli charam ac p̃cipuam paruipendi, patienter fortè aliquis, at libẽter nemo audit. Planè q̃ de cibis Galliæ decq; uinis dixit, ad quandam nisi fallor iniuriã audientiũ ptinuit, ita enim Apostolicos uiros, ceu totidẽ pisces, aut uolucres cibi obtentu inescasse credidit ac cœpisse, nimis iam prò pudor hæc, ꝓ urbem fama uulgata est, in eligenda, scilicet Ecclesiæ sede, uoluptatũ ac ciborum, atq; in primis uini copiam ac gustum, ad consilium uenire, quasi non de Christiana religione, sed de Bacchanalibus consulterur. Heu mihi, nec auditur Paulus ad Corynthios, immò ad Christianos clamans: Nolite iugũ ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? q̃ autem cõuentio CHRISTI ad Belial? adeò ego indignans mœstusq; animi, Quæ proportio CHRISTI ad Bacchũ? nunquid ideò, quia sacrificium altaris uino eget, Bacchus erit Christianorum Deus, nec iam CHRISTI præceptis ac monitis, sed Bacchi delinimentis furoribus q̃ parebitur, heu mihi, ter & amplius, quid

quid hoc est, quid audio? debuit sanè concionatorem illum, ab his nugis tuæ saltem sanctitatis reuerentia, extimatioq; modestiæ & conspecta tuæ frontis auctoritas deterrẽre. sed tu illi quidẽ, ut te decuit breuibus uerbis ac grauibus respondisti: Domino aũt suo, à quo missus erat, nullo melius modo respõderi potuit, quàm re ipsa. nõ modò enim nõ distulisti destinatũ iter, sed acceleraſti, recolens sæpè moras nimias, magnis principijs nocuisse, qui quidem Rex, si ut facit filialiter te amat, & fideliter ueneratur, gaudebit tandem ibi te ẽsse, ubi & tibi salubrius sis & mundo. Inest, non sum nescius, molle quiddam animis nostris, ac tenerum, quo abesse nunquam uolumus quos amamus, quæ res sæpè, & amantis in pernitiem uertit, est autem hoc puerile magis ac fœmineum, quàm uirile, uiri enim non ubi sint, sed qualiter, quos charos habent cogitant, & malunt absentibus benè esse, quàm præsentibus malè, ut qui absentes corpore, animo sunt præsentes. illos audiunt, illos uident, illorũ prosperitatis ubicunq; participes, at mulierculæ pueriq;, quos diligunt, semper iuxta se uolunt, nec auelli sponte nunquam sinunt. non discernunt enim, nec respiciũt finem, sola præsentia ac iocis & confabulatione pascuntur, neq; omnino alium ex amicitijs fructum quærunt. Illi quidem infamatori Italici nominis, tàm ardenti, ignoto licet, qui ad causæ suæ uictoriam illud eximium arbitratus est, si patriam suam abundantiorem ciborum, quàm Italiam assereret, quasi non ad religiosissimum summumq; Pontificem sed ad coquinæ magistrum Apitium loqueretur, multa possem respondere, nisi me pigeret de tàm humili tam q̃ abiecta materia diù loqui, te præsertim audituro, sed si cum illo tantum mihi res esset, efficerem forsitan ut puderet, uirum talem coram uicario ueritatis, tàm multa locutũ, quæ ueritas nõ probaret. certè q̃ omitti non debet, Galli sicut scriptum est, usum uitis, & oleæ, Romæ iam adolescente didicerunt. Et q̃ constat, gens eadem, frugum maximeq; uini dulcedine, primo Italiam ingressa, innumerabili quidem cum exercitu, multa & grauia bella nobis intulit, isq; ad Romanæ urbis tunc surgentis incendiũ, sed p̃cipitẽ atq; effrenem gulam, puniente Deo, sic ad ultimũ strati, deleticq; omnes, ne q̃s extaret in ea gẽte, ut nobilis ait historicus, q̃ incensam à se urbem Romanam gloriaretur. q̃ si mutationẽ temporũ, aut rerũ fortasis obijceret, sic p̃sentem illi & Italiæ copiã, & Galliæ inopiam, ac defectus multiplices enudari, inq; oculos ingeri posse cõfido, ut nõ rubor eũ solus, sed fames etiã sitisq; corripiat. & hæc me, q̃ inuitus facio loq cõpulit, uiri illius animosa, ꝓcacitas, atq; iactantia, q̃ si se attollere, & parua, ꝓ maximis celebrare decreuerat, qd nostra depressione, siue ullis omninò cõuitijs opus erat: nulli iniurioſum mendaciũ, sed tantũ, ꝓposito mentientis accõmodũ, cõuentiã sæpè, ꝓmeruit auditorũ. at in alterius si prorũpat iniuriam, aduersario uix carebit, suscepi ego ueritatis ac patriæ cõmunem causam, inq; angustias lras coẽgi, quãuis & hæc multos habeat, his obiectis latius atq; uberius respõsuros, & illa pro se clamãs, mille exlibris, q̃n & ipsa rerũ specie taciturna respõdeat. Alter mihi nũc error, ex ordine refellẽdus occurrit, ad me nup hæc scribentẽ, haud spernẽda qdem narratione perlatus, Esse ibi quosdã tuorũ Cardinaliũ, q negari nõ posse cõsentiant, magnũ aliq̃d fuisse Italiã, nunc eam dẽ ferè nihil esse. librata parũ ac p̃rupta nimis assertione diffiniã, bone IESV q̃ ista cæcitas? q̃ p̃cipitatio est? q liuor, quæ ue impatiẽtia sic odisse, ne idipsum, q̃ sic oderis uidere possis, quãq; odio dignũ sit agnoscere, est ne hoc fortè pfectũ illud odiũ, q̃ Psalmista commemorat, immò uerò lõgè aliud penitusq; cõtrariũ, pfectũ enim odiũ est, sic malũ odisse, ut bonũ ideò nõ oderis, sed diligas, malo q̃is adiunctũ. cõtrà igitur, sic malũ amare, ut bonũ oderis, impfectũ pessimũq; odiũ est, & si magnũ sit, nõ quantitatẽ, namq; secũdum qualitatẽ odij signat ista pfectio, si mihi nõ credit, Augustinũ audiant, loci illius expositorẽ, Hoc est, inqt, pfecto odio odisse, ut nec ꝓpter uitia homines oderis, nec uitia ꝓpter homines diligas, isti aũt sic oderũt nos, ut & bona nostra si qua sunt, et nostras utiq; optimas, toto orbe pulcherrimas regiones, solo Rhodani amore oderint atq; accusent, nec ad illarũ speciẽ ac decorem circũfusum, uel superficietenus intuendũ aperire oculos possint, mirum prorsus, sed uulgare malũ, ut q̃ in re aliqua uehemẽter errauerit, una animi ruina, multis succũbat erroribus: ecce, q̃nãc animos cogit, ingeti amnis, ac telluris inamœnæ desideriũ immẽsum, ut dum indigno affectu, q̃ sunt ima suspiciũt, maligno defectu, q̃ sunt summa despiciant, cũq; urgente

uerecundia fateantur, quod utcunq; poterat negari, suadente inuidia, negari illud, quod fateri præsens ueritas, ac uiolenta compellit. antiqua etenim si negentur, auctoritati hominũ, ac librorũ fidei derogatur, at negando præsentia, uero ipsi & intellectus ac sensuum testimonio resistit. His itaq;, q scientes cõtrà uerũ litigant, nil omninò, frustrà enim surdo canitur, hebetauit iuditium uoluntas. reliquis siqui sunt, q ignorãtia labi possent, hoc modò respõsum sit, Italiæ caput Romã, nec Italiæ tantũ, sed totius orbis, multis bellis ac cladibus, interq; alias lõga suorũ Pontificũ ac principũ absentia extenuatã & attritã, ac penè cõsumptã, dolens fateor, cuius uastitas, quantũ nõ soli Italiæ, sed mẽbris omnibus, hoc est mundo noceat, & in primis Christiano generi, uidẽt omnes, nisi quorũ liuor tumorq; oculos premit, hæc tamẽ ipsa Vrbs tot uastantiũ è manib. tibi cœlitus reseruata ni respuis, & diuinæ gratiæ, tuæq; uirtutis adminiculo restaurãda, fœlicitatẽ tibi in cœlis æternã, atq; in terris immortalẽ gloriã allatura est. Potest haud impudẽter optare nobilis opifex, ut aliqd rebus desit, q̃ suũ ingeniũ, sua ars, sua uirtus appareat. de reliqua aũt Italia qd dicã, nisi sentẽtiã illam meã uererẽ, & ni fallor ueram, nõ dico equidẽ, q̃ nũc est, memor uniuersalis pestilẽtiæ illius, cui nulla ætas parẽ habuit, à qua uigesimus nunc annus agitur, q̃ postea alternatim exhaustũ discerptũq; orbẽ, quodã uelut anniuersario malorũ torrẽte repetijt, sed nõ minus Galliam, quàm Italiam lacerauit, immò ad impetũ pestis aëriæ, terrestris hominũ rabies, & lõgissimi belli furor accessit, tamq; atrociter illis terris incubuit, ut dum malè fida pace, rebus reddita, per ea loca, ad regem missus, iter agerem, cũcta undiq; ferro atq; igni euersa conspiciens, lachrymas non tenerem, non enim sumus, qui ut isti, cætera omnia, nostri amore orbis oderimus. Sed indubiè ac fidenter affirmem, hanc ipsam Italiam, nunquam uiris atq; opibus, & præsertim maris imperio potentiorem fuisse, quàm nostra fuit ætate. nunquam si concordes animi, atque olim benè ualidum caput esset, recipiendo orbis imperio, nec ferendis infidelium tot millibus, atque indignis imperijs aptiorem. non sequor animũ calamumq;, ne beatitudinem tuam, hac in parte amplius fatigem, maximè cum de hocipso multa alibi questus sim, non ignarus tamen, his obstare Tarentum, Capuam, Rauennam, aliasq; magnas olim urbes, nunc non ita. sed opponam illis omnibus, uel hanc unam, unde tibi hæc scribo Venetorum urbem maximam, immò regnum ingens, cui magna olim regna subiecta sunt, urbem longè dissimilem cæteris, utq; ego dicere soleo, orbem alterum, quæ tunc nihil aut minimum fuit, quamuis & Veneti ducis, & Venetiæ non urbis, sed prouinciæ nomen antiquissimum sit, urbis enim nomen, quod meminerim supra Vespasianum principem non legi, sed constat eam, non multis ante hoc tempus sæculis, in hanc magnitudinẽ excreuisse, sunt tamen & aliæ quas opponam. Ianua olim oppidum obscurum, ciuitas nunc præclara, patria quoq; mea, Vrbs quod uerbũ sonat Florentissima, nondum tamen Romana Rep. iam florente fundata. quid Bononiam tuam loquar, quam su pradicti principis ætate, fœliciss imam dictam inuenio, quamq; ego siqua in terris est fœlicitas, uerè fœliciss imam puer uidi, deinde ut retrogradæ res mortalium sunt, lapsu temporis, fœlicem, pòst & miseram ad extremũ per hos annos proximos miserrimam uidimus, nunc te auspice, fœlicitati suæ redditam uidemus. Certè hæc & aliæ, in eodem tractu, non antiquæ admodum, bello Punico secundo, per Italiam tonante, à Romanis conditæ siue insigniter auctæ sunt, cœperuntq́ue esse quod non fuerant, nec multò post tempore, quasi ad nihilum redactæ sese maiores denuò surrexẽre. quarum in epistola ad Faustinum, mœsto stylo ac pio, meminit pater Ambrosius nominatim Bononiam ipsam, Mutinamq́ue & Rhegium, & Placentiam, aliasq́ue tunc semiruptas urbes deflens. quibus hodie, & si non omnibus, plena tranquillitas, decor tamen, & sua manet integritas. Gaudendumq; quod hac una in re, uiri sapientissimi atq; sanctissimi fefellit augurium, q̃ illas in ꝑpetuũ ꝓstratas dixit: ac diruptas. & ad summã, tota hæc Italiæ pars, q̃ candidas alpes, ac uiridẽ Apenninũ interiacet, multò his tẽporibus est ditior frequẽtior q̃, q̃ antiquitus partes aliæ, humani moꝝ rẽ status uarietate testantẽ. Cæterũ opinentẽ ut libet, nihil est enim opinione liberius, ad multa alia, ui coguntẽ multi, ad credẽdũ nullus. Credant ergo, si uidetur Italiã nihil esse, quã totus sæpè orbis senserit esse aliquid, an non saltem intelligunt, in hoc nihilo, totam ferè illam suam

suam excellentiam esse inclusam, nec referre quàm sit uilis arcula quæ plena thesauri sit ingentis. His explosis almæ Pater ad te redeo. Ecce ergo multa inter obstantia, per procellas rerum, uarias atq; aduersos flatus, uelo pietatis, & rationis gubernaculo, ac remis industriæ benè usus, sanctam & uenerabilem matrem Ecclesiam, sua in sede reposuisti. difficilè est autem, quin paterfamilias peregrè remeans, in domo diù deserta atq; incustodita, multa sit reperturus correctionis egentia. hic incũbe, hic omnem sacri ingenij uim exerce, ut spar sa recolligas, lapsa erigas, deformata reformes, nutantia firmes, consumpta restaures, euersam domum non destituit ur sapiens, sed attollit ac reficit, quod si in singulis domibus uerum est, cur non in omnibus, & in tota urbe, si ita res tulerit uerum sit? Iure igitur incensa, olim, ut dicebam urbe, Trib. Pleb. obluctantibus migrandumq; censentibus, M. Furie Camillus ut restitueretur obtinuit. extat oratio, & ciuis & uiri boni, animo & moribus digna. quod si tunc accidit, nouitate illa urbis ac temporum ruditate, quod nũc censeas, post tanta religionis rerumq; cœlestium ac terrestrium incrementa. habes urbẽ conquassatam fatear, sacrã tamẽ, et humano generi, sed præcipuè Christicolis uenerandã, urbẽ diuinarum & humanarũ rerũ omniũ p̃cellentẽ gloria, urbiũ parentẽ, orbis caput, arcẽ fidei, ubi te fideles amẽt, unde te metuãt infideles, nõ ideò deserẽdam, q̃ lacera & inculta est, sed eò attentius, atq; obnixius repandã, quò maius hinc meritũ reparãti est. hãc siquidẽ Romulus fundasse, Brutus liberasse, Camillus instaurasse laudat, ille, cuius ꝓximè mẽtionẽ feci, uerũ ea secularis impij est laus. Spiritale aũt imperiũ illic Petrus statuit, Syluester auxit, Gregorius exornauit, horũ laudes omniũ, in te unũ trãsferendi, naturã tibi oblatam uideo. nõ horum uni siue alteri, sed similiter omnibus comparari, ab incorrupta & memori posteritate me reberis, utriusq; enim imperij fundamẽta, & incrementa, & ornamenta collapsa sunt, tuq; omniũ instaurator. Ex quo miror ualdè, quorũdã suspitiones hominũ, qui te tanta gloria, tantisq; meritis cõtemptis, ac perditis, abire uelle aiũt, uel ad illud ergastulũ, unde Ecclesiã eruisti, uel nescio quo, nullus est enim uel sanctitate, uel gloria locus par, nullus ubi tãtũ ualeas & Deo placere, et hominibus prodesse, qui tui fines ultimi duo sunt, seu uerius, qui tuus in hac uita unicus finis est, gemino sub mandato. quo pergũt, ubi sistunt, unde & pendent lex pariter & Prophetæ. Itaq; nec famæ cõtrariæ, nec trepidis cõiecturis, cõfusisq; rumoribꝰ acquiesco, nullo modò meũ cadit in animũ, te sic cœpisse, ut sic desinas, satius enim fuerat, nõ cœpisse, nil in rebus est deformius, quàm præclari principij fuscus finis, ut quod ait Flaccus:

turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa supernè,

quod si in pictura turpe est, in oratione turpius, in operatione turpissimũ esse nõ ambigit. multi sunt & penè omnes, qui præclarũ nihil incipiũt, nec infames sunt, quippè nec cogniti, at qui se glorioso principio notũ fecit, si id sponte destituat, in famiã nõ euadet, tu non solũ cœpisti, sed magna exparte peregisti, uide ne tuis manibus, tuum opus euertas. id enim non modo quam non cœpisse, sed quam cœptum omisisse, multo fœdius, solet namque actibus mediis, quidam torpor irrepere, specie difficultatis obiecta, profectò autem consummata bona, atque ad exitum perducta, rescindere inuidia est. Cœpto igitur nusquam calle deflexeris, nulla est rectior ad salutem, nusquam substiteris, tempus breue, longum iter, lenit laborem operis spes mercedis. nunquam denique in tergo respexeris, nosti enim, quod nemo mittens manum suam in aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno Dei. nec ignoras, ut uel apud scriptores gentium, Orpheus retro uersus, eductam ab inferis suam perdidit Eurydicem, uel apud nostros Loth è Sodomis exeunti, ut saluet animam suam, neque pòst tergum respiciat imperatur. quod uel oblita, uel despiciens uxor eius, respiciensq́ue post se, in statuam salis uersa, exemplum atque utile condimentum posteris liquit, quo in similibus saliantur, ne in sipido rerum gustu, ad ea quæ benè dimiserint animo, aut oculis se conuertant. Quibus ita se habentibus, fama & uulgus suo more ueris, falsa permisceant, meam mihi nullus opinionem uerbis eripiet, Si te abeunte audeam, nisi uideam non credam, & si uideam uix credã. sunt quæ uix oculis credantur. Magnam de te tuisq; de rebus, magnam tua de sanctitate, de magnitudine.

animi, de constantia, de fide, de ingenio spem concepi. credo ego, te forsitã blanda ægros animos spe solari, & id agere, ut inter honestæ more tædium, & inhonesti spem reditus, elabantur dies, utque assolet, tempore contractum, & tempore desiderium euanescat. Perge oro Beatissime, & ita fac, fac si potes, potes autem omnia supra hominem omnipotentis domini uicarius, fac in titulis suis ædificent, qui tam diù tamque auidè in non suis ædificarunt, honesti lapides, honestæ trabes, honesta calx fuerit, denique honestus labor, honestæ quæ curæ, & honesti sumptus in proprijs, qui alienis in finibus, quã honesti fuerint, quam decorum, quamcp conueniens, quod ruente: *Roma pulcherrima rerum,*
ut Virgilius ait, qua nihil maius Sol uidit, ne sit irrita Horatij uatis oratio, parua & turpis Auinio sup astra se tolleret, & q̃ uix cõpetẽs cauda est, fieret mũdi caput, diffinire non est meũ, eorũ cõscientiæ relinquat, qui prostrata Metropoli Vrbi, omniũ quæ sub cœlo sunt, qui labentibus tectis Apostolorum & suis, immò sanctorũ domibus, quarũ ædituos sunt professi, sparsis ac laceris, domos illic aureas erexerunt, inspectante uniuersorũ Domino, ac iudice nescio, an etiã approbãte. Fac incipiãt Pater prouidentissime, fac incipiãt, tantũ uoluptas una aliã trudit. actũ erit. Mox domorũ ueterũ, ut cœperint obliuiſci, & lutum Auinio nicũ nõ mirari, longis erroribus infecti animi, subitò conualescere nequeunt, tempore læsi ut dixi, tẽpore etiã curabũt, sed nõ solo tua mẽs, tua frons, tua uox, franget auctoritas. Interim dies ibũt, mẽtes uerioribus sentẽtijs, oculi melioribus spectaculis assuescent, cũ gustare cœperint, quid est Roma, immò uerius, quid est fides, & quid debitũ, quid honestas, siquis homo uel casus eos cogeret, unde tàm tristes modò ueniũt reuerti crederent, uel ad mortẽ uel ad miserũ exiliũ se cõpelli. Adhuc tamẽ et tua sublimis sanctitas, & mea fidelis humilitas scio, & sentio, cõtradictoribus patẽt, sunt qui dicãt, planè enim illos hinc audio, Romanum aẽrẽ insalubrẽ esse, quib. iã ex parte responsum est, nulla enim nõ ciuitas, tantũ angustissima, sed angusta domus, tàm salubris fuerit, q̃ non suspectã faciãt ruinæ. quãlibet purus aër si inclusus esse cœperit, fit infamis, hæc Romanam Vrbem, eiusq̃ temperiem, atq̃ aëris puritatẽ, uel concutiunt uel accusent, accedit & solitudo longior, & mœnium squalor, ac raritas incolarũ. quæ omnia, quid aliud quæso, quàm illa, de qua supra questus sum, Romanorum pontificum ac principum inuexit absentia. quidúe aliud quàm eorundem posit expurgare præsentia, uetus est prouerbium, cuius Aristoteles meminit, Nulla melius æquũre, quam domini sui oculo pingueſcere Vrbem tuã à suis pastoribus derelictam, prouidentiæ ac pietatis tuæ oculus impinguabit, ac reficiet. illã tu q̃ à CHRISTO IESV poscitur, & labẽtem respicies, & uidendo corriges, nam corrigi quidẽ illa, ni deseritur curariq̃ potest, non te ergo deterreat breuis labor, quo æternũ præmiũ meriturus sis. Redde illi te, immò redditũ cõserua, redde illi, inquam, suũ caput, statim & membra reddideris & uigorem, & si non pristinum at magnum, illũ redintegrare non potest, nisi is qui facit mirabilia magna solus. redde hominum frequentiam, quod stando moræq̃ perpetuæ spem dando, & contrarij metum, omnem Christianis pectoribus extirpando perfidiæ, ubi hoc feceris, mox et domos erexeris, & aërem correxeris. quem si infectum naturaliter, quis astruat, obstat illa mirabilis ciuiũ multitudo, de qua epistola altera ad te scripsi, & quã nullius scriptoris ingeniũ æquare potest, illa uis animorũ, atq̃ illud robur corporum, quæ nisi optimo in aëre, nec nasci potuerat nec seruari. obstat auctorũ omnium illustrium cohors, & minimè Romanorũ, ne affectus animi testimonij fidem leuet, nominatim eloquentiæ ille fons lacteus, & historiæ princeps, apud quem ita scriptũ est. nõ sine causa dij hominesq̃ hũc urbi cõdendæ locum elegerũt, saluberrimosq̃ colles, flumẽ opportunũ, quo ex mediterraneis locis, fruges deuehantur, quo mariti commeatus accipiãtur. Mare uicinũ, ad commoditates, nec expositũ nimia propinquitate, à periculo classium externarum, regionum Italiæ mediũ, ad incrementum urbis natum, unicè locum argumentum est ipsa magnitudo, & post pauca. Hic Capitolium est, inquit, ubi quondam capite humano inuento, responsum est, eo loco caput rerũ summũ impij fore, quæ sequũtur sciens sileo, haud nolim siluisse, non dico Virgilij apud quem inclita sepicollis, *Et fœlix prole uirum impium terris cœlo animos æquat.*
sed Hieronymi, iãq̃ is familiarior tibi est, qui aduersus Iouinianum scribẽs, mentio eius, de qua

qua loquor urbis oblata, Vrbs, inquit, potens, urbs orbis domina, urbs Apostoli uoce laudata, & sequitur uocabulũ Romæ aut fortitudinis nomen est, iuxta Græcos, aut sublimitatis iuxta Hebræos. linquo alia. non est igitur mirum, quod grauissimûs etiã hostis, urbem regum, siue, ut alij tradunt, urbem templum sibi uisam, & tenatum regum, hoc est ex legibus constantẽ, nõ erubuit confiteri. sæpè etenim uel inuitos, ad confessionẽ sui ueritas cogit. Id non modò mirabile sed stupendum, quod hæc ipsa urbs, sic & amicis, semper & hostibus uenerata, atq̃ ante omnes alias in honore habita, solis filijs suis Cardinalib. odio sit atq̃ contemptui. Quos tu uerus pater hortabere, ut hos animos ponant, nouos induant, sponsam tuam matrem suam diligant, illam sui præsentia, suisq̃ operibus exornent, quæ & operibus illos ornet & gloria, necp tali matre nuda ac famelica externas uestiant ac pascant, neq̃ sua indiga & mendacia in alienas effundant, quod in propriam refundendum erat. Id enim fœdum sibi, odiosum CHRISTO nouerint, qui suo sanguine dicauit Ecclesiam, non solũ cœlestibus et æternis diuitijs, sed temporalibus etiam ac terrenis. quas in aliud quàm ipsius in laudẽ atq̃ obsequium, spargi nephas sacrilegium q̃ est. Proinde tu uigila, domini est enim uigilare, seruorũ stertere, Homerus ait: Non oportet noctu quiescere consultorẽ uirum, cui populi sunt in cura. surgere oportet, prius dominos seruis, inquit Aristoteles, & dormire posterius, & quæcũq̃ decet facere, neq̃ nocte neq̃ die omittere, de nocte enim surgere, ut idẽ ait, ad sanitatẽ atq̃ & œconomiam & philosophiam utile. tua sanitas non tibi tantùm utilis, sed necessaria est mundo, tu non solius œconomiæ sed totius Reip. curam geris, multo maioribus uigilijs indigentis, tu non falsæ & inanis, sed ueræ ac solidæ Philosophiæ, ueræq̃ sapientiæ Dei patris studio uacas, omnes in te unum causæ coëunt, ut de nocte surgas, ac uigiles, uigila, inquam, speculare, superintende, q̃ est proprium Episcopi, atq̃ uniuersa circumspice, uersatili atq̃ acri & uigili ingenio opus est, magnæ cuiusq̃ rei executio, noctes insomnes, intentũq̃ animum exigit. de tua quidem optima, ac stabili uoluntate certissimus, alienæ duos obices uoluntatis metuo. quot tuum est, uel mollire uel frangere, ne hic pudor atq̃ hæc macula, frontẽ premat Ecclesiæ, neúe hæc fabula sit præsentis & sequentiũ seculorum, ut uiuo saltem, tàm præclari duce operis, sanctissima Petri sedes iterum deseratur, tàm præsertim uili causa, uini scilicet, quod ab homine sobrio, facilè sperni potest, uel si nequeat, & transfertur agiliter, & transferendo fit melius, neq̃ uerò ubi erãt, quo reuerti ardẽt, uinũ illud nascebatur, quãuis esset aliquanto propinquius. neq̃ maiusculũ hoc iter est, aliud quàm nautarum labor exiguus. quib. nullus satis est magnus labor, ad hoc unũ natis, neq̃ herclè tã ebriosus unq̃ fuit aliquis, ut uini amore, in uineis habitaret. Colitur uinea, nõ incolitur, & in uinea quidẽ uinũ nascitur, legit q̃, in torculari premitur, in penu conditur, in aula bibitur, & prima illa sunt uillici, ultimũ hoc domini, uinea tua & illorũ est, quaq̃ uersum, religio uera protẽditur, nõ tã uino, q̃ rubenti martyrũ sanguine fertilis, cuius uindemia ipsa est salus fidelium animarum. sed quæcũq̃ sit uinea, quisq̃s ager, ecclesiæ certæ, aula regia atq̃ arx superior Roma est, quod & si quidam dissimulent, nemo est qui nesciat, ne apud Indos quidem puto, nemo etiã sit qui neget. Redeant ad cor, nec iam amplius contra stimulum CHRISTI calcitrent, durus est enim, neque iugum eius excutiant. nam suaue est, & omni leuius libertate, humani animi uitium est error, obstinatio dæmonum est propria. Satis superq̃ satis erratum est. sit iam modus erroribus, satis est perditi temporis; extrema ne pereant enitendũ est, auerrant aures animarũ, ab impiorum suggestibus angelorum, periculosissimi enim sunt inuisibilibus flammis ac iaculis sæuiũt. Quos, ut ait Augustinus, in ipsis mentibus formidamus, adhibeant qúe illas domini præceptis, aperiant qúe oculos, & uidebunt CHRISTVM rectum illis ad se iter designantem, illum audiant, illum aspiciant ac sequantur. Cesset pertinacia ac funesta durities, non pudeat uinci, neq̃ enim ab illo uincũtur, & se uincere uictoria summa est. Cũcta aũt ritè facturos spero, & tibi credere incipiãt, & nouissima sua quæ iam uicina sunt cogitẽt hæc tã multa pater, ut Ciceronis uerbo utar, sanctissimè atq̃ optimè, & dixi olim, & nũc addidi, non quia tibi necesse esset hæc audire, sed quia mihi propè necessariũ nõ tacere. scio enim illos multa quotidie contra hæc loqui, quibus obstare nõ superbũ modò, sed insanũ putent. magni quidem uiri sunt, sed maior est ueritas, & collocutorẽ modicum, non dubito atq̃ humilem reprehensorem,

reprehensorem, suo quasi quodam iure fastidiunt, sed si se homines meminerint, non fastidient rationem, cui si se subijciant, nec auctoritate nuda niti uelint, quid his forte respondeant non habebunt. Illud nec relatu dignum, quamuis id multi prædicent. esse ibi qui cupiant, sinistrum aliquid, quod CHRISTVS, cuius res agitur auertat, tibi uel Ecclesiæ prouenire, quo sis pronior ad discessum, atq; hanc ob causam, placuisse illis motiunculam, quæ ad Viterbium fuit, atq; inde spem nephariam concepisse. Ego autem non dicam excellentissimis dominis, sed ne seruis quidem, nisi uilissimis hunc fuisse degenerem, immò immanem atq; impium appetitum, suspicari audeo, qui extremi forsitan furciferi cuiuspiam ferum pectus inuaserit, illi equidē quisquis sit, si tàm male quisquā esse potest, respicientiam ac uenia, si has nolit, sibi æternū de aliena fœlicitate suppliciū, perpetuitatē uerò rebus, pspe ris, Ecclesiæ pacē, tibi constātiā ac salutē opto. peccatorq; licet indignus, in se tamē dignis precibus, illum oro, qui tibi tāti principij mentē dedit, ut uotiuū finem & bonorum operum consumatricem optimam perseuerantiam, largiatur.

Fran. Petrarcha Francisco Bruno suo, S.

De materia superioris epistolæ, & de crebra loci mutatione.

NEscio qua seu syderum ui, seu uolubilis animi leuitate, seu lege necessitatis rerum humanarum, dura & ineluctabili adamantinos, ut Flacci uerbo utar, claros summis regum quoq; uerticibus affigentis, seu alia quauis mihi incognita ratione, totam ferè usq; ad hoc tempus, in peregrinationibus uitam duxi. hic ut boni fortè aliquid, sic mali certè plurimū tuli & si roger, cur nō igitur pedem figis, repeto q incipiens dixi, causam rei nescio. sed effectū scio, de quo quoniam abūdè alibi dixisse uideor, amplius nihil hic dicam, nisi q iam audisti, fuisse mihi hos circuitus lucro interdū nō inficior, sed sæpius damno. Villicū habui ad fontē Sorgiæ trās alpes, ubi floridiores anni, magna mihi ex parte fluxerūt, cuius & temporis, & loci, & hominis libens memini, q & tēpore illo, nisi tàm uelocitet abijsset, nil iucūdius, & loco si talis permansisset, nil tranquillius, & homine ni mortalis fuisset, nihil suo ingenere lætius, nihil obsequiosius, nam fidelē dicere, detrahere est, ipse siquidē fides erat. is mihi, ex quo uagari inde cœperā uel proficiscenti uel redeūti, amica reprehensione solitus erat hoc dicere, Vt uideo sæpè rotaberis, nunquā uerò, mihi crede, ditaberis. nonnūquam seu exacti, seu instantis itineris uiaticum, sic taxabat, ut in illo penè fallerer, & monenti, hoc aiebat expendes, & reuerso hoc aiebat, expendisti. idq; constanter usq; adeò, ut non agelli custos absens, sed præsentissimus uitæ comes fuisse, inq; omnibus hospitijs sedisse ad calculum uideret, & mirabar, & ridebam, uera licet illum loqui sentiens, quod & nunc maximè sentio, prouerbium uetus est nostrorum hominum. Non facit muscum sæpè uolutus lapis. Et ut opes sileam, quarū fluxus nemo uir magnus inter damna, quidā etiam inter lucra posuēre, quid de alijs dicam, sic uagādo notitias plures forsitan quæsiui, sed amicitias paucores. quo enim uera amicitia, unum è maximis uitæ bonis in transitu quæreretur, cum minoribus acquirēdis tempore & constantia opus sit, & si aliquas, & si multas, uel sic uagus habui, quot cōsistens fuerim habiturus iuditio est, natura nullā prorsus ad rem, q̄ ad amicitias proniore. Iam de ingenio ac doctrina facilis coniectura est, profectò enim plus aliquid am biēdo uidit, q̄ uisurus domi fueram, & experientiæ rerum & notitiæ, non nihil est additū, sed detractū literis. quot enim studio putas dies hi, discursus abstulerint, ut bibliotheculam ipse reuisens meam, non inter ueterū tantū libros aduena, sed inter mea etiam uiderer opuscula donec sensim, non sine tempore ac labore aliquo, in familiaritatem pristinam reuocarer. quæ iactura haud quaquam leuis est, breuitatem fugāq; temporis extimanti. & nisi me hic metus tenuisset, frenasset q impetū, ut erat adolescenti animus, & casuum improuidus, & uidendi auidus issem ad extremos hominū Seres, atq; Indos ultimaq; terrarum Taprobanem adijssem. Scio quæ tunc mihi mens fuerit, non me quidem illa ætate, me labor, nō maris fastidia, non pericula terruissent, terruit amissio temporis, atq; animi distractio, cogitantem inde me, plenum spectaculis urbium, fluminumq; ac montiū et syluarum, sed literulis, quas ad id tempus iuuenili studio collegissem, uacuum & innanem, atque inopē temporis reuersurū. itaq; consiliū cœpi, ad eas terras, nō nauigio, nō equo pedibus ue per lōgissimū q iter, semel tantū, sed per breuissimam chartā, sæpè libris ac ingenio, pficisci, ita ut quotiēs uellem,

uellem, horæ spatio, ad eorum littus irem, ac reuerterer, nō illæsus modò, sed etiā indefessus, neq; tantū corpore integro, sed calceo insuper inattrito, & ueprium prorsus, & lapidū & luti & pulueris inscio. Vnum sanè in occiduis his meis anfractibuis, dictù quàm re leuius, perperior, q amicorū literas, eorum dico, quos disciplina & eloquio claros noui, quæ mihi & decore proprio, & amore dictantiū, pro thesauro erāt, inter crebras locorū mutationes, sic interdū perdidi, ut est meis simul etiam multa perierint, quæ mansissent, si uni scamno insistere potuissem. hoc nimirū est amice, propter q unū in hanc multiplicē modò narratio nē incidi, teq; alijs multis, aut sim dubius, et magnis implicitū atq; intentū rebus, huc perpuli, familiari quodā impetu, qui de nihilo longas sæpè texit historias, poteram nempè, nisi hoc esset hinc initium sumere, q epistolas tuas, ad me ultimas, quarū alteram dū adhuc Ticini agerem, alteram Venetijs accepi, nunc Patauī quærens, non inuenio, & respondere aliquid uellem, tempus est enim, immò iam præterijt, siue occupatio siue tarditas mea, siue illa ipsa de qua loquor instabilitas in culpa est, ut ex memoria ego respondeam oporteat, quæ si me fefellerit fallax est, cum q omnes assiduè tū uel maximè senes fallit, fortasse ideò, quia pluriū illis est debitrix, et est depositi maioris fides rarior. Vtq incipiā, epistolarū tuarum prima pars, ni fallor meæ mortis te rumore cōcussum grauiter, defectum narrabat, donec uerior nuncius iacentē animū erexit, ad q unum dixero: Noli amice, noli obsecro, his amplius unq̄ moueri. Rē audies mirā ualde. Quartus & uigesimus annus est nūc, ex quo primum fama similis, Liguriam impleuit, quasi non obscuri casus homunculi, sed imperatoris cuiuspiam esset aut regis, fuerunt qui de hoc, ipse tunc uulgares tantus, & tanto studio meditarentur, ut reuersum tandem in stuporem me similiter ac ruborē cogeret, tàm præcox tamq; immeritum nomen, tanto clarior iuuenis fui, quā sum senex. sed hæc transeo. Ex illo uix fluxit annus, quo non saltē semel, meæ mortis fama reuixerit mirum cum & ego ualitudine corporis hactenus semper ferè prosperrima, & mediocri fortè rerū usū sim, & talia nō nisi de potentioribus fingi soleant, quorum mors momēti aliquid rebus possit afferre. mea quidem mors nulli ut reor utilitatem magnā, paucis damno, Reip. nihil penitus afferret. quid festinanter quid mendacio anticipanter quod ut uerum fiat, eis nihil, & si eorum fortè libidini ac maliuolentiæ aliquid collaturū sit. Insisterem hoc loco rei causam uestigaturus, nisi quod ad amicum alterum uirum bonum atq; eruditum, simile olim rumore, ac stupore percussum, mea non ociosa de hoc extat epistola. sed ut summā noris, scio inimicorum hæc figmenta esse, miraberis unde mihi hostes, sed sic est nullos mihi offensa, nullos odium, multos fecit inuidia. & hoc quo que mirabere, cum inuidiosum nihil omnino mihi sit, sed uilibus animis, quicquid uile minus obieceris, inuidiosissimum apparebit. fingunt sibi quod cupiunt, publicus mos stultorum, & hi quidem, nondum uitæ meæ, uel diculam uel mentum unum, his artibus detraxerunt, passioni autem suæ, multum per impatientiam addidēre. In uno fateor, ut iocosa seriis miscream, iocosa utique, sed molesta, nihil ominus, in uno, inquam, horum me mendatijs læsum sensi, quod cum ante aliquot annos, Sūmus Pontifex, nullis meis erga eū meritis, ut cui uisus nunq̄, & uix fama ambigua notus eram, nullis meis precibus, sed liberalitate & clementia sua, sola præbendulam illā perexiguā quidem, sed locorum mihi ubi à pueritia educatus essem, cōsideratione gratissimam, proprio cōtulisset instinctu, tuq; id mihi uoti mei cōscius nunciasses, quærēs qualiter literas executorias fieri uellem, uenit interim unus ex his annuis interfectoribus nominis mei, qui quos manu nequeunt, lingua uulnerant, persuasitq; Pontifici me defunctum esse. Quo te etiam tunc rumore pergrauiter consternatū fama fuit, & tūc quidem, q uulgare est ueterator ille sui præmiū, ego alieni mendacij pœnā tuli, unū dixi, duo dicere debui, simile enim per omnia, sed multo maiori in re, cū hoc Romano Imperatore anno tertio passus sum. quoa udito utrobiq; cū amicis tūc iocatus, si cū dominis ioca ri licet, & nūc iocor. Siquidē q uiuēti data tū erat, ut defuncto eripi, sic restituī rediuiuo potuit, neq; hoc dico ambitione ulla ductus, in epistola q̄ cōmuni nostro, & omniū domino porrigēdā, per hunc nūciū accipies, qd cū eo pepigerim, uidebis, ut nil scilicet p̄ter benedictionē suā, illius è manib. aut cupiam aut exposcam. Nec sat scio, an quod olim diù optaui, assequi iam mihi expediens sit, posset forsitan

paruo

parùo hoc addimento, Patriarchæ amantiſsimi patris mei deſiderium. quo iampridem uel licor, & locorum amor me illuc quandoq; retrahere, ubi prædulcis quondam, & quieta fu it mora, nũc ô uolubiles res humanæ. ne ſecura quidem ſatis eſt ſtatio, quod ipſe hinc meis, illic dimiſsis in reculis ſum expertus, propter falſam hanc igitur ſolam famam, amara leni ens iocis hoc dixerim, te deinceps meis in rebus ſi me diligis, neq; mendax fama, neq; ueri tas comperta deſciat. Scis amice, & me & te, tributo mortis obnoxios, quod nobis cum Pontificibus Cæſaribus q́ue commune eſt, immò hercle cum omnibus qui ſunt erũt ue de mortalibus, qui fuerunt nempè ſoluendo iam debito liberati ſunt, ut nulli hominum graue eſſe debeat, quod omnibus æquum eſt. neceſſe eſt, ut aut tu de me, aut ego de tehũc accipiã rumorẽ, non hoc dicerem, ſi quis res noſtras ordo ageret, par exiſtimans, ut qui pri or ueſtibulũ uitæ huius introij, poſtico prius egrederer. ſed ah, quotiẽs me fefellit hæc opi nio, quæ ne amplius fallat, & cupio, & precor. utcunq; res caſura ſit, ſi quidem uerum nun cium meæ mortis acceperis, non inhibeo ne ſuſpires, ne ſim durior, ſed ne unam omnino la chrymulã effundas, iam hinc moneo, atq; obteſtor, neq; multũ doleas, immò, inquam, nõ plus doleas morientem, quàm naſcentem doluiſſes. Nihil doleas igitur, nihil fleas, non eſt Philoſophicum, nec uirile quidem flere naturalia, non minus naturale autem, nec peius eſt mori, quàm naſci & fortaſsè melius, pro me potius Deum ora dum hic ſum, benè ut hinc abeam, dum abiero ut mitis mihi CHRISTVS occurrat, & meorum immemor delictorũ, hoc mihi utile, tibi honeſtum, Deo placitum. Fletus autem horum nihil, de me quoq; libẽs loquere, tuo in ore meum, immò noſtrum nomen, meq; qua non uiſum potes hominem in memoria tua ſerua, hoc funeris ſepulchriq; genus acceptiſsimum, amicitiæ ueræ eſt, reli qua ſuperſtitioſa & inania & caduca. & hæc omnia eò ſpectant, non ne meam tãtũ, ſed ne cuiuſcunq; mortalis æquo graui mortem feras. quanquam in hoc ego ipſe, ſæpè nimis erra uerim, quod epiſtolæ meæ multæ flebiles, quarum nunc me pudet, quaſq;, uel nunquã hoc calamo exaratas, uel dũ licuit deletas, uellẽ, apertiſsimè teſtãtur. uicit me amicorum in mor tibus, ſub pietatis clypeo, mollities fragilitasq; animi, nũc agnoſco quas ineptias dixi. quo fructu tot lachrymas, tot lamenta profundi, uel non ſentiẽtibus uel damnantibus quos lu gebam. Cæterùm nemo melior uiæ dux, quàm qui illam ſæpè errando & cadendo didicit, non damno humanitatem, ac pietatem, ne inhumanum atq; impium dogma ſit, ſed imbe cillitatem in uiro fœmineam, atq; ægritudinem animi reprehendo, quibus ſe uehendum quiſquis dederit, in ærumnam decidet ſempiternam, nunquam enim flendi dolendiq; cau ſæ deerũt, quodq; ait regius propheta. Deficiet in dolore uita eius, & anni ſui in gemitibus. hæc data pœna diù uiuentibus, inquit alter. at non omnibus, ſed his tantùm, qui fortuitis ca ſibus, uirtutum inopes, atque inermes, non æquo marte congrediuntur, uerbo tecum utor meo, ne dum huic ſententiæ nouiter ueſtiendæ, operam do, cœptæ curſum orationis impe diam. His te ergo pro tempore, mirum dictu contra meam mortem uiuus armauerim, ut dum me hoc tandem carcere relaxatum, quod falſo iam ſæpius audiuiſti, ſemel uerè audies quod audire ſi diuticulè uixeris neceſſe eſt, conſolatore alio non egeas, memor me, dũ ad huc in terris tecum eſſem, præmonuiſſe, ne ut mortuũ fleas, ſed ut laqueo mortis huius ela pſum, & uiuere incipiẽtem, læta memoria proſequaris. Venio ad aliud, q́ dicebã memoriæ depoſitum, et epiſtolam quidem illã, multiloquam ſeu libellũ, breuẽ mauis dicere, benè acce ptum apud Pontificem Maximũ, ut tu ais, gaudeo. certè enim quiſquis illi ſtylus, quæcũq; materia ſcribentis, clara utiq; fides fuit, affectumq; animi ſcito, nec lingua æquari potuiſſe nec calamo, nunquam me adeò uerborum inopem, nu llarum in parte cognoui, hac me fides egit, quo ingenij fiducia, nõ egiſſet, ut de illis rerum moderatoribus, tàm liberè loqui auderem. Adiuuabat impetum fidelis animi, & calami libertatem eius, ad quem mihi, ſer mo erat, circunſpecta profunditas, cui illos multò quàm mihi uel alteri notiores eſſe, cer tus eram, ut de illorum moribus ſecum agens, nihil tàm uererer, quàm multa præterijſſe. Egit hoc infallibilis, & æterna prouidentia terribilis, in conſilijs ſuper filios hominũ, ut qui princeps Eccleſiæ, ſoſpitator orbi lãguido deſtinatus erat, cõſiliariſsimos ſuos, familiariſsi mè ſcrutaretur, anteq; illi eũ uererentur, aut metuerẽt, aut quandoq; uerẽdũ metuẽdumue animis

animis præſagirent. Difficilè eſt noſſe hominum mores, ſub hypocriſis uelo, fuſcæ ac pro fundæ ſunt humani pectoris latebræ, & ut reliquarum rerum, ſic mentium color inter tene bras deliteſcit. ſerò iam nubes fictionis obtenditur, uidit illos intrinſecus, eo tempore, quo patebant, hoc mihi apud eum loquendi fiduciam illam dedit, non quod mei & illorũ eſſem uel ſim neſcius, & quanta illis ueneratio deberetur, ſi quod profitentur implerẽt. ſed heu mihi, tota ferè hominũ uirtus umbra eſt, uerba, cerimoniæ, motus ueſtiũ, pedum motus, geſtus corporis, oculorum flexus, frons, coma, ſupercilium, ſingula hæc leniuntur. interior animi forma negligitur, neque præterea oblitus ſum, illã ſententiam Ciceronis, q́ carere de bet omni uitio, qui in alterum dicere paratus eſt, conſonam ſententiæ ſaluatoris ubi in terra ſcribens, Vt qui ſine peccato eſt, primus in peccatricem lapidẽ mittat hortatur, uerũ hunc omni uitio carentem uelim, Cicero ipſe mihi ſi nouit oſtendat, ego illum fateor, non no ui, & ſi expectandus ſit, ſerò quiſquã reor accuſabit. accedit, q́ nec homines accuſare pro poſitũ fuit, ſed eccleſiæ ſtatũ flere, & ſi is fletus abſq; graui hominũ nota nõ eſſet, & quam uis ego me multiplici uitio laborantẽ ſciam, meũ tamẽ uitiũ mihi uni, illorũ uitia mũdo no cẽt. Semper enim nocẽtiſsimi omniũ ſunt habiti, q́ uenenato exẽplo, moribus publicis ceu morſu uipereo nocuerũt, neq; ideò fortaſsis auſus eſſem uera loqui, ne mihi q́ ſolita eſt, cũ illis ueritas odium annexũ, odio damnũ pareret, ſi ad opes ut uulgus aut potentiã aſpirarẽ. nunc nil cupiens, quid metuã. ſolẽt hæc cõiuncta eſſe, naſciq́ alterũ ex altero, cupiditas ue rò & metus, frena ſunt animi, quæ à recto ſæpè illũ calle detorquẽt. neq; tamen his liber ea ſcriberẽ, ne ſcilicet os in cœlũ poſuiſſe dicerer, niſi q́ ſcienti omnia narrabã, ſi fortè nobiliſ ſimã ſanctiſsimãq; animã, ut aſſolet, notæ, licet hiſtoriæ commemoratio excitaret, & quo per ſeipſam feſtinabat impellere, CHRISTO gratias & uicario eius. En uidemus quod uix equidem optare nullo modò, aut ſperare auſi eſſemus, nemo hic ſibi laudẽ arroget, nemo gloriam aucupetur, nullæ hic ſunt hominis partes alterius, niſi optando forſitan ac precan do, cum in contrariũ partes fuerint multorum, ardentiſsimæ illæ quidẽ, ſed Deo agente irritæ, atq; inanes quo illius ſanctiſſimi patris maior mihi indies admiratio eſt, priorq; deuo tio. qui per tot tàm ualidos obices ægram matrẽ Eccleſiam, ſuis ſolus geſtans humeris huc euaſit, maiorq; illorũ execratio, qui hoc impedire tanto ſtudio nixi ſunt, ut fideliũ animis, neſcio quid ſuſpitionis iniecerint, aliud ſe aliquid adorare q̃ CHRISTVM, unde effectũ, ut quamuis uoti ſã cõpos nõ quieuerim, ſed multa nũc, etiã uel æque acria uel acriora profu derim, è quibus epiſtolã ſecundam, paulo minus primæ partẽ texui, dici enim nequit quã ta indignatione animus, rumoribus nouis exarſerit, audito, quid in illa ſancta quidem uia, nõ ſancti quidem uiatores, contra ſanctum me ducẽ, uel egiſſe feruntur, uel dixiſſe. Scis me anni partem Venetijs agere, cuius urbis claſsis, inter alias iter Apoſtolicũ comitantes, una utiq; etſi abſq; iniuria reliquarum dicitur, prima fuit in hoc ſaltẽ, q́ è lõginquo uenientes, om ni ferè quàm longiſsima eſt Italia ambita, uſq; in intimum Galliarum ſinum, atq; ibi abdi tam Maſsiliam, ubi uiæ accinctus Pontifex expectabat, gubernaculo deuotionis, & obe diẽtiæ remigio penetrauit, hinc multa didici. quæ quã moleſta uiſu, fuerint, eò melior q́ mo leſtiſsima ſunt auditu. Vnum de multis interſerã, fuiſſe ibi nonnullos ex illo etiam uenera bili ordine, qui confeſtim ut Venetus claſſem terris eripuit, ceu torti acriter, muliebri eiu latu, omnium in ſe nautarum ſimul uectorumq́ ora conuerterent, quin & conuitijs, ne qua ſtomachi eſſet excuſatio, blaſphemijſq́ non parcerent. ô malum Papam, ô Patrem impium exclamantes, qu'onam terrarum miſeros filios rapit, non quaſi ad Chriſtianitatis unicam ac ſupremam arcem urbem Romam, ſua in ſede catholicæ futuri reges Eccleſiæ, ſed quaſi Cheſiphontem aut Memphim Sarracenorum in carceres traherentur, uerè ergo miſeri filij ſic affecti, uerè auſt fœliciſsimus Pater ac piiſsimus, ſi latinè dicitur, q́ uolẽtes etiã ac luctantes filios ad ſalutẽ ducit. Ego igitur clamor, immò totus fidelium grex exclamat, ô beatum optimumq́ ac cœlitus miſſum mundo Papam, qui Eccleſiam ludibrio exuere auſus, ſuo in ſolio atq; honore repoſuit, qui hoc uituperat, quid ſit unquam laudaturus nõ intelligo, uerè Papam optimum nõ modò antè alios, ſed unũ ex omnibus noſtræ ætatis, & uerè peſsimũ atq; impurũ os, quod contra indulgẽtiſsimũ patrẽ latrat. Meritò itaq; Deus illi,

illi, qui in his maledictis acerrimus omniũ fuit, manifestum ac terribile signum fecit, ut scili cet ex quo sanctam ciuitatem, attigit, illicò moreretur, qui cum morti proximus esset. ad summũ Pontificẽ destinasse traditur, qui dicerent, persuasum sibi à Medicis, ut si saluus es se uellet, ad suum aërem atq; patriam remaneret, cõmeatumq; deposcerent. quod audiens Papa, quid responderit, ut nil penitus illustrium latet, usq; huc famæ relatibus insonuit, quæ an uera sint, tu ad sacros pedes assiduus indicabis. ego enim rei nescius, rem scienti narro, sed id facio, ut si in manus fortassis alterius hæc uenerint, responsum omnibus notum hat, marmoribus insculpi, & præ foribus urbium, ac templorum legi dignum, atq; æterna om nium, sed præsertim doctorum sanctorumque hominum memoria celebrari. cũ enim man data nuncij peregissent, ille subitò ite, inquit, & domino uestro, amico meo, & scholæ so cio dicite. cura in patriam eundi bona est, modò nouerit quæ nam patria sit sua, nam terre nam patriam cogitare in hoc statu intempestiuum, ac mortiferum, cœlestis illa Hierusalem uera patria nostra est, ad hãc ergo suspiret, ad hãc animũ attollat, cuius tamẽ in limine duos se maximos potentissimosq; hostes quæsiuisse meminerit, Apostolos *CHRISTI* Petrũ scilicet & Paulum. quorum uolũtati summa ui restitit, meq; illius executorem, præ cunctis dissuasoribus, omni quo quiuit ingenio retardauit. illos ergo, dũ adhuc licet cõpunctione cordis, & lachrymis ac precibus mitiget, ut eos sibi propitios, nec obstrusũ patriæ limen in ueniat, hic insistat, hoc cogitet, omissisq; curis inanibus, unã hãc arripiat, qua placati Apo stoli *CHRISTVM* placent, lætamq; illi ianuam regni cœlestis aperiant. Euntes hæc sibi meis uerbis nũciate. ô responsum uerè angelicũ. quo accepto Cardinalis, ille oforq; almæ urbis, non ita multo pòst, benè utinam, fœliciterq;, & sani credulus cõsilij expirauit, & in sanctis quæ oderat, atq; horrebat locis, tanta est *CHRISTI* misericordia, sepulturam meruit. Hoc ut modò dicebam, scienti nescius narro, quo nihil unquam dici altius, nihil grauius audiri, ut si ita est, & tu mihi notum facias, & ego alijs fecerim. si minus scribas, ad contex tum mihi, si uacat responsi formam apostolici, ut si oportet, in hac etiam epistola mutetur uerborum forma. quæ si ita permanserit, sciant qui hæc audient, rem à me narratam, tuo & ueri testimonio constare, & sic esse ut hic legitur. Nã si diuersum scribas, ita hic erit ut scrip seris, omnino enim, nec obliuione, nec latebris digna res est, ueniet forsitan post me, qui di gniore hanc honestet eloquio, uel ego ipse fortassis alibi maiore nixu incũbam, non dico, ut laudem meritam stylo æquem, sed ut minus incultã posterorũ memoriæ trãsmittam. quid nunc his querelas infantiles, & indignas uiris adijciam, quod Benuense uinum non ha bent, de quo satis usque ad risum ac fastidium disputatũ est? & ô sancte *IESV* si in te cre derent, non ne considerent aquæ hydrias in uinũ optimũ posse cõuerti, nõ præcesit eos ui num illud, sed sequetur, ne timeant, quocunq; ierint, & secutum est iam nũc audio, & gau deo hercle, si uel sic fortè conuitijs abstinerẽt. quid q; calor immodicus. præterita æstate Viterbij fuit? sed an, quæso, materiam suis cessuram, delitijs, seq; ideò q; diuites sunt, frigus & æstũ non sensuros sperant? an ciuitate illa nobilissima, unde tam queruli, & tàm mœsti ueniunt æstiuis caruêre caloribus? an ego, seu ibi non fui, seu quia aliquot annis inde ab fui, loci illius oblitus sum. Ego uerò, etsi neque apud Aethiopes, neque apud Arabes fue rim, harum tamen certè nostrarum occidentaliũ regionum, bonam partẽ circuiui, plagam enim Artoam, sermo iste non recipit, nec sum memor, ubi Boreæ flatus cõticuerit aut Circij. quod unum ibi refrigerium unum remedium uitæ est, importuniores alibi sensisse æstus æstiuos, ultimus nisi fallor, Ioannis *XXII.* Rom. Pont. annus fuit, quo tantus illi cœli fer uor inualuit, tanta imbrium penuria, ut ferè omnis umbilicò tenus nuda plebs, per paradi sum illum dominorum Cardinalium, lymphatico more discurrens, altis atq; miserabilibus uerbis, atque uerberibus, mali finem, pluuiam atque aëris temperiem precaretur. Memini tunc penè omnium, omnis sexus atque ætatis, uultus, colla, & manus, cutim quasi squa mas, quasdam more serpentum exuisse, ut siquis rarus ardoribus, illis inuiolatus obsiste ret, non tàm carneus quàm ferreus putaretur, nec aut aliquid tale usq;, nostro sub axe, sic ad omnes pueniisse scio, aut hos Viterbij tale aliqd passos credo, sed nõ est ludus. immoderatè uel diligere uel odisse, Si possibilè sit, in cœlo aliquẽ inultũ ac uolẽtẽ in inferno esse, inueniet ille

ille, contra cœlum, pro inferno aliquid his horumq; similibus permotus indignatione ue hementissima, & libertate illa, uiam quam natura mihi dederat studium auxit, ætas cumu lat, scripsi multa quæ primus leges. ad te enim primum ueniunt, tuum ultrò subitura iudi tium, in quo precor, ne ut solet, uerò amor officiat, seuere iudica, & uide, an nimia sit liber tas, indignatio enim nimia esse non potest. Illud neq; tuum, neque cuiusquàm animum moueat, quod Papam Romanum quo nil maius, immò cui par nihil orbis habet alloquor, quasi illius reuerentia stylum cohibere debuerit, mihi enim, ut uides, magna hinc pars fidu ciæ orta est, quod uicario ueritatis, nulla ueri particula occultanda uideretur. præsertim, cũ & si uellẽ, nihil illũ penitus celare possem, scientem eò cuncta lucidius, quo manibus suis illa palpasset, æterno sorum medicus uolucrum. Narraui igitur, non ut ex me illa disce ret, sed ut mihi, atque omnibus nota cognosceret, eoque obnixius uel curandis his uel am putandis incumberet, ne paucorum maculæ, lepra serpente, uniuersalis Ecclesiæ corpus in ficiant. qua in re, & si mihi parum auctoritatis esse sciam, ueritati tamen undecunque pro deunti, auctoritas sua est. quæ latenti quadam, ui animos ligat attrahitque quid enim refert buxea an eburnea, an & aurea & ornata gemmis fistula consonans, & suis constans nume ris uox erumpat? at tu, tamen cum hæc semel, quæ summo nunc etiam Pontifici dirigo, solus tacitusque perlegeris, & tecum cuncta librabueris, uoca in consilium quem soles, & quem uelle me. pridem nosti, iuniorem hũc Agapitum Columnẽsem, sic enim honestius. clariusq; illũ dixerim, quàm Episcopum Aesculanum, totam denique quã primæ epistolæ anno altero legem dixi, cuius te memorem spero, hinc quoq; dictam credito. Addere con silio Columnensem alterum Stephanum, & ipsum iuniorem, horum enim ego nominũ maiores iunior colui, hos iuniores amo senior, sed habeo, cõtra hunc querelæ causam non mediocrem, ualdè enim amanti, nulla nõ grauis offensio est, quam sibi si se casus obtulerit, non occultam uelim. Cum ante diem Cal. Nouembrium, è Gallia rediens, Apostolici redi tus reuocante, fama me in Mediolanensi rure tunc agentem, generosa illa sua humilitate uisitasset, atq; illic inter nos raptim, multa pro tempore longè uelut absentiæ spatio recolle cta, subiti more torrẽtis effusa essent, inq; hoc colloquio, aliquot pergratæ mihi, fluxissent horæ, uix tandem digressi sumus, ipse quidem totus, ut res docuit. Ego uero mortali tan tùm mei parte, oculis illum quoad licuit, animo usq; in finem comitatus. Iuit ille data fide, quod cum primùm Romã peruenisset, latè mihi de omnibus scriberet, quorum noscendo rum auidum, me sciebat, & ego ex more amantium, atque optantium, dies diù numerans promissi, exitum expectaui, sed tarditati suæ gratias, hac iam expectatione liberatus sum. neq; iam mirer, si munusculum mihi optatum, sibi facilè promissumque, non misit, cum rem magnam, neq; mihi, sed sibi familiæq; suæ utilẽ neglexerit, in quo pace sit dictũ sua qui mos in amicitijs meus est, excusare illum nolo, nec ualeo. Posset, inquam, aliqua uehemẽs occupatio, totumq; ad se animum trahens, seu necessaria profectio, seu fortasse, ut res homi num tremulæ ac fragiles sunt, morbus mihi incognitus, segnitiem excusare. illud aũt quid excuset, quod hic idem, adolescentem conterraneum nostrum, nunquam aliàs uisum, nec uel fama notum sibi, sed eoipso die, quo me uisit, casu obuium, paucis inter festinantes uer bis habiti, tãta & tã subita cõplexus amicitia est, ut neglecto me, q ante triginta annos suus fui, & cui necessarijs de rebus scripturum se spoponderat, illum multis postea natum lu stris, & qui filij sui filius esse posset, sæpe interim familiaribus, ac iocosis epistolis dignum duxerit? ô sors rerum inscrutabilis, ac reposta, non equidem inuideo, miror magis, inquit, Maro, miror certè, unde huic tali uiro, hac ætate & constantia, ea nouarum amicitiarum cu riositas, ea ueterum negligentia, his contentus, hæc si illi dixeris, aut legeris gaudebo. Quẽ non minus ideò si uisum erit, ad examẽ uoca, liberi enim consilij & magni ingenij Vir est, meq; & si non magnificat, multum amat, patrẽ sanè meum Patriarcham abfore doleo, con sultorem optimum ac iudicem. age ergo, uel solus, uel cum his, seu cum alijs, quod decori meo, immò quidem nostro conueniens extimabis. Vnum esse uideò, in quo me æmuli mei notent, quod in laudibus Pontificis multus sim, dicent me forsitan hoc tramite ad Epi scopũ aspirare, sed hac me suspitione liberet, ante acta uita, nullis blãditijs res egebat. Po

tui sæpè uel rogatus, ad eum gradum scandere, dulce est mihi, cum amico, sed in domino gloriari. scio quibusdam Romanorum ducum, gloriæ datum, quod triumphi gloriam spreuerint, quo in genere nominatim laudatos C. Marium, Magnumq; Pompeium & Augustum Cæsarem inuenio. Ego triumphos, nec merui nec contempsi, Deo autem gratias, q mihi animum dedit, recusandi ea quæ maximè ab hominibus mei generis appetuntur, idque ne semel improuidè casuq; aliquo non consilio gestum dici posset, iterum atq; iterum, hæc se mihi reddidit facultas. Et certè hoc unum est, in quo illi non crederem, nec parerem cui in omnibus obedire & debeo, & uolo, si me ad cuiuscunquè urbis Episcopatum uellet attollere. Sat meis sarcinis pressus sum, & si non me alienis implicem, ut peccatori, benè mihi est, usq; quod queror ad inuidiam, malè esse mox inciperet. omne penè hominũ genus noui, multos uidi in excelso, quidẽ formidabiles, seu fœlicem nullum. omnis altitudo uel ruinæ proxima est, uel cõsideratione præcipitis ac prærupti status attonita, quo ergo tot laudes, dicat aliquis IESVM CHRISTVM cũctosq; cœlicolas, & cõscientiã meam tedet, nunquam me hactenus, quod de illo sentio uerbis æquare potuisse, increpui ego illum, dũ sic meriturus uisus est, nec tamen interea dignas laudes silui, quo ad utrunq; me paratum, nec affectibus sed ueritati, unde operam dare omnes intelligerent, ubi animum totum factis aperuit, neque reprehensioni ullus relictus est locus, tota eum mente laudaui, & laudabo dum loqui potero, nisi quod absit, quodq; nec dæmones, nec homines dæmonibus pares efficient, præclarissimi desertor initij, rursum reprehensibilis uideretur, uerba enim oportet, aut conformari rebus, aut mendacio deformari. Laudaui eum quantum sciui, & potui, nõ quantũ debui ac uolui, laudibus suis uictus est stylus meus, nõ me fallit dilectio licet amor uiri, nunquam tamen uisi, nescio an uidendi. non accepti beneficij memoria, non spes, aut cupiditas expectati, sola ueritas me impellit, non hominem celebro, sed uirtutem, illam amo, illam stupeo, illam noui, cuius enim non uidi faciem, facta uideo, & accedit ad gratiam fateor hinc externa uiri origo, hinc interna acies dissuadentium, nam si aut ille nõ alienigena, aut hi non tàm alieni animis, tamq; infesti Italiæ hostes essent, non tãta uel illius laus, uel mea esset admiratio, omnis enim uirtus eò clarior, quò maioribus obiectis asperitatibus, exercita atq; conflicta est. illud enim fieri potest, ut multum & iuditio meo, & gloriæ eius adijciat præcedentium uita Pontificum. Valdè quidem contrarietas eminet pro pinquarum rerum, quæ distantium latuisset. Vbi unum dicam, quod Stephano illi, cuius paulo ante mentio incidit, commiseram, sed auguror eum, non aliter id impleße, quàm reliqua. expectas audire, quid'nam rei sit? Quærentem an apud summũ Pontificem, prome aliquid esset acturus? orani, ut post recommendationem mei nominis humilem, breuem adderet historiam, cuius testem faceret, Anneum Senecam, eo libro quem de Beneficijs edidit. Ea uerò est huiusmodi: Alexandro Macedoni Magni nomen Asiatici victorijs iam adepto, Corynthij fama illecti, per legatos, ciuilitatem suæ urbis obtulerant, quod tale erat, quale si regi Magno, paruum regni sui oppidum id offerret, ut in oras ultimas, pro tãta leui causa ridiculosa esset, ac stulta legatio, nisi illud rẽ suapte perexiguam, natura magnam, atq; optabilẽ reddidisset, quod uidelicet honorẽ illum, ac ius ciuium, nulli unquã alteri, præter Herculi tribuissent. Quo respectu, Rex immensi animi, & non solum parua, sed mediocria cuncta despiciens, minimum id non spreuit, sed gratanter amplexus, exemplo docuit, ut rem uilem raritas charam facit, his præmissis, petij ut inferret, haud ignarum me quàm modicum, immò quàm nihil, Romano Põtifici, tàm pusilli hominis amor sit, posse tamen eò sibi gratum esse, quod illum non unus tantũ, sed omnino nullus alter eorum, qui in ætatem nostram incidissent, Pontificum habuisset. & si causam quæreret, cur ouis ultima, et infirma pastores gregis dominici nõ amassem respõderẽt. Quia etsi qdã ex eis magnifici, quidã docti ac facũdi fuisse uideãtur, quidã quoq;, de me priuatim bene meriti, nullus tamen, nisi me mea, multos sua fallit opinio, usque ad hoc tempus suum respexit officiũ. & quoniam multa hodie colloquẽdi ardor incessit, altero quoq; ridiculo te sinente locũ hũc infertiam. Surgo ex more, nocte media, ad dicẽdas CHRISTO laudes, quamuis aũt peccatori, & si mihi Deus dixerit, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum

meum per os tuum confisus tamen de misericordia, iustificante impios, tantam inde dulcedinem & tàm sobriam uoluptatem percipio, ut nulla pars temporis mihi tàm grata tamq; ex integro mea sit, reliquũ enim sæpe alijs, illud mihi uiuo, neque ex omnibus, quæ mihi diuina largitas dedit, quæ non pauca erant, nisi ego peccando omnia euertissem, quicquàm est, quo me arctius obligatum Deo sentiam, quã quod me unum fecit, ex illorum numero quod nomen eius laudando inuocant ac sperando. Ad quod quidem intempeste silentium noctis aptissimũ experior, & hic mihi mos, dudum cœptus, ac deinde per omnem uitam, nisi morbus insignis interrupit, usque ad hunc seruatus est, diem & usque ad ultimum Deo præstante seruabitur. Sacro ergo quadragesimali tempore, & cum uigilijs & ieiunijs attrito corpore, & Ecclesiastico officio longiore fatigato animo ad soporiferam auroram, nocturnicq; simul finem officij, propinquarem, ter quotidie pro Papa nostro Apostolico orãdum occurrebat, Amicitiam nostram iuro, raro olim eo loci peruenieram, quin me risus lentus ex indignatione ortus, arriperet, quanquam non ridendi tempus illud esset, sed gemendi. En dicebam tacitus, non tàm sæpe pro parentibus procq; benefactoribus meis oro, qui Ecclesiam Christi in exilio detinet, & uiduam patitur Petri sedẽ: orabam tamen ut poteram ex quo autem, hic amicus Dei fecit, unde tota & militans & triumphans gaudet Ecclesia, semper ad illum orationis locũ sic affectus uenio, et ad Papæ, quasi sancti cuiuspiam præcellentis, seu etiã CHRISTI nomen reuerenter inclinata frõte, trinas preces ita altius expressiusq; pronuncio, ut ob hoc unum penè omnia uideat dixisse. quam in me mutationem, ipse nonnunquã miror, sed mirari desino causam sciens, facit hoc ingens, & spectata summis in reb. uiri sanctitas, scis ut nihil in reb. nostris amabilius est uirtute, neq; id ago ignorans, peccatoris oratione, patrem illum beatissimum non egere, cum potius benedictione ipsius ego egeam, sed meo alacer furor officio, dum quod mœstus agebam letus ago, oransq; pro alio prosum mihi. Ecce amice, quantam huius diei partem occupationibus tuis eripui, neq; exitum inuenio, adhuc enim unum illud occurrit, quod scripsisti, Patrem illum, altissimi ingenij uberrimæq; doctrinæ, à te ut in illã familiarem humillimam quæ epistolam, glosas ei aliquas scriberes exegisse, quod nouo certè Auinionem stupore circũdedit. nam quid hoc aliud dictu est, quàm si prævalidus atq; agilis pardus ac semipedalis per transuersum riuuli, trãsitum, pontẽ quærat? Sed sic est, nunc intelligo, quod ipsi dicere solent non omnes per omnia dictum prius, à Vergilio,

non omnia possumus omnes,

Verissimumq; illud est Crispi, Vbi intenderis ingenium ualet. assueuit his studijs Dei nutu rector Ecclesiæ futurus, non quæ ociosorum auribus mulcendis, sed quæ populorum moribus corrigendis. idonea essent, benè autem habet. tu illic es, modo nostra hæc humilia quidem, sed fidelia legere, interdum uel audire dignetur, uiua adest expositio. Vltimum si ritè memini, tuis erat in libris, ante omnes te mortales opuscula mea optare, quæ tuo utinã desiderio digna essent, sed hic est mos amantum, non res extimant sed auctorẽ. ego uerò ut amici uerbo utar, omnia in te cupio transfundere, qualiacunq; sint, id examinandum tibi liquero. & si norim, quid ex his, quibus suprema manus imposita est, maximè cupias, id ut primum habeas, curabo, & si ut ueterũ fatear facillimum cogitatu est, quantæ totius exigui partes sint, unum longè memorabile, penè mihi abstulit oblivio. Scribis te honoribus uanis, & externis auctũ reb, timere, de hoc potius quàm sperare. sed de diuina interim benignitate confidere, benè ais. ita enim Dauidicum illud, à quibusdam uidetur intelligi, Ab altitudine diei timebo, ego uerò in te sperabam. tali hinc timore, & hinc spe armatum, nec prosperitas extollet, nec prosternet aduersitas. Vale iã dicturus eram, dum repente inexspectatus affuit amicus, Romam ueniens, data salute & reddita, quid'nam scribere quæsiuit, auditaq; rei summa, unum auribus meis nouum, animoq; gratũ intulit. Cardinalẽ illũ, de quo sigillatim supra dixi, sic in morte contritũ, ut deuotius nihil, atq; ita prioris pertinaciæ peruicaciæ, ut alitũ nullũ sibi uellet hæredem, nisi solã tituli sui Ecclesiam, quàm præcunctis horruerat, cuius in refectionem, omne suum patrimonium iussit expendi, atq; ibi sepeliri mortuus uoluit, ualuisse illi consilium Apostolicum intelligo, immò CHRISTI consili

um uicarij sacro ore prolatum, quo sera licet, non efficax illius animæ mutatio facta est. & hinc sibi prouideant collegæ eius, ut dum datur obstinatos animos, ad amorem suarum sedium, inflectant, nec expectent, pro sanioribus consilijs diem mortis. Anceps enim expectatio est, tu iam tandem Vale, nostri memor, & quas aspicis lituras, signa familiaritatis existima.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber X.

FRAN. PETRARCHA SAGRAMORO DE POMERIIS EQ. ac Monacho Cistertien. suo, S.

Ad Perseuerantiam hortatur.

SEmper & uiuis uocibus tuis, & literis delectatus sum, tu mihi es testis, olim in mundo charissime, nũc in CHRISTO longè charior amice, ut omittam quotidiana colloquia, tot per annos multa, & uaria duræ illius ac difficilis peregrinationis, atque inamœni circuitus, quem cum multo labore, nec sine periculo, per terras barbarorum simul egimus, primum ac maximũ, & penè unicũ mihi in tuis affatib. fuisse solatiũ. nihil tamẽ nũquã ex te, seu de te letiùs, nihil melius uel audiui, uel audire potueram, seu legere, quã quod nuper tuis iã sacris digitis scriptum legi, anxius nempè ad euentum rerum tuarum, incertusq; animi remanseram, sentiens te hic ut Augustini uerbo utar, parturitione nouæ uitæ, turgidum abire, illinc notos uitæ ueteris nodos timẽs, quorsum hæc inter erumperes, recensq; propositum quis'nam exitus exciperet, expectabam. Ecce euasisti, mundum. ò uia tor fœlicissime, & breuis ambiguæ uitæ uiam, ante uesperam, tuto cautus hospitio concluisti, & per quot labores, & per quanta pericula scio ego, sciunt omnes, nemo aũt certius q̃ tu, qui te uiuum esse, & tantis asperitatibus resistere potuisse, credo nunc, tecum tacitus mireris, tuum ipse terreum ac mortale corpus, aspiciens, uerè aut ut nullum sæpe animal fragilius, sic interdum nullum durius est homine. Itaque nunc leuissimis prostratus impulsibus, ceu non suam & male hærentem subitò animã ponit, quod de multis accepimus, quorumquosdam gaudium ingens, uel inanis etiam letitia, alios dolor, nunc magni nunc paruis ac leuibus conceptus ex causis risus alios, alios uuæ passæ granum unicum, deniq; Fabium Senatorem pilus unus in potu lactis absorptus, præcluso spiritu necauit, possent ne oro, magis friuolæ causæ mortis existere? contrà uerò, nonnunquam uel uulneribus, uel ruinis ictus, ita spiritum tenet, ita emisisse illum creditus aliquando reuocat, quod de multis aspeximus, etiam ac legimus, ut nihil omnino uiuacius humano corpusculo uideatũr. horum tu unus ex numero es, quod ut clarè uideas, huc parumper flecte animum, & post cursum uitæ præcipitis iam subsiste, respicienscq; in tergũ remetire memoriter uias tuas, libra actus, annos numera, curas examina, desideria contemplare, tunc intelliges, per quot lapidosi itineris anfractus, quam quietam domum, per quos fluxus procellosi maris, quàm tranquillum littus attigeris & duci tuo gratias ages, qui per medias te Syrtes & per Scyllam ac chrybdim inter Syrenes ac scopulos, ad salutis portum, salua puppe perduxerit. ut salubrem enim tibi augeam stuporem, noli illos cogitare, qui è uitæ huius tempestatibus enatãt. illos cogita qui mergũtur qui quoniã nõ comparẽt, pauci uidentur, cum sint plurimi. Dies, immò ætas tota me deficiet, numerantem casus hominũ nõ communiũ modò, sed illustrium, miserabiles ac famosos, unũ ex illustrib. ex plebeis alterũ attingã: quos et noui ambò, & nobilissimi nobis olim uiri, tibi nõdũ forsitã auditi Luchinus noster Veronẽsis, heu, mihi qualis & quan

& quãtus uir tutus, & quàm nostri amans, nunquã nos propriis nominibus, sed te filium, & me fratrem uocitare solitus, post fidelem amicitiam glorioſamq; militiam, ut terrenæ tandem, ac labẽtis gloriæ cœlestem superadderet, profectus cõtra Turchos, illic in littore maris Euxini honestissimo quidem in actu, atque expeditione sanctissima, sed procùl à patria diem clausit, naturali licet obitu; uniuersæ tamen, nisi me amor fallit, Italiæ flebili ac damnoso. Ossa Constantinopolim reportata sunt, ne quid de tanto nobis tãq; experto belli, duce superesset, præter memoriam, & luctum filiũq; unicum adolescentem, qui uirtute animi, similimus patri erit ut speramus. Martinus Theutonus ille semitalis, qui crebro hinc, & missus ad imperatorem ibat, illic nuper in syluis Theutonicæ quas ambo transiuimus eodẽ ipso tunc, comite, quas ũe tu postea solus, totiens pererrasti, latronum siue hostium in manus lapsus ferro periit. at tu uide quotiens euasisti, uerum totiens perire potuisti. nosce liberatricem in se sperãtium CHRISTI manum, quæ pro nobis clauo transfixa, morti sæpe tuum meumq; caput eripuit, non ut immortales essemus, sed ut melius moreremur. Pone, oro, sub oculis tempus illud, quo per eas syluas armatorum comitatu septi, tensis balistis, equestrib. & strictis gladijs, multa per diem millia Theutonica passuum agebamus, tum ab ipsis uiæ ducib. tuti nihil, ab alijs uerò periculi multum esset, nisi nos prædonibus cũcta lustrantibus abscondissent, atque inuisibiles effecissent, ille de quo scriptum: In die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui, & rursus: Obscurentur oculi eorum, ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. & tunc quidem multi eramus, ad solamen fortè aliquid, ad periculi fugam nihil. At tu postmodum, cum famulis tuis, solus, aduersis tempestatibus, loca illa iens, ac rediens, penetrasti, diù ille tibi dicerem anniuersarius labor fuit, nisi te scirem, anno uno, septies, quod uix fieri posse quisquam credat. iter illud tartareum exegisse. Quãquam, quid hoc unum memoro, nisi quod hoc tibi crebrius fuit, nõ tua quidem optione, sed superioris imperio? at quem locum non modò occidens, sed & oriẽs habet inaccessum tibi, qua nostris obuersus pelagis? quotiens enim et quot maria transisti iunior? quàm deinde Barbariem non adisti? quæ discrimina, non obisti, dùm sæpè tibi dicerem. Nõ sufficies amice tot laboribus, neque enim ferreum corpus est tibi, pelle & carne uestiuit te, ossib. & neruis cõpegit te, cœlestis ille opifex Deus. Nũc q̃d dicã, ecce nõ ferreũ modo, sed chalybeum, plusq; aliquid est inuentum, quod non tuæ tribues naturæ, sed illius gratiæ. ille te contra omnem difficultatem, inuisibili adamãte solidabat, qui formauit te, & posuit super te manum suam, sciens quid de te esset acturus, scientia illa sua mirabili, ad quam non possumus, qua cognoscit omnia nouissima & antiqua. Is te deniq; ad hunc finem, ab utero tuæ matris elegerat, qui iam diù antequàm nascereris, antequàm formareris in utero, nouit te, qui pro tua atq; omnium salute, nec latibulum uteri uirginalis, certè nec patibulũ crucis, exhorruit, qui te ideò tot laboribus passus est exerceri, ut finaliter regẽ scẽs, intelligeres quid interſit inter seruitiũ Dei & hominũ, nõ seruitiũ dico, sed imperium. Profectò enim illud dulce tutũ fœlix, hoc amarũ, anceps, miserũ. Proinde te præteritorũ memorẽ eatenus uelim, ne ingratus domino tuo sis, q̃ tã multis ingratis & nõ tuis gratus ac fidelis fueris. de reliquo aũt te hortor, ut omnẽ mundi fallacis ornatũ, ac fugitiuã falsamq; dulcedinem parui pendens, & cum Apostolo præterita obliuiscens, atque in ea, quæ ante sunt, extentus totis uiribus ad superna contendas. Erige teipsum, dominus dexterã dabit, attolle animum, & oppressos somno, carnis fumoq; rerum mortalium caligantes aperi oculos, atq; expurga, & uide unde emerseris, obstupesces, & flens dices. nunc cœpi, Hæc mutatio dextræ excelsi, nisi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Raro siquidem clarius cuiquàm CHRISTVS affuit quàm tibi, quod facilè senties, si ad cursum rapidissimi temporis, & uolatilis uitæ fugam respiciens, ab adolescentia usque nunc pericula, ac labores tuos pro uanitate susceptos, fœlicẽq; exitum, simulq́ue multorũ graues interim lapsus, recensueris, hoc est enim, quod & milites in bello, & nautas in fręta præcipitat. Nemo occisos aut naufragos omnes præmia uictorum & reducum lucra dinumerant infœlices, ut est dictum, cogita quo tibi fœlicior uideãre. memẽto

etiam quibus aliquando seruieris, quid feceris pro amore hominum, qui difficilè quæritur, & facilimè perditur, & sæpe quæsitus nocet, fac nunc aliquid pro illo, cuius amor solita pietate parabilis, semperq; utilis & æternus est. Cogita quid egeris pro extimatoribus pessimis, qui & merita magna licet extenuant, aut dissimulant, atque irrenumerata præterent, & leuissimas culpas exaggerant puniuntq; age aliquid pro illo, qui nullum bonum, sine premio dimisit, nunquam ad se reuersus, sine supplicio, mala multa dimiserat. Amasti alios, qui te non amabant, ama illum, qui te amauit, antequàm tu eum nosses, qui amatus nunquam, non amauit, cum sæpe non amatus amauerit, & amando se cogerit amari. Illum ama, quem amare summa est uirtus, à quo amari, summa fœlicitas, seruisti superbis, ac mortalibus, & quibus seruire uile ministerium fuit, illi seruire incipe, qui est mitis & humilis corde, quiq; tã nõ moritur, & cui seruire regnare est. Si summũ fidei seruitij pretiũ est, libertas, quantum cum libertate regnum erit. Scis ut minores sileam, quanto pro Cæsare hoc nouo, procq; Romano Imperio feceris, quæ & si notissima sibi essent, ne dissimulari tũ possent, & ut literulis meis testata remanerent, quotiens illi fidem ac labores tuos, ante oculos posui, & quid tibi, uel tui actus uel mea uerba profuerint uidisti. Itaque recolens diu, te inutiliter laborasse, utiliter iam quiesce, quicquid enim pro CHRISTO egeris, age quantum potes, collatum mũdi laboribus, quies hæc inquam fructuosa, cum ille sterilis labor esset, nec sterilis modo sed pestifer, itaque qui laboriosissimo calle, ad infernum ibas, quietissimo tramite, is ad cœlum, fœlicissima rerum permutatio. Seruus hominum fuisti, factus es amicus CHRISTI. militabas mundo, Deo militaris, illius militiæ stipendium bellũ erat, & labor, & puluis, & strepitus, & mortes, & uulnera, & in finem tartarus, huius aũt pax ac requies, heremus, silentium, & cœleste habitaculum. & perennis uita. illius militiæ sæcularis studium erat, escam uermium corpus alere, atque ornare, & uelut offerendam regi dapem, infarcire affatim, auro ac gemmis, & candidis linteis obuolutam, templum Dei animam negligere. huius autem religiosæ militiæ studium est, amicum colere, corpus atterere, & in seruitutem redigere, & obedientiæ uinculis astringere, & cilitio affligere, denique ut hostem à quo multa perpessus, multa metuas, in carcere & compedibus habere. illa tibi suggerebat nunc cruenta arma, nunc purpureas uestes induere, quib. aut terreres hostes, aut mulierculas delectares, hæc te humilem pallidamq; induit cucullam, qua dæmones terreas & placeas Deo. Illa te docuit fortes equos, tensis tibijs urgere, hæc te docet charitatis ac spei stimulis, ad salutis brauium pigritantem animam excitare, equos autem, & teipsum spernere & Dauidicum illud horrificum meminisse, quod insani equites non aduertunt: Non in fortitudine equi uoluntatem habebit, neque in tibijs uiri beneplacitum erit ei. illa tibi militia, ad postremùm conscientiæ morsum, ac pauores abditos, uanasq; hominum laudes & iactantiam operosam, hæc animi puritatem ac securitatem perpetuam pollicetur, & contemptum laudum humanarum, ut in domino laudetur anima tua & in domino glorietur, qui de tantis illam malis eripuit, bonorumq; participem tantorum recto ad uitam duxit itinere. ò Cistertium sacra domus, ubi hæc fiunt, ò Cistertium fœlix schola, ubi ista discuntur, ò beatum te, qui intra illud sanctum limen, & teipsum quem perdideras, & pro multis dominis, pauperibus & malis ac duris, unum bonum, mansuetum, largum ac diuitem dominum inueniſti, qui dat omnibus affluenter, nec improperat, qui rogatus iustè nihil negat, & si differt uult utilius donare, sæpe etiam nec rogari, expectat ut merita nostra trãscendens, sic & uota præueniẽs, habes dominum, qui non te decipiet, non calumniabitur, non contemnet, sed eò te pluris faciet, quò te magis ipse contempseris, habes dominum, qui non lædet, nec te lædi sinet, non te periculo obijciet, non labori, nisi iusto & pio, & meritorio & utili, & delectabili, & honesto, habes dominum, non huius urbis aut illius, non regni aut imperij temporalis & ab altero quæsiti, sed qui cœlum, mare, terram, & quæ in eis sunt, quæ creauit omnia, pugno cõtinet, nutu regit, cuius regni non erit finis, nec tamen hac tanta potestate difficilem, aut superbum.

Nunquam tibi amicus humilis familiarior fuit, quàm hic erit, si tota & pura mente uolueris, nihil enim secum fingi potest, nihil diuidi, totum uult. cor atque animam tuam cum nemine uult partiri, zelotes est. si quem fortè, nisi in se. aut propter se, alium ames irascitur, & quemcunq; consortem dedignatur, nec immeritò, neque enim partem habet, & ipse de se ait: Videte quod ego sum solus, & non est alius Deus præter me. & de eo dictum est: Neque enim est alius extra te. & iterum: Non est similis tui in dijs Domine. quanto minus ergo in hominibus. quotcunque se per orbem reguli attollant, quotcũque se dominos dici uelint, uerè unus est Rex regum, & dominus dominantium. Et si te aliquando totum dare homini libuerit, nihil in te habẽti, nisi cõsensum tuum, da nunc immò redde totum Deo corpus, & animã. cogitatus atque opera quæ illius sunt: Et si ea sibi forsan eripueras, ut alterius fierent imploratus aderit, ut indigno possessore spoliato, suum ius ipse recipiat, & tu fidẽ tuam, si illi ergo uitæ primitias abstulisti, redde reliquias, saltem bona fide integras, liberaliter, cura debitore paciscitur, & libenter obliuiscitur. Nempè si in laudem Iulij Cæsaris, ait Cicero, Quod nihil soleret nisi iniurias obliuisci, quanto id dignius, in laudem CHRISTI dicitur, qui nisi obliuiosus iniuriarum, nostri autem & suæ misericordiæ memor esset, frustrà per Prophetam diceretur: Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis: & iterum: Reminiscere miserationum tuarum domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt. ac deinde: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. & post statim: Secundum misericordiam tuam memento mei tu: Meminerit, mihi crede, tui tuarum què miseriarum, & suarum misericordiarum sponte meminerit, quid ni enim? quis non libens, quod eximium habet recordetur, & cogitet? quis non thesauros suos explicans, quod prætiosissimum ibi est, crebrius auidiusq; consideret? quod si eius, de quo nunc loquebar, principis in honorem laudator idem ait. nullam de uirtutib. suis plurimis, misericordia eius admirabiliorem esse, nec gratiorem quãtò id iustius CHRISTO, datur de quo scribitur: Misericordia domini plena est terra. Suauis dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Misericordia domini, quia non sumus consumpti. contrà uerò, tuarum ne dubites offensarum, obliuiscetur omnium, modo tu malarum uoluntatum, & malæ consuetudinis obliuisci uelis, obliuiscet, inquam, & delebit iniquitatem tuam, & quantum distat ortus ab occidente, longè faciet à te, & à peccato tuo mundabit te, & proijciet illud, ut quæsitum non inueniatur. Non fefellit qui promisit dicens, deponet iniquitates nostras, & proijciet in profundum maris, iam peccata nostra, ne què hic desinet, donec summum illud impleuerit, ut ubi abundauit peccatum, abundet & gratia, quod in multis & fecisse, cum scimus, & facturum esse confidimus, denicq; plus in illo reperies quàm sperare auderes, unde aut optare, nisi per te unum steterit, ipse enim nullam conditionem non amplectitur, dum in ius domini reponatur. ita lætè redeuntem te excipiet, quasi nil debeas, & fortasis eò lætius, quo & maiore cum gaudio, filius amisso patrimonio, reuersus excipitur, & amissa in deserto ouis, & dragma domi perdita, exultãtius inuenitur, & omnino maius est gaudium, super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non egent pœnitentia. quod non ideò scriptum est, ut iusti ad peccatum incitentur, sed ut iniusti à desperatione retrahantur. Accede ad illum confidenter, nec timor aut pudor impediat, non te detineant, sed tu illos trahe, bonus enim comitatus peccatoris & acceptus Deo est, metus & uerecundia, modo spem ac fiduciam non excludant. Sit tibi de te metus, de domino tuo spes, placatum tibi illum inuenies, si te rerum atque eum dominum ex animo fateâre, plus uno die fastidij, plus insolentiæ atq; irarum passus es, ab homine æquè ac tu mortali, & peius forsitan morituro, quam ab omnium domino sis passurus, omni tempore, non te auarus ianitor, non superbus lictor arcebit, die noctuq; adire illũ poteris atq; alloqui. semper te audiet, & si ritè aliquid petes, exaudiet, quanquam nec multa petere sit necesse, & unum necessariũ esse eodem dicente didicerimus. scit cœlestis Pater quibus indigemus, & necessitatum conscius est nostrarũ, primum quæramus igitur, unũ illud, hoc est Regnum Dei, & hæc omnia adiicietur

nobis. Si quando autem tibi fortassis durior aut tardior uideretur expecta, esto lōganimis, noli diffidere, neq; tædio, uel angoribus affici, noli impatientiæ ad te aditum dare, fiet tibi uel quod cupis uel quod expedit. quod si fortè, qui per aulas mortaliū dominorū creberri mus mos est, intercessione tibi opus, apud dominum, ea credideris prona semper ac facilis ad gratiam uia est. non eges pecunia, non dolis, aut blanditijs sed pietate ac fide. Est illi uir go mater, qua nil unquā mitius sol uidit, nil humanius nostra habuit natura. Iā uerò humi litas tanta est, ut & eā cœlo dignā fecerit, & ad terrā cœli dominū inclinare potuerit, quan do hanc uel solam, uel præcipuā respexisse uidetur, Deus homo mox futurus, dū idoneam genitricē, nostra sibi de specie, præparet, deniq; omnis in hac uirtus, ita supereminet, ut præ ter solam filij sui animā, in nulla unquā alia tā excellēs fuerit, hæc fideliū licet peccatorū pre ces filio porrigit, & pia illis uenia poscit instātia, & si enim peccata oderit peccatores nō o. dit, sed potius miseretur, eorūq; cōuersionē diligit, ac salutē cupit, recolēs illorū peccato, & quæ ex peccato nascitur miseria, diuinā misericordiam inclinatam, tanti sibi honoris tanto qúe fœlicitatis materiam excitasse, & ut mater Dei fieret, & Virgo persisteret, qua nil unq; toto orbe fœcundius, nilq; esset intactius. Sin fortasse quia interdū magnis in curijs præser tim accidit, ut apud intercessorem, intercessore altero opus sit, pium hunc tibi ambitum ne cessarium putabis, optimum remedium præsto est, habes Bernardū ordinis tui principem quem te amare, & tui præsentia gaudere, mihi persuadeo, atq; optare, ut in domo sua quā mundo prætuleris, benè ac fœliciter tibi sit, illū aduoca, nullus tibi paratior ad ferendā opē, nullus dominæ gratior ut creditur, nullus amitior, delectantur pij duces, fidis adesse tyroni bus, & quid multa, habes intercessores atque aditū, habes silentiū atq; otium, habes loca solitaria ac deuota, habes demum omnia unus, nisi tibi ipse defueris, quod ut spero non fa cies, piger in sæculo, inq; oculis hominum nō fuisti, ubi pigritia sæpe utilis, & damnosa sol licitudo est, piger in heremo ante Dei oculos nō eris, ubi & sollicitudo semp utilis, & fune sta pigritia est. illic enim de rebus perituris, ut nunc uides atq; inanibus agebatur, hic de tua æterna agitur salute, publicus mundi error & uulgaris est cæcitas, parua & fugitiua sectari, magna & mansura despicere, in hoc tu decætero nō errabis, probasti omnia, singula discus sisti, quod optimū est tenebis. Multa uidisti, quāuis adhuc iuuenis, quæ multi decrepiti nō uiderunt, experiētiæ nisi fallor nihil deest, nequid desit, uolūtati tuū est curare. itaq; ne diu tius ab orādo te distrahā, hic insiste, ut per singulos dies, inuisibili ac cœlesti medico ægritu dinē tuam inuisibilem, atq; occultū animæ uulnus ostendas, occultum dico alijs, sibi enim nihil occultū est, scrutanti corda & renes Deo, sed quod uidet ostēdi sibi amat: oditq; occu li. Neq; te hinc terreat tuæ miseriæ magnitudo, multo enim magis ipse est, miserator, quàm tu miser. Nostra miseria magna quidē, Dei aūt misericordia infinita est. neq; uerò diffidas, quasi magnum insuetumq; aliquid pietas, magnum fateor, immò maximū, tibi, sibi uero perminimum, si tu homo peccator, ipse est Agnus Dei qui tollit peccata mundi, qui nō ue nit uocare iustos sed peccatores. An qui mūdū tot peccati sarcinis leuat, suo fasce unum hominem non leuabit: si es æger & malè tibi est, ipse ait, Non egent, qui sani sunt Medico sed qui male habent. Si leprosa conscientia tua est, iste leproso nō abhorret, quorū in domo discubuit, ne quis unquàm dubitaret, in leprosæ mentis habitaculū inuitatū esse illum uen turum, leprosos quoque mundauit, & leproso illi dicenti: Domine si uis potes me munda re: respondit, Volo mundare: & leprā ipsam, dicto citius sola beatificæ manus extensione discussit. si quod in anima tua ius peccandi usu, forsitan aduersarius noster inuasit. ipse ob. sessos à dæmonibus liberauit. Si tempestatibus rerum temporaliu m, ac fluctibus uitæ præ teritæ, nunc etiam tua quatitur nauicula. ipse uero compescuit tempestatibus, & Petrum ne mergeretur undis, extulit, & Paulum ter naufragio eripuit, si curua & in terrā prona est uoluntas tua, ut sursum nō possit aspicere, si claudi motus, si affectus Paralytici, neq; attol lere se ualentes, si manus aridæ atq; operibus pietatis inualidæ, ipse curuos & claudos & Paralyticos erexit. ipse aridos salubri humore restituit. et si forte longa contractus ægritu dine, nec te ipsum ad salutem ferre potes, nec qui ferat habes aliū. Idem est ipse, qui langui

do iam

do iam triginta octo annis immobili, iussit ut surgeret, surrexitq; grabatulum suum humeris suis gestans. Si quis feruor adhuc cupiditatum antiquarum, uelut febris animam tenet, ipse febrientem grauiter Petri socrum manu tangens liquit incolumem. si hydrops insatiabilis mentem premit, ipse sanauit hydropicos. Si cæci interiores oculi tui sunt, ipse cæcos illuminauit. si surdæ aures monitis cœlestibus, si uel Dei laudibus, uel peccatorum confessioni mutæ sunt labia, ipse surdos fecit audire, & mutos loqui. si postremo mortuus pecca to, si mala consuetudine es infectus, ipse mortuos suscitauit, & quatriduanos iam fetentes è sepulchris erutos uitæ reddidit. Nihil petes ergo, quod non dederit, quodq; non libentis simè sit daturus, pete intrepidus, sed reuerēs, quod necesse habes, porrò ut dixi unū est ne cessariū, cum damnosa & superuacua multa sint. Neque importunus fieri metuas, ipse im portunitatem hanc docuit, Ipse ait: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, Pulsate & aperietur uobis: de Dijs gentium Satyricus loquens ait:

Carior est illis homo quàm sibi.

Aspirauit ad uerum, sed non attigit, cum enim omnes dij gentium dæmonia, non carus illis, haud dubiè, sed odiosus est homo, inuidentibus nobis omnem fœlicitatem, atq; om ne sanctum gaudiū, & de nostra miseria ac dolore gaudentibus, rectè si dici uelis, tu deo tum nomen ad Deum uerum, atq; unum transfer, uerè illi carior est homo, quàm sibi, illi enim semper est charus, qui ut scriptum est, diligit omnia quæ sunt, & nihil odit eorū quæ fecit, nec dubium quin in primis ipsum, qui ad eius imaginem ac similitudinem à principio factus erat, & cui ipse post similis fieri uelle dignatus est, hominem amet, in similitudinem hominum factus ut legimus, & habitu inuentus ut homo, non potest nō amare, quod est, amat igitur plus, & amauit prius, ut qui melior antiquiorq; est multò, totus amor atq; æter nitas, amauit nos antequā nos eum, uel nos ipsos, quippe ante etiā quā essemus, nisi enim amasset, non creasset, meritò est amandus, immò quidem redamandus qui amare incipit, & amore uictor & tempore, de quo ait Ioānes Apostolus: Diligamus dominū, quia ipse prior nos dilexit, & Paulus: CHRISTVS dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, quanquam quid alios testes quæro, ipse amator & Deus noster, de patre suo loquens: Sic Deus dilexit mundum, inquit, ut filium suum unigenitum daret, nil aliud profectò, quàm hominem, mundi appellatione significans, at nō ut Deo semper sicut & sibimet carus est homo. Et si enim quod Apostolus idem ait. Nemo unquam carnem suo odio habuerit, sæpè tamen per effectum patuit, multos suam amando animam odisse, atq; ita fuisse sibi ipsis, uel manifesto odio, uel amori odij uim habenti. Sic dilectus Dominoq; tuo carior, quàm tibi, pete fiducialiter, nil hæsitans, nā & ab amante petis, & ab habente quod petitur, dare autem, & solito & optante, negante autem nihil, quod dono dignum sit, sciens repeto, nam sic hoc de terreno Imperatore plausibiliter dictum est, quantò plausibilius de cœlesti, qui cum omnia quæ optari possunt, & quo nihil est melius, fœlicitatem & seip sum homini dederit thesauris suis, nil inde detrahitur, dicerem, sed additur, nisi quia quod plenum atque perfectum est, additionem & augmentum respuit. Certè aliquid quotidie diuinorum munerum, munero accedit, & misericordia quæ non potest maior esse, sit no tior, proinde & si suprà tuum meritum petiturus sis, & si tu tanto indignus es munere, ut indigni sumus omnes, non hoc tamen ille respiciet, neque quid te accipere, sed quid se da re deceat inquirit, quod in Alexandro rege Macedonum, à Seneca reprehensum in æ terno rege nostro, prorsus à nemine reprehendi potest, sed laudari debet ab omnibus. Nam si quæreret, quid nos accipere deceret, aut nihil nobis aut supplicium daret, sese igitur respicit, se metitur, & secundum magnam misericordiam suam, miseretur nostri. Non secundū opera nostra, gratia enim saluati sumus per fidē, & hoc nō ex nobis, ut Apo stolus ait: Dei enim donū est, non ex operibus, ne quis glorietur, fecit quidē quisq; nostrum q; peccatoris est propriū, facit ipse q; est propriū Redemptoris, absit omnis diffidētia, adsit spes salubris, quisq; sane tu sis, id qd petit, dono utiq; nō indignū est. Nam neq; cui q; dāni aliquid, neq; inania cōmoda, petis tibi opes inopes, honores inglorios, potētiā imbecillē, sed Dei misericordiā ac salutē animæ tuæ, qua una inuēta, multo eris ditior, q; quisq; regū cū

pompis suis omnibus, inter quas cæci superbiunt terra & cinis. Sed iam satis est, summa omnium hæc sit, in qúe hoc finiam. Multi olim tibi erant domini, per quos poteras perire, principes ac reges terræ unus tibi nunc est dominus, per quem potes saluus esse, is qúe ex celsus præ regibus terræ is qúe terribilis, & qui aufert spiritum principum, terribilis apud reges terræ. Hunc cole igitur, & hunc ama, ut effectum tui nominis impleas, quicquid enim aliquando aliter, pro qualitate materiæ scripsisse uidear, non potest facer amor esse mundi, huius cum sit scriptum: Nolite diligere mũdum neque ea quæ in mundo sunt, quoniam omne, quod est in mũdo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ & superbia uitæ, & iterũ: Adulteri nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Deo. Ergo ut dignè sacri amoris nomen habueris, cœlum ama, cœlicq; dominum concupisce, hunc quære, de quo dictum est: Quærite faciem eius semper, & hũc inuentum arripe, & totis animæ ulnis amplectere, utere cõsilio Augustini, proijcẽte in eum noli metuere, non se subtrahet ut cadas, proijce te securus, excipiet & sanabit te, & puto iam sentias, iam sanari incipias ab illo, qui quoniam Dei perfecta sunt opera, crede mihi, perficiet quod incipit. non lassabitur, non lentescet, non quæret occasiones qui postremo te in finem comitabitur, teque nec in uita destituet, nec in morte, sed tũc maximè aderit, ut spiritum quem creauit accipiat per angelos suos ad sedes pacificas perferendum, & per sacerdotes suos corpus humore commendet, die ultimo resumendum, ut plena fœlicitas tua sit. ecce qui tantum paruo & labili pro præmio laborasti, paruo & dulci labore, immò multa cum requie, dominorum optimo seruiens, infinita & æterna præmia consequeris. idq; acriter tecum reputans, & uentura præteritis conferens, nec tristitiam unquam, nec fatigationem senties, nec torporem. Et hæcte multa hodie tecũ, non quia tu multis egeas, sed ut te alloquens, me audiã docẽdo discitur, sæpè datum alteri consiliũ danti profuit. Quod me autẽ uerbo, sed multò magis exemplo tuo excitas piè facis. quod epistolam uerò meã petis, nõ aliter quàm si ad tàm honesti principij perseuerantiã, meo tibi opus esset hortatu, amice id quidẽ ut omnia & humiliter atq; urbanè, uerè enim in me præter opinionẽ tuam, meamq; simul fidem, quid est unde, seu re alis seu uerbalis auxilij & multũ speres, possem uero repetere, quæcunque olim germano illi meo, eodem calle Carthusiã tũc ingresso, quo tu nũc Cistertium, ingenti epistola, quæ deinde sibi ac fratrib. suis scripsi latius, nisi quod & tibi, non necessarium, & mihi non facile uisum est, è duobus sanè, quæ postulas, præter epistolam feci, quod magna pars eorum, qui se amicos dicunt, aut neutrũ, tamẽ faciũt, aut minimũ. Feci ego q; minimũ, Psalmos septẽ missi, quos in miseriis dudũ meis, ipse mihi cõposui, tàm efficaciter utinã quàm inculte, utrumq; enim præstare studui, leges eos qualescunq; sunt, idq; patientius facies, si hos quidem ipsos, & te petisse, & me multos antè annos, luce una nec integra dictasse, memineris. Librum Vitæ Solitariæ quem ad solitudinis tuæ solatium requiris, in præsens mittere nequeo, duos namq; nec dum plures habui. alterum tu portasti tuo ultimo digressu, ad illum cui inscriptus est, antiquum probatumq; patrem meum, quem quàm latè susceperit, tu in uultu eius, ego in literis suis legi. alter penes me substitit, quem licet non tanti faciat iuditium meum, quanti amor fecit illius, caruisse tamẽ eo nolim, at si scriptor fortè quod per rarum, fateor, fidus affuerit, crẽdo te sperare, quod & hoc, & quicquid potero, pro tua consolatione prono uolentiq; animo semper faciam, & præsertim, quo ad studium religionis, pacemq; animi proficias & CHRISTI amorem. quem tu frater, cum tibi suspiriis sanctis ac piis lachrymis (quibus ad frangendam peccati duritiem iramq; Dei leniendam, atq; auertendam, & gratiam consequendam nihil est efficatius) ualde familiarẽ illi factum senseris, per me oratus, pro hinc orabis, ut qualiscunq; uitæ meæ finis, bonus, & sibi placitus sit, in quo ut ipse nouit, ultima immò unica spes est mea,

Viue nostræ memor amicitiæ, & uale Venetiis.

XV. Cal. Aprilis.

Fran.

Fran. Petrarcha Guidoni Septimo, Archiepiscopo Ianuensi suo, S.

De mutatione temporum.

SCio iam mihi hinc obstare, illam Flacci sententiam, ubi de moribus senis agens, difficilem illum dixit, & quærulum, se q; puero, acti temporis laudatorem, non nego id quidem ita esse, sed licet id mihi sæpè alibi fortasis, huic nunc tamen epistolæ, non aduersum dico, quamuis enim ego querulus & laudator ueterum, hæc tamẽ seu ueterum laus, seu querula præsentium uera erit, se per hos mentiri solitum ueritas sonat. cui & si auctor fidem deroget, ipsa sibi fidem facit, dico ego, te q; fassurum spero, dico & quèror, & si uirum decet lugeo, quid ita peioribus annis senectutem agimus, quæ puerítia acta est, nisi quod auguror, ut arboris, sic hominis ætatem esse, ut sicut illa cœli minas, atq; aërias tẽpestates, ita hæc mundi difficultates, & procellas rerum durior ferat, quas tenerior nõ tulisset. Sed hæc consolatio, nobis accõmoda est. alijs non ita. nam innumerabiles nobis, & senescentibus pubescunt, & pubescentibus senescebant, fieriq; potest, ut & hos tranquilla manear senectus, & illis puerítia inquieta transiuerit, quamobrem omissis alijs, ad rem nostram ueniо. profectò enim, ut uiuendo ad malorum tolerantiam duriores simus, ad multa fragiliores factí sumus, & quod nemo neget, indignantiores ad omnia. nihil est enim indignantius senectute. motus hic animi, & si placare norit ac tegere, sentit tamen, sic ut ætas nulla profundius, fessa iam, & ustæ confectæ fastidijs, hæc sententia mea est, quàm non audiendo, nec legendo, sed experiendo didici, quam q; an tu probes nescio, certè quod de ætatis mutatione in peius, ac ruina dicere instituí approbare, ipsa te sole clarior ueritas coget. Nec iniucundum puto, nec inutile fuerit, aliquantùm nunc etiam præteriti temporis meminisse, quàm longissimè igitur potes, retro mecum uerte oculos. & primam quidem illam uitæ partem, quàm tu domi tuæ, ego in exilio meo egi, neque uerò magna hinc elicias argumenta, ubi tàm exiguum lumen sit rationis animi q;, in ipso sanè infantiæ puerítiæ qúe confinio, fortè in Galliam transalpinam. Eam scilicet quæ prouincia Prouinciæ nunc dicitur, olim Arelatensis prouincia dicebatur, uno propè tempore transuecti, ambo confestim qúe qualem ætas illa patitur, amicitia iuncti. usque ad exitum duratura, unum uitæ iter arripuimus. atque hic ego, tuam Ianuam fileo, unde tunc nobis transitus fuit, cuius tu ortus in finibus, nunc Pontificatus in uertice constitutus, nosti omnia, & ego quidem de his latius, Duci urbis illius, & consilio scripsi olim, epistolamq; illam tibi cognitam & probatam scio. Meta puerilis nostræ peregrinationis illa fuit, quæ ab antiquis Auennio, à modernis Auinio dicta est, inde quoniam Romano Pontifici, & Ecclesiæ secũ ibi tunc nouiter peregrinanti, neq; in suam sedem, usq; post annum sexagesimũ reuersuræ, locus angustus erat, domorum ea tempestate inops, incolarumq; colluuie exundans consilium, nostrorum senum fuit, ut mulieres cum pueris, ad locũ proximũ se transferrent. in qua transmigratione, & nos duo iam pueri, nec dum puberes, cum reliquis simul, sed ad aliud, hoc est ad scholas Grãmaticæ missi fuimus, Carpentoras, loco nomen, urbs parua quidẽ, sed prouinciæ partis caput. tenes memoria tempus illud quadriennij, quanta ibi iucũditas, quanta securitas, quæ domi quies, quæ foris in publico libertas, quæ per agros ocia, quod qúe silentium. tu crede idem sentias certè, ego adhuc illi tempori, immò uerò omnium temporum auctori gratiam habeo, qui id mihi spatium, tàm tranquillum dedit, ut absq; ullo rerum turbine, pro ingenij imbecillitate, doctrinæ puerilis, tenerum lac haurirẽ, quo ad cibi solidioris alimentum conualescerem. Sed mutati sumus dicat aliquis. hic est, ut mutata simul nobis omnia uideantur, sic oculo, sic palato, alia quidem sano, ægro alia eadem res uidetur. mutatos fateor, quis enim non dicam carneus, sed ferreus aut saxeus tanto non mutetur in tempore? Aeneæ atq; marmoreæ æuo cædunt statuæ, urbes manu aggestæ, & quæ iuga montium præmunt arces, quodq; est durius solidæ ipsis ex montibus rupes erunt, quid facturum re arhominem, mortale animal, fragilibus membris, & cute tenui compactum. Sed an mutatio tãta est, ut manente anima, iuditium aut sensus abstulerit, satis exrimo, si nobis quales hodie sumus, quæ tunc fuit ætas illa redeat. non omnino talem uisum iri, qualis eo tempore

tempore uiſa eſt,ne nihil penitus annis actum dicam, alia certe uidebitur,nũquam tamen non longè melior multoq; tranquillior,quàm quæ nunc agitur: an quia fortaſsis,minutiſſimum illud opus,Myrmecides quadrigæ,quàm tegebant,ut perhibent aliqui muſca rotarum radios,non diſcernunt oculi,ſeu calcitratis non dinumerant formicarũ pedes,parteſq; alias humani aciem obtuitus,tenuitate fruſtrantes.neq; Iliadem illam quàm ſubtiliter adeò fuiſſe deſcriptam,ut tota unius teſta nucis includeretur,ait Cicero,clarè expeditequé perlegunt,idcirco ſic caligant,ut urbes uicosq; urbium,ciues,mores,habitus, domos, templa, non uideant,ſic mens habet,ut immutata & deformata omnia nõ agnoſcat. an non ſæpè poſtea ciuitatulam illam reuidimus,à ſeipſa uſqueadeò diuerſam, ut alienati magis animi uideri poſsit,tamqué enormem mutationem rerum omnium non uidere. Non multis annis, ex quo inde diſceſsimus,totius quod antè non fuerat prouinciæ,litigiorum ſedes, dicam rectius domus dæmonum facta eſt, ceſsit ocium,ceſsit gaudium, ceſsitqué tranquillitas, cuncta ilicò iuditiarijs tumultibus atque clamoribus plena erant, quid nobis obijcitur mutatio, qui translati alio,& locis mutatis,& accedente æuo,mutari utique poteramus,& haud dubiè mutabamur,ipſi iam ciues uix ſuam patriam agnoſcebant, quod crebra uotorum lamentatione didiſcimus.Sed hæc mutatio,pro iuſtitia fuit,dixerit quiſpiam, quæraro ſine clamoribus exerceri poteſt, ego autem de mutatione ipſa, non de cauſa diſputo.Nunquid uerò illud etiam iuſtitiæ fuit,quod poſt annos, ea ipſa urbs, & circunfuſa regio,quæ ſecuriſsima & Apoſtolice, cui ſubeſt ſedis reuerentia, penè armis exempta & inacceſsibilis uidebatur, marti prædonum exercitu non uexata tantum,ſed uaſtata,atq; ad extrema miſeriarum redacta eſt,hæc nobis pueris. ſiquis illic unquam euentura uaticinaretur, nonne inuiſus pariter, atque inſanus haberetur uates? ſed teneo ordinem. Et quanquam de maioribus poſſem, ut memoria tamen tua, noſtræ aſtipuletur aſſertioni, de his quæ ſimul ambo uidimus, cupidius tecum loquor, inde igitur ſimul quoque, nam quid diuiſim magna ætatis partis geſsimus, uicina iam pubertate ad Montem Peſſulanum, florentiſsimum tunc oppidum, iuriſqué ad ſtudium delati,aliud ibi quadriennium exegimus, cuius tunc poteſtas, penes maiores Balearice regem erat, exiguum præter loci angulum, Francorum regi ſubditum, qui ut ſemper præpotentium importuna uicinia eſt, breui totius oppidi dominium ad ſe traxit, quæ nam uerò tunc ibi quoque tranquillitas? quæ pax? quæ diuitiæ mercatorum? quæ ſcholarium turba? quæ copia magiſtrorum? quanta ibi nunc horum omnium penuria, publicarumqué & priuatarum rerum, quanta mutatio, & nos ſcimus, & ciues qui utrumque uiderunt tempus ſentiunt. Inde Bononiam perreximus, qua nil puto iucundius, nilqué liberius toto eſſet orbe terrarum.meminiſti planè,qui ſtudioſorum conuentus, quis ordo? quæ uigilantia? quæ præceptorum. Iuriſconſultos ueteres re diuinos crederes, quorum hodie propè nullus eſt ibi,ſed pro tàm multis & tã magnis ingenijs,una urbẽ illam inuaſit ignorantia,hoſtis utinam,& non hoſpes,uel ſi hoſpes,ac non ciuis,ſeu q; multum uereor, regina,ſic mihi omnes uidentur abiectis annis,manum tollere.quæ nam ibi pterea,tunc ubertas rerum omnium, quæué fertilitas, ut iam præſcripto cognomine, per omnes terras pinguis Bononia diceretur.Incipit illa fateor quidem huius Pont. Max. qui nunc rebus præſidet conſilio ac pietate reuireſcere,atque pingueſcere,uerum hactenus, ut illius urbis non modò præcordia, ſed medullas rimareris, nihil macrius, nihil aridius inueniſſes. Facetè ut in malis iocari ſolitus erat, ille uir optimus, ad illius regimen, Legatus de latere, ut ipſi uocant,miſſus nouiſsimè, ad quem uiſendum anno retro tertio, cum ueniſſem, poſt parui hoſpitis lætos & nimis honorificos amplexus, ſermonem uarium exorſi ſumus, quærentiqué mihi publico de ſtatu: Hæc, inquit, amice Bononia olim fuit, nunc autem Macerata eſt, Piceni nomen oppidi traxit in iocum. Sentis puto, ut dulci quadam cum amaritudine, inter hæc mala, & bonarum memoriam rerum uerſor, hæret memoriæ meæ credo, & tuæ indelebile fixumqué ueſtigium, illius temporis,dum ſtudioſorum unus ibi agebam, uenerat iam ætas ardentior, iam adoleſcentiam ingreſſus, & debito & ſolito plus audebam,Ibam cum æquæuis meis, dies feſtos uagabamur longius, ſic ut ſæpè nos

pe nos in campis lux deſereret,& profunda nocte reuertebamur, & patẽtes erant portæ, ſiquo caſu clauſæ eſſent,nullus erat urbi murus, uallum fragile,iam diſiectũ ſenio, urbem cingebat intrepidam,nam quid muros? ſeu quid uallo tanta opus erat in pace? ſic pro uno multi erant aditus, quiſq; commodiorem ſibi carpebat ingreſſum, nil difficile, nil ſuſpectũ erat,ut muro,ut turribus,ut propugnaculis, ut armatis cuſtodibus,ut nocturnis excubijs opus eſſet,interne primùm uenena tyrannidis, pòſt externorum fecẽre hoſtium inſidiæ atque inſultus.quid notiſsima ruminans, circa Bononiam demorari ſtylum cogo, niſi quia tàm recens,illius mihi ueteris Bononiæ memoria eſt,ut quotiẽs hãc uidere contingit,ſomniare crediderim,neque oculis ipſe meis fiderem,ſic multos iam per annos pati bellum, libertati ſeruitus,copiæ inopia,ludis mœror,cantibus querelæ, choreis uirginum prædonum cunei ſucceſsêre. ut præter turres atque Eccleſias adhuc ſtantes, miſeramqué urbem,altis uerticibus deſpectantes,hæc quæ Bononia dicebatur,diù quid uis potius quàm Bononia uideretur. Sed ut iam Bononia diſcedamus, acto ibi triennio domum redij, illam dico, quàm pro Arni domo perdita, mea mihi ſors bona, utinam reddiderat,Rhodani turbidam ad ripam, qui locus à principio in finẽ,& ſi uno ſemper tenore iuditij, non tàm propter ſe, quàm propter concurſantes & coactas ibi concreta ſqué totius orbis ſordes,ac nequitias,multis atque ante alios mihi, peſsimus omnium uiſus ſit, tanto tamen ſeſe peior factus eſt,ut quod nemo, niſi prorſus impudenti mẽdacio, negare audeat,ſibi ipſe collatus,fuiſſe olim optimus uideri poſsit. nam ne ſingulis immorer, quanquam nulla ibi unquam fides,nulla charitas,& quod de Hãnibale dicitur,nihil ueri,nihil ſancti,nullus Dei metus,nullum iuſiurandum,nulla religio,ibi non quidem propter ſe, ſed propter præſidẽtis electionẽ ſumma ueræ religionis ars eſſe debuerat,erant ibi tamen, quantum oculis apparebat,multa ſecuritas ac libertas,quæ ita funditus perîere,ut cũ cæteris & publicanorum inaudito ibi hactenus,& ignoto deprimatur iugo,& metu grauí hoſtium,ſine ſine circumſonantium neceſſe fuerit,nouis urbẽ mœnibus circumplecti,& ubi noctibus totis aperta omnia fuerant,luce media portarum aditus armis obſtruere,neq; id ualuit,quin male tuta ferro,ac mœnibus redimenda auro, & precibus ſalus eſſet,idq; ego Dei nutu geſtum,ſeu permiſſum reor, ut uel ſic uicarius ſuus,quiq; illi aſsidẽt neglectæ diu nimis ſponſæ,in memoriam ac deſiderium traherẽtur,quod ſiue hac cauſa, ſiue inſita uirtute, iam in Pontifice factum uides, reliquos duriores aut Deus molliat, aut mors quod cepiſſe iam uiſa eſt. cæterum mala hæc,ſi capiti acciderunt,patientius ferant membra, nec miretur quiſquam,ſi quos à limine propior, præſens Romanus Pontifex ipſe non arcuit,eiuſdem abſentis reuerentia,non coẽrcet,ne qua enim uetus mali conſuetudo, recens bonum interpellet,uellicans q; nondũ ſtabiles animos redeundi fortè ingerat appetitũ,plagã illam latrocinijs maximè nunc infeſtam ſcimus. Vnũ hic antequàm longius eam,quod me premit dicam,nitar q; hodie,quod uerũ nolim,tecum loquẽdo iuueneſcere.noſti ut in illo ſurgẽtis uitæ flore,cuius ante memini, quẽ Grãmaticorũ in ſtramine,uelut in delitijs egimus, cum ſemel parens meus,patruus q; ſimul tuus, qui ea fermè tunc ætate erant, qua nunc ſumus,ad Carpẽtoracẽſem, quã modò dicebam ciuitatulam, de more ueniſſent, patruũ ipſum,quaſi aduenã, uolũtas cœpit,ex uicinitate credo & nouitate rei orta,præclariſsimum illũ fontẽ Sorgiæ uidẽdi, qui per ſe olim notus,ſi parua de re gloriari,cũ amico id eſt ſecum licet,meo lõgo poſtmodũ incolatu,meiſq; carminib. aliquãto notior factus eſt.Re audita, puerilis & nos cupiditas excíuit, ut duceremur,& q̃niam nõ ſat tuto cõmitti eqs uidebantur,ſinguli nobis famuli dati ſunt, qui eq̃s ipſos, noſq; ut fit à tergo cõplexi regerẽt. atq; ita matre illa omniũ optima,quas quidẽ uiderim,q̃ carne mea, amore aũt cõmunis mihi tecũ fuit,uix tandem exorata,ſed multa pauente ac monente profecti ſumus, cum illo uiro, cuius uel ſola recordatio læta eſt,cuiuſq; tu nomen & cognomẽ retinens,doctrinæ aũt & fame plurimũ addidiſti,cum ad fontẽ Sorgiæ,uentũ eſſet,recolo enim,nõ aliter,quã ſi hodie fuiſſet,inſueta tactus ſpecie locorum,pueriles inter illos cogitatus meos dixi,ut potui. En naturæ meæ locus aptiſsimus,quẽq; ſi dabitur aliquando,magnis urbibus prælaturus ſim. hæc tunc ego mecum tacitus, quæ mox poſtea ut uiriłem ætatem attigi,quantum non ocio

meo

meo mundus inuidit, latæ claris inditijs notam feci, multos illic enim annos, ſed auocantibus me ſæpè negocijs, rerũq; difficultatibus interruptos egi, tanta tamen in requie tantaq; dulcedine, ut ex quo, quid uita hominũ eſſet agnoui, illud fermè ſolũ tempus uita mihi fuerit, reliquum omne ſupplicium. Iam tunc indiuiſibiles animis, diſtracti ſtudijs eramus, tu litigium & roſtra, ego ocium ſectabar & nemora, tu calle politico diuitias honeſtas quæſiuiſti, quæ me mirum dictu ſolitarium, cõtemptorem, profugũ, in medias ſyluas uſq; ad inuidiam inſecutæ ſunt, quid uerò tibi nunc ego illud agreſte ſilentiũ, illud nitidiſſimi amnis aſsiduum murmur, illũ boum ſonoris in uallib. mugitũ, illos uolucrum in ramis non diurnos modo cõcentus, ſed nocturnos explicem? ſcis omnia, & ſi me hac in parte nõ penitus ſequi auſus, quotiens tamen urbanis tumultibus, te furari poſſes, quod perrarum erat, cupidè illuc ut è procellis in portũ fugere ſolitus. quotiẽs autẽ reris, me uox atra ſolũ, procul in cãpis inuenerit, quotiẽs per æſtatẽ media nocte ſurrexerim, & nocturnis CHRISTO laudibus perſolutis, urus ego, ne ſomno preſſus famulos inquietarẽ, nũc in agros p̃ſertim, ſub luſtri luna, tunc in mõtes exierim? quotiens hora illa, nullo comite, nõ ſine uoluptate horrida, immane illud fontis ſpecus intrauerim, quo uel comitatũ luce ingredi horror eſt? unde aũt in tanta fiducia ſi quæritur, nempè umbras laruasq; non metuo, lupus nunquã in ea ualle uiſus erat, hominum pauor nullus, bubulci in pratis, piſcatores in fluuio peruigiles, illi quidem canebant, hi ſilebant, utriq; certatim me colebant, ſeq; ad omnimodum obſequium horis omnib. offerebant, quippè cum ſuum lociq; dominum ſcirent, non amicũ mihi tantum eſſe, ſed fratrẽ, optimũ ſed parentẽ, ſic ubiq; beneuoli, hoſtes nuſquã, ita cũcta deliberans, ſic mihi te fauente, atq; idem ſentiente perſuaſerã, ſi totus orbis bello quateret, illũ immobilem ac pacificum locum fore, q; ut crederem, & Romanæ reſpectus Eccleſiæ, de quo dixi, & multò maximè uicinitas faciebat, ſuper omnia aũt paupertas ſecuriſſima rerũ, & contemptrix auaritiæ atq; armorum. quid deinde mirari poſſes, in rem noſſes, adhuc me ibi agente, lupi aduenæ, uſq; in oppiduli domos, cateruatim ruere ceperant, & facta gregũ cede, attonitos trepidosq; ipſos loci incolas habere, nec dãnum modò, ſed augurium eſſe, & luporũ credo, qui uenturi erant præſagium armatorum. Siquidem nõ multò poſt, quàm inde diſceſſeram, parua quædam fœdaq;, & infamis manus furum, ſed ignauiæ accolarum fidens, omnib. circum pererratis ac direptis, ad extremũ prorſus, ut ſacri fures eſſent, ac de furto ſuo Lauernæ furum deæ rite ſacrificarent, ipſo dominico natali die, incautum rus agreſſi, ablatis quæ auferri poterant, reliqua flãmis exuſſerunt, inq; illud hoſpitiolũ, ex quo Crœſi regna ſpernebã, ignis immiſſus eſt, teſtudo uetus incẽdio reſtitit, properabant enim fures impij, libellos aliquot, quoc illic abiens dimiſeram, uillici mei filius, iam id antè præſagiens futurum, in arcem cõtulerat, quàm prædones inexpugnabilem ut eſt rati, ſed ut erat indefenſam ac uacuã ignorantes abiere. Sic diris è faucibus, præter ſpem, ſeruati libri, prouidente Deo, ne tàm turpes ad manus, p̃datam nobilis ueniret. I nunc, & illius Clauſe uallis opacis in receptaculis ſpẽ habeto, nil clauſum, nil q; altũ, fuſcũ nihil eſt furibus, atq; prædonibus, omnia penetrãt, omnia prouident, ac rimant, nullus tàm munitus tamq; excelſus eſt locus, in quem non ſcandat armata cupiditas, & ſoluta legum uinclis auaritia. Sedita me Deus amet, ut præſentẽ loci ſtatũ cogitans, memorq; præteriti, uix opinari poſſum, eſſe illum, ubi in montibus noctu ſolus ac ſecurus errauerim. uerum ego nõ ruris illius ignobilitate, ſed ſolitudinis meæ ſuauitate pẽſata, plura forſan, q̃ pro redixerim, ut antiqua equidem nouis iungerẽ, ex quib. rerum imitatio nota eſſet, ordinem deſerui, ſed reuertor. Quato igitur poſtq; Bononia redierã anno cum illo uiro ſæpè mihi & multũ, nunquam uerò quantũ meruit laudato, Tholoſam, Garumnæq; alueum, & Pyreneos colles adij, cœlo ſæpè turbido, ſed ſereniſsimo comitatu. & quid de his dicam, niſi quod de alijs eadem Tholoſa, eademq; Vaſconia, Aquitania eadem, nomine, re, omnes prorſus aliæ, ſibiq; ipſis præter unam ſoli ſuperficiẽ, omni ex parte diſsimiles, inde autem reuerſus, quarto idẽ anno iuuenili ardore uidendiq; cupidine Pariſeorũ urbẽ petij, in quo quidẽ itinere ac reditu, ſic iuuente calcar urgebat, extremos regni angulos Flandriamq; & Barbaricam, atq; Hãoniam, & inferiorẽ Germaniã circũiui, quo cũ nuper ex negotio redijſſem, uix aliq̃d omniũ recogno-

recognoui, opulentiſsimum in cineres uerſum regnũ uidens, & nullam penè domũ ſtantem, niſi urbium aut artium mœnib. cincta eſſet, de quo tũc ad uenerabilẽ ſenem Petrum Pictauenſem ſcripſi latius, ac dixi, qui poſt obijt, ante non multum tempus fœlicius obiturus. Vbi eſt enim illa Pariſeos, quæ licet ſemper fama inferior, & multa ſuorum mendacijs debens, magna tamen haud dubiè res fuit, ubi ſcholaſticorũ agmina. ubi ſtudij feruor, ubi ciuium diuitiæ, ubi cunctorum gaudia, non diſputantiũ, ubi nũc auditur ſed bellantiũ fragor, non librorum ſed armorum cumuli cernũtur, non ſyllogiſmi, non ſermones, ſed excudẽtiq; arietes muris impacti reſonãt, ceſſat clamor ac ſedulitas uiatorum, ſtrepũt mœnia, ſilent ſyluæ, uixq; ipſis in urbibus tuti ſunt, ceſsit enim penitus q́ abijt, quæ illic templum nacta, tranquillitas uidebatur, nuſquam tàm nulla ſecuritas, nuſquam tàm multa pericula. quis hoc unquam, quæſo, diuinaſſet, quod Francorum Rex, quamuis quod ad ſe unum attinet, inuictiſsimus hominum, uinceretur, & in carcerẽ duceretur, & ingenti precio redimeretur? Tolerabilius tamen hoc efficit auctor mali, rex, à rege licet impari uictus eſt. illud prorſus miſerum, pudendum q̃, reditu in patriam prohibitus, & regem ipſum, & filium, qui nunc regnat, coactus q̃ cum prædonibus paſcitur, tutum per ſuas terras iter agerent, quis hoc, inquam, illo in regno fœliciſsimo, non dicam cogitaſſet, ſed aut unq̃ etiam ſomniaſſet, quando uerò credent hoc poſteri, ſi ut ſunt uolubiles res humanæ, regnum ipſum quandocunq; ſuo ſtatui reſtitutum fuerit, nos enim non credimus, ſed uidemus. Inde autem, hoc eſt à prima Gallicana peregrinatione reuerſus, quarto itidem poſt anno, primum Romam adij, quæ etſi, iam tunc, multo q̃ prius, nihil aliud quaſi quàm illius Romæ ueteris argumẽtum, atq; imago, quædam eſſet, ruinis q̃ præſentibus præteritam magnitudinem teſtaretur, erant tamen adhuc cinere in illo, generoſæ alique fauillæ, nunc extinctus, & iam gelidus cinis eſt. Erat ex cineribus ueterum renatus Phœnix, unicus ſenex ille glorioſiſsimus Stephanus Columnenſis, eius quem ſupra memoraui, mei ducis magnæq; & illuſtris, ſed caducæ nimium genitor familiæ, Vir, cum ſuis ſæpè mihi dictus dicẽduſq;, erãt alij, quib. ruinæ ille ſaltẽ patriæ charæ eſſent, quorũ nullus, aut ibi nunc aut humanis in rebus iã ſuperſtes eſt. quarto rurſus annõ Neapolim perrexi, & licet ſæpè poſt id tẽpus Romam Neapolim q̃ redierim, primæ tamẽ impreſsiones hærent animo, erat ibi tũc Robertus Siciliæ, immò Italiæ, immò Regũ rex, cuius uita fœlicitas, mors exitiũ regni fuit, ipſe quidem, me digreſſo nõ diutius ſuperuixit, & planè ſi cœlo obſtante uetebat, ingruentib. malis occurrere ut ſolebat, uix cui quam tempeſtiuius mori cõtingit, ut mihi planè ad eximiam uitæ felicitatem, talis mors acceſsiſſe uideatur, ego autem anno demum quarto, ſic tunc uitam, quaternario patiebat, illuc rediẽs, nũc rediturus, niſi me Clementis tunc Rom. Pont. iuſſus urgeret, muros quidem, & plateas, & mare, & portum, & circunfuſo colles, uitiferosq; eminus hinc Phalernũ, hinc Veſeuũ, Indi capreas quoq; & Inarimẽ & Prochytam, ictas fluctibus inſulas, & fumantes hibernis menſibus Baias, notam mihi Neapolim non inueni, ſmina uerò cladium multarũ, atq; impendentis ſigna miſeriæ clara perſpexi, cuius me tàm certũ fuiſſe uatem doleo. at quid inde ſentirem, nõ uerbo ſolũ, ſed & literis tonanti am fortuna, nondũ tamen fulminante, teſtatus ſum, quæ ita poſt illicet impleta ſunt omnia, & multa inſuper addita, ut uaticiniũ ipſum meũ, quamuis horribile, infinita malorũ ſerie uinceret, quæ deflere, quàm enumerare facilius multò ſit. Nõ multo antè id tempus, in has terras, in quib. adoleſcẽs ſtudioſus fuerã ocioſus, & iam uir reuerſus, amicitia trahẽte, illius, cuius adhuc memoriæ multũ debeo, Ciſalpinã hanc Galliã, quàm tantũmodo prius attigeram, totã uidi, nõ ut aduena, ſed ut accola, urbium multarũ, Veronæ in primis, & mox Parmæ ac Ferrariæ, demum Pataui, quo mẽ illa, quæ diſcutere neſcio, catena eadem traxit amicitiæ, ſed ulterius uiri optimi, cuius caſum, nunquam ſine dolore meminero, qui cum undique maximus clariſsimuſq; uir eſſet peregrini paruiq; hominis, & ſolo nomine cogniti, nec unq̃, ut ipſe aiebat, niſi ſemel uiſi, idq; in trãſitu familiaritatem, diu ſic ambiuit, quaſi p̃ hoc magnũ aliquid ſibi ſuæq; Reip. quæſiturus, & eius quidẽ urbis incola tus illo ſupſtite, cõtinuus mihi ſicut auguror futurus, eodẽ reb. exẽpto ꝑpetuus, tamẽ fuit licet interruptus, ex cauſis, ꝓinde urbs hæc, q̃ primũ tẽpore ad eam ueni, ſic recẽti peſte illa terribili

terribili attrita erat, ut dehinc primogeniti illius prouidentia ac studio, & usq; ad hoc tempus, inconcussa pace, fateri oporteat, unam hanc ex omnibus erectam, potius quàm deiectam. ad id uerò, quod anno antequā illuc uenirem, hoc est antè pestis initiū fuerat, impar. rem sibi ac dissimulem prorsus, ut reliquas, Mediolanū serius ac Ticinīū noui. & quidvis dicam, Nulla omnium est, quæ fuit, nō dico antè multa sæcula, sed nuper nostra memoria, ui sa enim, non lecta loquor, uel audita. Ipsa urbs Mediolanū, quàm antè mille quingentos annos florentissimā lego, & quæ ut puto, nunquā magis, quā nostra floruit ætate, nūc non floret ut solita est, quamuis adhuc magnitudine & potentia, atque ut dicitur pondere suo stet, ciues suos interroga, fatebuntur hæc ita esse, tristiusq; aliquid de suo addent. quid nūc Pisas, ubi uitæ septimum annum egi, seu quid Senas loquar? quid dilectum mihi primi exilij atq; originis meæ locum Aretium, uicinumq; illi Perusium, quidue alias dicam, una omnium conditio est, non sunt hodie, quod heri, ut cum sit mira uarietas rerum, tamen incredibilis ac stupenda celeritas. Possem te modò per Italiam totam, immò & per omnē Europam passim circunducere, noua ubilibet ad inceptum argumenta reperturus, sed uereor, ne meipsum teq; & alios, si qui hoc nostrum colloquium audituri, lecturiq; sunt, fatigē, si te per omnes terras, stylo ducam quarum recens simul & misera & aperta mutatio est, delectatus tamē sum. Nescio an sat propriè hoc dixerim, nisi sit quædā in mœrore delectatio. Sed profectò libuit mihi tecum hactenus fando, peregrinari, per trāsactos annos, ac loca distantia, eaq; maximè, in quibus aliquando tecum fui, & quod iter pedibus aut nauibus mensi sumus, calamo remetiri. nullo autem pacto, harum rerum per memoriam indicta patria transire possum. Illa uerò, quid est aliud, quàm uarietatis infaustæ argumentum euidens, quæ nudiustertius conuenientissimum nacta uocabulum, inter alias nō Italicas modo, sed Christianas urbes, rebus omnibus, usq; ad inuidiā florebat, mox deinde crebris malis, extra incendijs ac bellis, intersectis ac pestibus usq; ad misericordiā deformata, omnes certè mortales, antè alios quidem suos ciues, admonet, quanta sit in rebus pereūtibus spes habenda. Hic mihi contentiosus fortè aliquis obuiet. est enim genus hominū, quib. quoniam uitium nihil est, ad ueritatem defendendam, & quiescere nesciunt, fallacijs hanc oppugnant, idq; sibi artificium facere, quod negari igitur nequit in his, quas dixi urbibus uerum hoc esse fatebitur, in alijs forsitan non ita, atq; hoc respectu mutationē uniuersi, nullam esse, quod quantū uni decreuerit accrescit alteri. Cui ego respondeo, ostendat mihi in occidente, aut in arctoo, uel in una urbe contrarium & uicerit. certè enim hæc ipsa, unde tibi nunc scribo, & cuius ad ultimum incola factus sum, non tàm oblectationem, quàm securitatem & quietem quæres. Venetorum urbs, quamuis & consilio ciuium, & locorum situ, inter omnes alias nostri orbis prospero ac tranquillo sit in statu, fuit tamen aliquando prosperiore, tunc scilicet eum uisendi gratia, cum præceptore meo, huc primum è Bononia adolescens ueni, & hoc quoque, sic esse non negantes ciues audias, etsi, quod nec ipse negauerim, aliquid, immò quàmplurimum ædificijs accesserit. Sin me longius cauillator traxerit, fatebor, me quid apud Seres Indosq; agitur nescire, sed Aegyptum Syriāq; & Armeniam, totamq; Asiam minorem, non alio rerum incremēto, nec meliori uti forte, quàm nos. nam Græciæ calamitas uetus est, sed Scytharum recens, ut unde nuper ingens annuus frumenti, nauibus in hanc urbem inuehi solebat, idem nunc serius onustæ naues ueniant, quos urgentes miseri uendicant parentes, iamq; insolita, & inextimabilis turba senio. rum, utriusq; sexus, hanc pulcherrimam urbem Scythicis uultibus, & informi colluuie, uel ut amnem nitidissimum, torrens turbidus, inficitq; si suis emptoribus non esset acceptior, quàm mihi, & non amplius illorū oculos delectaret, quā delectat meos, neq; fœda hæc pubes, hos angustos coartaret uicos, neq; meliorib. assuetos formis, inamœno aduenas contristaret occursu, sed intra suam Scythiam, cum fame arida ac pallenti, lapidoso in agro, ubi Naso illam statuit, raras herbas dentibus uelleret, atq; unguibus, & hæc quidem hactenus. Sed instabit, & uarietatem quæri dicat immeritò, quasi huius tantūmodò sit ætatis, cum sit omnium. ego aūt nihil queror, sciens ab initio rerū, uolui omnia, nihil stare, nec dico, qd putas causæ est, quod propria tempora meliora fuêre quàm nunc sunt? stulta est enim ut ait Salomon

Salomoñ huiuscemodi interrogatio. multæ quidem possunt esse causæ Deo notæ, & quædam fortasis hominibus, non quæror ergo mutata tempora, nec causas quæro, sed mutationem astruo, contra opinionem iuuenum nostrorum, qui hæc inter mala geniti, quia aliud nil uiderunt, nil aliud fuisse contendunt, inscij atque incredulí, et mutationem temporum manifestam, prorsus ac flebilem, mutatis studijs nostris, atque animis impurant, quos mutatos fateor, & gaudeo. sed mutatio hæc, nihil ad alteram, neque enim minus rapido acta impetu rota, ingens uoluitur, quam formica interim, per illam segnis incedit. Illud denique in litem ueniet. Mutationem hanc, non rerum esse, nec temporum, ac nec mūdi quidem, sed solorum hominū, quod ipse etiam in parte non negem, sciens mundi appellatione, sæpè homines accipi, quibus haud dubiè factus est, & quorum usui mundus obsequitur, & sanè mutationum huiuscemodi, multæ ipsis in hominibus causæ sunt, & siquis altius fodiat, fortasse omnes sed aliæ apparent, latent aliæ: Certè quod pietas, quod ueritas, quod fides, quod pax exulet, quod impietas, quod mendacium, quod perfidia, quod discordia & bellum regnet, & toto sæuiat orbe terrarum, quod prædonum manus impiæ, quasi iustæ acies, pro libito uagentur, & uastent ac diripiant quicquid est obuium, neq; his urbes obstare ualeant, neque reges, quod infecti mores, depraua studia, deformati habitus, palàm est, non nisi in hominibus radicem mali totam esse, quamuis ego ut iam dixi, non de causis, nunc, sed de rebus tantum disputem, quæ profectò nobis pueris adolescentibusq; non erant. Rara bella inter regna uel populos de finibus aut de iniurijs gerebantur, societas contrà omne genus humanum nulla usquam nostro æuo fuerat. erant societates, mercatorum, quas ipsi uidimus, quibus ante omnes, patria diu floruit mea, per quas, quantæ commoditates afferentur, hominibus difficilè est dictu, difficilius creditu, per has enim totus ferè nostræ orbis regebatur, reges ac principes uniuersi, horum ope & consilio fulti erant. alterius generis societates, peregrinorum, magno agmine deuota loci Hierosolymam Romamq; petentium cernebantur, fures ibant singulatim noctu pauidi, nullæ furium diurnæ acies campis explicabantur, nulli armati societatum duces, famam sibi gentium cladibus propria feritate quæsierant. Quintus & uigesimus annus, est ex quo auribus primum nostris horrisonum hoc nomen intonuit, quod malum breui quantum creuerit, quorsumue processerit uidemus, ac miseri ciues, & agricolæ, immò & reges & Pontifices usque ad summum maximumq; omnium experti sunt, qui ut suprà attigi, ad Rhodanum, unde nuper abijt, semiobsessus ab illis, atque ad indignam redemptionem extitit coactus, quod nec ipse tunc tacitus tulit, sed inter suos meritò quidem, grauiter questus est, nec ego ad eum scribens silui, quis terribilem igitur & infandam hanc mutationē temporum, non agnoscit, aut quis negat? consequens enim est, ut aut sensu careat, aut pudore, dissimulari nequit, sese oculis ingerens pessimarum ac nouarum rerum fulgor horrificus ac lugubris, quando ea nunc quotidie mundus infœlix patitur, quæ nuper hominum nullus audierat. qd de alijs? nomē pestis auditū erat, & in libris lectū, pestis uniuersalis exhaustura orbem, uisa nō erat, nec audita, hæc p̄ annos iā uiginti, ita omnes terras p̄terit, ut intermissa qdem alicubi forsitan, aut lētescēs extincta, utiq; nusq; sit, adhuc ita indies, dum uisa est abijsse reuertit, breuiq; gaudio circūuēta aggredit, & hæc ipsa diuinæ nisi fallor iræ testis, ac scelerū humanorū, q̄ si aliquādo finirent aut decrescerēt, cœlestes quoq; mitescerēt ultiones. Terræmotus præterea auditum lectumq; erat nomen, at rem ipsam ab Historicis, rei causam à Philosophis quærebamus, & motiunculas nocturnas, fortè aliquas rarans quidem, & ambigua somnioq; similimas curiosi ibi homines fingebant, terræmotum uerum, nostro æuo nullus senserat, uigesimus annus est nunc, unum enim mali utriusq; principium fuit, ex quo alpes nostræ, quarum motus insolitos ait Maro *VIII.* Cal. Februarias tremuere, inclinata iam parūper ad occasum die, Italiæq́ simul ac Germaniæ pars magna contremuit, tàm uehementer, ut adesse mundi finem inexperti quidam crederent, quibus insueta prorsus, & nunquam cogitata res erat. Veronæ tunc in bibliotheca mea solus sedēs, quanquam non in totum rei nescius, repentina tamen & noua re percussus, solo tremente sub pedibus, & undique concursantibus ac ruentibus libellis, obstupui, & egressus thalamo,

lamo, familiam moxq; populum trepidissimè fluctuantem uidi, omnium in ore funereus pallor erat. qui hunc proximè secutus est anno, Roma tremuit, usq; ad ruinam turrium ac templorum, simul & partes Hetruriæ tremuerunt, de quo tunc sollicitus ad Socratem nostrum scripsi. Anno idem septimo tremuit inferior Germania, totaq́e Rheni uallis, quo tremore Basilea concidit, non tàm magna urbs, quàm pulchra, & ut uidebatur stabilis, sed contra naturæ impetum nihil est stabile. Inde ego paucis ante diebus abieram, Cæsare ibi hoc nostro, bono quidem mitiq; principe, sed ad omnia lento, per mensem expectato, qui mihi tandem in extrema barbariæ quærendus fuit, de quo motu, ad Ioannem urbis illius uenerandum præsulem scribere animus fuit, quod ab illo satis honorificè uisum me nõ obliuiscerer, & an scripserim non memini, apud me autem exemplum epistolæ non extat. Cæterum die illo, in ipsius Rheni ripis, hinc atque hinc octuaginta, uel eo amplius castella, solo æquata referuntur, futurum nostra illa prima ætate portentum memorabile, si pastoris le ue tugurium tremuisset. at malorum usus metum ac stuporem mortalibus excutit, & in his quidem mutatio, de qua loquor, eminet causis latentibus, ut dicebam, nisi quod credendum est ut alia, sic & hæc culpis hominum prouenire, quarum nullus est modus aut numerus. Interesse autem, quod illa homines faciunt, hæc uerò permittente quidem, aut iubente Deo propter humana flagitia, quæ si quando desinerent, desinerent & flagella. Postremò quæcunque sit malorũ causa, quisquis agẽs hæc ueritas est. En pater, ut die uno, annos nostros omnes tibi ante oculos congessi, meritò quidem longè impares, numero autem pares, quem ego nuper ad amicum scribens, bona fide sum professus. tu an idem facias, an adhuc quod nonnulli senum solent. iuuentam respiciens aliquid etiam nunc occultes nescio. Viue fœlix & Vale nostri memor.

Fran. Petrarcha Paulo de Bernardo Veneto, S.

Transfretantem uotis reditus prosequitur.

LVsi tecum amice, nec lusisse me pœnitet, bonam tibi epistolam ludo extorsi, ad quam quid opus est multis? sentio uera esse, quæ dicis omnia, scio me amari abs te, quantum amare hominem potest homo. Nequé hymeneos tuos, nostræ amicitiæ obstare suspicor, sed fauere, coniugalis enim sarcina, quæ ut blanda interdum, sic leuis est nunquam, quò te acrius premet, eò me dulcius suspirabis. neque uerò silentium tuum in argumentum tepescentis animi traxerim, amicorũ omnia bonam in partem trahere solitus. si tu mihi seu colloquio præsens, seu absens, literis creber sis, credam te tuis affectibus morem gerere, sin rarior, occupationibus meis, alterum apud me feruidi amoris, alterum discretæ uerecundæq; modestiæ signum erit. Non est ergo quod uereare, ne quid mihi non dicam de tui amore, sed de tuarum quoque rerum iuditio exciderit, idẽ totũsq; es, atq; integer apud meum cor. Reliquum est, ut quoniam ad Transmarinum iter accingeris, faustam tibi nauigationem, & uotiuum reditum precer, planum tibi æquor & fauẽtes hinc Zephyros emitti, illuc Euros redeunti tribuat, non Neptunus atq; Aeolus quorum alterum sortitum cum fratribus insularum oræq; maritimæ temporale dominium, alterum quidem tempestatum sagum, Aeoliarum tamen inopem regem, Iliacis constat fuisse temporibus, sed maris & terræ cœliq; regnator CHRISTVS omnipotens, de quo scriptum est: Qui producit uentos de thesauris suis. & iterum concludens: Sicut in utre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. ille qui imperat uentis ac fluctibus, Ille, inquam, te incolumem comitetur ac reuehat nobis, quos cum chara thori socia, desiderio plenos linquis, quiq; tibi naui ascẽsuro, unà secum dicimus illud Achilleæ coniugis apud Gratium: *I fœlix noster q; redi.*
Vale Patauii V. Cal. Septembris.

Fran. Petrarcha Donato Apennigenæ Grammatico suo, S.

Consolatoria super illius filij, suiq; simul nepotis immaturo obitu.

TRes ordine mœstas epistolas tuas, per hos dies habui, quarum prima tetigit quidem, at secunda impulit, tertia uerò animum concussit, sternere enim, neque ullus me iam rumor,

rumor, ut spero, neque si mihi crederis te potest, parabam consolationem, immò admonitionem breuem, quid enim tu consolatore indiges? solari alios & meipsum solitus, quamuis & insignes Medicos suis morbis alterius opem medici quærentes, sæpè uiderimus, & facundissimos Causidicos, sua in lite, externi patrocinium oratoris, unde est illud uulgò tritum: In propria causa aduocatum quære. etsi enim id Cato ille senior uir durus, corporis atque animi rigore fretus incomparabili, & prisco eloquio, & acri admodum fisus ingenio, non quæsisse unquam legitur, quater & quadragies accusatus ab æmulis, sicut, ut nemo unquam crebrius, semper à se defensus, semper à iudicibus absolutus, si communem tamen usum respicis, uix usquam adeò sibi potest mens humana suis malis obsessa consulere, quin amici consilij & fide opis indigeat. Sed quid tardis ac rudibus inconculcandum est, nec in conculcando proficitur, id nobilibus ingenijs ostendisse uel strictim sufficit. illud hac in parte mirabile, quod corporeis morbis, illicò Medicus accersitur, morbis animi non ita. quos tamen & periculosiores esse, non est dubium. & curari posse facilius, corporum enim morbi incurabiles, multi sunt, animorum nullus, modò curari uelit is qui patitur. quamobrem peruersitatem hanc miratur Flaccus, nec immeritò. miratur & Cicero, qui erroris huiusce causam, & subtiliter quærit, & deprehendit egregiè suo in Tusculano, ni memoria fallor luce tertia. eò igitur ne in hoc tuo statu importunè philosophari uelle te cũ uidear, te remitto. Cæterum quicquid id erat, q́ parabam in filij tui ægritudine orsus eram, ne deficeres animo, & ut aiunt ante tubam tremeres, sed inter spem ac metum rectus incederes, paratus ad utrumlibet, hæc primo nuncio meditantem, secundus auertit ac tertius, non iam morbum afferens, sed mortem, plus mihi negotij allatum dixerit quispiam, ego contrà sentio, demptum plurimũ ac penè totum. multum erat fateor, ut in filio tàm dilecto, ipse tua languida uiscera, & grauissimis dissecta doloribus, inuictus aspiceres, ut tamen id magnificè faceres, suadere iam cœperam, ac monere, et quod in te forti animo passurus fueras, fortiter patereris in altero, si alter dici poterat quem genueras, quem alueras, quem docueras, cui totus incubueras, utcunque res accepta esset, hortabar ut patientiam atque constantiam, quam illustres multi olim uiri, in seipsis exhibuerant, atque hinc in signem gloriam consecuti erant? exhiberes in filio, nõ ausus quidem uetuisse, ne languenti puero spiritum compassionis impenderes, ne naturæ aduersum uideretur. uerum quisq; illum casus exciperet, tu ne rueres, sed erectus stares, & siue eum tibi is qui dederat diutius largiri, siue eripere uoluisset, & de dato, & de ablato, mecum Deo gratias agere, sic & ego enim, meo domestico in dolore, nuper egi, atque ago. humile quidem, sed amicum tibi proponitur exemplum, possem heroum filios accire, nisi quod cariora nobis nostra mediocria, quàm aliena eximia esse solẽt. noster ille, quem memoro, præterquã quod mea omnia tua sunt, spiritalis filius tuus erat, sacro illũ de fonte leuaueras, patere æquo animo meum, me recens & cruentum uulnus tuo uulneri miscere, ut quæramus simul utriq; salutiferum fomentum, neq; tacitus tecum dicas, non sunt paria uulnera. ego filium desidero, tu nepotem. CHRISTVM enim & amicitiæ fidem iuro, plus me illum amasse, quàm filium. non illum ego, quid ad rem, at mei genuerant, Franciscí, qui ut nosti, per se quisque non minus, quàm ego ipse animo meo chari sunt, ita ex duobus longè mihi charissimis progenitus, duplo mihi erat charior, quàm si ex me genitus fuisset. Tu antiquũ ac præclarum tuo nomẽ, nos nostro humile ac domesticum dederamus, immò utrunq; tu dederas, tuus Solon magni si fors sineret profectus augurium, noster utriusque parentis, meum q́ue simul nomen nactus erat, ita & solatium uitæ ingens, & spes, domus ac iucunditas & nobis tribus, quartus iam Franciscus accesserat, obtigerat illi credo, ut hinc acrius dolorem & ingenium, & formæ rarum decus, regium diceres infantem, æquaturus apparebat, formæ gratiam paternæ, sed uicturus ingenium, quod deterrimũ in illo dixerim, sic me ore referebat, ut ab ignorantibus matrẽ, prorsus ex me genitus crederi posset. ita omnes asserebant, sic te mihi olim per literas affirmasse, cum uix dum esset anniculus, in illius uultu meam faciem te uidisse, & hinc nescio, quid magnæ spei iam tunc animo concepisse memini. quæ quidem similitudo, in tanta ætatum distantia, tàm insignis ipsis quoque parentibus chariorem, eum atque

omnibus passim charum, sed in primis magno illi Ligurum domino, tàm acceptum fece rat, ut qui pauloantè, sui unici infantis interitum, siccis oculis spectasset, nostri obitum sine lachrymis uix audiret. ego uerò fœlicitatem illi æternam, nullo negotio partam licet, mihi autem curam non exiguam ereptam, & sic uno actu, pariter utrique consultum, & si clarè uideam. & iam inde ab initio uiderem, tanta tamen uitæ dulcedine spoliatus, non moueri fateor nõ potui. Et si quo erã ante hos paucos annos animo nũc essem, amicos omnes crede mihi, teque ante alios, lamentis ac gemitu complessem, neque pertinet ideò quod infantem flerem. Amantur enim sæpè uehementer hi tales, quos præter naturæ instinctum, ipsa ætatis innocentia puritasq; conciliat, quàm quos iam adultos, amori odium miscens, fastus & inobedientia alienat. Non me igitur tenuisset suæ respectus ætatis, meæ tenuit, nam cum uirum tum præcipuè senem flere mortalia turpe est, quem tempore & casuum obseruatione similium, contra omnes insultus obduruisse utor peculiaribus meis ac Tullij uerbis, atque occaluisse conueniat, non committam sciens cuius me confestim pudeat, ut multarum hodie pudet epistolarum, quas in mortibus meorum dolore animi uictus, nimis molliter, quamuis piè, æuo quondam teneriore profudi, spero me deinceps muliebribus saltem malis explicitum, in me unum totus orbis ut corruat, non dicam lætum neque immotum, sed nec querulum opprimet nec iacentem. didici querelas ad nil utiles, patientia nihil utilius, in his q̃ mutari nequeunt, hæc olim legebã, nec credebam. Nunc si hæc nusquam, sed ubique contrarium legerem, nec crederem, omnem tamen meæ fragilitatis historiam, ut noris, bustum ego marmoreum illi infantulo, apud Ticini urbem, bisse x elegis inscriptum, literisq; aureis exaratum statui, quod uix alteri facerem, & mihi ab altero fieri nollem, sed qui lachrymas & querelas pressi, sic affectibus sum oppressus, ut quoniam illi nihil aliud esset quod tribuere possem. ad cœlum profectò, nec terrestria iam curanti temperare nequiuerim, quo minus hoc ultimum, & inane tribuerim obsequij genus, & si non sibi utile, gratum mihi hoc illi, igitur sacrum uolui, non causam lachrymis, ut Maro ait, sed memoriæ non tàm meæ, cui nec saxo nec carmine opus erat, quam eorum quos illuc casus attulerit, ut sciant, quantum ille suis, ab ipso uitæ principio charus fuit. Quamuis autem Ciceroniana sententia sit, Philippicarum libro *VIII.* Gratiam aliam referri mortuo non posse, quàm statuæ uel sepulchri, apud nos tamen quædam maior est gratia, preces scilicet ad Deum fusæ, pro defuncti anima ac salute, his non eget utique infans meus, nihilominus tamen, quod in conspectu Dei nec cœli ipsi mundi sunt, nec infans unius diei super terram sine peccato, pro hoc quoque misericordiam eius imploro, ut ab amplexu meo diuulsum, sinu illum foueat benignus amplexu. sic illius amor paruuli, totum meum pectus impleuerat, ut an unquam tantum aliquid amauerim, haud facilè dictu sit. En amice qualiter affectus ad solandum alios accedo, sed nec tibi ego, nec tu mihi alius, & te ergo qua possum, & non minus solatij indignum me consolor, multi alios, quidam se libris, aut tractatibus consolati sunt, ego utrunque simul facere molior, quod ut spero, tibi gratius, qualecunque remedium erit, ægrotanti præstitum ab ægroto, benè enim ualenti ægrum uerbis solari facile est, nullius solamen altius in mœstum animum descendit, qua similia patientis, & ideò efficacissimè confirmandis, astantium animis uoces sunt, quæ ex ipsis supplicijs emittuntur. quid quod nec misereri plenè miseris nouit, qui non ipse pari miseriæ genere miser, in suis siue in se fuerit, aut saltem esse potuerit, unde est horror ille, stuporq; Aeneæ, quem mihi de medio naturæ sinu sumpsisse Virgilius uidetur:

Et subiens chari genitoris imago,

ut regem æquæuum crudeli uulnere, uidit uitam exhalantem, quod illa iam regina exul, exulem miserata, prædixerat:

Non ignara mali, miseris succurrere disco.

Succurro ego tibi, & solor te amice, prosperatio temporis, proque ingenij uiribus, & me ipsum solum, quibus sunt cuncta communia, spes & metus, & gaudia & dolores. ideò ut dixi, uulnera nostra coniungo, ut medicamenta permisceam. Possem pro remedio Philosophorum et Poëtarum omnium uireta percurrere, et electos tibi sententiarũ flosculos, hincinde

hincinde decerpere, possem & pectusculi mei latebras scrutabundus ingredi, et siquid ibi de proprio esset circumspicere, nisi quod aliena nota sunt tibi, nostra aut in similibus amicorum uulneribus ac morbis assumpta olim, & aliena scienti, ingerere superbum & nostra replicare superfluum, & noua raptim cogitare difficile est. ad hæc subitis malis repentino opus esse remedio nouimus, utiliusque fuerit, mox uulnus alligare, pro tempore puramque & facilem quamlibet ac communem medicinam apponere, quàm in peregrin- antidotis conquirendis tempus terere, dum neglecti uis uulneris ingraueſcat, uereorque ad hæc ipsa sero nimis accesserim, quod epistolæ tuæ omnes pro locorũ uicinitate tardè admodum ad meas manus peruenère. omnium sanè quæ pro nostra consolatione dici possent, quibus ingentes implerentur. hæc ni fallor summa est. attollenda humo desideria, armandumque animum, ne conspectum hostis exhorreat, aut terribilium specie, sine ulla fortunæ uiolentia manum tollat, quodque elegantissimè ait Cicero, abstrahendam mentem, à sensibus, & cogitationem à consuetudine abducendam, hoc si facere potuerimus, nihil miserum erit omnium, quæ miserrima uulgus existimat. nil tibi, quod non mihi hodie consulturus sum, infantes nostri, & prædulcia pignora auidi, & fortasis udi quæruntur oculi, suspiranteque grauiter ulcerosa præcordia. Certè humanum illis fuerit mori, neque ante diem accidit, cui nullus est ascriptus dies, humanũ nobis oblata uitæ solatia optare, lumina oculorum nostrorum baculos, ac sperata præsidia tuæ instantis meæ iam præsentis senectutis. quid ergo? ut humanum desiderare, sic flere fœmineum: nempè excusat hoc nostrum desiderium natura, quæ nescio, quid eneruè & liquidum animis nostris inseruit. idque in promptu posuit, ut omnibus maximè infirmioribus palàm esset. ex diuersò natura eadem mollitiem hanc accusat, quæ uirile quiddam ac solidum ipsis nostris in mentibus posuit, sed profundius, sic ut nisi uirtutis auxilio erui, atque effodi nequeat, ac negotijs applicari, primùm illud ultrò sensibus obuium, hoc secundum, sine studio uix peruium rationi, mentem scilicet à sensibus abstrahendam, cogendamque in specus intimos, ubi inuicta securitas, & masculi habitant cogitatus, itaque facilè flemus, difficillimè consolamur. Estque hæc iam uetus, & immobilis consuetudo, suos flendi uelo pietatis obsita, & pietatis excusata, immò laudata cognomine, nec ineptijs solũ uulgi, sed magnorum hominum firmata sententijs, atque exemplis. quantum fleuit Octauia Marcellinum suum clarissimum adolescentem, & Virgiliano carmine nobilem, sed mortalem tamen. nullus illi flendi alius, quàm uiuendi modus fuit, ut hic sexui ueniam demus, nec sequamur indoctos, qui nimis multi sunt. quantum sapientissimus Græcorum Nestor suum fleuit Antilochũ, Hectore a peremptum manu, cũq; miserabilibus comites, quæstionibus agitans, cur ad eum pueniſſet diem, & naturam suam nimiæ uiuacitatis accusans? quantum denique noster nuper Paulus Hannibalensis. suum luxit haud ultimus procerum Romanorum, sed dolentium omnium longè primus, et sic omnia luctuum exempla, tristi superans uictoria, ut ex omnibus, qui nunc adsint memoriæ, unus hic, nulla externa adhibita, sola ui doloris interflendum præcluso repente spiritu, extinctus, miser Pater charum nimis filium, sequeretur ad sepulchrum comes. Theodosius Macrobius, uir curiosissimus Maroneum pathos anxiè pertractans, huc nimirum carmen illud adducit, ubi occiso filio Mezentius Hetruscorum exul ait:

Nunc alte uulnus adactum.

Et, quid, inquit, aliud ex hoc intelligendum est, quàm hoc altum uulnus esse amittere filium? & rursus idem: *Hæc si sola fuit, quæ perdere posses.*

sed & hic, inquit, accipiendum est perire, esse amittere filium. ecce tibi, qui doceant mortem filij non uulnus modò patris esse, sed mortem. mille sunt talia, quibus totum, quod ubique est, uno uulgus ore consentiat, hi errores in communi hominum opinione uersantur, & quasi cum lacte nutricum hausti, nulla interim his sanandis, cura impensa, aucti indies, nos ab infantia in senium prosequuntur. At si uiri sumus, si à uulgò ulla ex parte differimus, nil uulgare nos deinceps, nil plebeium decet, quid enim singulare nomẽ quærimus,

ſi communibus ſentẽtijs inhæremus: ſingularibus ingenijs ac ſtudijs, ſingularis fama quæ ritur, ſtultus eſt, q̃ p̃ multorũ ueſtigia, ad paucorũ gloriam p̃uenturũ ſeſe ſperat, habet unuſ quiſq; trames ſuos terminos. ſi delectant animũ clari fines, arduí & laborioſi calles placeant, p̃ hos te ducere, mecq; ipſum uelim. Durũ fateor ſuorũ mortibus nõ tangí, nec ego tangi prohibeo, ne ipſe ſim durior, durũ quoq; nõ ruere, ut ſit durũ, certè laudabile, optabile, uirtuoſum eſt, q̃ nõ eſſet, niſi durũ eſſet ac difficile, ſed laudis amor et uirtutis, hãc duritiem lenit. Quid agendũ q̃ris, dixi iam, & mens à ſenſibus: & cogitatio à conſuetudine abſtrahenda, incq; arcẽ rationis altiſsimam attollẽda eſt. Illic quies habitat, illic tuta omnia et tranquilla, inde cũcta ſub pedibus, mundũ, uulgus, opiniones, curas, actus, ac fortunam ſi qua eſt uidebimus, atq; eius & mũdi inſidias detectas, q̃ fuerũt, ut incauti caperemur. utq; immodicus noſtrorũ amor, et breue gaudiũ, lõgo in nobis mœrore ac deſiderio plecterentur, nos uirorũ fortiũ more, dolis cognitis, dirigemus aciẽ in hoſtes, & illorũ reſiſtemus incurſibus, atq; in eos retorq̃bimus, q̃ in nos parabant, neq; deſiderio, neq; luctui ſuccumbẽtes, ſed grati in Deũ, lætiq; q̃ habuimus, cõtentiq; q̃ amiſimus, immò uerò p̃miſimus, infantes noſtros, et quaſi fragiliores, in tuto collocauimus. Meminiſti ut Metabus fugiẽs, & ſuæ me tuẽs infantulæ, cuius nomẽ tua fert Camilla, obiectuq; amnis implicitus, ac multa deliberãs, ad extremũ alligatã haſtæ, trans fluuiũ iecit, atq; ita iam expeditior innatans p̃transiit, ubi haſta cũ uirgine uictor, ut Maro ait: gramineo uellit è ceſpite. & nos amice curſu cõcito fugimus, noſtriq; nos à tergo p̃mũt hoſtes, & tumidus gurges in medio eſt, iamq; in aduerſam ripã, & nos inter noſtrũ retardantia, humeroſq; noſtros, licet dulciter p̃mẽtia, pondera chara iactauimus, mille p̃repta periculis, ac mille miſerijs mortis huius, q̃ uitã mortui appellant, illic eadẽ cũ hinc euaſerimus reperturi. Legiſti credo, ut Antigonus Macedonũ rex, cũ filijs quondã, in ancipiti tẽpeſtate deꝑhenſus, cũ uix tandẽ euaſiſſet, ſuos monuit, ne quando ſe ſimul caſibus exponerẽt, ne p̃irent ſimul. q̃d tu aũt? te alloquens me alloquor, doles ne tantiſper abs te ſemotũ filiũ tuũ? & nõ potius gaudes, illic eſſe eũ, niſi nil metuit, & nil cupit, nulli malo obnoxius, omnibus abundans, bonis nullũ habituris finẽ? illic eſſe, q̃ & tu p̃ueniſſe iam cuperes, & peruenire illũ ſuo tempore cupiebas, ſed differri optabas, & in longũ trahi, ſentio id quidem, & cor tuũ uideo. Atqui nihil eſt ſtultius, q̃ optati boni moras q̃rere, certamq; fœlicitatẽ, certis ſpontè miſerijs circũuentam, in dubiũ reuocare. & Deus bone, quantula iſta dilatio eſt, quã tantoperè p̃curamus? q̃s enim tàm uitæ auidus, mortisq; tàm metuens inuenitur, niſi ſit idem ſcurra uiliſsimus, q̃ certam ante oculos mortẽ habẽs, momẽti unius ſpatiũ, ſupplex poſcat. & q̃d rogo aliud, quàm momentũ fugaciſsimũ, uita eſt, nõ ſolũ noſtra hæc, de cuius breuitate omnes diſputant & q̃runtur, ſed lõgiſsima q̃libet, quæ dicitur longa enim, ueraciter nulla eſt, lõgumq; nil penitùs, quod finitum, ut ſi ætas illa primorũ hominũ, quæ fertur non Argantonij Tarteſiorum regis, quem ſacræ neſcius hiſtoriæ, centũ uiginti annos uixiſſe ſcribit Cicero, nõ Aethiopũ atq; Indorũ, aut cuiuſpiam eorũ, quorũ agẽs de ſenectute Valerius meminit, ſed Mathuſalem, ſiue cuiuſuis illa ex acie uiuaciſsimorũ patrũ, q̃d hinc elicis? mille anni non ſolum ante oculos Dei, tanquam dies heſterna, quæ præteriit ut ait regius propheta. Sed etiam ante oculos hominũ, quamuis aliq̃d, immò multũ cogitatione & expectatione uideantur, ueræ tàm cũ tranſierint, quid plus habẽt q̃ſo te, quàm momentũ unicũ, q̃ ſingula hæc literarũ elementa chartæ imprimo, quodq; adhuc calamo in ſingulis hærente p̃teriit, & iam amplius nõ eſt? Omitto aũt longiuſculæ miſerias uitæ, quas nulla unquã uox, nullus ſtylus æquauerit, quantæ ſint, tamẽ hinc metire, & hinc æſtima, quoniã fuêre q̃ dicerẽt, optimũ non naſci, p̃ximũ quàm primum mori, & inuenit nõ modò inter Philoſophos, ſed etiam inter ſanctos, hæc ſententia laudatorẽ, & de primo quidẽ dubitari poteſt, de ſecũdo, autẽ uix quenq̃ rear eſſe q̃ dubitet. q̃nuis ergo, tecũ guſtu nõ inficior amarius, utiliter tamẽ, ac cũ puero tuo utiq; fœliciter actũ eſt, innumerabiles ærumnas uno liquit ille ſuſpirio, pronum habuit, & apertũ iter ad ſuperos, quod ſi tibi creditum eſſet, uel difficile, uel obſtructum forſitan habuiſſet, uide itaque, ne quod multis uſu euenit, malum tuo cuperes dilecto, hoc enim nihil aliud, quàm

quàm ut Flacci uerbo utar, amando perdere. quanto aũt precor emptum prætio uoluiſſes, graui forte ſecum naufragio iactatus amantiſsimum filium ſupra ſiccum littus cernere, ut quiſquis te exitus maneret. ille ſaluus eſſet, ac uiueret, atqui uiuit ille iam ſecurus, & tu quidem noſq; omnes magno mari uoluimur, ac fœdo naufragio laboramus, ille aũt requieſcit, & non ſaluus modo, ſed beatus ibi eſt, unde ſi poſsit nolit, ac ualdè reſpuat reuerti, à terrenis parentibus, ad cœleſtem patrem miro compendio translatus. q̃id fles igitur? q̃id te torques? Malles natum hìc relinquere, quo & ille ſolus remaneret, atq; orphanus, & tu ſollicitus ac mœſtus abſcederes. Ecce ille fœlix, atq; innocens abiit, comitãtibus angelis, tu ſecurior abibis ac lætior. Sileat ergo iam tandem intus in anima confuſum illud, ac diſſonum falſarum murmur opinionum, abeant rerum conglobata phantaſmata, quæ auribus cariùs, atq; oculis hauſimus, quæ ũe oculos mentis, ab aſpectu ueritatis impediunt. Cogitemus inexpectatos ac uarios euentus rerum, improuiſos hominum lapſus, incerta pericula, & ludibria miſerorũ, nec eorum minus quos fœlices dicunt, impẽdentia ſemper atq; impoſita ceruicibus, luctus quoq; metuſq; perpetuos, curaſq; & angores, dãna, ſolicitudines, ignominias, egeſtates, morbos corporis, atq; animi patentes atq; abditos morſus, & intimos ſe rodentis cõſcientiæ, quæ omnia nihilo facilius, quã arenam numero ſtringas æquoream. Interq; hæc turbidamq; tumultibus & negotijs inquietã uitã, tempusq; breuiſsimũ, & fugax, & inſtabile, cum faſtidio multos afficiens, ſenium pedetẽtim clanculumq; ſubrepens, ſeq; inopinãtibus ingerens: mortẽq; nouiſsimã & incertã, certiſsimè mortis horã, ac miſerimos ad extremũ exitus adumbratæ fœlicitatis, & falſæ lætitiæ mœſtum finem. Si filium amaſti, ſi teipſum amas, gaudebis illum his ereptum malis, teq; his leuatũ curis, & quãta illi euenire potuerint, q̃ regum quoq; filijs eueniunt, tecum ipſe recogitans contremiſces. Non eſt mi Donate magnum uiuere, quod ſi eſſet magnum, aliquid muſcis & uermibus obtigiſſet, neque in longa uita, ſtat humana fœlicitas, alio quin ualde eſſent fœlices cerui & cornices, aut Phœnix arabicus, quem profectò me iudice nõ tàm ætas, quã eximia raritas aeforma nobilitat. Magnũ eſt potiùs benè uiuere, benè mori, benè aũt uiuit, q̃ carentẽ uitijs, quantum licet, atq; abundantem uirtutibus uitam agit, benè moriẽ, q̃ nõ totus moriẽ. Et primum quidem, quanquam non ſit pueri pro ea parte, qua ad benè uiuendum uirtus exigitur, quam ætas illa non recipit, filio tamen tuo, clara indoles non defuit, q̃ nihil eſt aliud, quàm uirtutis flos quidam, ut ſic dixerim, certè ultimum plene affuit, benè mori ſine peccato ſcilicet ullo graui, ſine cogitatibus ac deſiderijs malis, ſine offenſa Dei ac p̃ximi. Caue ne hunc lugeas ut mortuum. qui quod optimum uita habet, uitæ finem bonum habuit & acceptum Deo. Sed nunc etiam ſentio, quid te premit, uotum commune omnium parentum, quod natura inſitum uix uirtus extirpat. Illum tibi ſuperſtitem deſtinatas, & q̃d ei poſt tuũ trãſitũ diù poſſet accidere prouidebãs, durus quidem, & ſæpè inefficax patrum labor, lõgæ curæ, ac difficiles, ſed fallaces nimium, & cum cogitationes hominum, ut Pſalmiſta ait: Vanæ ſint, neſcio an ulla ſit uanior. inferciare illũ cogitabas literis, in quibus multi atque plures, in quibus ferè omnes inſaniũt, et primum herclè, tu proprio largiri filio tuo poteras, quod tàm multis alienis ſæpè largitus es, ſecundũ utique cum labore, ut q̃reres neceſſè erat, prouehere illum uolebas, in quibus plurimi laborãt, ad coniugiũ in quo pauciſſimi quieſcunt, denicq; illius filios, & ut eſt animus, filios filiorũ uidere, forſitan exoptabas, q̃ qualis ſtimulus ſit parentũ, ſi neſcires, filius tuus ipſe te docuit, & in fine modis omnib. id agebas, fatí neſcius (ut diuticulè uiuendo, diù enim nemo hìc uiuit) in labores multos quod que eſt peſsimũ, in æternã mortẽ fortaſsis incurreret, aut inſignẽ certè aliquã in ærumnam, q̃ uita lõgior uix euadit, ut optato enim omnia prouenirent, q̃ in rebus hominũ rarũ ualdè eſt, horror tamen eſt meminiſſe, quàm dubia ſæpè quàm miſera ſint, quæ proſperrima uiſa erant. omnis uia bona eſt, cuius bonus eſt terminus, & quò breuior eò melior, at profectò quicquid pater filio laborat, eò reſpicit, quo tutus filius iam peruenit, ad optabilẽ ſcilicet ad fœlicẽ mortẽ, q̃uis enim multæ ſunt uiuendi uiæ, hæc eſt mera omnium, cui uix aliquid addere, multum q̃ detrahere exoptatũ uotis uitæ ſpatiũ potuiſſet. Pone iam gemitum, mille ſunt gemendi cauſæ, ſed gaudendi aliquæ, mortalem in terris habuiſti, habes in cœlis im-

mortalem filium, eras illi ſollicitus. ille eſt tibi, qui quantum ſe amaueris nunc agnoſcit, & quos nunc uſque neſciunt, omnia uidentis, in facie tuos uidet affectus, uicemq; retribuens, pro te Deum orat, precator fauorabilis, dignæ preces, & facilis exauditor, nunquam tibi filius fuit utilior, quam nunc eſt, plus dicam, pondus olim carum, licet iam præſidio eſſe incipit, quid perrarò, hic, immò nũ quam accidit, habes filium, de quo nihil metuas, multum ſperes, dico iterum quid fles igitur? gaudendum eſt, tergendiq; oculi, nam potes modò, ne nolis, maloq; tuo ſciens faueas. Sic enim habeto, omnes hos ſingultus, has lachrymas, hæc lamenta, non naturæ omnium eſſe, ſed ignauiæ ſingulorum. nam ſi eſſent omnium, omnes flerent, pariter ſuorum in mortibus & tantundem flerent. nunc autem, neque omnes flent, nec flent æquè omnes, neque ideò minus amant, qui flent minus, aut etiam qui non flent. Nempè cum fortia maximis ictibus reſiſtant, mollia facillimis rumpuntur impulſibus, non ut agentis uires id faciant, ſed imbecillitas patientis. Et ſi autem, non ſaturari amorem lachrymis ſcribat Maro, de fœdo tamen amore ibi loquitur, quæ animi pergrauis eſt paſsio, haud dubiè de crudeli amore loqui eum, ipſi ſui uerſus dare iudicãt, uos de pio honeſtoq; loquimur amore, in quo pietas ſola requiritur, & dulcedo quædam animi, & rarum ac ſuaue ſuſpirium, et iucunda memoria defunctorum. ſed non paſsio ulla, non mœror, neque lachrymæ, non tàm de uiri pietate, quàm de infirmitate fœminea prodeuntes, utq; ita eſſe, puideas, inconſolabiliter ut diximus Octauia fleuit, incoſonabiliter fleuit Neſtor, at nõ ſic Cornelia, nõ ſic Cato, & fuit par ubiq; amor, par q; amandi cauſa, par gemẽdi, paritas denique ſexuum ac damnorum, niſi quod Octauia unũ, Cornelia autem plures amiſerat, flendi ergo diuerſitatem fecit. ſola diuerſitas animorum, unde actuum noſtrorum pendet ac uultuum tota diuerſitas, fleuit etiam ut audiſti, uſque in pernitiem Paulus Hannibalenſis, at non Stephanus Columnenſis uir ac unicus ætate, qui genere & patria uicinus Paulo, exemplum illi eſſe debuerat, ne mœrori ſuccũberet. Is enim iam tribus annis cõtinuis, totidem clariſsimis filijs amiſsis, tandẽ paulo ante Pauli obitũ, audito primogeniti ſui uiri ingentis, & nepotis ex eo incõparabilis adoleſcẽtis interitu, q; in illo ciuili motu ſimul oppetierant, nec lachrymulã unã fudit, nec uerbũ miſerabile, nec accẽtũ triſtitiæ, ſed ad primum nunciũ defixis parũper terræ oculis, ad extremũ dixit: Fiat uolũtas Dei: & certè ſatius eſt mori, q; unius ruſtici iugũ pati. Nicolaũ ſignificans Trib. urbis Romæ, quo tũc populi duce, ea clades accepta erat, ipſo urbis in limine. Pauca eſſe, & antiquitatis & noſtræ ætatis, & uirorũ & fœminarum acta recenſeo, ut uterque ſexus patientiæ & æquanimitatis exemplũ habeat, & quàm multa alia, uel noua uel uetera ſunt exempla, magnificè fortiterq; ferentium ſuos caſus, ſed quoniam ueteribus pleni ſunt libri omnes, neq; ubi nã tibi quærenda ſint, noſtro eges iuditio, et ſæpè etiam ſcriptis meis exigente materia, ſunt inſerta, ex nouis adhuc unum attingam, ſed illuſtre notũq; omnibus, an quoq; ſcriptũ neſcio, ſed altiore facundia: & cultiore utiq; dignum ſtylo. Roberto illi, qui ſenex iuuenẽ me dilexit, ut ſepultũ ſenex diligam, Regi Siculo, immò quidem q; pace omniũ noſtri temporis ſit dictũ, ſi uera uirtus attenditur, Regum regi, filius unicus fuerat, Carolus dux Calaber, reginæ huius pater, q; nunc p̃ſidet, præſediq; diù nõ tranquille, ſed maximis regni motibus rerumq; turbinibus. & his quidẽ magni regis filius, ingenti fama adoleuit, eximiæ uirtutis præcipuæq; iuſtitiæ. cum maioribus enim ſuis diuidens patrimonium, hoc uirtutũ, hanc ſibi partẽ gloriæ delegerat, ut cũ proauus uir fortiſsimus, auus liberaliſsimus, pater ſapiẽtiſsimus habiti eſſent, ipſe iuſtiſsimus haberetur, & ſic erat, cunq; omnibus inſit naturaliter filios amare, in hoc tamen, hinc & patrẽ cogitabis, & regẽ, ac p̃ter amoris uim, paterni ſucceſſoris etiam tanti curã. illinc filiũ, & talẽ filiũ, q; præter uirtutis excellẽtiã, qua nil in rebus amabilius, nõ primogenitus modò, ſed unigenitus patri eſſet, quẽ nõ primũ, ſed ſolum regni ſucceſsio maneret, tũc intelliges, q; illi carus eſſe potuerit. hũc in medio ætatis flore, & in ſumma omniũ expectatione ac ſpe, moribus inuaſerat. aſsidebat illi Rex ſedulus, nõ tãtũ officio patris ſed medici, fuit enim inter multa, q̃bus omnes reges uicit Phyſicus etiam inſignis, ſed & Phyſica & Medicinæ omnes, et Medici, mortis aduentum ſilent: obijt ergo adoleſcens regius, ſummo regni totius gemitu ac dolore, ſolus Pater, cũctis flentibus non flebat. quoniam exactis eloquijs, nec uultu nec ueſte alios, oratione

tione magnifica proceres mœſtos ac populum conſolatus, Aemilij Pauli laudem adæquauit, q; in ſtatu ſimili cõſolatus fertur Populũ Romanũ. & ſi enim ille duo amiſiſſet, hic unũ, illi tamẽ duo reliqui erant. licet in adoptionẽ dati, quibus chariſsimũ ſe ſciebat, nequit enim ars naturam tollere, iſte unũ perdẽdo omnes amiſerat, nec aduerſarũ rerũ refrigerũ gignendi, iam ſpes ulla ſuperaret. & tamen ipſo die regni negotia explicuit, lites adijt ac diremit, quid in re qualibet facto opus eſſet edixit, non lugubris, quaſi Rex, ſed à rege alacri ſubmiſſis conſolator, aut uicarius uideretur, ſed iam ſatis multa de hoc uiro. Omitto aũt Iob omnibus celebratũ uitis, cuius eſt illa uox orbis ſemper memoranda parentibus, mœſtiſq; omnib. & afflictis Dominus dedit, dominus abſtulit: ſic ut domino placuit, ita factũ eſt, Sit nomen Domini benedictũ. Exemplũ uetus, & regis & ſapientis adijcia. Dauid ſiquidẽ ſummus uir, Amon primogenitum ſuũ. atq; ideò prædilectũ ſibi, ſed inceſtũ, et in peccatis occiſum. ac deinde filiũ aliũ, Abſolon ſpecioſiſsimũ iuuenem, ſed fratris interfectorẽ, atq; in ſe etiam impiè repellantẽ, & in eo ſtatu animæ ancipiti ſine cõſumptũ, grauiter fleuit, ut uidemus idem tamẽ dũ ſuus ægrotauit infans, fleſſe quidem & ieiunaſſe legitur poſtq; uerò ille obijt, hic cibũ ſumpſit, ac deſijt flere, factiq; ſui cauſam hanc attulit: ſi forte flentem Patrem miſeratus Deus, filiũ ſibi ſuũ reſeruaret, uitæq; redderet, quo defuncto ſuperuacuũ & inutile fletũ eſſe. Ego, uadam, inquit ad eũ, illo uerò, nõ reuertetur ad me, & conſolatu eſt ſeipſum, & uxorẽ ſuã matrẽ pueri, factũ dictũue ſapiens ac graue, & auctore dignũ ſuo, tibiq; niſi fallor imitabile. Addo ego tamẽ facti cauſam alterã, q; languenti filio cõpati non eſt patris, ac langoribus expeditũ, & iam morte ſuperata ueræ uitæ gaudijs fruentẽ, flere non eſt dicã patris, ſed amici. quib. ita ſe habentibus, eradenda ſeu uerius abſcindenda, immò extirpanda radicitus, ex animo ſunt alimenta triſtitiæ. quid uerò? an te filij obliuiſci iubeo, quo dolorẽ exuas? iuberẽ planè, ſi meminiſſe illius, abſq; dolore nõ poſſes. mallẽ ego mihi, & tibi mallẽ iucũdam obliuionẽ, q̃ memoriam luctuoſam. Et eſt herclè, obliuio, ut aiunt amantibus utilis, unde apud Poẽtas ſomniferum, ac perinde obliuioſum papauer, ſacrificatur Orpheo, & letheo ſua ſunt ſacra Cupidini, ſed & hæc inſanis in amoribus tenẽt, piè enim de amantibus meminiſſe debitũ, obliuiſci nephas. Itaq; abſit, ut id iubeam, Auguſtus pro nepotuli ſui, hac ætate, qua filius tuus erat, extincti imaginẽ in cubiculo conſecratam poſuiſſe traditur, quotiẽs introiret exoſculari illam ſolitus, quanquam id fortaſſe mollius uideri poſſit, q̃ tantum principem decuiſſet, uerum amor imperium non ueretur, non tibi paternus amor, nec memoria interdicit̃ ſed dolor, ſed gemitus, ſed querelæ, uolo illũ loquaris, illũ cogites, illũ ames, illum q; memineris, nõ amare, ſed dulciter recordare, illius ut fidelem decet, non ut mortui, ſed ut nunc primum uiuere incipientis, fœliciſsimumq; enim iam in patria degentis, quo breui peruenit ab exilio, læto illum meditare animo, & tibi ipſe, qua potes illius imaginẽ repræſenta, nec ſine cauſa tibi datum ad tempus, nec ſine cauſa ad tẽpus ereptũ puta. Reuidebis eũ, ſi qua eſt fides, nec tui cibi amplius nec amictus, nec omnino opis egentem tuæ. nihil tibi interim periſſe, ſed interceſſorem apud Deum accreuiſſe extima. nunc te enim puer tuus, ſolito magis amat, ut dicebam, quia nunc primum, quàm tu illum ames intelligit. quem ſi inter has lachrymas agere adhuc malles, ſiquidem propter teipſum, te non illũ amas, ſin propter illũ ipſum etiã odiſti, ut utrũq; qua decuit amaueris, illius fœlicitatem lætè tuã fortiter orbitatẽ perfer. his horũq; ſimilibus me ſolor, his tu quoq; quando nec plurib. nec his ipſis doctũ piũq; eget ingenium te ſolare. & quæcunq; ex me audis, noſtrũ credito dixiſſe Ioannẽ, qui caſum tuũ, nõ aliter q̃ ppriũ tulit, teq; talẽ in tuis cl̃ẽ ſe in angoribus ſuis cupit, finge nos oramus, te alterum ſemper ad dexteram eſſe, alterum ad ſiniſtram, ſi hoc feceris ſperamus, q; æquo amplius non dolebis. Vale.

Fran. Petrarcha Donato Apenntoinæ Grammatico, S.

De amicitiæ ſuæ facilitate.

DVlciter mihi acerbus fuit, aduẽtus Antonij noſtri quẽ in carne, ego mẽte genuimus dulcis quidẽ propter ſe, acerbus aũt primo aſpectu, ppter prærepti fratris unici memoriã, quæ tamẽ ipſa ſi ſapimus dulcis erit, nihil mali enim euenire illi credimus, & multum boni accreuiſſe confidimus, ſi quid hoc in genere mortis eſt aſperũ, ſuperſtitibus imminet. enimuerò id flere, non tàm pium ſcimus eſſe q̃ tenerũ, nam miſerijs ereptos, atq; exilio &

fœlicitati ac patriæ redditos lugere, quid nisi inuidia est, in hoc tibi uerbosam illam, ni me fallis, epistolam profuisse gaudeo. sed uereor ne me, neu teipsum fallas, & faceto mẽdacio, meis affectibus uicem reddas. ego tamen ut prodessem scripsi, sperans planè præter stylum frontem ipsam, præsumptamq; uel absentis imaginẽ, apud te uirium aliquid habituram, q; si habuit benè est, alioquin nudum animum metire. Sanè quid nunc illis adiiciam, præter preces nihil habeo, et si materia rerũ largiter adesset, dedolandi illas nectẽdiq; tẽpus deest, oro igitur si me amas, si Ioannem, qui dum illa scriberem mecum erat, dum hæc legis est, tecum immò, cum utroque simul est semper, oro, inquam, immò obsecro & adiuro te per omnes cœlites, per nos duos quos in terris nisi fallimur primos, facis perq; amicitiæ sanctã fidem, & quicquid pium ac dulce nobis est, tecum ut puerum tuum, ex misero factum esse fœlicem, non æquo tantũ, sed læto animo patiaris, neque dum laborum quæris comitem maturatam illi doleas quietem, quod si adhuc forsitan illa suspirijs turgent, lachrymis ne madent oculi, si qua uel tenui mœroris nube frons adducitur, Ciceronianum illud in primis, animo dolentis occurrat efficacissimum, cuius hæc summa est. Nõ futurum perpetuum, scilicet hunc dolorem tuum, neq; enim es, qui inter flendum, uel cum infœlici illo patre, mori uelis, uel cũ misera illa matre senescere, quorũ nomina altera ad te habet epistola, lõgus enim fletus, ut sapientibus placet, aut fictus, aut fatuus, proinde lunæ cursus, aut solis magno etiam luctui finem dabit, uiuendũ itaq; quã decorũ, quãq; conueniens uiro sit, plus tempus exiguũ, apud eũ posse, q̃ rationẽ, quæ primum usq; adeò in homine locũ tenet, ut ea dẽpra, ipsa quidẽ diffinitio, ne hominẽ dici sinat, non sum tibi aliud nũc scripturus, nisi q; filij tui, & mei aduentus, animo meo gratissimus, aliquantò etiã gratior fuisset, si uacuus ad ueniisset, dixisse tibi sæpè uideor, sed ut uideo, non mereor fidem, dicam rursus, & experiar, si fortè scripto fide dignior sim quàm uerbo. nõ est operosa res amicitia mea, quippè quæ nec magni etiam pretij res est, ut sit autem maximi, nihilo erit operosior. & amare & amari gratis didici. si necessitas amicorum ingruat, nil cuiquam proprium uolo, tibi id cessat, quid sibi uult, precor ista largitio? quid hæc curat? quidúe hic labor? nisi ut quod nolim onerosus amicis, hac difficilis fiam, longè id prorsus ab animo meo est, cui abundè sufficit in amicitijs pura fides, ardens charitas, & comitas morum, & conuersatio facilis, ac iucunda quicquid his accesserit, nescio quid ambitiosum, & fœneratione sapit amicitiæ, quasi emendus pretio sit amicus, eat tamen ut potest, quanto ita tibi persuasum sentio, me ut unum ex Parthorum regibus, nephas esse sine munere salutari. Vale & Ioanes noster tecum, Patauij *V.* Nonas Octobris ad auroram.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber XI.

FRAN. PETRARCHA VRBANO PONT. MAX.

Literis Papæ respondet.

VAlme Sanctitas in longum æuum, breui nuper elogio, honestare dignata est, Pater Clementissme, pro quo tibi non quas debeo, sed quas possum gratias ago, magnas certè, sed ut ait Cicero maiores habeo, quibus stylo æquandis, nõ sufficit lingua nec calamus, tuo nẽpè de munere, uberrimã studij mei, inesse gloriam, cũ hac tamen immixtum uelut cereri lolium, curas metuo, sic tuarum laudũ hinc mulcedo animũ lenit, hinc urget aculeus. Epistolam seu libellum meum utrunq;, illi quidẽ tribuis nomen, atq; in eo prudentiam,

prudentiam, eloquentiam, quemq;, ut ais, ad commune bonum habere uideor. Zelum laudas, quorum ego nil penitùs, præter ultimum in me agnosco. Sed quod summus homi num probat, improbare, nisi amens, nullus hominum audebit. et libellum illum, quidem te gratãter ac benigne, aduerbijs utor tuis, suscepisse ais, quod ut credã tua illa præstat Vrbanitas, quam præclari nominis imples effectu. Insuper & eundem diligẽter perlegisse, commemoras, atq; in eo multa comperisse, & uerborum elegãtia, & sentẽtiarum põdere laudanda testaris, q̃ nõ dicam laudibus, atq; oculis tuis, sed auribus tantũ, tuaq; utinam patiẽtia dignus esset, facis aũt, q; te decet, ut nihil horridũ licet, & incultũ pura fide, deuotoq; animo dictũ spernas, & pfectò si in honorãte est honor, ut uidetur Aristoteli, tu ne honoras, pusillos atq; humiles attollendo. tu exẽplo illius, cuius uicẽ geris, tuus actus exẽplaria nostra sunt, & merito dignos præmio pſequeris, & indignos gratuita misericordia præuiẽs dignos facis, quorũ me de numero per te fieri gaudeo, gloriorq;, q̃uis enim ad pietatẽ semper tua deflectat & inclinat humanitas, atq; innatus ad fideles tuos amor, quidã altũ tamẽ, rectũq; iuditiũ tuũ inflexibile, & humanis passionib. inaccessũ multis, & claris indicijs ostẽdisti. Et hic mihi sine elatione lætitia, sine pſũptione fiducia, prsus enim nihil esse nõ potest q; tibi aliqd uideť. neq; uerò te pudeat Pater beatíssime, neq; pœniteat minorũ collo quijs inclinasse ingenium, ac stylum, nec cum maioribus, nãq; nec cũ parib. loq potes, aut oportet ut taceas, aut cũ minorib. colloquaris rara admodũ, sed gloriosa necessitas. Ne te autẽ c llocutoris exigui turbet humilitas, Augustus Cæsar, cui tẽporali potẽtia par non fuit, sæpè humilibus cũ amicis, nominatim cũ Virgilio atq; Horatio poẽtis altis uiris ingenij, sed ortus humilimis familiarissimas fecit epistolas, ut dulce sit mirũq; legẽtibus, in tàm sublimi statu, talẽ animũ tãtãq; mãsuetudinẽ inueniri. Proinde q; in epistolæ fine me dicẽdi auidũ, meq; opportunis fauorib. ac gratijs prosequ dispositũ te dixisti, plus est, q̃ si q; ex tã alto merear audire, retribuet amator CHRISTVS humiliũ, ego aũt, & si fortè consultius, non uenirẽ, ne illa scilicet q̃ ut cõciuis quidam meus ait, famam minuit pſentia, animũ tuũ à cõcepta de me opinione retraheret, quando tamẽ ita uis, & nõ iubẽdo fortius iubes, est q; ubi silẽtiũ impetuosius sit quàm uerba, tuo quidẽ nec minus meo desiderio parere dispo sui. sed retardat me hinc ætas naturalis, semp hostis mea, hinc pſens mei corporis accidentalis offensio. Aetas ptrerea iã puecta, utq; ita dixerim, inclinata dies, & quietis auidior & laborũ, metuẽs quasi fessus ad uesperã uiator, cogitansq; de hospitio. nitar tamẽ p obstantia quàm primũ dabit, & erũpam, ut discussis impedimẽtis ac difficultatibus superatis, ad sacratissimos pedes tuos, dudũq; mihi exoptatissimos, pficiscar, ante quos, iam hinc flexis animæ poplitibus reuerẽter affusus, nõ q; magna pars mortaliũ, diuitias, priuilegia, beneficia, pſaturas, sed p his omnibus benedictionẽ solã ac beniuolentiã tuam peto, is mihi magnarũ altus opũ cumulus, summarumq; ambitus fuerit dignitatum. Deum interea, qui te elegit precor, ut dies tuos, quos uerè mundo utiles credo. lætos ac longæuos fieri, & uotiuis iubeat florere successibus, ut te duce Italia nostra quę orbis, qua Catholicus es, tranquilla pace compositus, ac iustitia conquiescat, ut ubique omnes errorum tenebras, ueræ fidei lux illustret, & Christiani nominis maiestas, tuo tempore mundum totum occupet, atque possideat, ut & CHRISTVM dominum, & te CHRISTI uicarium, usque ad fines terræ cunctæ suscipiant nationes, cultuq; perpetuo uenerentur. Denique post laudabiliter actam uitam, tibi facilẽ tribuat, ac beatum exitũ, immò introitũ uitæ melioris aperiat, ac fœlicẽ animã terreno de carcere digressurã, is q creando, ibi illã infudit CHRISTVS omnipotẽs, & uirgo mater manib. pijs excipiãt Petro & Paulo amicis tuis astantibus, circũfusa cũ gaudio sanctorũ acie, & frequenti angelico comitatu. Amen. Patauij *VIII.* Cal. Augusti.

Fran. Petrarcha Francisco Bruno, S.

FOrsan amice de responsi mei tarditate miraberis, sed cognita causa desines mirari, scito igitur, me hinc sub aduentũ tuarum literarũ abijsse, magnis enim precibus, et repetitis literis Ticinũ iterum, atq; iterũ euocabar, & quamuis naturæ meæ infesta æstas aduẽtarer, meq; hinc qetis amor stringeret, illinc status pſens. & suspectũ latrũculis deterreret iter, uigente tamẽ hinc ingrati metu, honestiq; inde specie animum attrahente, quod scilicet ad tractatum

tractatum tantæ pacis euocatum me sentire, si fortasis ulla ex parte bono publico utilis esse possem, parui, digressusq; Patauio ad VIII. Cal. Iunias. VI. illuc die, hora tertia peruenimus, neue in singulis moret, illicò rediturus fueram, non obstante tibiæ collisione, qua in parte corporis à pueritia parum fœlix fui, & quæ me tum sæpè olim, tum per hos dies complusculos afflixit, inuisasque inter Medicorum manus, usque nunc detinet, nisi quod æstuante in horas bello, iam terrestre iter ad reditum, prorsus obstrusum erat, nec nauis ulla prece uel pretio reperiri poterat, quæ se periculo exponere audiret. Et si enim Padus ipse etiam bello arderet, sperabam tamen, eo calle à fortuitis me prædonibus tutiorem, quibus cessantibus, nil timebam, ratus meum propositum atque amorem pacis, & belli odium, utrique partium notum esse, & sic accidit, siquidem mense ibi integro, & amplius inter nauis inquisitionem & difficultates rerum uarias absumpto, tandem nauclerus unus, non tàm pauidus affuit qui securum me uidens, & ipse desijt timere. Cuius in nauim, mirãtibus cunctis, quibusdam uerò & reprehendentibus introiui, successitq; fœliciter duce Deo. Cũ enim ubique classes in undis armatas, ubiq; in ripis armatas acies inuenerim, nautis famulisque trementibus atque pallentibus, ego unus, seu hanc amentiam, seu fiduciam quis dixerit, ubique intrepidus atque inermis occurri, non solum incolumis, sed etiam honoratus, uno omnibus ore fatentibus, non esse alium præter me, qui iter illud ageret securus, cumque ego id meæ tribuerem paruitati, sole. e enim animalia parua, quæ magna non possent transilire: una omnes uoce similiter respondebant, neque magnũ neque paruum in ueniri posse, qui non alterutris uel inuisus esset uel suspectus. deniq; Varro nõ sum, nescius plura, quàm necesse est, quia certum habeo, te libenter hæc legere, ubi omnes capti uel occisi, & certè spoliati omnes essent, ego uino & altilibus, & pomis, & speciebus sic onustã puppim habui, ut nõ ferocitas quidẽ ulla, sed liberalitas bellatorũ, meũ illud iter pacificũ retardaret. Quorũ nihil penitùs meritis meis, sed diuinæ cuncta clemẽtiæ ascribo, quæ mihi & amicũ pacis animũ dedit, & hũc ipsum omnibus, latæ notum, inq; meo dare legibile uultu fecit. sed progredior. Cũ tandẽ Patauiũ nudiustertius ad uesperã peruenissem, imbræ perpetæ atq; ingenti, is qui huic urbi præsidet amicus tuus, uir potẽtia magnus, sed uirtute maior, ante expectatũ, reditu meo lætus, usq; ad portã ciuitatis mihi obuiã uenit, sed nocte repulsus, ac pluuia, dimisit, è suis qui apertos mihi aditus seruarent. & quantũ honoris atque amoris serò illo in me congesserit, non missis tamen famulis rerũ onustis uariarum, sed demum ipse cum paucis ad me ueniens, ac cœnanti assidens, & post cœnam illic inter libros, in noctem usque concubiam comitatus confabulationibus colloquijsq; gratissimis, neq; si narrare uelim potero, neque si possim fides dabit: ac post dies paucos, cum iam reditus meus Venetijs notus esset, Donatus noster Grãmaticus, qui ibidem literas mihi tuas simulque apostolicas reseruabat, utrasque mihi attulit, & tuas quidem lætus ut soleo, illas non reuerens modo, sed stupidus ac submissus accepi, utrobique sanè nondum datæ die, secundas epistolas meas illuc peruenisse cognoui, neque miratus sum, præter enim absentiæ meæ moram, literas ipsas apostolicas iam bullatas, apud te diutius substitisse, ipsis in literis legi. Ad has qdem S.P.N. Papæ literas, quid respondeam uidebis, nempe qui & responsi onẽ meã iure tuo perleges, & q̃ mihi meo iure polliceor, tuæ uitæ uocis adiuuabis oraculo. iam quod dominicis ipsis in literis, clarè satis, in tuis etiã expressius cõtinetur, reculas meas tanto iuditio probari diuinæ suæque gratiæ retribuendum scio, ego autem, & si indignus hæc audiam, nihil tamen possem gratius audire, & est prosperitatis immeritæ iucunditas ac uoluptas quædã, nec indoctus docti famã respuit, & deformis uirgũcula, se formosam spondere uisam gaudet. Expecto nunc secundæ epistolæ fortunam. nam prima uticq; fortunatior esse non potuit, quàm summo hominum placuisse, cui me oro, cum omni qua potes reuerentia recõmenda. Scripsi tibi cor meum erga illius sanctitatem, & cupiditas mea, seu de illo spes, quæ nam esset aperui, ut nosses quo ad hoc me passionibus expeditum loqui dixi quod in animo erat, nec repetitione res indiget, & te memorem esse, & mihi apud te fidem non deesse confido. Sane quod tuarum in principio literarum legi, quotiens ad scribendum uenis, si animũ tibi meæ uirtutis admiratione præstringi, ut uel nõ incipiat, uel inceptum

inceptum deserat. scio te iocari mecum, & potes, quidem fateor, mecum non aliter quàm tecum loqui omnia, nam si alter hoc diceret, non ludere illum arbitrarer, sed illudere. nihil enim est in me mirabile, nisi in tanta uirtutis ac scientiæ penuria, tanta uitæ securitas ac libertas fandi, de simplicitate oriens bona, utinam urbana quidem excusatio ista silentij, ueré aũt tua satis occupatio te excusat. Colutium cuius me uerbis salutasti, ut saluere iubeas precor, & talem tibi operum participem obtigisse gaudeo, utriq; requiem obtigisse gauisurus magis, quãtis gloriosum laborem, magnis delectationibus abundare non dubitem, sed id amicis optare soleo, quod mihi. Vale Pataui XII. Cal. Augusti.

Fran. Petrarcha Francisco Bruno, S.

QVid uis dicam aut respondeam, in hoc quidẽ, & in reliquis, haud inuitus consilio tuo stem, neqd tamẽ occultã amico tali, siue ego securior, siue tu cautior, nihil tàm formidolosum uideo (seu actiuè formidolosum sumit, seu passiuè) dices mihi, Veritas odium parit, scio & exptus scio, odiũ tamẽ illud amabile uiris fortib. arbitror, etiã si ꝓpter ueri studiũ moriendũ esset optabile, sed nõ id periculũ est, in p̃senti certamine. tutius est interdũ belligerare, cũ multis, q̃ cũ uno, alter alterũ expectãs, mauult suæ aliũ, q̃ se alienæ iudicẽ iniuriæ, fuit mihi cũ uno iltorũ nominatim, atq; in scriptis his pergrauis, & euasi, & agebatur de me solo, hic de tota agitur Ecclesia, honestissima aũt bella sunt, quæ ꝓ Rep. suscipiuntur. Nil ne igitur timeo, & qd timeã oro te, cui nil dari, modicum posse auferre, de his loquor, q̃ fortuita nuncupantur, mea enim mihi nullus eripiet, non senescens tantũ, & inermis presbyter, sed nec iuuenis tyrannus, nec armatus p̃do. At negari potest, siqd optauerit. planè mihi negẽt episcopatus quẽ petẽdũ duxero, immò uerò planè mihi detur ut torqueat, & si hac in parte delirauerim grauiter ac sollicito munere, sera & insolita plectatur ambitio, proinde modò Papã nõ offenderẽ, quẽ nõ tàm, ꝓpter Papatũ, q̃ propter eximiã rarãq; uirtutẽ, & q̃ illã ꝓbant gesta magnifica, ꝓpetuò mihi amandũ uenerãdũq; delegi, & quem suis reprehensionibus delectatũ, alienis multa cum sua laude coniunctis irasci nõ est ueri simile, de reliqs, qd ad me? nõ potentiam noui, nõ opes, sed & mores noui. scio illos, & me scio, neque homines, sed uitia hominum insector, Interim tuis parcis, nulla herclè odi altius, nulla acrius arguo, sed id mecum ago, hoc cum altero. nõ est aũt tuum: quomodo non est meũ, q̃ est omniũ, nisi fortè Sarracenorũ siue Iudæorũ q nostris gaudent & tripudiant ruinis, at ne quicq̃ niteris, frustrà aũt nititur ait Crispus, neq; aliud se fatigãdo, nisi odium quærere extremæ dementiæ est. Ego uerò, non nihil, immò plurimũ quæro. Euaporo animũ, & tristitiam quæstu leuo, posteritati me approbo & excuso, bonis placeo, et ni fallor Deo, malis certè displiceo, & quoniam uerecundiæ aut conscientiæ, nihil est, aculeos saltem doloris infligo, sed non inscius, quàm sint multi mali, & quàm pauci, libro nempè, non numero. parua ne tibi igitur hæc uidentur. Quid tibi autem iniuriæ est illatum, ut sic oderis? nihil mihi, sed Romanæ Vrbi, sed Ecclesiæ, sed Petro & Paulo, sed CHRISTO cuius & si inuisa non impleam, nomine glorior, neque uerò omnes, immò equidem nullũ odi, quosdam uerò & dilexi, q̃busdam & diligi uisus sum, & quid eorũ amor ualeat, si utilitas aut blanditiæ cessent, ꝓbè didici. Sed ah nescis, plus sæpè parũ odij nocere, quàm amoris plurimum ꝓdesse. nil penitus scio, nil q̃ uelim scire quo timidior fiam, q̃ nil cupit, & nil metuit, ut quotundam animantium magnitudo terribilis ac nocendi potens, sic quorundam ipsa paruitas, atque impotentia tuta est, & uiolentiæ inaccessa. Quid unquam muscæ aquila nocuit, qd formicæ leo, hæc dixi ut me intelligas, & qua datur uideas. tu amicus tui consilium euocatus, ne me audieris, fac q̃ bonum censes. De reliquo Stephani Columnensis euentu mœstus accepi, & quamuis tu mihi in literis, spei reliquias nescio quas ostentes, ego tamen utrumores placito falsos, sæpè sic infaustos penè semper ueros memini, sed qd agam? Exhausi oculos, atque ilia, consumpsi lachrymas atque suspiria, suspiro tamen adhuc, & suspirans scribo hæc, fleui olim quantum potui, plus ne quàm debui, iam satis superque, satis est fletuum, usque non ad satietatem modò, sed pœnitẽtiã ac pudorẽ. Itaq; cũ ætate hac ꝓterita, unicũ mihi uitæ huius. q̃ dicitur ac p̃dulce solatiũ, unicum gaudium ingraueſcentis in dies iã ætatis, deniq; lumẽ unicũ oculorũ meorũ, acerba quidẽ, & siqs hic ordo esset, ꝓrsus intempestiua

intempestiua mors tulerit, non dico, non dolui, sed non fleui, neq; unq̃ mortalis hominis, neq; meã si CHRISTVS amauerit mortẽ flebo, tibiq; hũc ipsũ esse animũ ualdè gaudeo, eoq́e magis, q̃ in hoc meis, te adiutum monitis, munitumq; armis dicis, unde & tu amici obitum, piè admodum, atque amanter, sed fortiter tamen, ac uiriliter fers, eũq; mihi ut ignotum scribis, cõmemoratione gratissima, rectè id quidem ac memoriter, req; seq; dignissimæ textum: nectis Historiæ, desine aũt, illum mihi ut ignotum loqui, uidi hominẽ, & quantum uitã paucis horis licuit, circũspexi, ut enim me doloris tui participem agnoscas, non solum ideò, quia tuũ nihil alienũ mihi esse potest, sed quod ille per se etiam erat, scito eum ad me anno altero uenisse Venetias, & mira suauitate, in nostram amicitiam introgressum, multa ibi intus in præcordijs meis, & magna beneuolentiæ uestigia reliquisse, uirum bonum & modestum prudentemq; ac ne plura, qualem tu illum stylo pingis, iure optimo, tibi bonisq; omnibus diligẽdum, Deus illum morte, huius bellis eductum, in eternæ uitæ pace locauerit. ad extremum, noris & fama & literis auditum, hic dominum patrẽ meum, Patriarcham, Hierosolymitanum, Romuleo Cardine sublimatum esse, quod ita futurum semper credidi, & dilatum stupui, & fatebor tibi, ut est usus hominũ, difficile extirpabilis, primum huiusce rei nunciũ lætus audiui, mox ad me rediens mistertus sum, Domino autem nostro, quem quodammodo plus quã seipsum amat, quid latentis offensæ fecerit ignoro, quo in eum ultionis honorificũ hoc genus inuenerit. Vt uelut aurea illũ uinciens cathena, dum maximè necessaria quies esset, ac libertas omnem sibi spem quietis ac libertatis abstulerit, de quo illi forsitan modo uacuũ tempus affulserit, scribam aliquid, solet enim ut Catuli Veronensis uerbo utar, *meas aliquid putare negat.*

Vale Pataui III. Nonas Octobris. Sed, heu, heu interiectionẽ familiariorẽ mihi quàm uellem, quãto post hanc datã die, à domino urbis huius audiui, de hoc ipso domino meo amantissimo patriarcha aliqd haud dubiè faustũ sibi, mihi uero ut est animus mortaliũ graue, durum flebile. cumq; me relator ipse rumore illo mœstum cerneret, rem in dubio ponere uisus est. ego autem ut proximè dicebam scio, tristiloquã famã semp fermè ueridicã, sed de hoc quid nunc dicam, aliud non habeo, amaui hominem, & amare nisi meipsum amare desierim, non desinam, scripsi ad eum olim, in solitudine mea & in rure suo positus: Vitæ solitariæ libros duos, nunc status sui mutatio suggerebat, ut totidem sibi Actiuæ Vitæ libros scriberem. iamq́e id animo uoluebam, & amicè, quod ualdè nolim, hac sollicitudine liberatus sum. Vale iterum.

Fran. Petrarcha Colutio Stignano, S.

ALiquot ante annos ad Franciscum nostrum Brunũ scribens, nouum tunc probatissimum nunc amicum dixi, cum in hominis senescentis amicitiam incidisse, quod si tunc uerè dixi, quod nunc putas: scis ætatem currere ac uolare, momentoq́e breuissimo ab infantia in senium, & in mortem iri, hæc me causa extimatioq; temporis, iam trepidulum ac tepentem facit, & ab illo scribendi ardore iuuenili manu retrahit algenti, & si enim multas magnas epistolas, post id tempus amico illi scripserim atq́e alijs, tandem tamen his diebus animum mutaui, & amorem. si cur, rogas? quia omnis passus pars est uiæ, omnis hora pars est uitæ, utq; eundo, sic uiuendo passim termino acceditur. Ero deinceps in epistolari colloquio, cum amicis breuior, cum reliquis tacitus, sic dispono, nisi aliqua in diuersum iusta admodum me causa compulerit. senectus loquacissimos facere consueta, breuiloquum me fecerit. Tibi ergo nondum uiso, nuper cognito, iam dilecto, ad honorificam tuam illam atque amabilem epistolam, nil in præsens aliud reddiderim, nisi stylum affectũq; hunc tuũ mirũ in modũ, animo meo gratum esse, quamuis enim indignus ego, hoc cultu atq; honore, nõ ideò tamẽ inferior laus tua est, dũ uirtutis inquisitor illius, etiã nudũ nomẽ umbrãq; pertenuẽ, atq; ambigua uestigia uenaris, famæ forsan credulus, multa mẽtiri solitæ, & ni fallor dignus ob idipsum, qui nec mearum neq; ullarum prorsus rerum, in iuditio falli queas. Macte indole egregia, quid nunc ageres illi, quisquis is esset, in quo tibi uera & solida uirtus occurreret. Vale Pataui IIII. Nonas Octobris.

Fran.

Fran. Petrarcha Guillelmo Marmauro E Q. Neapolitano, S.

Malè fundatas amicitias non durare.

ORpheus noster Ausonius, qui tuam huc epistolam ferebat, me non uidit, cùm ei proximus essem, neque suũ mihi saltem indicauit aduentum, mirarer nisi scirem humana omnia tempus atterere: *Omnia fert ætas,* inquit Maro.

Omnia de nobis anni prædantur euntes: inquit Flaccus.

Nolo in causa propria, testimonio meo uti, & in carmine & in prosa, sententiam hanc, alijs atque alijs uerbis, quod accepta mihi esset, sæpè repetij, hinc rapinæ ac ruinæ, una omnium uirtus excipitur, quæ tempore non modò non interit sed augetur. Ego autem extimabam amicitiam, quæ inter me atq; illũ à iuuentute mea, pueritiaq́e sua, interq; patrem eius, ac me ab adolescentia mea, atque illius iuuentute contracta erat, in uirili auctam uereorq; pro uirili huius parte, ne fallerer, uulgares enim amicitias quæ in utilitate aut sola delectatione subsistunt, haud dubiè tempus imminuit atq; euertit. quam ob causam amicitia quæ cũ patre mihi est indies, reuirescit, quæ cũ isto autem, in horas deficit ac decrescit, & propè iam ad nihilum redijt, tãto certiores, tantoq; solidiores sunt senum amicitiæ, quàm iuuenum, quam uis autẽ huius nostri conuersatione delectarer, propter dulcedinem illam, quam me fateor ex musica modulatione percipere, usque adeò ut nonnunquam, quæ de cœlesti harmonia sensêre philosophorum quidam, simulq́e his contradicentium sententiam animo agitãs, in eã partẽ sim procliuior. Quæ seu sphærarum motu, seu aliter superis nõ inuidet, hãc auriũ uoluptatẽ, qua in re hic noster, ut ego opinor antiquũ illũ lõgè uicit Orpheũ, nõ minus tamẽ cũ uictu eius alloquioq; mulcebar, nõ minorẽ enim, sed maiorẽ uerborũ, & cũ Tullio multò maximè actuũ concẽtũ arbitror quàm sonorum. Eat tamẽ utcunq;, ego enim, & cum amicis dulcissimè uiuere didici, & sine illis, ubi culpa careã, amariusculæ quidem, sed uicturus uideor, quippè qui interdum propter multa quæ uita hominum fert, penè conium ctũ, cõgressusq; hominũ exhorream, propterq; odiũ malorũ. quibus omnia plena sunt, bonorum paucitas, quodammodò mihi suspecta sit, ut sicut in pelago dulcis aquæ fontem, sic & urbibus uirũ bonũ inuenire prodigiosum reor. Et quid plura, inter perditos hinc uiuo rũmores, hinc acerbã dulciter memoriam defunctorum, ac mortis iniuriam, quæ tot bonos mihi tàm paucis annis eripiunt. alterum penè Bellerophontem iam me uideas. Non quidẽ miserum aut mœrentem, meumq; ipsum cor edentem, sed errantem in campis hominũq; uestigia, qua licitum est uitantem, in syluisq; si detur, quod supereſt uitæ, seu uerius mortis huius præcupidè exacturum. Hæc in primis tàm multa, de communi amico ut uides, non sine stomacho ut per te illi cum primũ occurrerit, innotescant dolituro si quid est ingenui pudoris, sic se uel per insolentiam uel per negligentiam, & si non utilem, at antiquam certè & fortasis honestam amicitiam postergasse, quam tanta fide talis Pater colit. quæ mihi, & sæpè olim, & nuper dum Verona iter agerem, luce clarior apparuit. Scripsi ecce plura quàm credidi, tulit ardor quidam læsi animi, dehinc scribam pauciora quàm uellem. Epistola quidem tua, per multorum manus ad me ueniens, magno me gaudio compleuit, multa ibi legi, quæ mihi fidem facerẽt certissimam, te si tàm proximus mihi esset, quamuis de quo quæror fuit, uel ad me uenturum fuisse, uel iudicaturum ubi te quærerem. Et certè si & hic impetũ sequar, difficillimũ erit, finẽ huius quoq; sermonis attingere. Sed quia iam tẽporis penuria, ac necessitate cõpulsus, statim in epistolis breuior fieri, unũ hoc dixisse, cõtentus sim, affectũ erga me atq; animu hũc tuũ, non nouũ mihi sed pergratũ esse, tuam hãc tantam reuerentiã, q̃ ex multarũ tuarũ epistolarũ uniformi tenore percipio, non ita quanq̃ enim optima è radice ueniens, atq; in te decora mihi, tamẽ prorsus indebita est, proinde me olim tibi, tàm laboriosè quæsitũ, et tàm procul inuentũ, & tã auidè tanq̃ prædulciter uisum, nescio an & unq̃ in terris amplius reuidendũ. q; non dicerẽ, si noster ille Vir maximus, paulò diutius uixisse, plenã fiduciã in amicis habe, & si quis est usus uterè. atq; utinã uel irrequisitus aliquid possem. ne spes tua, quam ex me tàm ingentẽ concipis frustrà esset, ultrò Deum testor, laboribus animiq; tui fluctibus opem atque consiliũ laturus, si qua mihi gubernandi ars, si qua esset experientia, & nunc quoniam plus interdũ possumus q; credamus, licet in plurimis contrà sit, si quid fortè est, quod pro requie, proq; solatio tuo possim iube,

adsum

adsum animo,hic subsistam.Ire enim,longius breuitatis studio, & propositi noui fixa lege prohibeor. Viue & Vale nostri memor Pataui V. Idus Nouembris.

Fran.Petrarcha Francisco de Vrsinis, S.

Nouæ contractus amicitiæ.

IVcundum in stuporem, tuæ me nobilis indolis generosum specimen, & beniuolentiæ iuuenalis,clarius ardor compulit. Macte uirtute,ad quam sic affectus es,ut eius in me nudum nomen,ac tenuem umbram colas. Gratum habeo,& hunc tibi esse animum.& hanc sortẽ mihi,atq; amator ueri,licet honestissimũ,hunc errorem amo,unde hic amor meisq; de rebus, tuæ hæc fluxit opinio,& Italiæ & Romæ communi gratulor parenti, quæ nunc etiam talia parit ingenia. Proinde quia multa scribendi ocium non habeo, hæc summa est, ego tibi tàm charus esse gaudeo,antequàm cognitus,nec tantũ gaudeo,sed miror, tuusq; esse nunc incipio,nunquam desiturus. Tu me autem inter tuos,utcunq; uisum erit numera,teq; tui similem præsta & uale. Venetijs *IIII.* Idus Februarij.

Fran. Petrarcha Antonio Donati Apennigenæ filio, S.

FIli literulam tuam perbreuem,neq; ut ita dixerim te iustiorem,sed ætatulæ & corpusculo tuo parẽ,ingenij rudimentũ,& styli tui primitias libẽs uidi,& ita precor,fac.exerce animũ,experire, enitere & assurge. non uidebit autumnus,rami fructum, cuius flores uer non uidit. Scribe, lege, meditare, addisce,stude ut doctus,sed multò maximè,uir bonus & quotidie te melior fias. Et caue ne sine diurno lucro aliquo,te uesper inueniat, ita ut breui, & illi qui te genuit,gaudio, & mihi qui te diligo esse possis auxilio,ille enim à quo auxilii sperabam, qui post me uenit,ante me factus est,opinione saltem sua,de milite dux,de discipulo magister. Vale, & utrumq; iubeas saluere parentẽ. Ticini. *XIII.* Cal. Decembris.

Fran. Petrarcha Francisco Bruno, S.

Commendatio iuuenis studiosi.

HIc cuius è manibus hanc scedulam accipies,triennio & amplius mecũ fuit,non ut familiaris,sed ut filius,paterne eũ habuit,paterne monui,paterne & increpui & laudaui, paterne demum amaui,q; miraberis et paterne odi,hic est de quo tibi dudũ scripsi,q; castigatam literã scriberet,de qua epistola,illa ingens est,quã D. N.PP. tuo consilio porrigendã,tuisq; mox porrectã manibus,ad te missi,hic, inquã,ingenij diues semper,sed doctrinæ inops,ad me primũ uenit. nũc q; eodem ipse teste glorier,nõ mea quidẽ opera,sed cõuictu & obseruatione,& lectione,& cõfabulatione abit hinc doctior,q̃ uenerat.cũ gratia tamen mea,ac licẽtia,nõ addo,& cũ cõsilio discedit. Quid multa? Iuuenis est,uno uerbo totũ dixero,uult probare mundũ,quẽ probasse ego,nimis memorãs cohorresco. Optat Romã uidere,quod unum desiderium,si hic sisteret, improbare non audeo,nam & ego ipse,qui totiens eam uidi,reuidere illam ardeo,sed hic nostet,uult ut auguror maiore in pelago,piscari,lucrum sibi,non naufragiũ proponens,uult temptare fortunam,ut dicit suã. Quam si secundam reperit gaudebo,sui aduersam,salua dum puppis sit,repetere,hũc tranquillum licet exiguũ portũ nonuetabitur. quin uel contumaciter digressis, dum redire uoluerit,diebus patet ac noctibus,immò & pernox lumen in uertice,& qui reduces excipiat habet in littore, hic equidem,quisquis eum agat impetus,non tàm suus credo,quàm ætatis in se bonus est, ni fallor,meus & mei amãs,studiosus boni animi uagi,fateor,sed modesti,& bonorũ fauore non indigni,si quã sibi uiã bonã sua sors aperit,non desit,oro cõsilij,tui fax Vale.

Fran. Petrarcha Hugoni de Sancto Seuerino, S.

Commendatio eiusdem.

IVuenis iste,quem conspicis,aliquot annos, mihi pro filio fuit,nec esse desinit,etsi enim corpore abeat,confido eũ,animo nõ abire,& hunc ipsum motũ,non tàm sibi q̃ ætati imputo,firmitatis indige,ac discursibus gaudenti,qui mos,ne me ipsum,quod sæpè soleo,nũc accusem,multos in senium comitatur,& hic quidem adolescens,boni ingenij rarag; indolis, adolescens tamen, multis de more consilijs agitatis,nobilius ad extremum prætulit, & quoniam ire fixum erat,non alia quàm discendi cupiditate, peregrinari elegit. In primis autem, literas Græcas sitit, & senile Catonis desiderium,uix dum pubes anticipat, Hunc

Hunc ego impetum,iam per anni spatium,non sine ingenio ac labore continui, sæpe precibus interdum iurgijs ostendens,ingerẽsq; oculis,quantum sibi latinarum,nunc etiam literatũ desit, difficultates quoque rerum uarias,ac pericula coaceruãs,quibus inuenilem temperari posse rebar ardorem,præsertim,ex quo semel digressus breui,ut sibi prædixerã, cogente necessitate redierat. Et planè,dum peregrinationis infaustæ memoria recens fuit substitit parumper,& spem dedit posse animum regi.nunc tandem,ut fit, non longa requie laborum omnium subrepsit obliuio. En iterum frenos mordet, nec iam ulla uel ui, uel arte compesci potest,sed ardenti nescio an prudenti,& sobrio discendi desiderio, dimissa patria, amicisque & cognatis,& annoso patre,& me quem ut patrem diligit, & quem patri saltem conuersatione prætulerat, ad te solo sibi nomine,cognitum festinat. Neu forsitan mireris, habet ista præcipitatio rationis uelum,cum enim primum illi animus fuisset, recto calle Constantinopolim proficisci,edoctus à me, Græciam ut olim ditissimam, sic nunc omnis longe inopem disciplinæ,hoc uno mihi credito,non omisit iter propositum sed inflexit,cunq; ex me sæpius audisset,aliquot Graiæ linguæ doctissimos homines, nostra ætate Calabriam habuisse,nominatim duos,Barlaã monachum,ac Leonem seu Leõtium.quorum uterque mihi perfamiliaris,primus etiam & magister fuerat,profecisseq; aliquid fortasse, ni mors inuidisset, statuit Calabrum littus inuisere, & Italiæ plagam illam, quæ magna olim Græcia dicta,est cũ ubiq; autem te potẽtem,illic potentissimum non ignorans,meis literis commendari optauit, quas apud te, nec fallitur efficaces sperat annui, haud grauatim,& tibi solatium,ut opinor ex illius ingenio,& illi præsidium,ex tua potentia quæsiturus. Amo enim hominẽ,& quamuis læuitatem animi,nõ tàm approbem,quàm excusem,discendi uotum improbare non audeo, immò me iudice dignus est assequi,quod tàm anxiè,tamq; ardenter expetit,ut dum illud solum cogitat,non difficultatũ modò,uel affectuum, sed suijpsius,& suarum uitium sit oblitus,quod desperat apud Græcos,non diffidit,apud Calabros inueniri posse. Commendo igitur eum tibi,quem si latè uideris, atq; ope & cõsilio adiuueris,rem te dignam,& ut arbitror Deo gratam,feceris,mihi uerò gratissimam,qui subtristis illum ac sollicitus abeuntem uideo. Vale.

Fran.Petrarcha Lorbardo à Serico, S.

Breuis consolatio.

DVlci quadã uelut acredine,acriq; dulcedine epistolã tuã legi amice,ita mihi suauiter annosi patris interitũ defles,ut & tibi cõpatiar, & tuæ gratuler pietati,qua nil melius, nil suũ magis est homini & p̃sertim filio. Solare animũ,& naturæ pater,& tu patri debitum persoluisti.sera illius,& sat dilata solutio,tempestiua & præcox pietas tua est.non est quod quæraris,est quod gaudeas. Ad hoc ille natus erat,ut moreretur. & per hoc breue iter, ac difficile in patriam remearet,seu rectius dicitur perueniret. ad hoc omnes nati sumus. Viarum multa uarietas,omnium finis idem mors,immò uerò,non finis,sed transitus,bonis optabilis. Aequæ naturale certè, nec miserius est mori, quã nasci,& fortasse fœlicius. Vale,& uiriliter age, atq; amisso gubernatore,tuis iam manibus clauum rege.

Fran.Petrarcha Vrbano Rom.Pont. S.

Prõ innocentia generalis ministri ordinis fratrum minorum.

MVlta iam nunc proposito meo Beatissime pater obstãtia uideo,magnitudinẽ illinc, tuam hinc paruitatẽ meã,inde difficultatẽ rei, de qua loqui cogito, primũ tamen obstaculũ,tua mihi nota benignitas,secundum nota tibi, ut arbitror fides mea, tertium ueri, amor falsiq; odium tollit, scio ego magnitudinem tuam,sed mansuetudinem tuam scio,occurritq; animo illud Parij Gemini,apud Cæsarem declamantis.Cæsar, qui apud te audent dicere,magnitudinem tuam ignorant, qui non audent,humanitatẽ.noui præterea paruitatem meã,sed & animi puritatem noui, quæ tãta est,ut dum res poscere uidebatur, non modo coram te,sed contrà te loqui ausus fuerim,quod tu hominum mitissime,non tulisti tantum,sed laudasti.hæc est enim uera hominis magnitudo, nõ potentia solũ,ac dignitate,sed humanitate præcellere.sentio demũ altitudinẽ causæ,ad quam quidẽ,quod suspitione in iu

dicijs communibus, non careret testis, irrequisitus accedo, sed zelus ac studium ueritatis, p uiribus adiuuandæ, meam hanc fiduciam fortasis excusent. Nunc ne pluri loquio tuas sanctas occupationes impediam, ad rem ipsam, tibi notissimã atque historiam inamœnam uenio. Magister Thomas uir clarissimus ac sacrarũ professor inclytus scripturarũ atq; ordinis minorũ, ad quem propter multa, maximè propter auctorem sic afficior, quasi unus ex ordine illo sim, generalis minister, coniurata nescio quorum, sed profectò nõ bonorum hominum inuidia, ut amare enim mali bonos, sic odisse bonos boni nequeunt, famæ suæ ac status in discrimen trahitur, heu mihi fœdum spectaculum, quod auditu solo tàm turpe tamq; indignum sit, ut sagittæ in morem, è longinquo uulneret. Quomodo enim quæso ferant oculi, quod ferre uix possunt aures, uirorum nomen excellentium maliuolẽtiæ moribus, ac criminibus falsis expositũ, nec reuerentiam ullam esse uirtutibus, sed quo plus est gloriæ, plus esse uel odij uel liuoris. Turpe inquam, & indigne, nec nouum tamen, nec mirabile, nisi quod sub oculis tuis tantum audire non deberet inuidia, alioquin usitatum & uetus est malum. omitto aũt antiquiora illa, Socratem, Theramenem, Anaxagoram, Ciceronem, Senecam, Rutilium ac Metellum, quos, quid aliud, quam uirtutis odium in exilium & in mortem egit. quanta Christianis etiam temporibus, pro Christi fide passus est Athanasius? quanta passus Ambrosius, dum ille persequentibus hæreticis fugiens, & toto uagus orbe terrarum, illa substinuit, quæ non ipsum modò dum patiebatur, sed pium quoque lectorem adhuc torqueant, ac fatigent. Hic autem intra mœnia suæ urbis arctatus, à Iustina Augusta, totis imperij uiribus seruiente, atque ab alijs Arrianis, illa pertulit, quæ nota sunt omnibus. quid Augustinus? non'ne dum si hæretici insidias tetendissent, utili uarum errore, periculum mortis euasit? quid Hieronymus? quid Ioannes Chrisostomus? quot uterque passus obtrectatores, scripta indicant utriusq;. quid Boëtius Seuerinus, & ipse uir sanctus, ac doctus, cuius innocẽtiæ, ac uirtutum præmia, in cœlo, alia sed in terris infamia, proscriptio exiliũ mors fuêre. Non sequor omnes, innumeri enim sunt, immò uerò qs unquam rectũ fidei, ac uirtutis iter ingressus, nõ persecutorũ patuit incursibus, cùm dicat Apostolus ad Timotheum scribens, quod omnes qui uolũt pie uiuere in CHRISTO IESV, persecutionẽ patientur: mali autem homines, & seductores proficiẽt in peius, proficiant planè in peius, & in pessimũ, quãdo sic uolunt proficiant, in suam pernitiem, non bonorum proficiant,, immò deficiant errantes, ut Apostolus idẽ ait, at non quod sequitur, in errorem mittentes quod ut patet, omni nunc studio feruentis nequitiæ molliuntur. quisi fortè aliquem suis artibus in errorem miserint te nõ mittẽt permanebis, ut soles, inconcussus athleta iustitiæ, id satis est nobis omnibus, ueritatẽ ac famam uiri huius amantibus, non enim ego solus, quamuis minimus omniũ hæc scribo, multi scripserunt, sicut auguror, multi scribent, nemo non saltem animo subscribet, nisi liuore impio flammatus, ac bonorum siliens ruinam, boni omnes affusi tota simul Ecclesia, tota tibi supplicat Italia, totus ordo paterq; ordinis Franciscus fœlix, nudipes, pauperculus è cœlo rogat ne ministrum suum. CHRISTO & sibi charissimum, inuidiæ mole opprimi, neu theoninis ut aiunt dentibus rodi sinas; unum est, quod mirer ac doleam, si uera est fama, magnum quendam ac potentem uirum, quem tranquillum & serenum, ista præstare debuerat altitudo, non fauisse tantum accusatoribus, ac fauere, sed per se talia non ausuros, ad accusandum suo hortatu, suoq; consilium perpulisse, quid ni doleam? & quo tramite seu quo flatu, in tàm altum animum, tanta iræ uel inuidiæ nubes ascenderit, mœstus admirer, & mirarer magis, nisi ex historijs meminissem M. Catonem Censorium, famosissimæ uirum sapientiæ, quod unum in illius uita reprehensione ualida dignum, noto contra gloriosissimum Africanum, accusatores nepharios excitasse, qui tandem Senatus bonorum qúe comitijs lacerati sunt, quod ex infamia tanti uiri sibi gloriam cõcupissent, quod apud te, nunc æquissimè cordium librator, his de quibus quæror excusatoribus euenturum spero, & cupio, ut perte acriter castigati, & increpiti, discant non de infamia aliena, sed de propria uirtute claresc̃ere. Occupant sanè claros etiã animos interdũ humanarũ caligines, passionũ, sed quæ ibi flante aura purissimæ rationis, diù esse non debeant. Rectè igitur ac secundum suæ dignitatis exigentiam fecerit ille uir

ille uir magnus, quem nominare, nisi pro sua laude uoluerim, si quos auctoritate impulit, auctoritate retraxerit, ab incepto imperio. quisi, ut fertur, hanc iracundiæ causam præfert quod ad regimen ordinis, hunc assumi uoluit, uel alium maluit, electores arguat non electum, quem omnis ambitionis exortem, immò omnium, quæ circa se agerẽtur ignarum, ad hunc honorificum laborem assumptum esse, non ambigitur. Cæterum ille, ut sibi libuerit, iræ suæ moderabitur, frenumq; uel contrahet uel laxabit, tu autem quod te decet, non permittes, ut CHRISTO res hominum spectante, & te CHRISTI Ecclesiam gubernante, pro cuiuscũque libidine famæ uirorum illustrium obscurentur. unde hoc sperãs non te amplius fatigabo, sed propter quod ad calamum ueni, pure, fideliter, ac reuerenter expediam. Fateor, me in mei ipsius quanto magis in alterius conscientia falli posse, cum in pectoribus hominum, tot profundæ tamque inaccessibiles sint cauernæ, quantum tamen, nisi uel fama publica, uel fide digna relatio, uel conuersatio ad extremum, & quæ multum animos aperiunt altera collo quia, rei huius immeriti notitiam contulêre, dicam clara uoce quod sentio. & quamuis apud superbos extimatores, testimonij fidem minuat, testis humilitas, apud te tamen humilitatis amicum, & uiuæ uicarium ueritatis, humile, sed securum breue, sed incorruptum ueritati testimonium prohibeo. Citatus testis non à iudice, sed à CHRISTO & conscientia mea, utrunque ergo, tuumque simul sacratissimum ac uerendum regibus caput testor, ne non iuratus testis, dicar, me quantum scio, & credo, falsi nihil, uera omnia dicturum. Equidem Pater Beatissime, magistrum Thomam, de quo agitur optimum & integerrimum uirum noui, clarum literis, sed uirtutib. clariorem, quodque est maximum, & supremum religione insigni, ac pietate & Catholicæ fidei luce clarissimum. & ad summã, talem mihi opto animam, qualem illi esse confido. possem pluribus: Longa enim de grauitate animi, de suauitate morum, de sobrietate, de abstinentia & austeritate uitæ, de deuotione præferuida, de humilitate contemptuq; suiipsius ac mũdi, de misericordia, & charitate non ficta, deq; dotibus alijs uiri illius, texi posset historia, sed ingenio tuo, hæc pauca de multis, immò quidem uel pauciora sufficiunt, uides & intelligis causam, mali huius. Et sicut de accusatorum odio, consternatio & metus, non illius quidem sibi optime cõscius nihil timet, sed mei multorũq; animis, sic de clemẽtia ac sapientia iudicantis spes, & consolatio multa suboritur. Non potest te iuditio præsidente, uiri illius uirtus & gloria, sic inuidiæ calce calcari, ut nõ maior ex iniurijs floridiorq; tuis sacris manibus erecta consurgat, & quoniam solida & pura uereq; aurea est, splendidior fit attritu. In Deo denique, & uitæ spes innocentiæ suæ est, diù te CHRISTVS incolumen Ecclesiæ suæ seruet, & post glorioso terminum laboris, in suam requiem atque æternam gloriam, faciat transuehat ac fœlici exitu. Patauij. Cal. Ianuarij.

Fran. Petrarcha Hugoni Estensi Marchioni. S.

Abstinendum esse ludis inanibus.

PEtrus Mõtanus familiaris tuus, & amicus meus, de te mihi lætos ac magnificos, sed nõ nouos attulit rumores, quibus nihil possem gratius audire, & sic oro fac. Indolẽ egregiam, honestis studijs adiuua, enitere in altum, discе magno animo calcare uulgaria, neque ulla difficultate desistere, donec de uirtute in uirtutẽ, indefessi passus, ad supremum claritatis culmen euaserim, inane, nouum est, ætatis breuis autem, quamuis subdifficilis est uia, per quam ad longæuam gloriam æternum qúe itur habitaculum. hanc ingressus, hanc sequere, neu diuertas, pro hac nil arduum, nil horrendum extima, pro hac enim se labori ac discrimini, pro hac demum si res exigat, ui tàm morti obijcere, id eximium uiri opus est. hinc nunquam ego te retraham. sed urgebo, & currenti quod in me erit, animo calcar adijciam. sponte autem sese offerre periculis, non magni animi est, sed paruæ prudentiæ. Ne igitur longus sim, pro salute, pro dignitate, pro patria, ubi oportet pugna fortiter, pugna uiriliter, pugna fœliciter, periculosis autem ac damnosis, & puerilibus his ludis Equestribus abstine, hoc precor, hoc consulo, non sapientiæ iure sed ætatis, temerarij forsitan, sed fidelis cer

tè consilij ueniam dabis, satis sit innotuisse iam omnibus, te huiusmodi ludis excellenter uti posse si libeat, quicquid ultra proceditur, frustrà est. Inopini sunt casus hominum, & sapienti magnopere prouidendũ est, ne ultrò se ingerat, ubi periculi plurimum, utilitatis aut gloriæ nihil est. Linque illis hos ludos, qui nihil maius possunt, nihil melius sciunt, quorũ ex æquo inutilis mors & uita cõtẽnitur. tua uita & fratribus, & amicis, & Reip. chara est, tuum ingenium atq; animum, altiores admodum decent curæ. Nunquam sic lusisse Scipio legitur, nũquam Cæsar, opto tibi glorioſum & fœlicẽ statũ. Patauij VIII. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Bonauenturæ heremitæ, S.

Consolatoria super morte fratris.

QValem prò dolor uirum, quod sidus amisimus, loquor improprie & torrẽte raptor uulgaris eloquij, nihil amisimus, nisi gratum delectabilemq; conuictum, & illius mellifluj oris affatus, quo loquente, audientium animis, uirtutẽ acres infligebantur aculei, quo docente, nemo non proficiscere poterat, eoq; magis, quo maiori esset ingenio, hæc & his similia, aliquanto citius, quã uellemus nobis prærepta, nõ nego, quæ tamen in hoc breuissimæ uitæ cursum ubi longum nihil, nisi dolor & gemitus longæua nobis esse nõ poterant, sed necesse erat, ut cõfestim aut nos illũ, aut nos ille præcederet. Cæterũ hoc utrũq;, neque enim rei tàm labilis, tã caducæ grauis prorsus ac flebilis est iactura, ipsum certè, quem amauimus, & quẽ semper amabimus ipsum, inquã, nõ amisimus, sed præmisimus, qui nobis ad cœlũ suis precibus uiam pandat, nos ibi alacer ac iucũdus expectet, quo eum nisi ad cœlum abijsse, illum suspicer, qui etiam dum hic esset in terris, & sub mole corporea angelicis moribus & cœlesti uiguit intellectu. Nolim tibi nũc, quod præsenti sibi nunquam fecí, de tanto tãq; unico fratre blandiri, sed humana laus, cuiuscũq; in auríb. melius sonat, quã ipsius qui laudatur. ita uerò me ille amet, cuius in amore fœlicitas uera est, ut ego uiuẽtiũ fama, forte aliquos neminem sibi uel ingenio uel eloqo, uel morũ suauitate præferẽdũ noui, quæ tanta illi inerat animæ, ut ab ipsius uerbis & cõgressu, nũquam nisi lætior trãquillíorq; discesserim, neq; mihi unquã tàm longa cõfabulatio secum fuit, quin cupidis auribus meis atq; animo scienti, breuissima uideretur, erant enim inter uerba illius hominis, faces quædam blandæ & lucidæ præter cõmunem morem eorũ, quoq; quos magistros dicũt, erant in sermone hami inescati, dulcib. sententijs, qui audientium corda uaga quãuis, arriperẽt ac tenerẽt. quæ mihi colloq facultas, & si rarior foret, distrahentibus nos studijs nostris humana rũq; uarietatũ, his qui sunt innumerabiles uncis ac laqueis, qui sæpè animo iũctissimos terris & corpore distrahũt, uel absens tamen illo ingenio delectabar, hinc amici memor absentis, hic illius præsentiam, & cogitãs & expectãs, qua in re, quantũ uitæ huius in agone perdiderim, mœstus sentio, mœstumq; mecũ cõputo, quotienscq; Hieronymianũ illud, in silentio tuo simul, & meo nomine repetam, nõ meruimus talem uitæ nostræ habere cõfortem, nam & si iacturam rei transitoriæ, non nimis flendam uiro dixerim, ferè tamen mortales, mortalium sunt iacturæ, quarum ex numero, & profectò grauissima est. sed incõmodum nostrũ, quantũcunq; est, fraternæ fœlicitatis contemplatione consolor: nam & hic maluissemus bene illi esse, sine nobis, quã nobiscũ male, de fratre igitur nostro, quem tibi mater, mihi charitas fecit, gratulandum nobis potius, quã dolẽdũ, quãq; enim ad tempus nos reliquerit illuc fuit, ubi finis est omnium rectè uiuentiũ, pieq; Philosophãtium, quorum hic nostrer in acie, dicere ausim. uel signifer uel dux fuit, neq; uerò ad iniuriam naturæ, sed ad cumulũ gratiæ cœlestis ascripserim, q; paulò ante tẽpus, ut dici solet, durũ hoc, & scrupulosum iter impleuit. tale est enim, quale si uiator hyberno pluuiali die ad hospitiũ sospes, integer, indefessus, alto adhuc sole perueniat, quo alij fessi, & madidi, & uiarum erroribus elusi, utx tandem sub crepusculũ sint uenturi, nobis fortasse compatiendum, qui relicti sumus, non quod illum amiserimus, ut dixi, qui nunc maximè noster est, sed quod inter mũdi mala, & pericula nostra senescimus, & ab illo exoptato ac fœlici hospitio retardamur, & inde serenandus animus, siccãda lachrymæ. Cõprimenda suspiria, nõ aũt abijciẽda memoria, sed

ria, sed ad illam frater, ut uiuus, non ut mortuus, reuocãdus, uiuit enim uerè, cum illo, apud quẽ fons uitæ est, q; sibi, cui multa olim & magna scripturarum suarũ secreta reuelauerat, nũc seipsum & illã, quã stupentes Angeli uenerantesq; suspiciũt faciẽ ostendit. Magna ille dudũ gloria patriæ, Magnũ ordinis sui decus & eximiũ fuit. Et quãuis tu superstis nõ omittam tamen. quis non hominum nos spectabat oculis atq; animo suspẽsus, præsertim ubi casus aliquis fortè nos iungeret, in consessu publico, aut in uia, quis non nos amabat & laudabat, & mirabatur, fraternitas ipsa miraculo addebat, ac raritas par statura, eadem quasi corporis habitudo, unà propè duobus fratrib. ætas erat, una certè professio, una conuersatio, unus habitus, una religio, unus ordo, unus splendor magisterij, pluris extimabantur tales duo fratres, quam quatuor alij, pares licet, fœlices parentes dicebantur, qui tale par hominum genuissent, fœlix Patauiũ, ubi geniti essetis, & nutriti, nihil est enim quod unam quãq; patriam, tã fœlicem facit, quàm suorũ ciuiũ uirtus & gloria, unde apud Virgiliũ, Roma quamuis opibus pollẽs, & imperio, non alia tamẽ re, quàm prolè uirum fœlix dicitur, fœlix denique heremitarũ ordo, in quo edocti & instructi, ad hoc scientiæ culmen, ad hanc gloriã uenissetis, nũc de parẽtibus qdem, nil pronũcio, quos pridẽ ab hac luce subtractos reor patriæ, quantum decreuerint, atque ordini sentire, illos iam nunc arbitror, & indies magis, magisq; sensuros, sibi uerò qui hinc abijt, nisi quod dolorẽ nostrum ægrè illũ ferrè non dubito, nihil penitus decreuit, si accreuit, immensum, ut qui pro corruptione terrestri cœlestẽ incorruptionem, proq; temporali hac morte uitam, sit adeptus æternam. Quid ad me iuuat enim meminisse, lõga & graui iactatum ægritudine, tũ cũ sero illo ultimo uenisset, heu nunc q; amplius reuersurus, mane aũt fatalẽ sibi petiturus locũ, ita me inuitus, tãdem nocte iam sermonem dirimente destituit, quam animo prouideret, inter nos hic fortè colloquium illud extremum, ut q; ego tũ primũ, me ægrotum intelligerẽ, quod eo præsente nõ senseram, paucis diebus interiectis, mane quodam, q; sibi solẽnis & perpetuus mos erat, cũ missam deuotissimè celebrasset, nõ multo pòst, seria inter uerba, cum amicis, repente se decere cognoscens, suam in cellulam properauit, lectuloq; accliuis Dauidicum Psalmum illum famosissimum, Miserere mei Deus: incipiens, antequã expleret, religiosam illam, atq; ut sic dixerim exceptæ actionis animã exhalauit, ita Deo reddítus, nobis autẽ, quod ait Hieronymus de Blesilla, subita morte subtractus est, quo de genere mortis, ut perpropriè ad rẽ nostram, ait Cicero, dictù difficile est, quid homines suspicentur, uos uidetis. mihi de hoc nec loqui, nec suspicari aliud, sed illud potius opinari libitum ac licitũ, saluatorem nostrum IESVM CHRISTVM, qui mane eum mensa dignatus est, sero illum & æternæ cœnæ deliti is, & thalami cœlestis habitaculo fuisse dignatũ, hoc ille meruit, hæc ego spero, hoc precor, hoc cupio. quantum sanè me torserit illa commemoratio, non facilè dictù est, quod eò ipso die, quo Venetijs ille bene natus obierat, dũ nos Patauij essemus, & tu de more ad me uisendũ uenisses, ad uesperam interq; libellos nostros, quod libenter & nimis humiliter soles consedisses, atq; ego, & quos de fratre rumores haberes quæsiuissem, prosperos respõdisti, cum ille sub meridiem expirasset, at rei nũcium & diei breuitas, & fluminis impetum distulerat. Itaq; die proximo, cũ & illum obijsse, & te abijsse didicissem, quotiens putas Virgilianum illud mœstus exclamauerim:

Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ.

immò quidẽ fati sortisq; & præsentis nescia mens hominum. Multa ecce dixi, uereorq; ne nimia. & ò si mihi calor ille ad scribendum esset, qui iuueni fuit, quantum adhuc de tum de præmissi fratris ingenio, de doctrina, de eloquentia, de uirtute, de moribus agerẽ, uberrima nempe materia est. qui etiam hoc ipso, se uilis animi, non dicam frigore, sed tempore plura dicerẽ, nisi quod excire tibi, & mihi lachrymas nolim, quas sopire potius, & consilium & mens est, hæc me ratio multis iam dieb. ascribendo, cõtinuit, usq; adeò, ut uel tardus, quod fatendum ultrò est, uel tui oblitus, quod fidenter negem, uideri potuerim, uera autem causa fuit, ne te minus forsan idoneo tempore interpellans, & hinc tædij aliquid afferrem, & inde dolorem non minuerem, sed augerem. Cõsulto tibi spatiũ dedi, quo cum pietate nõ indebitas lachrymas reddidisses, reliquas & rationis imperio, & amici consilio ac prece detergeres. Vale, & qui solari alios nosti, optime te solare, consolatorq; spiritus consoletur.

Tua in domo rustica collis Euganei. Cal. Nouembris.

Fran. Petrarcha Philippo S. Marcellini & Petri Presbitero Cardinali, S.

De statu suo.

LIterulæ tuæ, me quadraginta diebus, & amplius febrientem, & languidum inuenerũt assurrexi tamen illis, ut potui, easq; cum debita reuerentia suscepi, & legi mandatum de mei euocatione cõtinentes, S.D.N. Papæ. cuius uoluntatem, licet non expressam adeò olim senserã, suis ad me literis, in quibus dignatus est inserere, quod me uidere optabat. q; utiq; nimis est mihi, meritum q; omne supergreditur, quod tãtus Pater ac dominus, non dicam me uidere, sed de me uerbum uel unicum loqui uelit. Deus hic sibi gloriosam & tranquillam, in cœlo autem fœlicem & æternam uitam, pro mercede retribuat, uere aũt, quo ad præsens excusatio mea satis immò nimis nota est, multo inq̃ notior q̃ uellẽ CHRISTVM testor ueri Deum, quod nisi inter amicorũ aut seruorum manus, ad Ecclesiam domui meæ cõtiguam ire non aliter possem, quam uolare, ita q; necessitate urgẽte, & nunquam antea tecũ feci, scribo tibi aliena manu licet, ut uerũ fatear, amicl talis, ut mea propria manus sit. in hoc nunc igitur statu sum, plus dicam, & si id certus sum: nec animo nec auribus gratum tuis. Non equidem spero me deinceps unquam solitas uires, immò uel aliquas resumptũ, processi enim in dieb. meis: ut nosti, & supra modũ attritus & exhaustus sum, supra modũ prorsus cum Apostolo grauatus, supra uirtutẽ, ita ut tedeat me etiã uiuere, sed & ipse in me ipso responsum mortis habui, ut non sim fidẽs in me, sed in eo, qui suscitat mortuos. Ad summam, ualde quidem, ac multimode me uisitauit, his temporibus omnipotens Deus, quãuis munus multo, quam mereor, cui & pro sanitate & pro morbis, & pro uita, & p̃ morte, cum uenerit æqua fide ac reuerentia grates ago. Tu uerò mi domine, qui etiam non rogatus bona omnia mihi semp̃ & utilia, & honorifica procurasti, excusa me oro dominicæ sanctitati, sibiq; non meo tãtùm, sed tuo maximè nomine gratias agito, ualde enim hac me uocatione, ex hoc suo de me iuditio honestauit. sed nec possum, ne posse uelim, ultra q̃ placitum Deo sit. Patauí VIII. Idus Octobris.

Fran. Petrarcha Vrbano V. Pont. Max. S.

Vocatus, ualetudine aduersa se excusat.

INter cuncta, quæ mihi uel natura tribuit, uel fortuna, si tamen hoc nomine miseratione Catholico, & præsertim cũ CHRISTI uicario uti licet, nihil habeo beatissime Pater ac sanctissime, cum tua beniuolẽtia comparandum. equidẽ ut mos est humani animi, semper aliquid concupiscere, multorum contẽptor, quæ apud cæteros optabilia & prima cẽsentur, nũquã tã iuuenis, tã consilij inops fui, quin magnorũ & illustriũ notitiã ac gratiã, magni lucri instar optauerim. q; fortasse ideò, quia minimè auarum ambitiosum notum erat, usque mihi ad inuidiã cumulatè obtigit, usq; adeò, ut cũctis fermè nostri tẽporis Põtificib. Romanis, atq; Principibus regibusq;, & terrarũ dominis, aut notus aut carus fuerit, aut utrũque. Cur aũt ipse fateor, & miror, & nescio, nisi, ut dixi, noti modestia digna fuerit non repelli, nec dũ tamen p̃ tot gradus, ad summa peruenerã. aliquid deesse nũc, etiã honesto desiderio sentiebã, nõ q; à maioribus amari cuperem, q̃ nõ erant, sed à melioribus. solet enim largiter inter esse, inter duos parib. quãuis uel eadem dignitate fulgentes. quid inter Salomonem filiũq; eius Roboã? quid inter Numã Põpilium Superbũq; Tarquiniũ interfuit? illos qdem in Hierusalẽ, hos in Romana urbe regnãtes? quid inter Aemiliũ Paulũ, & Terentiũ Varronem, uno simul tempore cõsules? qd deniq; inter Cæsarem Augustũ & Tyberium, & si nõ simul, at immediatè contiguisq; quodãmodo solijs imperantes. possem ut Regũ Cols. & Cæsarũ, sic & Pontificũ exẽplis uti, quibus sciẽter abstineo. Ad rem redeo, fui ego & magnis interdũ, licet indignus, & maximis uiris charus. sed nulla uerior, nulla certior magnitudo, quam q̃ non uentosis hominũ suffragijs, sed uirtute & meritis parta est. Tu mihi præstas patrum maximè atque optime dominorum, ut iam nõ amplius ambiã, uel maioribus uel melioribus charus esse, ita sortes meas, mira illa tua humanitate, ac mansuetudine consumasti, unum est, quod hoc meum de tua dignitate oriens, gaudium parumper dicam uerius, uehementer imminuit, quod de me, scilicet non tibi, sed famæ forsitan aut amicorum testimonijs

testimonijs fidem habes, cum & fama, ut loquar sit, & mendax esse soleat, & amantum sæpe iudicia cæca sunt, utcunq; se res habeat. Ego uicario Dei mei quibuslibet testibus, tanti esse gaudeo, ut uocari merear. quãuis enim, uia mihi & ualitudini & ætati meæ ualde laboriosa sit, uocatio proculdubio gloriosa est. uotum mihi tuum Pater beatissime, anno altero per Apostolicas literas indicasti. & esse mihi satis, superq; debuerat, quod me uidere nõ modo optares, sed etiam dignareris. Et erat, fateor, satis, & plusquàm satis, nisi ad te animum festinãtem externæ causæ, & quidem uiolentissimè præuertissent. fecisti post hæc expressius me uocari, tuo nomine, per illũ quẽ mihi inter mortales uenerabilem dilectũq; præsenseras, inde per alios atq; alios, ex omnibus mihi charissimos, & ad persuadẽdum aptissimos, nouissimè cum iã pridem minus generosa mens, dilationem tantã uel ignauiæ, uel insolẽtiæ ascripsisset, tua me cœlestis humanitas, nunc quoq; suauioribus literis excitat, & q; uix alteri, quàm oculis ipse meis crederem, primo quidem tarditatem meam excusas, aduersæ ualitudinis sub obtentu, quam uera quidem excusatio, ac notissima, sed non sola est. Neq; uerò sufficeret sola eò q; antequã me morbus inuaderet, nisi aliud obstitisset, uenisse potueram, deinde aũt te in eadem esse libenter me uidendi uoluntate testaris, & iubere tuo iure solitus, regibus ut ad te ueniam affectuosis precibus me rogas, ego uerò tantùm hoc urbanitatis & clementiæ tuæ pondus ferre non ualeo, quamuis apud me preces illæ ualidissimæ merito sint præcepta. Illud Pater Clementissime, his tuis in literis legi, quod repetere cogitanti, pudor & gaudium occurrant, dicis enim, te ab olim optasse personam meam uidere, & interseris causam, Personam, inquis, tuam multiplicium uirtutum ac scientiarum doctrinis insignitam. & de dicto quidem tuo, nulla mihi potest esse dubitatio, sed de causa multa mihi confusio est. optas etenim me uidere, quia talẽ opinaris, qualẽ tibi descripserũt, qui in rebus meis amore oculos perstringente falluntur, quod si hoc ipsum ex te diceres. & ita crederes, quanquam ego contrarium scirẽ, dicerem tamen tibi, nunc quod illi olim dixi, cuius ad euellendum me, hũc auxiliares literas flagitasti, quem ne tũ solus Pontificib. retroactis incognitũ cognouisti, & qua decuit honorasti, quantoq; altius poteras extulisti, dixi enim Solitariam illi, ut tunc poteram Vitam scribens, siquidem in hoc erras, gaudeo, nèque hunc errorem excidere tibi unquam posse uelim, gloriosum mihi, tibi delectabilem, damnosum nulli, de me quidem, quibus crediderit tua sanctitas uiderit, & ipsi uiderint, quid de me dixerint, tuo tamen animũ illico aut amore illos aduerteras, suspecti esse deberant, ego hæc inter, q̃squis sim, & si ut olim scripsisse tibi uideor tutius erat, atq; consultius latuisse, ut opinionẽ tuam latebris meis solidarem, tui tamen urgente reuerentia, ante annum uenisse, & debui & uolui, atq; utinam me tacito scire posses, quot & quantis obstaculis retardatus sum, super quibus me tibi forsan literis excusassem, nisi quia ut uerum fatear, paruitatẽ meã & magnitudinẽ tuã librãs tandẽ opinari cœperam, tàm pusillam tamq; obscuram rẽ, ex amplissima memoria tua, inter ingeniũ occupationũ strepitus, facile oblitione dilapsam, itaq; silẽtio me tegerã, nolo enim extimes, te uermiculi huius optare cõspectũ, me aũt nõ optare patris & Principis Christianorũ Romani Põtificis, & talis põtificis, faciẽ uidere. Multos ex historijs sic amo, qui ante mille annos obiere, quod eos si liceat uisurus, nullũ laborem durum, nullum iter longum iudicarem, quo ad tàm exoptatum spectaculum ueniretur. mirum prorsus in modum, longas uirtus & ualidas manus habet. è lõginquo ad se animos trahit nonnunquam & corpora, quod de multis quidem nominatim de Tito Liuio lectum est. ita penitus uerum fit. Ciceronianum illud, Lelio tributum, Nihil est, inqt uirtute amabilius, nihilq; q̃ magis alliciat ad diligendũ, qppè cũ ppter uirtutem & probitatem, & eos quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus: nota sunt reliqua, quibus ostenditur non modo in ignotis, sed in hostibus amabilẽ esse uirtutẽ. nolo diu tecũ de te loqui, ne uideri incipiã q; non sum. quomodo aũt nõ optarẽ illũ cernere, quisquis esset, cui CHRISTVS & animũ & consilium dedisset Ecclesiam suam, sponsam suam, unicam suam matrem omnium fidelium, ex illo fœdo, & infœlici ergastulo eruendi, & ad sedem propriã reducendi? hũc ego nõ colerẽ, nõ amarem, nõ tanta mentè complecterer? nõ totis præcordijs exoptarẽ? non me Christianum crederem, nisi sic affectus essem erga Romanum

manū modò Pontificē ſic de Rep. meritū, ſic deme, ſed erga quēcūq; aliū hoſtē licet ſæpe leniuit odiū, ſæpe extinxit magnæ uirtutis admiratio. qd tibi igitur debeo, ſi cuilibet hoc p. ſtarem itaq; quāuis interdū me ut dixi tractu temporis, tibi oblitū ſuſpicarer, nihilominus tamen debiti mei cōſcius, enitebar, excuſſis impedimentis aſſurgere, dum ecce ô ſpes hominū uanæ, ô res hominū caducæ impedimētorū maximū, utinā q; ultimū ſuperueniēs ægritudo, cuiuſcūq; uel iuuenis robur effractura, me repēte corripuit, & quaſi leo, ſic cōtriuit omnia oſſa mea, tandēq; uix abiēs, ſic me fragilē reliqt, ut nec in equū ſcādere, nec pedibus incedere, deniq; nec ad Eccleſiam domui meæ cōtiguā, ſine famulorū clericorū ue ſubnixu ire poſſum, ueris opē ſperāt medici, ego aūt illius tātū, de quo ſcribitur: Aeſtatē & Vertu plaſmaſti ea. ſi ut Padus noſter Adriacum petit, ſic Tyrrhenum peteret mare, iā iā iter arriperē, & fragilitatis incommoda, fluuiali obſequio releuarem, ut ſoleo. Inter ſeſsionem ſiue accubitum, ac libellos meos dulce mihi ſolamē, omniū laborū, nūc neceſſitas quæ clauos adamantinos, regū quoq; ceruicibus affigit, ut expectem cogit, donec diuinum adſit auxiliū, quo membrorū, & ſi nō ſolito, at aliquo ſaltem obſequio uti queā. Quod ut ſic eſſe noueris, ſub hac ſpe iam nūc, prō uerno tempore equos ad iter idoneos procurare incipio, non ignarus, quia ſic Catoni Cenſorio laudatiſsimo ſeni, equus unus, ſi ſeruorū triū comitatus, in magnis etiam officijs ſatis fuit, utrunque enim de illo ſcriptum eſt, priuato mihi ſeruus unus, equus uerò non unus modò, ſed nullus ſufficere debuiſſet. ſed corrupti depraua-tiq́ue hominum mores, atque omnia in deterius uerſa ſunt, pompæ & ſuperbia, & uanitas & uoluptas oppreſsēre animos, & priſcam illam continentiam amicamq; modeſtiam pe. pulsēre. Nihil eſt actum, niſi puluerulentus equorum ac ſeruorum circūſtet exercitus. Adhuc tamen nitor, in hoc peruerſæ conſuetudinis torrente conſiſtere, ne me totum ſternat ac rapiat, ita que cum habere forſitan, uel optare ſaltem plures poſſem, duo mihi equi domi ſufficiunt abundè, ſed ad iter pluribus egeo, non quidem ſecundum cor meum, ſed ſecundum corruptum ſæculi noſtri morem. Neſcio enim quomodo inter noſtros, ſæpè notior ſum quàm uellem, & neceſſe eſt interdum, ad euitandum populare murmur, renitentem animum, uulgi moribus ut coaptem. quod idcirco dixerim, ut quoniam placitum tibi eſt, uſq; ad humilitatem meā, tuum altiſsimum animum inclinare, propoſitum meum hinc conijcias. quæro æger, quo ſanus utar, nec expecto, dum ſanus fiam, ne qua tunc ſit mora, profectò enim ubi primum aliquis mihi uigor affulſerit confeſtim ueniam, & apparebo ante faciem domini. Et ut me ipſe cognoſco, meq́ue non uulgi fama, ſed conſcientia mea metior, atq; extimo, certus mihi uideor, quod ubi me ſemel aſpexeris, ſeniculum imbecillem, & iam nulli habilem negocio, nulli idoneum labori, niſi quem ſponte ſuſceperim, nulli denique rei aptum, niſi ocio & quieti, & meum, tantus tibi licet, inutilem ac deuotum, & mihi certè difficilem laudabis aduentum, & reditum nō negabis, immò ad meam illicò requiem me remittes, neque mihi illud auferes, quod daturum te promittis. Omnes enim qui te iubente mihi ſcribunt, magnam mihi beneficentiæ tuæ ſpem inijciunt. quàm immenſam eſſe non dubito, ego autem, ut me totum noueris, ex quo ut patet, nequaquam tàm paruæ rei notitiam dedignaris, non ſum qui extra domus meæ limen, ulla opum ſpe aut cupiditate diuellerer, nihil enim in rebus humanis magnoperè cupio, nihil flagito, nihil ſpero, amor, fides, debitum, deuotio, reuerentia, gratitudo, hi ſunt ſtimuli, quibus mouear ſi mouendus ſim. Quamobrem nullius promiſsionem tàm intento animo, quàm tuam, tamq́ue erectis auribus audiui, ubi animis conſulturum, te quieti animi mei. ô te digna promiſsio, ô generoſum & uerè magni animi donum, nam quid mihi ſi omnes qui ſub cœlo ſunt theſauros, meum congeras in ſinum, ut collati mihi uni Craſſus Cræſusq; inopes ſint, non'ne ſi caream animi quiete pauperrimus ſim, atque miſerrimus, tolle diuitias, nudum linque, da quietem ſolam, animi dives ero, certè ad hūc unū finē, tot tā diuerſis artibus tātiſq; laborib. cumulātur opes, ut quieſcant animi. qua in re, ut in aliis multis, lōgè fallitur humana ſedulitas, nulli animo diuitiæ dāt quietē, cū multis eripiant, unū tecū, ea quā humanitas tua mihi tribuit fiducia gloriabor, ſed in domino. Nō ad meam ſed ad CHRISTI laudē ſit dictū, paucos nempè Pater beatiſsime peccatores noui, hactenus qui non dicam quietiore,

quietiore, ſed minus inquieto animo ſint, quàm ego. non arrogo ex hoc mihi uirtuoſi famam, non eſt enim uirtus, quia non ex habitu electiuo, ſed naturali quodam inſtincto, ab adoleſcentia animo meo inſitū, nil cōferre diuitias ad beatā uitam. q; ſi hanc quantulacūq; eſt animi quietē, q̄ in huius uitæ curſu plena eſſe nō poteſt, quis enim currit & quieſcit? tua mihi ſanctitas auxerit, qui iā pro ſolo affectu, magni tibi muneris ſum debitor, inextimabilis & immenſi debitor fiam, proinde donū hoc quietis, à nullo uſquam hominū tàm lætè ſuſciperem q̄ à te. nullum enim æquè dignum cenſeo, cui quietam & tranquillā debeam ſenectutē. neq; uerò illi ætati, tàm neceſſaria quies eſt, neq; huic ſententiæ aduerſum dixeris Ciceronem. Senib. inquit, labores corporis minuendi, exercitationes animi etiā augendæ uidentur. exercitationes dixit, nō labores, quiſq; igitur doctus ſenex, & illas amplectitur & hos fugit, nam & exercitatione ſenilis torpor erigitur, & labore deprimitur, & omnino laborioſum, nihil ſenectuti cōgruit, ſed quieta omnia. quod incidenter quidē, ſed pro meipſo, & excuſationis meæ dictum parte ſuſcipies. Solebam hodie, ut ſic dicam inane, nā quid eſt aliud uita hominis, q̄ dies unus, iſq; & breuis & turbidus, antè non multū, inquam, tempus eram ſolitus, poſt longiſsimū iter, quæri, & tàm propè terminus fuiſſet, nunc ad ueſperam, ô uertigo rerum incredibilis, nullum ſat breue iter inuenio, q; omnis motus inane corpuſculum fatigat, rem ergo, & mihi neceſſariam, & te dignam feceris, ſi quamuis ut olim ingenue ſum profeſſus, nil ex te præter Benedictionem & gratiam tuam petam, ultrò tu requiem aut largiaris, aut cumules ætati indigæ. & quieta enim ſenectus, & quietam mortem, uia eſt, & quieta mors tranſitus ad æternam uitam, CHRISTVS tibi hanc uitam ſanctam, ac iucundam faciat, ſerumq; & facilem uitæ finem, teq; poſt hos labores, ad alteram illam uitam, ſine carituram, eamq; de qua multa diximus quietem transferat. Patauij x. Cal. Ianuarij.

Ad eundem.

MVltos eorum, qui magnum aliquid, aut armis, aut ingenio molirentur, mortis interuentu cœpta deſtituiſſe, Beatiſsime Pater accepimus, at ne æquo longior euadam, paucis contentus, multa prætermittam, neq; enim res incerta eſt aut egens teſtium, utq; à Liters alias ſacris incipiam, Moiſes Iſraëliticam gentem Aegyptiacæ iugo ſeruitutis eductam, in terram promiſsionis inducere, præoccupatus morte nō potuit. Iul. Cæſar, ſub extremum uitæ tempus, quot & quantis rerum apparatibus intentus, quàm multa circa Romanæ urbis ornatum Reiq;p. & imperij tutelam, & augmentum mente uoluebat, templiſq; atq; ædificijs publicis, inſuetæ magnitudinis, Bibliothecis Græcis inſuper ac Latinis Romam decoratæ. Quæ mox Diuus ſucceſſor eius Auguſtus impleuit. Ius prætereà ciuile, ex infinita illa ueterum legum exundantia, ſuperuacuis deciſis ac decerptis utilibus, & per paucos coniectis, in libros ad aliquem ſtudioſis habilem facilemq; modum, ac parabilem reſtringere. quod diù poſt impleuit Iuſtinianus, ut potuit. ad hoc, ſecundo receptis Hiſpanijs, poſt Pompeij magni mortem, ab occidente in arcton & orientem arma conuertere, bellumq; Dacis primum rebellantibus, ac deinde partis inferre, gentibus quidem alteri indomitæ, alteri ſecundum Romanos ea tempeſtate potentiſsimæ. Quid nunc uerò hos atq; alios, neq; enim omnes attigi uiri huius ultimos conatus, quis concluſerit euentus, quæris, audi Suetonium Tranquillum. Talia inquit, agentem atq; meditantem mors præuenit. Alexander Macedo, perarata Aſia, totaq; illa terrarum parte perdomita, hic Carthaginenſibus minabatur, illinc, ut Lucanus ait:

Oceano claſſes inferre parabat,

Thaprobanem, an Antipodas petiturus neſcio, hæc paranti, quid huic quoq; contigerit, audi quod ſequitur:

Occurrit ſuprema dies, namq; ſolum, huic potuit finem ueſanò imponere regi,

Cyrus inter Perſarum reges famoſiſsimus, ipſa eadem Aſia ſubacta, uerſus in Scythiam, cum exercitu feſtinabat, hunc magno impetu uadentem, nullumq́ue ſibi iam regni terminum, niſi qui mundi eſſet animo ſtatuentem, imbecillitatis & ſuperbiæ regiæ documentum, ingens mulier, uidua atque orba peſſundedit, nec Pyrrhi regis lentior ap-

paratus,nec lætior finis fuit. qui ad regnum Italiæ aſpirans,& armorum ſpecie Romanos duces & elephantum mole turbauerat,qui denique ferro impar,auro hoſtem muneribuſ. que temptauerat,ad extremum uictus,& optata pulſus Italia, bella nunc etiam ſua reno uans,in Græcia ipſe quoque fœminea peremptus eſt manu. Attilium Regulum multis inclytum uictorijs,& iam portis ac mœnib. hoſtium inſultantem, improuiſi ducis aduen tus,& mutata ſubitò fortuna,belli è curru,penè triumphali in carcerem,& in mortem tru ſit. Traianum principem,& potentiam & famam ſeneſcentis Imperij renouantem,Reip. damnoſa mors abſtulit. aliud de hinc hominũ genus ſtringam,Virgilius Maro,opus illud eximium,plures miratores quàm imitatores habiturũ,cõſumare cœperat, iamq; ad exitũ res ſpectabat.mors præclarum negotiũ interueniẽs.impediuit,letumq; principium,mœſto fine concluſit. Idem & Lucretio accidit,& Lucano, niſi quod horũ uoluntaria,naturalis mors illius fuit,his Poëtã unũ neſcio,an nobis cognitũ,charũ nobis, Statiũ Papinium ad dunt quidã,ſed falluñ,opus enim hic utrũq; perficit. ego quidẽ,utri me partem ingeram, non uideo,penè ex æquo,ad utrãq; quid afferam nõ eſt,nam & armis nihil penitus,& in genio pauca admodũ moliri datũ,ſed ſunt & aliæ ad gloriam uiæ,unum erat,idq; per ſe ma gnum,mihi uerò per maximũ ut ad te uenirem. quid enim fœliciusq; quid maius meæ ſor tis homunculo,uel contingere poterat,uel ſperari. quàm totiens,totq; tàm honorificis lite ris,tàm benignè,tàm leuiter euocatũ,ad Romanum Pontificem,non quẽlibet, ſed quem CHRISTVS Eccleſiæ ſuæ dedit omnium Pontificum noſtræ ætatis corrigendis erroribus proficiſci? quidue niſi amplũ ac magnificũ hæc,mihi peregrinatio allatura uideretur, cũ tan tum gloriæ ſola uocatio attuliſſet,ut & ipſe magis me amare, quodãmodo,& alij magis ac magis inciperent me mirari,pluriſq; me facere,quem tantus non contẽneret extimator,ue niebam ergo tanta alacritate,quantã in nullo hominũ me uidiſſe,neſcio an in ullo uſquã le giſſe meminerã.ſed ut uerũ fatear, alacritas illa ſolius erat animi,corpus enim adhuc im becille erat,& inualidũ,neq; ulla prorſus mihi uiriũ fiducia,omnis in cœleſti ſpes erat auxi lio.ſic euntẽ ſupraq; uires & ſuprà ætatẽ tui trahente deſiderio,properantẽ,mors inopina co ërcuit.Quid enim,licet,incredibile,uerũ loqui timeã,non ægritudo illa,ſed uera mors fuit. fictionem Poëticã quis dixerit,aut hyperbolẽ importunã,morbo aut extaſi mortis,nomen imponere.Ego uerò de incognitis non diſputo,triginta uel eò amplius horas,quid fuerim nõ magis memini, quã quid fuerim anteq; naſcerer,nullus intellectus in anima,nullus ſen ſus in corpore,in quo cum multa & acria remedia temptarentẽ, nihil omniũ quæ erga me, & in me fierent aliter ſenſi,quã imago marmorea Polycleti ſenſiſſet aut Phidiæ.nemo de nique me,niſi defunctum dixit & credidit.Sic apud nos ubiq; uulgatũ,ſic Patauij,ſic Ferra riæ ubi tunc eram,uulgo creditũ. ſic deuotis tuis,huius Rectori urbis,& illius cuius in do mo iacebam, phyſiciq; ſuis perſuaſum fuit,quod tàm grauiter tulẽre,hij nobiles magniſi ciq; Viri,ut quib. olim multũ debui,infinitũ debeã,neq; ipſis modo,ſed utriq; populo,tan tus mei obitus utrobiq; publicus dolor fuit.nnq; minus eadẽ fama Venetias,atq; Medio lanum,& Ticinũ,urbesq; alias ubi amicos habere uideor peruagata eſt,ita ut quidã,ex eis ad me uiſendũ,ſiue ſepeliendũ accurrerint.quin & ſacratiſsimas aures tuas,famã hanc pul ſaſſe auguror. quod ut credam,non mei nominis claritas,quæ nulla eſt.ſed eorũ cogit am bitio inexpletaq; rabies,qui alto opũ in pelago ſitientes,diebus ac noctibus te circũſtant, tuamq; non deſinunt infeſtare clementiã,quiq; ſi recolis, anté annos,cum mihi caſus mul to,quàm nunc leuior accidiſſet,adierunt te,certatim beneficia mea,pauca quidem. & par ua poſcentes,plura licet & maiora quàm mereor, & quæ illis planè multa & opima ui deantur. Solam hanc ob cauſam, quod mea ſunt, uni adeò ſum magnus inuidiæ.Pe tierunt autem non hæc duo tantum, quæ nunc temporis habebam, quæue nunc ha beo, ſed illa quoque,quæ antè longum tempus, amicis egentibus ſponte conceſſeram: & quod mirer,niſi tàm præceps & tàm cæca cupiditas ſit, illa etiam quæ nunquam ha bui,unde effectum, ut illis cuncta miſcentibus, compluſculos dies, tota curia bullis in efficacibus ebulliret. neque uerò nunc illos ſegnius egiſſe crediderim. nam & uigilan tiſsima ſemper auaritia eſt, & cum uitia quædam tempore minuantur, hæc durando creſcit,

creſcit,& ſucceſsibus inardeſcit. Verũ ego talium curas,& uitam pariter ac rumores par uifacio, qui mortes hominũ ſomniãt,ſuæ mortis obliti,& quod fœdè cupiunt,impudenter anticipant,more uulturũ, expectantes beneficijs alienis, quaſi cadaueribus ſaturari. cæte rorum potius iuditijs fidem do. quomodo enim tot & talia fallerentur ingenia, hominum expertorum,meq; oculis cernentium manibusq; tractantium. quoniã igitur, quo in ſtatu fuerim,neq; tũc ſciui aliquid,neq; nunc memini,ignarus mei,cur non alijs de me credam, mortuum fuiſſe reſtantibus? fui mortuus. & ecce ſum uiuẽs,ſuſcitante illo, qui Lazarum ſuſcitauit, uiuo autem,iterum moriturus,& hoc ſaltem moriendo didici, quæ præcedunt, ſcilicet,aut ſequuntur eſſe poſſe terrifica,& horrenda, mortem ipſam penè nil eſſe aliud, quàm leue ſuſpirium,aut ſuauem & profundum ſomnum, & perpropriè ut multa illud à Poëta dictum:

Dulcis & alta placidæq; ſimillima morti.

Rediuiuo ſanè idem,mihi qui antè caſum fuerat,ueniendi ad pedes tuos erat animus, nec me terrebant Medicorum minæ, una uoce firmantium,nullo modò uiuum me Romam eſſe uenturum. quamuis in hoc,cum eis planè ſentirem,quod ſi me in loco aliquo deſerto caſus ille uiolentus,ac terribilis inuaſiſſet,actum erat de me. ſperabam tamen poſſe, uiuus peruenire,illic autem omne quodcunq; mihi eueniſſet, fœlix fauſtumq; cenſebam, tùm quia Benedictio tua mihi è corpore hoc migranti,non defuiſſet,ut ſpero,tum quia, quic quid Cardinales tui dicant,ut libet irridcant, quodque eſt odium ſimulent contemptum, Roma proculdubiò ſacro ſanctiſsimus mundi locus eſt, ubi Chriſtianus uerus & ui uere optet & mori. quid me ergo detinent,non timor,hercle, ſeã debilitas, quæ tanta eſt, ut non magis Patauium redire, quàm Romam adire potuiſſem, niſi quod in naui ſacens redij,ubi & domino & omni populo ſtupori & gaudio multo fui, ita me ſpectantibus, ut hominem à mortuis redeũtem,hic ſum pater beatiſsimè non infirmus modò,ſed mœſtus quoq;,quia honeſtiſsimum deſiderium meum,ſperato caruit effectu, quodq; optimũ mo liebar implere, non licuit. nihil tamen mihi conſcius, hac in re feci, CHRISTVM teſtor, quod in me fuit,& ſæpè mecum in ſilentio recogitans,ita mihi accidiſſe doleo. miror au tem minimè,cauſam enim ſcio. nõ eram dignus te uidere. tibi uerò Chriſtianorum pater, corpore atq; animo nunc affuſus,ſupplico,ut impotentiæ meæ parces, meq; inter ultimos ſeruos numerare digneris,quamuis inutilem & ignotum. Is qui te ipſi uicarium legit in terris,diù ſoſpitem tanto feruet officio, teq; hinc ſerò digredientem cœleſti ſede recipiat. Patauj VIII. idus Maij.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber XII.

FRAN. PETRARCHA IOANNI PATAVINO Phyſico inſigni, S.

De quibuſdam conſilijs Medicinæ.

BTuliſti mihi materiam iocandi in mulis,ludit apud Ciceronem uir egregius in morte.ego nõdum quidem in morte,ſed in morbo grauiac mul tiplici, & neſcio quàm uicinus morti ludam tecum.non ſoleo diſpu tare de incognitis, ut multi, qui dum uideri ſapientes cupiunt, inſipi entiam detegunt,omniaque, ut ait Comicus intelligendo faciunt, ut nihil intelligant. quomodo qui Medicinæ nunquam oculos ſeu aures, ne dicam animum applicui,immò qui proſperrima,ad hoc tẽpus fretus ualitudine,uerum, ut fa-

ut fatear, illud studium, uelut mihi superuacuum neglexi, & non quidem artem ipsam, sed artifices paruipendi, præter aliquot uiros, quos dilexi, quoniam ueri mihi Medici uidẽtur, quomodo, inquam, talis ego, cum principe Medicorũ huius temporis, aut uinco, aut uno ex paucis disputarem, de rebus ad Medicum spectantibus? Non disputatio ergo, sed ludus instituitur, ut tantisper & tu curas meas rideas, & ego malorum præsentium obliuiscar, ac morborum, qui me agmine facto, ut Satyricus ait, circunsiliunt & infestant. Misisti mihi plenam fidei epistolam, plenam solitudinis, plenam artis quàm professus es, cui quãtum ego arbitror, nil adderet Hippocrates, nil demeret, nil mutaret, quid'ni autem ille consiliis tuis acquiesceret, cuius è fontibus hausta sunt, cum ego horum insçius, & contemptor in multis, tamen ratione uictus acquieuerim. Scribis pro remedio status mei, & si non omnimodo, & aliquali mutatione uitæ, seu uictus soliti opus esse. quod quidem sine contradictione concesserim, habet enim ætas quælibet sua, ut animi, sic & corporis alimenta. & sicut studia puerorum non conueniunt senibus, sic nec cibi omnes, ita suũ hoc distinxit opificium natura, ut unaquæq; pars, præclari licet fragilis caduciq; operis, suis prõ uarietate temporum sit fulta præsidijs. Et ut doctus Architectus, in eadem domo æstiuas, & hybernas, ac reliquis anni partibus, suas cuiq; distribuit mansiones, sic natura solers ac prouida, in eodem homine uarias statuit ætates, & cuiq; sua quædam propria & attributa constituit. Primum uer ætatis infantiam, ac pueritiam uoco, has adolescentia sequitur, quasi uer præceps, & æstati proximum. & quamuis nulla ætas uanior, nulla inconsultior, nulla in libidinum irritamenta procliuior, hanc tamen illa, quàm æstatem uitæ dixerim, iuuenta consequitur, non iam florida, uirens tamen. & non quidem tàm uentosa seu mobilis, sed maioribus cupidinum atque irarum ignibus æstuans. hanc subit ætas ista maturior senectus, à sexagesimo anno, ut Augustino uidetur incipiens, quanquam alijs aliter uisum sit. similis hæc autumno, & tranquillior cunctis & lenior, & legendis fructibus retroacti temporis aptior, æuo cõsumptis, & uirtutum studio domitis, æstibus passionum, ultima est hyems senij, iners, frigida & quietis appetens, & caloris. quàm quædam tamen magna olim & præferuida ingenia concalescere coẽgerunt, de quo nunc agere longum est. Vtigitur has ætates, quod de tribus expertus sum, de quarta auguror, studijs atq; exercitijs distinctas fateor, sic & cibis & alimentis arbitror. Ecce autem, ut causam ego tuam adiuuo, & quod breuiter stringis latius explico, ubi unum interfatus, pergam quo dispositi, quod tu quidem non pro adulatione publica, sed pro ueritate, & pro nostra singulari amicitia dictum crede, obsecro. quicquid igitur Hippocrate aut Aesculapio, id & tibi crederẽ, & fortasse plus aliquid, quia quem sumis arte ac sciẽtia parem reor, fide & charitate superiorem scio. quamobrem, si quid aliter actu dixero, aut si aduersari uidear, aut si aduerser, feres amico animo, meq; non tibi, sed his quos modò dicebam Medicinæ repertoribus aduersatum finges. Iam primum illud certum habeo, non aliter tibi salutem meam, quàm tuam propriam cordi esse. neque illud minus mihi persuadeo, eorum quæ à maioribus uestris scripta sunt, nihil tibi prorsus incognitum, qui & aliqua forsan ingenio, te illis ac studio adiecisse. Nulla hinc quæstio, nulla repugnantia, illud indubium uenit, an cuncta quæ illis excidерint, quasi diuino ore prolata, sic fidem mereantur, ut contra sentire nephas sit. Et Hippocratem quidem purũ hominẽ, Aesculapiũ uerò Deum habitum, non apud suos tantũ, sed nostros etiã noui, à maiori tamen fulminatũ Deo. neq; uerò sum nescius, si tuorũ te auctorum dictis, uti patiar, quicquid uoles, nullo negotio probaturũ, sed in causa propria, testimonia sunt suspecta domestica. Scio aliquos, dũ de ueritate aut falsitate disciplinæ cuiuspiam altercantur, in medium adducere solitas, eiusdem ipsius artis auctores, quorum de fide quæstio prima est. Quod mihi nõ mediocre in disputando uitium uidetur, ad probãdum, quod uelis id afferre, quod non possis, quia non constet, & dubium, ut sic dicam, per ambiguum probare. non recipio fidei testem, ancipitis laudatum, licet inter suos. Procedo autem dicis, & quasi fundamentum consilij tui ponis, ætatem simulque naturam meam lapsu temporis immutatam, itaq; me prorsus Philosophico monitu respicere ad ætatem

ætatem iubes, in quo planè mecum sentis, & id dicis uerbo, quod ego rebus experior. iuuat enim nunc etiam causam tuam agere, magnus est amice immò inextimabilis uitæ cursus, dicam melius uolatus, uolat enim ætas, inquit Cicero, adderem, hercle, si scirem ad uolatum aliquid, nulla hyrundo, nullus sic uolat herodius, ut uitæ nostræ dies uolant, in illis enim motus alarum internoscimus, & spatia, & progressum, & appropinquãtes termino, & iamiam peruenturos cernimus, in nobis autem, nisi forsan aliquibus, his q; perpaucis, & cœlesti prædictis ingenio, atq; animo, nil omnino, nisi nos inopinantes, ac stupidos peruenisse. quo circa uolatum hunc ætatis, non auis uolatui similem, rectè quis dixerit, sed sagittæ quàm non arcus impulerit, sed balista. quæ si tàm benè iuuenibus nota essent, quã sunt senibus, & illius ætatis honestior atq; innocẽtior uita esset, & huius recordatio gratior atq; iucundior. At nunc cæcam, & improuidam adolescentiam, rapidamq; iuuentam longioris uitæ spes, in scelera & probra multa præcipitat, quæ tum demũ dum cauteri nequeunt, nec iam aliter quàm pœnitentia & lachrymis diluí, experrecta serum conspicit senectus, & fallaci quorsum spei fidendũ esset intelligit. Distinguimus ætates prõ uarietate sentẽtiarum, quod ipse ego, nunc ut uides feci, & quod in frusta diuidimus, magnũ esse aliquid ostendimus, hinc ipes longas, & telas inexplicabiles ordimur, & ingentia rerũ difficiliũ iacimus fundamenta, proponimusq; animis, perpetuam iuuentutẽ, ac fœlicitatẽ cras futuri senes, ac miseri, non quod per se miseram senectutem dicam, sed fœlicem potius, nisi præteritarum ætatum delusa esset erroribus, neq; uerò uel sic miseram, modo assurgat, & discussis inanibus, sapientiam & ueras opiniones, iuxta Platonicam sententiam extrema quamuis ætate percipiat. quod si Philosophis uisum est, quid uideri nobis debet, quibus & sapientiam & uirtutem & salutem assequi, sine curiositate aut labore nimio, qualis illorũ fuit, sobrio animi dolore, pio q; gemitu datum est, illa uerè misera est senectus, quæ hinc fragilitate corporea, ut mea nunc morbis q; senilibus, hinc petulantia iuueníli, quàm Deus à nobis longè faciat, & turbidis motibus quatitur animorum. Sed redeo ad errores iuuenum & spes uanas. quid his enim, quæso, non liceat, quibus nemo obstat, omnes fauent, non uulgus modò, sed humanum genus. Cæterum fallant sese homines ut libet, totum hoc quod distinguimus, quod multiplicamus, quod extendimus nihil est, proinde hic est ille ætatis nostræ rapidissimus uolatus, de quo nemo cogitat, nemo non loquitur, nemo, inquam, cogitat nisi in finem, quãdo in tergum uersus, & exacta remetiens, somniasse quodammodo se extimat non uixisse. Mutari autem cum ætate hominem, quis non sentit? aut quis est qui negare audeat? Adhuc quidem causam tuam munio, cedunt annis arces marmoreæ, nedum terreus homuncio, ex contrarijs compacatus humoribus, cedunt mœnia fortissimarum urbium. Nonne uides ut Babylon illa uetus interijt. Troia corruit, & Carthago, quibus duabus, & non tàm anni nocuêre quàm ignes, & gladij, & arietes. Corynthus & Syracusæ, & Caput & Aquileia, & Clusium, & Tarentum, paruæ sunt ueterum urbium reliquiæ, Lacedæmon & Athene nuda sunt nomina, Roma senio succumbit, iamq; succubuisset, & totam in cinerem uersa esset, nisi eam clari nominis sustentaret auctoritas. innumerabiles aliæ nunc senescunt, suum & ipse exitum habituræ, citò quidem, sed ignotum nobis, eò quod longior sit ætas urbium, quàm hominum, prius ergo quàm una urbs senescat, multa hominum milia senuerint, neq; homines tantum, sed tamæ hominum obierint, annis tacitè seclisq; labentibus. Quid miri autem, si manu factæ urbes cedunt senio? rupes cedunt, & iuga montium statum ac naturam mutant, unde iam Vesuus frixit, Aethna tepuit. alpes multis locis subsedêre, absciſsiq; undis Pelorus Siculus, atque Italus Apenninus, ubi frondosis olim collibus stabant. Nunc infamem despiciunt charybdim, horrisonis fluitare uerticibus, ad extremum, & si hoc unum magni negent uiri, magniq; inquam, in alijs, in hoc parui, æuo ut credimus mundus cedet. quid ni igitur cedam ego? cessi equidem, & si dici licet, ultra communem modum sobriè temperãterq; uiuentiũ, quorum me numero inserere non meo certe iuditio, sed aliorum testimonio fortasse ausim. Sunt ecce mihi, dicam uerius fuerunt, uitæ anni sex & sexaginta,

ginta. qui dum singulos cogito, multa mihi annorum millia uidẽtur, at dum omnes simul, dies unus, isq; & breuis & nubilus, & laboriosus & miser. & cum multos libidinosos, ebrios, octogenarios sat benè ualentes nouerim, hic me annus sic affecit, ut sine ope famulorum, multis iam diebus immobilis sim, pondus, mœstum, graue alijs, odiosum mihi. quid hic rei est. Audio iam hinc te, & concinnentes undiq; medicos aquæ potum, unam esse uel præcipuam mali causam. ô fœlix ebrietas. addent alij pomorum esum, fugam carnium, ieiunium, ô infausta sobrietas, ergo sanum nihil, nisi ebriorum potus, & luporum cibus? sed de his tecum integra mihi, nunc etiam lis manet, erit fortè aliquis, non Medicus, qui peccatum meum, rei causam solam dicat, quod si admittimus, Deo meo gratias ago, qui multorum criminum, fœdas notas, leui supplicio expurgat: quod si aliam causam, malitiam quis complexionis obiecerit, testem uiuum, & fide dignum proferam, illum alterum Medicorum modò tecum principem, si quid famæ credimus, compatrioram meum Thomam, possem alios, sed mortuos testes, ad iudicium uocare, ridiculum. Ille ergo anno altero, apud Ticinum ubi tunc eramus, sub amico illo tuo Ligurum domino, turba nobilium audiente iurauit, nullum se unquam corpus meo solidius, suo utor uerbo, nullum sanius, nullam complexionem uidisse nobiliorem. & certè quamuis magnarum nũquam uirium me fuisse meminerim, agilitate tamen, ac dexteritate corporis tanta fui, ut posse uix cederem, ab aliquo superari. quæ si primæ ferè post tenerum & labile come decus, in hominibus pereant, me gradatim tamen, ita usque ad hoc tempus comitatæ erant, ut præter saltum ac cursum, quibus iam nec egeo, nec delector, nullã quasi iacturam ætatis, hac in parte sentirem. Annus hic omnium uicem gesit annorum, longa ergo, nempè annua ægritudine, sic delectus sum, ut non meis pedibus, sed famulorum brachijs assurgere uelem aut moueri. gaudeo, ædepol, ut in malis, quod nõ hic sexagesimus tertius, de quo multa olim ad Ioannem alterum scripsi, sed sexagesimus sextus est. quamuis enim exoticis suspectisq; dogmatibus, non facilè flecti possim, poteram tamen fortasse, si tunc mihi ista euenissent, errore illo Astrologorum, de quo tũc agebatur, & si non opprimi, tangi tamen. Sed omissis hæc quod ad me attinet, causarum indagine, cum illa anceps, effectus autem certi sint, tu ut physicus, ut amicus, ut uir bonus, remedia mali huius, tuo quidem ingenio, & altè excogitata diligenter conscripta transmittis. Quæ si ritè numero, sunt sex, præmittam uerò illa tria, in quibus mihi tecum nulla lis erit, iubes ex præcepto artis tuæ, ut carnibus, ac piscibus salsis, & herbis crudis abstineam, quibus delectari soleo, parebo equidem. nam & natura mea, ipsa sibi consulens, hoc ciborum genus, solito partius appetit, parata his carere perpetuò si necesse sit. ad tria illa festino, in quibus à te paululũ, immò ualdè dissentio. Iubes ut ieiunium à pueritia, usque ad hanc ætatem, sine intermissione seruatum, linquam, & inertis more cursoris, in stadij fine deficiam. Atqui, non nunc nouiter audio consilia Medicorũ, diuinis aduersa esse, consilijs. nec sum nescius, quid & Medici, & qui ieiunium damnãt dicere soliti sint, utilius esse, & honestius cibum partiri, quodq; uno prandio sis sumpturus, in prandium & cœnam diuidere, haud irrationabile forsitan, si dictis facta congruerent. at qui hæc dicunt, interfui enim uitæ consultorum talium, & mane se implent, & serò sese ingurgitant. ita cibum non diuidunt, sed duplicant Platonicum illud obliti: Nullo, inquit, modò mihi placuit, bis in die saturum fieri. Proinde si Deus me restaurare dignabitur, solitum & connaturatũ iam mihi ieiunium, non omittam, neq; nũc omitto, nisi eatenus ut sextæ feriæ ieiunium, panis & aquæ tantisper, dum hæc repentina fragilitas cedit ad morem ieiunij cõmunis, inflexerim, Deo auspice mox ad consuetudinem reuersurus. Sed iam senior imbecillior q; non poteris, immò quidẽ ego, etiã omnia possum, in eo qui me confortat, sed qui hoc dixit Apostolus, tu peccator magnus es. an non & ipse peccator antequã Apostolus, an uerò peccatores, qui nomẽ eius implorãt, CHRISTVS deseret propter quos è cœlo in terram uenit. Non sum diffidentiæ filius, de me quidem ualdè meruo, de illo autem nihil meritus, fateor, multum spero, & posse non dubito, non hæc modò ieiunia, fœminis etiam pueris q; facilia, sed aspera quælibet ipso adiuuante perficere.

Anuerò non tot decrepiti senes, in deserto panem hispidum, & torrẽtis aquam, in delicijs habuêre, perpetuo ieiunio & fortes & uegetiq; non legisti Antonium propè centenarium, & Paulum centenario maiorem, pane unico, & exigui uena fontis, lætũ illud sacrumq; conuiuium apud Hieronymum celebrantes. quod quotiens pijs auribus audimus, pijsq; oculis legimus, nullo cibo aut potu sola uirorum talium commemoratione reficimur. at illis dicat aliquis, aderat Deus. quis hoc nescit: sed & nobis adest, alioquin non essemus. An ego defuturum mihi Deum rear, dum præsertim boni aliquid moliar, an qui mihi contemnenti affuit, & peccanti pœnitentiq; non aderit & peccanti? Possum amice ieiunare ne dubita, noli omnia tuis auctoribus credere, crede aliquid amico, cui nunquam ieiunium nocuit aut nocebit. nam quid causæ dicam, quod anicula tremula, totos menses uictu duro, & tenui ieiunant, nos uiri lauto largoq; uictu, diem unum ieiunare non possumus, non hæc fragilitas mihi crede, sed gula est, non est igitur, cur honestum & innoxium intermittam morem, immò quidem sicut sancta canit Ecclesia, saluti animarum, simul & corporum institutum, ita enim sentio, fame aliquos, plures crapula, nullum penitus ieiunio perisse. Progrediamur ad reliqua. Aliud ex consilijs, non tàm tuis quàm medicorum omnium, tu enim sciens, credo, cum litigioso homine tibirem esse, cautius agis, sed ex aliorum sententijs, tuam metior, quàm tu quoque lentius uibras & in transitu. Est autem, ut pomis & omni genere fructuum arborcorum, quasi aconito abstinẽam aut cicuta. in hoc autem ac sequenti consilio, temperare non potero, quo minus aliqua repetam, ex his, quæ olim ad Ioannem illum alterum scripsi, cuius suprà mentio est habita, hoc interierit, quod tunc iratus recẽti memoria cõtentionis antiquæ, quæ mihi cum Papæ Medicis fuit in Gallia, qui nescio cur famæ meæ nescio, an & uitæ bellum indixerant, quod epistolam unam breuem, sed ni fallor ueram, ausus fueram scripsisse Pontifici, nunc placatus, & illius immemor tumultus, cum amico iocans scribo, Deus enim bone, quod hic odium, quæue infamia pulcherrimæ rei est, & gustũ simul, & tactum, & nares, & oculos delectantis? omnes ne igitur homines insaniunt? solus is sapuit, qui pomis immeritis, maculam hanc immisit? quomodo autem natura sic humanum genus illuderet, ut ubi plurimum oblectationis & gratiæ ponebat, ibi plurimum discriminis abderet? non est piæ matris, sed nouercæ impiæ, & immanis, melle uirus abscondere. nam si dicitur, non fructus, sed eorum immodicum æsum damnamus, nulla iam superest quæstio, si quidem & perdicum & phasianorum, quorum apud uos, ut audio laudatissimæ carnes sunt, æsus nimius nocet, quàm hinc poma infamiam meruêre, non res ipsa reprehenditur, sed excessus æquè in rebus omnibus reprehendendus. alioquin quo hic tantus agricolarum labor, & industriæ? quid de hac re tractantibus, & Græcis facias & Latinis? Hesiodo, Virgilio, Catoni, Varroni, Palladio, multisque alijs? quid denique Ciceroni, & in eo præsertim libro, quo senectutem defendit, ab his uitijs, atque incommodis, quæ insani iuuenes, illi obijciunt ætati, in quo quidem Cato ipse Censorius inducitur, tantus uir, agriculturam, mechanicam licet, tamen haud dubiè utilissimam mundo artem, miris laudibus efferens; atque inter multa salubria ac iucunda, consitionibus atque insitionibus arborum, nihil illam asserens inuenisse solertius. quid demum Cyro Persarum regi, quem eodem libro, arborum quas seuisset ipse suis manibus, ferendasque dictasset, spem atque ordinibus gloriantem legimus? quid postremò Romanis ducibus, Appio & Decio, à quibus poma Appia & Decia in Italiam aduectas illa prædulcia, hæc uerò subacria utraque sapidissima, suorum nomina traxisse uidentur auctorum. & quoniam ab antiquis licet sine periculo dissentire, quid amico facimus communi, quo nescio, an seu uir melior, seu nostri amantior alius usquam sit, qui per cunctos angulos Italiæ, omne genus fructiferarum arborum, quæsiuit, & incertum, an Italia longius hæc inquisitione penetrauerit, ut non sua tantum, sed amicorum uiridaria, peregrinis arboribus exornaret, dicimus ne igitur & modernos omnes, & antiquos præter solos Medicos insanisse? Profectò enim si huiuscemodi arbores iure damnantur à medicis, nõ mediocris insania est, tanto studio nociua conquirere, quanto uix proficua debuissent. quod si neq; arbores

bores ipse, neq; illarum fœtus, sed incontinentia sola reprehenditur, iam supra responsum habes, quamuis ego notissimos Medicorum, ut hac. saltem in parte illos excusem, aliter docentes, aliter prandentes, aliter dictantes, aliter cœnantes, sæpe notauerim. Vltimum restat, ita meis alienum sensibus, ut stupore ipso calamum frenet, puræ aquæ potus interdicitur, cur quesoan fortè ideò, quia ille magnus uir ex nostris, aquæ nullū opus inuenisse se dicit, nisi quod bibitur in acutis, & in se forsitan uerum dicit, sed an uerè nullum aquæ opus aliud sit, de hoc quæri potest, immò nec de hoc quidem, ut arbitror, quæri debet, quid enim proh superū atq; hominum fidē, ita ne ergo senex unus, Græculus fortè, uini amicus, a. quæ hostis, tot fontes lucidissimos, tot puteos profundissimos, tot riuos amœnissimos, & ad summā, totum hoc naturæ parentis iucundissimum elemētum, uno tam breui sustulit, ac siccauit elogio? quid hic dicam? nisi miseras tot alpinas gentes, quæ liquidis fontibus sitim, sedant, uinum non modò non habent, sed nec noscunt quidem, uiuunt tamen multò etiam salubrius, quàm uos meri bibuli, quibus unum diem uino caruisse supplicium est. Miseros patres illos nostri generis, antequàm uinea plantaretur, quorum tamen uitæ spatium, siue nostris moribus, propè ad millesimum tendebatur annum. miseras matronas Romanorum, illas primas, quibus uinum bibere capitale fuit, usq; adeò, ut qui illud bibentem coniugem occidisset, non ultore tantum, sed reprehensione caruerit, nec tamen inutiles ideò, nec exangues fœminæ illos filios peperère, quos nunc etiam admiramur custodes uirtutum, expulsores uitiorum, passionum ac gētium domitores, compotrices nostræ, nobis istos pariant quos uidemus. Miseros gallorum antiquissimos, antequàm uinum nossent, cuius usum, ut scriptum uides, Roma iam adolescente didicerunt, & non potius hos miseros Bacchi & Veneris sacerdotes, qui propter uini patrij, saporē, CHRISTVM, Petrū, fidē, decus atq; animas suas quas mortales putant, & malè sibi creditam Ecclesiam derelinquūt quanq; enim hic latentior causa sit, tamē ista prætendit ut sæpè dixi, maluit enim ebrietatem fateri, quàm impietatem, cum negare neutram possint. miseros ad extremum. non Indorum modò Philosophos, quos Gymnosophistas ac Bragmanos uocant, quorum princeps, fontis aquam bibens, uber se terræ matris incorruptum sugere gloriatur. sed ferè omnes totius populos orientis, quibus lege lata, uini potus eripitur. solos denique nos fœlices, qui uini dolia facti sumus, ubi uinum siluisse noluerim, contra nostram uiolentiam, nescio, an uerius dictum an mordacius. Cum nuper inter Soldanum Babylonis Aegyptiæ, & nostros belli causæ, heu, non de fide CHRISTI, neque saltem de imperio aut gloria, sed de mercibus atque auaritia ortæ essent, regeretq; tūc Aegyptum & Soldanum puerum, uir quidam consilio sublimis, conditione humilis, ut quem ante paucos annos, ære uenditum fama esset, sed quem subitò sua fors extulerat, ut ex alto ruerèt, atque illi è suis quidam suaderent, ut Mitridaticum sequens morem, antequàm Christiani fratres suos, ut minabantur, inuaderent, omnes qui sub eo essent morte mulctaret. Non est, inquit, illi temerè committendum, ut insontes & nostro utiles imperio perimamus. Neque uerò Christianorum minis ac iactantia nos moueri oportet, & si enim potentes, ac magnanimi uiri sunt, uinū tamen bibunt, & idcircò multa ferò minantur, quorum mane non reminiscuntur. O latratum canis perfidi, contumelioſum, fateor, sed uerū, sic est enim, uitam nostram, uitæ nostræ dehonestant, & feruente uenis uino, uani facti sumus, modestiamq; & rerum ac uerborum fidem excluſit ebrietas, nec amici nobis credunt, nec nos hostes metuunt, quia ferè ad mensam & promittimus & minamur. quæ licet non uini quoque, sed abstentium culpa sit, quia tamen latè patens, & radicatum nimis est uitium, neque iam aliter, quàm uini penuria extirpari potest, crederem medius fidius, expediens mundo, ne uinum usquam, nisi ad sacra reperiretur. clamabis tu, & tota acies tua, quid facerent stomachi? quiescerent, non feruerent, non tumerent, non ructarent, non spumarent, non pugnarent, facerent quod fecerunt, ueterum stomachi, priusquàm uini usus esset, hodieq; faciunt, quibus uini usus nondum est. Sed nos gulæ culpam stomacho damus, & inuectos uino morbos, uino pellere, quasi flammā flammis extinguere, nitimur. scio hominem, qui nunc super est, nec procùl hinc abest, suarum rerum testis idoneus, hunc ego adolescens,

adolescens, sua adhuc uiridi ætate cognoueram, sic podagra pressum, ac chyragra, ut nulli penè rei utilis haberetur. reuisi eum post decenniū, incolumem, nullis podagræ uererisq; mali uestigijs, utentem expedito & libero membrorum ministerio, obstupui, illi causam stuporis intelligens, Vinum, inquit, me fregerat ac ligarat. aqua me restituit atque absoluit. Nudiustertius cum podagram illi reuersam, post tàm longum tempus ex filio audiissem, scripsi sibi, uideret, ne cum amico eius uino hostis podagra subijsset. cui ille, non id uini potu, sed esu tantum, immersi uino pacis accidisse respondit. I nunc, & rem optimam uinum, nega, quod podagram facit, & conseruat, & reuocat, solo ut sic dixerim odore, Vinum certè proprium illusit auctorem, eumq́e qui primam uineam plantauerat, primum uinea supplantauit. uinum Loth, diuino iudicio tot ex millibus solum iustum, in horribilem præcipitauit incestum. uinum Nabal Carmelum, suæ hinc imbecillitatis, & in Dauid regem contumeliæ, illinc regiæ potestatis oblitum, in conuiuio deliuit, cum iamiam ebrio mors instaret, nisi uiri periculo, prouidentia cōiugis occurrisset. Ammon fratrem primogenitum, cum propter uiolatæ ororis iniuriam iratus, Absalon perdere decreuisset, uino grauem fusit interfici, quamuis aliter quidem posset; sed sic uinum possessores suos faciles præbet excidio. & ut sacris literis, sæculares immisceam, uino adolescens ille Scythicæ filius reginæ, circumuentus à Cyro Persarum rege, cum toto ruit exercitu. hi sunt qui Romanos sobrij uicerant, ab eisdem mox ebrij uicti sunt. Alexander Macedo ferro inuictus, uino uictus. atque ad acerbam actus est mortem. uino Antonius Triumuir è Romano factus est Barbarus, uitæ ac famæ iactura insigni. uino feruidos omnes, qui ad euertendam Remp. accesserunt, præter unum Iul. Cæsarem fuisse Cato ait. uino denique, ipsius Catonis fama temptata est, sed radicata altius mansit immobilis: & quæ memoria, seu quis stylus materiæ, non succumbat recensendis uini mœstis, ac funestis euentibusq; ad summam uerò. multo mala uino accidunt mortalibus. & uos aquæ potum interdicitis, homini ab infantia pueritiaq́e, & usque sub finem adolescentiæ iugi aquæ potu enutrito, & consuetudine in naturam uersa, quod maximè uestri, ut audio trutinandum dicunt, uix serum ad potorum uini signa translato, fontem tamen adhuc plus aliquanto quàm dolium amanti. Nec me fugit obstare mihi, illud Apostoli ad Timotheū scribentis: Noli, inquit, adhuc aquam bibere. Ecce non ne hic tecum loqui uidetur, & me alloqui. fieri autem potest, ut ille uel consuetudinem uel naturam alteram, & meæ dissonam haberet, & à iuuentute uino usus senior aquæ assuescèret, cuius contrarium in me est. itaque mutationem hanc, ex deuotione forsitan exortam, illi damnosam, intelligens, Paulus id ei prohibet, quod mihi prohibuisse damnosum sit. aliter enim non ne & uino inesse luxuriam, & bonum esse non manducare carnem, & non bibere uinum. Paulus idem in cōmune prædixerat? neque illi uinū tamen ut uinum, sed ut medicinam tribuit. ait enim uino modico utere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Vltimum certè hoc annus iste, mihi nouum & insolitum inuexit, crebras scilicet ægritudines, sed dum sanus sum, stomachum non noui, de quo multi per singulos lamentantur dies. siqd autē aliquando fortè grauedinis incidit, nil sanius experior, quàm bonæ aquæ recentisq́e haustum. scio me rem nouam Medicis & incredibilem loqui, sed & mihi, si mereor, de meipso aliquid credi potest, millies hoc expertus affirmo. Sed mutata est ætas, quis hoc nescit, & dum loquamur, mutatur, mutabiturq́e tàm diù, donec mutari amplius non possit, quod sola mors faciet. numquid autem excors hebesq́e adeò sum, ut quid mihi prosit aut noceat non sentiam. Tepui equidem non refrixi, meq́e ipso frigidior, sed coæuis meis multis, & minoribus aliquanto calidior sum adhuc, & tamen aqua utor partius quàm solebam. quid uis amplius? ut aqua prorsus abstineam fruſtrà uelis? suspicor autem, tuo & amicorum consilio actum esse, ut ad hos colles uberes atque amœnos, in reliquis inaquosos, tamen uenerim, ubi aquam puram bibere, & si ualdè cupiam, non possum inter fontem scilicet, & hanc domum sic solis radio tepefactam, ut placida esse desierit. sed si recentissimum urbanæ domus

ad puteum rediero, huius memor incommodi, uidero quorſum Modico conſilio creditu-
rus ſim. tu tamen & doctrina fretus, & ingenio, ualidum hic in me conficis argumentum.
Et ſi Medicis, inquis, non uis credere, nunquid ſaltem tibijpſi, nunquid experientiæ ma-
tri artium non credes? cogita quot tibi hic annus, præter ſolitum morbos fecit, ex contem
ptu præceptorum Medicinæ? aquæ potus, eſus fructuum, ieiunia, horum cauſæ ſunt malo-
rum. primam ut uides ultrò fateor morbos multos unum mihi in tempus incidiſſe, quis mi
hi uerò alteram præbet, illas quas Medici uolunt cauſas, hæc incommoda mihi ante tem-
pus attuliſſe, & non potius in longum tempus forſitan diſtuliſſe. occulta quidem & pro-
funda ualdè ſunt naturæ opera, de quibus rectè iudicare difficillimum eſt. Cæterum
ſuo ueritas loco ſtet, opinionem autem meam, mihi multis firmatam experimentis, non
dicam Græculus ille unus, ſed ne Græci quidem omnes eripient. non ſi Vlyxes aſtu, fer-
ro Achilles, Aiax impetu, Neſtor auctoritate, ſceptro Agamemnon redeat armatus. nec
ignoro quid dicturus ſis, nempè, quod ſolitus es, Fac ut libet, inquies, ſcito tamen, quia
Medicis non credendo minus uiues. Satis uixi amice, & ſi fabulam peregi, non recu-
ſo deſinere, uel etiam imperfectam, ſi ludorum domino placet interrumpere, feſſus iam,
nec ſi hodie moriar, iuſtè quidem de uitæ conquerar breuitate. nam ſi omnes ad meam
peruenient ætatem, orbis terræ humano generi erit anguſtus, tantumqúe abeſt, multum
uiuere ut cupiam, ut uixiſſe nimis uerear, dum repeto, quos amicos, & quos uiros, qua-
leſúe præmiſerim, & qua nihil hic ſit, niſi idem hodie, quod heri, quotidieqúe peius ali-
quid, quot undique pericula, quot fortunæ minæ, quot habituum ludibria, ab Aquilone
naſcentia, unde omnis ſemper mali radix, moribusqúe Barbaricis quam ſe docilem no-
ſtra præbet Italia. quod in alijs facilè paſſurus, in has ægrè patior. quantum denique uir-
tutum exilium, quantum imperium uitiorum, quot hominum tædia, quot rerum? hæc in-
ter, tu ſuauem mihi, ſeu dulcem uitam putas, aſpera & amara eſt, ſed omnis aſperitas, &
omnis amaritudo, æquanimitate & patientia lenienda eſt. uitæ ergo patiens, non uitæ cu-
pidus uiuo. qualiſcunque autem uita hæc, prolongari poſſet, ſi Medicis obedirem, hoc
ego certè nec curo penitùs nec ſcio, immò unum fateor, ex his quæ prorſus ignoro, ſiue
enim, quia nobis non utique quaque tutò creditur, ſiue quia nobis omnia credere difficile
eſt, & credentem aliqua, non omnia credere periculoſum. multos Medicis obſequentes,
quin & ipſos medicos uitæ breuis, & infirmæ, & rebellantes alios uitæ diuturnioris ac ſa-
nioris agnoui. proinde nec mea uita, nec mortalis cuiuſpiam longa eſt, mea uerò, ſecun-
dum communem iuſtæ uitæ modum, iam breuis eſſe non poteſt. claudendæ aures uulgò
ſunt, excutienda errorum nubes, & caligo, abijcienda uitæ cupiditas, mortis metus. Alio-
quin nullus erit finis, ſemper annis aliquid detrahere, ſemper uoſmetipſos fallere dulce
erit, ſemper iuuenes, & eſſe optabimus, & uideri, ueram confeſsionem mors eliciet. ego
non iam breuem, utinam non malam potius, & inutilem uitam queror. quadriennio me
minus ac decennio uixit Maro. triennio minus uixit Cicero, triennio minus Ariſtote-
les, decennio minus Cæſar, Decennio minus Scipio, ille orbis victor, hic Carthaginis
euerſor ac Numantiæ. Alexandrum ſileo, & Achillem, caducamqúe Priami familiam,
& ex noſtris Druſum Germanicum, Marcellinum, & reliquos illuſtres, qui in ipſo æta-
tis flore perierunt. An mihi non ſufficit tantos uiros uitæ ſpatio exceſsiſſe, quamuis me
decennio, & Auguſtus & Auguſtinus exceſſerit. Horatius Flaccus pari ſpatio, & anno
amplius. Plato tribus luſtris, totidem Simonides, & Chryſippus, quatuor & eo am-
plius Cato, quinque Hiero Syracuſius, quinque Carneades, ſeptem Maſsiniſſa, ſeptem
Valerius Coruinus, ac Metellus & Fabius, acceſsêre ad hunc numerum, Iſocrates &
Sophocles, & Cleantes, & Varro, uel hunc etiam attingere, quem Gorgias Leontius ſe-
ptennio ſupergreſſus eſt. quid nunc igitur? eſt ubi ſumma concupiſcere uirtus ſit, at rerum
labentium mediocritate contenti ſimus. quamuis igitur, non uiuendi uoluptas, quæ mihi
ut dixi cernenti, ætui noſtri mores fateor nulla eſt, ſed ſtudiorum meorum, ratio pluſcu-
lum aliquid uitæ poſcat: Sentio tamen quia ſi centum adhuc annos uiuerem, ſemper
aliquid

aliquid neſcio quid deeſſet, quamobrem dico iterum, uixi ſatis, uiuam tamen adhuc, quan-
tum illi placuerit, de quo ſcriptum eſt: Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non pote-
runt. in omnibus Deo gratias agẽs, & paratus ad utrumlibet, ſeu ille me uiuere iubeat ſeu
mori. neque quod dum poſſem honeſtius unquam feci, longam ab eo uitam, ſed bonũ ui-
tæ exitum optabo, ſperans, non de meritis meis, ſed de illius miſericordia, quod uitæ huius
finis, erit uitæ melioris initium. hæc tecum amice, ſicut præſens ſoleo, abſens luſi. Et quam-
uis fugam temporis attendens, pridem animo firmaſſem, deinceps in epiſtolis maximè,
breuior fieri, tu propoſiti memoriam abſtuliſti, tàm ſuaue mihi fuit, tecum uſq; in finem lu-
cis, & papyri marginem, præ loci anguſtia compreſsis literis, longũ de nihilo texuiſſe ſer-
monem, tu uiue & Vale fœliciter noſtri memor. inter colles Euganeos, III. Idus Iulij.

Ad eundem de eadem re.

VIdeo amice apparatus tuos, totis copijs in aciem deſcendiſti, quis non metuat, tàm
ualidum bellatorem, tàm enixè armatum, tanto niſu omnes cuneos explicantem.
ſentio victoriam queris, quamuis enim dicat, Plato communem morem Lacedæmonio-
rum, inflammatum cupiditate uincendi, omnium tamen, hic hodie communis eſt mos,
omnes Lacedæmoni facti ſimus, ſed dic mihi uir optimè, quæſo te, ſi fortè tuis uiribus, uel
mea imbecillitate me uiceris. nunquid & ueritatem ſimul, & conſcientiam tuam uinces?
credo, ædepol, eaqúe mihi de tua nobili uerecundia ſpes eſt, quod & ſi collocutorem tu-
um fando ſuperaueris, victum te tamen, in ſilentio à ueritate fatebere. Multa me quí-
dem à congreſſu hoc, literatoqúe ut ſic dicam prælio dehortantur, ac retrahunt, præter
tui robur ingenij, ac peritiam dimicandi, fragilitas primum illa membrorum, quam mihi
neſcio, an perpetuam, an moleſtam hoſpitam morbus abſens reliquit. occupatio deinde,
non illa tantũ iugis ac uetuſta ſtudiorum meorum, quæ quotidie integraſcit, tibi ut au-
guror, non ignota, ſed familiarium quoque quas tu neſcis rerum. multus ſum in re
ruſtica, multus in architectonica, ut agnoſcas enim, quàm benè Medicorum ſenten-
tijs emendatus ſim, omne nunc arborum genus, undecunque conquiro, inuitante hac
aptiſsima inſitionibus aiunt parte. quod eò iam fidentius faciam, quò pomorum non te
hoſtem ut uerebar, ſed beniuolum profiteris, modeſtiam ue. ò non inpomis magis,
quàm in rebus omnibus utilem, immò neceſſariam, ſine qua nihil ritè agitur, ut in
animo meo manibus ſuis ſerat, atque irriget cœleſtem agricolam orabo, licet autem
alteri ſtudio meo præſenti ædificandi ſcilicet, eadem ipſa pars temporis, iam aduerſa
eſſe incipiat, non deſino tamen, aut lenteſco, ſed accelero tibi thalamum extruere,
quem non ruſticum, niſi propter ſilentium & quietem' dicas. ad quem urbanarum re-
rum tædio, ſi quando diuerteris, in omnibus quæ ſub cœlo ſupraqúe cœlum ſunt re-
bus, unanimes & concordes de ſolis cibis perpetuo litigemus. Accedit his tertia im-
pediens, cauſa potentior, timeo te offendere, tantus eſt enim timor ingenuus, quantus
eſt amor uerus. ſcio quidem, quia ſi quod in animo eſt liberè exprimam, offendam tu-
as aures, tuumqúe quod ualdè nolim animum. ex diuersò autem, ſi taceam, uereor ne
contemni putes. à quo longè abes, uides in quo biuio ſim. eligere medium callem nitar,
ut ſi fieri poteſt, utrunque pari ſpatio deuitẽ, & ſi urgente materia, in alterum labi oportet,
malim te parumper offendere, q̃ ulla ex parte contemnere, offenſa enim in amicis contra-
rio placatur obſequio, contemptus omnis amicitiæ neruos ſecat. itaque nullus in amicitijs
contemptus. Offenſæ aũt crebræ ſunt, immò quidem raræ, ſine offenſis amicitiæ, cum dicat
Anneus de amico loquens: Non amo illum niſi offendero, offendã ego te forſitan, ſed ca-
uebo libentius ſi potero. q̃ quidẽ, ſi pleno & perfecto iure amicitiæ uti uelim, hoc eſt nihil
diſsimulare, nihil occulere, ſed ita tecum loqui omnia, ut mecũ difficillimũ ac penè impoſsi
bile iuditio, cũcta igitur circunſpectans, & amico metu prouidẽs, ſi offenſus fueris, iã hinc
ueniã peto, certumq; de tua humanitate me facio, q̃ illa iam nũc mihi læta mente conceſſe
ris, unũ nunc, etiam antequã incipiam, p̃fari libet. Ego in te perſonã duplicem cõſidero, &

amici ſcilicet & Medici, cum amico, ita mihi omnia cõueniunt, ut nihil tibi, aut uideri poſ-
ſit, aut placere, quod non mihi protinus & uideatur et placeat. non enim alium in amicitijs
modũ ſcio, niſi ut è duobus animis unus fiat. cũ Medicis autem multarum & magnarũ re-
rum, uetus & indeciſa lis eſt, quamúe de nihilo natam putes, experientia longior, & ob-
ſeruatio intenta mihi peperit, cum ut uerum fatear, perrarò uiderim illius artis effectus pol-
licitis reſpondere, quod non minus contra animi mei naturam eſt, quàm contra naturam
corporis uenenum. Nec idcircò præmiſerim, ne fortè animus tus, orationis meæ turbetur
aculeis, & ſi unus enim ſis, nec reipſa diuiſionem pati poſsis, intellectu tamen etiam indiui-
dua diuiduntur. ſiquid igitur dulce hic legeris, ac pacatum, amico dictum accipe, ſiqd ama
riuſculum in Medicum dici puta & indignari deſine, & mirari, & tecum dicito non Ioanni
loquitur, ſed Medico. Nũc uenio ad rem ipſam, in qua breuior fieri, non tàm ſpero, quàm
cupio, tum quia de his totiens, & cum amicis, & cum Medicis diſſerui, & iam res ad faſti-
dium uergat, tum ut offenſionem tuam, ſi qualitate rerum uitare nequiuero, breuitate ſal-
tem minuam, ſed ne id ſperem, ipſa rerum efficit multitudo, & tuæ diſputationis acrimo-
nia, qua medicinæ partes ardentiſsimè quidẽ agis nec immeritò. Poſtq̃ te ꝙ uſu adoleſcen
tibus euenit, per paterna ueſtigia, non tuũ certè iuditiũ, ſed tua ſors appulit, q̃uis dignum
eſſet ingeniũ tuũ, melioribus curis tradi, longeq; aliud iter ſequi, & neglecto ſuſci fœdiq;
huius & caduci carceris ancipiti & inefficaci remedio, animi q̃ pars noſtri immortalis ac
p̃clara eſt, remedia conſectari. quod utinam factũ eſſet, non pro tua tantùm gloria, ac ſalu
te, ſed pro magno etiam uitæ meæ ſolatio. ſed linquo hæc, cum iampridem ſis quod eſſe de
bueras, nec ut puto iam mutandi propoſiti locus ſit, quamquam nonnullos illuſtrius, pro-
uecta etiam ætate uitæ conſilium, ac ſtudia permutaſſe nouerimus, tranſeo autem, ne illum
cum quo pugnare habeo, conſilijs aggredi, & ad defectionem, ac tranſfugium exhortari
uidear. Tu inprimis igitur, pro auctoribus tuis, quos non ſat uideor ueneratus, pia ut ſeres
habet arma corripuiſti, ut qúe eis auctoritatem, aliorum quæreres ab exemplo, Priſcianum
& Ciceronem in medium deduxiſti, addens & Virgilium & Homerum, alioſq;, ſed omni
um ultimum eſt Ptolemæum. hæc nempè perpropriè, una eſt enim ad tribunal meum hu-
ius & Medicorum cauſa, non quidem ſemper, ſed ubi quod cupidiſsimè audentiſsimeq;,
ne dicam impudentiſsimè, faciũt Aſtrologi, de iuditijs ſermo eſt, et de ſtellis fata hominum
colliguntur, quæ collectio, non ſolum ueræ fidei, noſtræq; religioni, ſed omnibus ritè philo
ſophantibus eſt aduerſa. Quæris autem pluribus quidem uerbis, ſed in hanc ferè ſententi-
am. Si Priſciano enim de partibus orationis, earumq; inuicem iunctu, ſeu omninò de con
gruo crediturus ſim, Ciceroni de ornatu, Homero ac Virgilio de figmentis, cur non pari
ratione Medicis de ſalute corporea; affers & alia famoſorum nomina, quibus in ſua arte
cuiuslibet fides ſit, ſed multis ad unum finem, uno prorſus calle tendentibus, uni aut pau-
cis occurrendo, ſimul omnibus eſt occurſum. quid uerò nunc eligam? Noſco me in ma-
gno eſſe periculo, & fateor libentius tacuiſſem, ſed non poſſum, tua me urget auctoritas,
& unum T. Huij conciuis tui, ſeu apud illum Hannonis Pœni prudentiſsimi uiri di-
ctum. Senatori enim, inquit, ille, ego aut doctori interroganti, ſi reticeam, aut ſuperbus aut
obnoxius uidear, quorum alterum eſt hominis alienæ libertatis obliti, alterũ ſuæ. loqui igi
tur oportet, neq; uerò aliud loqui decet, quàm quod ſentio. ſæpè namq; ſilentiũ honeſtum,
ſemper mendacium inhoneſtum eſt. quid igitur quæſo horum, quiſquam habet commune
cum Medicis, Grammatici ſeu ſubiectum, ſeu finem dicere maluimus eſt congruitas. Rhe
toris autem ornatus, orationis, & ut ipſi dicũt oratoris officium eſt, appoſitè dicere, ad per-
ſuadendũ finis perſuadere dictione. de primo uideo Priſcianum, & quoſdam agere, quod
linguæ proprium eſt Latinæ, quamuis aliter illa eſſe potuerit, in quantum poſitiua eſt, cæ-
terum ut ea utimur benè ad hoc præſertim, quem tu nominas tractata eſt, adhibitis eorum
teſtimonijs, qui illam reperere cum lingua Catonis & Ennij, ut ait Flaccus, nec minus &
Tullij & Maronis, & aliquot præterea ueterum ſermonem patrum dictauerunt. non poſ-
ſum illorum loquendi morem, cum huius doctrina conferens, negare, benè ab hoc tradi-
tam eſſe Grammaticam. & ſiquid uitij ineſſet, non huius eſſe ſed illorum, inuentoris enim
culpa

culpa eſt omnis, ſed ſi qua eſt culpa. Recitator culpæ expers, ſæpè particeps laudis eſt,
idem de Cicerone cenſeo, auribus atque animo in hanc me ſententiam cogẽtibus, ut nihil
ab homine dulcius, nihil ornatius, nihil ad perſuadendum efficacius dici poſsit, Iam Po-
ëtæ de quo quæri ſolet officium eſt, nõ fingere id eſt mentiri, quod quidam cogitant indo-
cti, alioquin & uulgares Muſæ, & nimis multi paſsim in triuijs Poëtæ eſſent, quorum cer-
tè rariſsimum ſemper genus fuit, ita ut præter ſolos Oratores, nullum rarius. quid ergo?
officium eius eſt fingere, id eſt componere atque ornare, & ueritatem rerum, uel mortali-
um uel naturalium, uel quarumlibet aliarum artificioſis adumbrare coloribus, & uelo
amœnæ fictionis obnubere, quo dimoto ueritas eluceſcat, eò gratior inuentu, quò diffici
lior ſit quæſitu. Enimuerò quis hoc neſcit, ab Homero ac Virgilio, ante alios elegantiſ-
ſimè factum eſſe. procede autem, teúe ad patientiam para. Medicinæ ſubiectum credo
ſit ſanitas, non ornatus, & Medici officium, non perorare, ut ego arbitror, ſed curare. &
qualiter quidẽ Hippocras cæteriqúe curauerunt ignoramus, niſi Galieno fortè diſcipulo
multa glorianti, fidem adhibere neceſſario cogimur. aut Aeſculapius Hippolitũ ſuſcitaſſe
credendus, atque ita per illum, nunquid Medici ſuſcitabunt, percuntati Prophetæ Re-
gio eſſe reſponſum, quæcunque tamen ſit, de antiquis opinio, quæ pro diſtantia tempo-
rum aut locorum ad libitum fingi poteſt, de his Medicis, quos unà nobiſcum, ætas una
fert regio, ſecluſis Arabum mendacijs, licet aſſerere, noſſe me aliquos diſertos, de reliquo
prorſus urbanum fuerit tacuiſſe. Neſcio enim, qua ſeu fortuna, ſeu electione culpabili,
cuncta melius diſcunt, quàm quod unicum profitentur, quorum efficaciam, in curandis
ægris mortalibus, certus ſum, nemo te melius nouit, nemo libentius argueret. nulli eſt
enim odioſior ignorantia quàm ſcienti. niſi uerò de te ita crederem, neque tantum te ama-
rem, neque te tanti facerem. ſiles tamen, id qúe non tàm magnanimiter, quàm cõſultè, ne
collegas tuos tibi reddas infenſos, tum profectò maximè, tuum eſſet, pro induſtria, non ſo
lum odia paucorum hominum, ſed totius orbis inimicitias conſtanter excipere, hosqúe et
increpare & arguere & clamare. Vt quid genus humanum fallitis? & abuſi crudelitate,
& inſcitia miſerorum, funeſta mendacia, pro ueritate uenundatis? atque ex homicidio, un-
de ſupplicium cunctis, nulli debetur impunitas, ſoli uos præmia indigna captatis. quã pul-
chrè iſta, quàm grauiter tuo ex ore ſonarent? ſed tu odium uitas, reliquos metus aut igno-
rantia mutos facit. ego unus clamo, nec audior, uulgus obſurduit, docti tecum litem fugi-
unt. Rei me ſuſpectum dicunt, quaſi de Conſulatu aut Prætura, aut de patrimonio, aut
offenſis aliquibus, aut ſtudijs ſimultatum, aut denique de re ulla, niſi de ſola ueritate ſit quæ
ſtio. Sic te tacito, me iam rauceſcente, reliquis conſopitis, aut certa conniuentibus atq;
diſſimulantibus capitalis error, radicibus creuit altiſsimis, & opinio ſolo inſitus, & ſarcu-
lo dementiæ uulgaris adiutus, & licentiæ ueteris impinguatus, irriguo, & præſcripto præ-
mio, ne dum impunitate laſciuiens. ego quidem, nam quid uerear, amico quàm Me-
dico, palàm loqui, hinc uerba Medicorum audiens, illinc curas aſpiciens, ſæpè in me-
moriam redeo, illius in Rhetoricis Ciceronianæ ſententiæ, qua de arte loqui facile eſſe,
diffinit, difficile autem ſecundum artem operari, quod ita eſſe, nuſquam clarius, quàm in
hac arte perditur. ita paſsim uerbis curant, rebus interimunt, ut in actu prorſus alij ui-
deantur. ab his qui uiſi fuerint in ſermone. nec minus ideò ô monſtrum horrendum, pu-
blica ſit loquentibus, ſic agentibus, fides eſt, & præter multa, quæ memoras, illud ha-
bet Medicina præcipuum, artium tutiſsima eſt, unus barbariſmus, aut facilis ſolœciſmus,
Grammaticum nudat, una leuis aurium offenſa, Oratorem uituperat aut Poëtam. Me-
dicus perimit, nec culpatur, nec perimere ſufficit, niſi accuſet, hunc frigus, hunc ieiunium
conſumpſit, hunc pomorum eſus, hunc aquæ potus extinxit. nemo ſine graui ſua culpa
moritur, nemo ſine Medici magna laude ſanatur, ſcis tu, me et ſi non grata quidẽ ſenſibus,
nec blanda, nec dulcia, uera tamen loqui, non ignarum tamen, quid ſit apud Medicum,
Medicis detrahere, ſed apud Medicum rarum, nobilemqúe crebris Medicis ac plebeis,
quod omninò non facerem, niſi cum è communi grege ſegregatum, unde egregij nomen

oritur scirem, & sæpè infamiam multorum ad unius laudem redũdare didicissem. ad quem loquor igitur, & qd loquor scio, neq; in hos scopulos inscius ueni, loquor rẽ auribus aspe-ram, inamœnam, animo aũt nõ ingratam ueritati, dedito non sectis, & nõ qd in opinioni-onibus, sed qd in re qualibet sic quærenti. cõtra Medicinam sanè, siqua est Medicina, nihil unquam dixisse reperiar, contra hos quidem Medicos dici uolũt, multa sæpissime. q; Deum testor inuitus facio, sed coactus rebus ipsis, optarem posse contrarium opinari, idq́ue mihi multò gratius futurum perfacilè cogitatu est, tùm quia nescio, an in ulla lecta studio-sorum hominum, amicos plures habuerim, sed omnis amicitia uerò cedit, tùm etiam pro-pter me. non'ne enim & ego homo sum mortalis, ac fragilis, & si corpore, non immortali-tatis capax, at certè appetens sanitatis? ad quam & nunc egerem, & sæpè per hos annos, sa no Medicorum consilio exuissem. at cum indigentia sæpe præsens fuerit, remedia fuerunt semper absentia, non præclarè autem promissiones, & uerba solantia, qua si mihi conso-latore moraliq́ue Philosopho, non Medico opus esset, cum tamen nõ uerborum cultus, & copia, sed effectus operum sit Medici, ut enim nulla medicina eloquentem, sic nulla elo quentia sanũ facit, nec sine causa naturæ conscius Poëta, q; mihi in omni huiuscemodi di-sputatione repetendũ uenit, medicinæ unitam artem dixit, quæ non solum loquax hodie, sed clamosa est. ego itaq; in infirmitatibus meis, uerborum quantum uolui semper, & plu-sculum, rerum nihil inueniens, euasi tamẽ hactenus, & cur putas, nisi quia nondum meum tempus aduenerat. Ex his autem & similibus mille, quæ transeo, ne ludus in Satyram de-sinat, iam ut reor uides, cur non ut de Grammatica Prisciano, & de Oratoria Ciceroni, de Poëtica Virgilio & Homero, sic de sanitate Medicis tuis credam, neq; hoc mihi insolen-tiæ ut ostendis, aut p̃sumptioni dederis, certus enim mihi uideor, quod quicunq; Medicus non pertinax, eo q́ue magis quò fuerit maior cum ad se redierit, & in suum cubiculum in-trogressus, clauso ostio, hæc quamuis auditu grauia ruminare cœperit, contradicet forsan exterius, intus autem, nisi se fallere uolet, uera fatebitur, repetens secum, quotiens & alio-rum spem illuserit, & à suo ipse artificio sit illusus. ad hæc ego non sine multis experimen-tis casu aliquo, sed maximis ducibus hoc iter ingressus sum, scis, non sum dubius, quid de uobis uir doctissimus Plinius Secundus scripserit, & sapientissimus Romanorum Cato ille Censorius, tanto ante prædixerit, quàm è Græcia in Italiam ueniretis, non curo autem inculcare notissimo. ad totam primam epistolæ tuæ partem, & ad id quod multis uerbis, ex me quæsieras, pluribus etiam est responsum. Ante uerò quàm ulterius progrediar, aduerto ne suspectum aliquid dixisse, et quod carpi possit, ab his qui nectendi laqueos in uerbis, artificio delectantur, quasi an Medicina esset, in dubio posuerim. quæ profectò à tot & tantis ingenijs nominata non fuisset, nisi esset aliquid. ego uerò & esse Medicinam, & magnum aliquid esse, non dubito, ut quæ sacris in literis à Deo creata. & in libris secula ribus inuentioni deorum immortalium consecrata sit, quod propter Apollinem filiumq́ue eius Aesculapium dictum est. Scio, quod si nemo mortalium supereſſet, Medicina ta-men, cæteræq; artes, nihilominus in seipsis essent, sed hæc artes, in abstracto uel solius in mente Dei sitæ, quid aut huius aut illius, seu corporis seu animi sanitatem, siue ornatum? non sufficit esse artes, ut hominibus prosint, notæ hominibus sint oportet. Qualiter au-tem Medicinam ipsis Medicis notam reor, intende animum parumper. non ego amice, sed res loquitur, dum præter infaustos ||euium ægritudinum euentus, ipsos passim Medi-cos uideamus, ita uiuere, ut suspicari liceat, aut hãc ipsam quæ Medicina dicitur, qualiscun que sit in se, inter homines tamen artem quandam esse, fallendi damno ingenti, ac peri-culo mortalium adinuentam, qua pauci ditarentur, multi periclitarentur, aut esse artem ue-ram, & utiliter excogitatam, sed à nostris minimè intellectã, uel si hoc tolerabilius dicitur, intellectam quidẽ, sed naturis hominũ, quarũ est inextimabilis & infinita uarietas, minime applicabilẽ. qd enim aliud relin quit, dũ de mille Medicinis una nõ proficit. multæ officiũt, & sæpè conficiunt, de his loquor, q; claro ueroq; utinam Physicæ cognomine gloriantur. Nam illos alios, quos Chyrurgicos dicunt, quibus solis mechanicorũ sordium, et infamiæ nomen

nomẽ impingunt, & in me & in alijs remedia optima sum expertus, & sæpè illos uidi, grauia uulnera, seu fœda ulcera, fomentis adhibitis, aut curare uelociter, aut lenire, nempè qd agant, uident, mutant. reliquorum cæca remedia, ubi unis hæsêre p̃cordijs actũ est, de quibus quid præterea suspicer, aut quid dicam? nisi quod extremũ uideo, esse artem, si sic uul-tis diuinam, quantis cunq; p̃conijs illustratam, euectam q; sup sydera, q; perstudiosè facitis, quibus promptius assentire, facto illam, quàm sermone laudantibus, circa hanc ipsam ta-men, Medicos dubitare, ideoq; forsitan quam uerbo laudant, obseruatione contemnere. quod si dicimus, quæ nam mihi uel alijs artis huius relinquitur certitudo, cum Medicis nul lasit, dicere enim quod scientes uolentesq́ue sibi noceant, non habet ueri faciem. quid ue-rò præter hæc restat opinabile, hac dico, quam nunc agimus ætate? nam de antiquis fortè aliter sensissem, si modo uera est fama, fuisse modicum. & nisi memoria me fallit, Asclepi-adem qui dicere auderet, si quis sibi per omnem uitam, nisi extremus, in senio morbus ob-reperet, nolle se medicum dici, & constanti usque in finem ualitudine meruisse, ut Medi-cus diceretur. quinetiam seu sponte seu fato quodam, plus aliquid præstitisse quàm promi serat, ut qui nec in mortem morbo incidit, sed ætate ultima, ex alto præcipitans interijt, nunc cum iuuenes passim Medicos ac robustos ægrotare, & mori uideam, quod sperare alios iubes. Ecce ne præsenti res exemplo egeat, quamuis plena omnia sint exemplis, mortuus est ille conterraneus meus, quem nudiustertius uiuentem, nunc, ô instabilem fortunæ rotam, ô artem incertam, seu inualidam Medicinæ è tantis opibus, tantaq́ue illius artis opinione, ut & ipse mortuos suscitare crederetur, non à me quidem, sed à multis su-bitò, ab hac luce digressum, prior epistola in testem meæ complexionis accurrat, & mor-tuus adhuc uirens, & corpore non præualidi hominis modo sed tauri. quid nunc dices? nescisse illum medicinam, nunquam sis dicturus, ne tibi uel fama uel ueritas contradicat. aut sanè medicina non succurrit morbis, aut medicinam ille contempsit, quem illa dicta-uerat. & sæpè illum fateor notum, ficubus, pomis ac cerasis, sic utentem, non ut homines ista comedere, sed ut fœnum rodere soleant iumenta. idem & in alijs multis animaduer-ti, mecum uerbo dissentientibus re, ipsa & mente concordibus, in eo maximè, quod illas atras ac tartareas potiones, quas cæteris de more porrigunt, sibi porrectas abijciunt, non hoc quidem ultimum insulsè, modò ad primum, non tàm prompti essent, proinde ho-rum quodlibet elegeris, non inuenies credo, cur Medicinam sic uereri oporteat, quasi sine illa non sit salus, cuius Princeps uel ab illa summis in necessitatibus deseri, uel illam de-serere uideamus. Miraris ne igitur ô uir docte consilium meum? q; putas ne me adeò uel natura stolidum, uel ætate delirum, ut consilij sic egens consilia sana respuerem? q; sed tàm multa inter ambigua certum aliqui discernere nesciens, quod nec illius artificij pro-fessores sciunt, incertus q́ue quid sequar, quid fugiam, quid apprehendam, cui hæream, totum anceps ac tremulum, & perplexum negotium illud exhorreo, meq́ue naturæ meæ, immò cœlestis auxilij finibus contineo, hoc ne arguis? q; si periculosi fluminis ad ripam, uadi nescius, cum me alter hac uocet, alter illac, interim uiæ duces mergi intuens, sub-sistam, aut scalmum operiens, aut pontem, siue omninò aliud iter quærens, irridebis, & non potius laudabis? q; an uerò parum iusta cunctatio mea est? q; an parum torrens uitæ hu-ius ambiguus? q; Parum crebra naufragia directorum, ducumq́ue nostrorum, de quibus quid aliud licet extimare, nisi uel ultrò fallere illos, uel falli potius, & nescire, quid con-sulant, cum uideam eos ipsos, qui thesauros de consilijs quæ ferunt, uel minus quàm cæteros homines consilijs suis uti, uel suis consilijs interire? q; ut adducar ergo Medicis cre-dere, duo sunt necessaria non suadere, & arguere, utrunque enim penitùs frustrà est, sed primũ, ut ipsi ante alios consilijs suis pareant, proximũ ut eis faustum sit, suis consilijs pa-ruisse, horum quodcunq; defuerit, uerba perdunt, quid igitur, si utrũq; ad credendũ non flector, eloquio, nõ mouear syllogismis? q; siqs Rhetor aut Dialecticus, me cornutũ pro-bet, putas ne pro explorandæ ueritate conclusionis, manibus frontẽ tangam? q; Video hic te tranquillà fronte, hæc omnia perlegentẽ, neq; irasci enim ulla re potes, quæ ab amico,

quǽue pro ueritate amica tua, dicitur, quamuis idipsum, quod dicitur, iniucundum quamuis & falsum esse, dum ipsi qui diceret, uerissimū uideretur, ut nunc mihi, cui nil uidetur uerius dici posse. ita rebus & non uerbis credo. At non sic amici illi tui, qui sententiam suam qualēcunq; , cuiuis damnosam, modò sibi utilem, mordicus tenent, eamq; sibi eripi implacabiliter nascuntur. Itaq; ante multos annos, dum fortè mihi in Gallijs tunc agenti, cū Papæ Medicis, quibus Cardinalium Medici fauebant, eadem hæc lis esset exorta, multis & uerbo & scripto hinc inde iactatis, tandem quæstione sepositа, in iurgia eruperunt, & nescio an ignari, quàm multa in me dici possent, in poëticam acriter inuehi cœperunt. cunq; ego subridēs, dicerem me mirari, quid ita, si quid à me læsi essent in Virgilium immeritum uindicarent, me enim quanquam poëticis olim iuueniliter delectatum, iam longè alijs curis intendere, & illi ira feruidi percontarentur, Quænam mihi ars esset, contra illam, à se esse docturos, ut liquidò appareret, non ueritatem illos quærere, sed uindictam. ego recordatus Paulini Nolani antistitis, Respondi artē me scire nullam, sed esse hortulanum. q; nunq; uerius dicere potui, q̄ nunc possum, Hortulanus namq; sum totus, & tu aduersus Pomonam deam peccas, q ab insitionibus arborū & herbarū cultu, hoc me distrahis sermòne. Et nunc omissis iocis, siqs serio ex me quærat, qd artificij habeam, respondebo: Nō quidē ut Pythagoras, q similiter inquisitus, cū se Sophon, id est sapientē dicere, quo cognomine primi illi septem usi erant, erubesceret, primus omniū, nominis huius inuentor Philosophū se respōdit, hoc est nondū sapientē, sed sapientiæ amatorem, q; tūc nomē humillimū, breui postea uehementer intumuit, nūc & tumidū & inanè est. His q illud profitentur, non iā sapientiam, sed ostentationē, & uentosas cōtentiones amantibus, hoc itaq; solum dicam, eius me artis non ,pfessorem, certè sed amatorem, neq; illam habere, sed optare, quæcūq; meliorē me factura sit, contrà quam qsquis dicere uoluerit, nō ille mecū bellū, sed cum uirtute ac ueritate suscipiet. Iam uerò ut ad libelli tui ordinē reuertar, illud quale est, Quod ad quærendam Medicis fidē dicis, illos plurimū laborasse. Enimuerò id ego nec nego nec fateor, nec scio, ut sit autem ita, si glorioſa omnia laboriosa dixeris, fatebor. si cōuerteris negabo, semper gloriam labor præit, sed non semper gloria sequitur laborem. an non maior nautæ uel agricolæ, quàm ducis aut Philosophi labor est, quamuis ergo omnis gloria laboriosa sit, sæpè tamē est labor inglorius. at q; sequitur, sic affecto, disputationem nullam esse posse cum Medico, & ipse etiam affirmo, atque ita si memini, præfatus eram, non me cū Medico disputare, sed ludere cum amico. At tu tamen congrederis propius atq; arctius, quando igitur, non me inflectit auctoritas, Medicinæ, mea me saltem ut tibi uidetur confessio captum tenet, tuisq; armis uinctus expugnor meis, res non noua, multi armis proprijs perijere. sic in montibus Gelboē Saul rex cum armigeri gladio perire non impetrat, suo ipse gladio incumbens perit. sic in ualle Therebinti Dauid Goliath prostrato, quia suum non habet, illius gladio caput amputat. sic ad Troiam, nocte illa ultima, Chorebus armis sese hostilibus instruit, & idem facere socios hortatur, atque ita armati, multos orco Danaum demittunt. sed quo'nam tandem precor, modò meis armis, de me mihi uictori parta est? quia scilicet fassus sum, quod negare nequeam, si uelim, & mutari indies, et mutam esse tàm ætatem quàm naturam meam. Quid hinc probas, mutata natura, & uiuendi modū mutari oportere. quis hoc urget, nisi mortalitatis & imbecillitatis immemor. at qui ego, & ita factum in me dixi, & dico iterum, parua'ne tibi hæc mutatio uidetur, quod cum florida ætate, mane, meridie, uespere, horis omnibus, aquam puram ad satietatem bibere solerem, nunc semel serò tantum moderanter illam haurio, idq́ue non medicinæ consilio sed naturæ? quæ quisquis ego sum, solers ipsa, quid expediat, nisi fallor intelligit? & si hodie appeteret quod olim, in his dico, quæ nō essent honestati atq; animæ aduersa, morem illi gererem, recolens illud Catonis apud Tullium. Natura optimum ducem, tanquam Deum sequimur, eiq; paremus. parui ego naturæ, & parerem semper, nisi maioris obstaret imperium, non Hippocratis scilicet, sed Dei. Quid prætereā? si uidebam illa ætate prima acria & acerba, uel tale aliquid, accensus complexionis igne currebam, & de ramis poma

poma luctantia rapiebam, atque ædebam, nunc illa præteriens, uix oculis aspicio, & repetens transacta subrideo, mecumq́ue tacitus dico. ò mutabiles res humanæ. quid quod nonnunquam solitus, totis diebus nihil aliud edere quàm poma & pira, & ficus & persica, nunc ante uel post cibum, aliquid horum sumo semper delectationi gustus modestiæ frena substringens? non quia mihi id suggerit Galienus, sed consultrix mea natura mea, quæ dum sana est, iam nil noxium nouit appetere. ex hoc fonte illud etiam prodit, quo me ut iaculo impetus fatali, ut de sex illis, q̄ mihi certè scio, fidelissimè cōsulis, tria tātū patienter obedienterq́ue suscipiam. quod pace sit dictum tanti amici, tantiq́ue physici, non tàm tuo, uel cuiusquam consilio quàm illius facio, quæ non sine causa mouetur, in homine præsertim iuuenilibus passionibus expedito. Vbi sanè Medici cum interna illa infallibili consultrice concordant, non inuitus illis gratificor, pareoq́ue in reliquis non ita. & idcircò alia illa tria, ceu iniquas pacis conditiones libera contumacia recuso. & malo cum Medicis immortale bellum. quàm iugum illud collo subeam. quomodo enim fructus bonos maturos, & salibus incoctos abijcerē? quia fortè non placuerint Hippocrati. quales ego aliquos noui, admodum dissolutos, alios sobrios ac modestos, qui pomorum nec odorem nec aspectum quidem ferrent. Vidi ego Romanæ ecclesiæ Cardinalem, uirum autenticum et grandæuum, ita cotonea execrantem, ut quotiēs uel unum aspexisset, subitò faciem eius sudor angustiæ & luridus pallor inuaderet, eratq́ue de hoc cura familiaribus, ne quo tali turbaretur occursu. Vidi alium in domo Clementis *VI.* R. P. quem coæui iuuenes, rosa unica per totum illud ingens hospitium persequentes, cuncta ludo & fragore complerent, Sic illi rosæ odor inuisus erat, ut fama esset, cum si fuga alia non pateret aliquotiens per fenestras, siue undecūque prosilientem, graue uitæ periculum adijsse, cum tamen haud facilè dixerim, an rei cuiuspiā alterius, quā pomi illius floriscq; huius odor gratior usquam sit. quid aūt suspicemur, nisi quod si duo isti fuissent auctores Medicinæ, suis in libris coto nea rosasq; damnassent, utq; eis fides esset ab omnibus exegissent. sunt hæc amice, non iuditia sed naturæ uitia, ac defectus, non posse pati, quibus alij omnes iure optimo delectentur. sunt alij ex diuersò, qui omne quod delectat prædicent, & extollant, quibus pro ratione sit gustus. qualem ego noui, nisi fallor, tibi quoq; cognitum Ioannē Permensem in Ecclesia illa Concanonicum, & confratrē meū, qui qualiscunq; esset, in reliquis medicinæ, magnum sibi nomē, nō in patria sua solū, sed in Romana curia inter illos Satrapas, in q; illa Medicorū turba et colluuione peperat, ita ut primus, aut inter primos numeraretur. hic poma omnia, cōmuni Medicorū more uituperās, sicus solas nō permittebat modò, sed laudabat, et scis causam, quia reliquis offendebatur, harū estor erat eximius. Si ad ista respicimus, alieno uiuendū nobis erit appetitu, ego aūt possum forsitā sperare, & tecū hac in re, & in alia cum Hippocrate concordiam, quando nec tu poma condemnas, & ille aquæ potum, ut tu scribis laudat. modū tamē in utroq; requiritis, quē & ego, nō in his magis, q; in omnib. & requiro, & laudo, ita ut nihil absq; illo, q̄uis bonū benè fieri cōcedam, de quo ergo pugnamus? miror ut qd hæc repetenda crediderīs, ad q̄ & supra satis, ut puto, & priori etiā respon sum erat epistola. Non esse hanc pomorū scilicet, neq; aquæ infamiam sed excessus, primis adhuc ergo uersamur in terminis, & quod ueteri prouerbio prohibemur. Actum agimus. Viden' ut hasta & gladius contra me, de meo prolatus armario, nec clypeum hunc penetrat, nec loricam, ut sis uictor, aliunde tibi arma sumenda sunt, atque alijs cotibus acuenda. Sed emergunt ecce de transuerso, nouæ contentionum causæ. cum enim illis tribus, quæ nociua dicitis, carere in perpetuum sim paratus, cur non idem in tribus alijs sim facturus, quæris, quasi uerò, cui unum aliquid crediderīs, cuncta credere sit necesse, Quod si in illis Medicos sequerer, forsitan non iniustè quæreres, cum esset in reliquis, ut & tu putas eadem ratio, & consultor idem. At cum illud mihi natura suadeat, ut dixi, si quæritur quid in his aliud seruem, respōdeo. noli hoc à me quærere, sed ab illa, quæ mihi in illis aliter, quàm istis usq; nunc consulit. cui si fortè quod non credo, idem in his quoque consulere cœperit, aut iubere parebo, illius Ciceronis immemorabilis dicti memor.

quid est enim aliud, Gigantū more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Restat quod minimè euenturum suspicabar, de ieiunio iterum disputare seu ludere, ubi quasi, quod dixi, posse me omnia in eo, qui me confortat, irridens dicis: Nescio, in quantum medicus, an & credis Deum omnia posse? & ieiunium & omni carentem cibo uno, sanum modo, sed immortalem facere? te autem secundum medicinæ regulas loqui, secundū quas impossibile iudicas, ut ieiunans sanus sim. ergo amice uide, quantum opinione differimus, uix sine ieiunio sanitatē sperē, equidem nihil benè sine Dei adiutorio fieri posse arbitror, & idcircò id dixi, quod in omni licet parua re dicerem, in hoc tamen nullum Dei singulare miraculū exposco, quid esset, si absq; cibo uiuū diu, aut quomodolibet immortalem faceret, sed simpliciter, & si nō secundū medicinæ, at secundum naturæ & cōsuetudinis meæ leges, ieiunare possum, & ieiunaui à puero semper, & ieiunabo dū potero, & potero dum uiuā. nō addo aūt sanus. quotiens enim sanus esse desiero, ieiunare non tantū potero, sed compellar. Nihil in eo statu cibi capio, ipse me morbus alit mœsto fateor alimento. Tu de ieiunio ac de pomis, & de omnibus ita mecum agis, quasi unus sim, ex illorum grege, de quibus uulgò dicitur, quod nesciunt se satis comedisse, nisi dum uentrem dolent, adhuc perstas in partitione cibi, quam sententiam nō Medicorum modo, sed uoluptuosorum omnium sciebam, tuam certè non noueram. nunc ut uideo, & doleo tua est, se ad hanc quoq; in epistola altera, quid sentirem dixi. Quicquid Medici diffiniant, ego crebram comestionē, nec corpori utilem arbitror, nec honestam moribus, non oportet sæpe gulam irritare, sæpe cum uoluptate luctari, anceps enim & lubrica, utque ait Cicero, uncta luctatio est, in qua cibo uincì solitum, se iam senex fatebatur Augustinus, dum ut suis utar uerbis, hilarescens infœlix anima, obtentu salutis, obumbraret negotium uoluptatis. Satis est semel in die, huic mancipio seu iumento animæ dare operam, quamuis magna pars hominum, immò quod mœstus dico, omnes ferè homines calcitrantem, & indomitum hunc asellum, omni studio infertiant, & impinguent, famescente anima, cuius ad obsequium deputatus erat, quamq; uel ut peregrinam cogitant, & quam uel nesciunt uel oderunt, quasi nil sit homo aliud, quàm corpus, cum sit tamen scriptum: Mens cuiusque is est. quisque non ea figura, quæ digito demonstrari potest. Vos habetis Aristotelem, cui de anima loqui concedendum, ut magistro Cicero ipse ait. Sed nec ille, nec uos aliud quærere uidemini, nisi quid sit anima, quæue animæ passiones, & diffinitionibus contentari iussam, cogitis esurire, toto nisu, circa hoc caducum & putre corpus incumbitis, nobilissimum ut uos dicitis subiectum, quale autem uerè quisque in se, nisi amens & sui oblitus intelligit, idque ipsum utinam benè fieret. Nihil amplius à Medico requirendum dicerem, sed quàm benè fiat, & dixi hodie, & sæpè olim plura fortè quàm quietis atque ocij, sed non plura, quàm ueri studio conueniret. Id sanè quod materiali cōcludere uis exemplo, ut sicut paruo igniculo, sic senili stomacho, nō simul multa sed carptim cōcoquenda (utor uerbis medicinalibus recogente) & digerenda mandentur. probare eget minimè. quid ad propositum tamen? tu multum ætatis imitaris, argumento, ego enim illam quàm plerique dissimulant, aut negant, quos & legimus & uidemus, in populo de minuenda ætate pertinaciter concertantes, non aliter quàm si possit mendacio mors differri, apertè ac ueraciter sum professus. sed an nescis, quosdam anno quadragesimo, quàm alios sexagesimo seniores, non omnibus una est senectus, quia nec una omnibus uita est. Possem plebeis exemplis affluere, sed delector illustribus. non legisti, quàm fragilis & nullarum uirium Africani filius adolescēs fuit, cum eodem propè tempore Cato senex, & Masinissa rex, nonagesimum agens annum, solidis uiribus essent, & magna laborum patientia. Tu in me quidem annos numeras, complexionem uerò non ponderas, oportet autem ad multa respicere, qui libratam uult proferre scientiam, hoc te, (parce oro) meis in rebus paululū à recto calle diuertit, neq; enim est dubium uelle, immò cupere te curare, neque illud Ciceronis ambiguum, Medicos eausa morbi inuenta, curationem inuentā putare. sed hic labor, hoc opus est. quid enim aliud tui fidelissimi cōsilij retardat effectum, nisi q̄ tu ætati calida adhibes remedia, & sic annis cōsulis, nō mihi cū omnes meæ

meæ corporeæ passiones, a calore nimio oriantur. Intellectū est hoc sæpe, nunc̄ q̄ clarius q̄ præsenti anno, cū te hic fama mei status, illic flāma priamoris, in hos montes coēgisset, ut nisseteque tecum ille uir insignis elegantiæ, & tibi animo & professione conformis, & nomine, mihi autem per te primum cognitus, iam que amicus, quantus enim subitò ad me ingressos habuit stupor, quod ætate hac, is ex me calor erumperet, uix in adolescente credibilis, ut thalamus penè omnis arderet. Ego autem quamuis febre & sopore obrutus, nihil ferè loqui possem, interiectiones tamen admirantium audiebam, ipse nihil admirans, cui noui nihil acciderat, tollit enim cunctis ex rebus consuetudo miraculum. gelidā quidem, ut in plurimis senectus ac fragilis. quidam tamen senes & calidi & robusti, delector illustrium & antiqua & recenti memoria. Vidi Romæ Stephanum de Columna, uirum omni ætate mirabilem, qui cum ad annum octogesimum propinquaret, & eo spectante fortissimi iuuenes ludis exercerentur, equestribus, essetq; ibi hasta quædam infamis, quam nullus ad eum diem non dicam fregisse, sed flexisse potuerat, atq; ipse iocans iuuenibus ignauiam exprobraret, & primogenitus eius uir, & ipse militaris ac strenuus respondisset. Facile quiescenti est, pater, è fenestra de laborantibus iudicare, & mirantí uetera, more senum irridere præsentia. generoso impetu descendit, Nūquid & nos uiros esse creditis. secum ipse uociferans, & ascēso equo qui proximus steterat, stimulisq; ad acto, hastam illam manu rigida correptā, in plurima frusta comminuit: multo cum spectantium, filij ante alios horrore. Ego me robustis nunquam miscui, dum robusta etiam esset ætas, nunc fragilibus misceo, sanis uerò hactenus me miscebam. neque adhuc dum mediocriter ualeam, fragilitatem ullam stomachi sentio, uellem de reliquis partibus idem posse dicere. Nunc quod uerè possum dico, sanus Deum testor, nunquam cibum potūue aliquem mihi nocuisse perpendi, quod quidem meminerim, si uel semel contrarium perpendissem, quo sum animo, illis in perpetuum abstinerem. At non sentientem forsitan me læserunt, fieri hoc quidem, & contrarium fieri potest, hoc enim nec per meipsum scio, nec cui credam habeam, cum quotidie cæterorum audiam querelas, hodiernum prandium, hesterna mihi nocuit cœna, uinum hoc, aqua illa me læsit: mihi horum nihil penitùs, nisi meos forsan angores, me melius sentiat Auicenna Quod si crederem, optarem hercle semper, & sensu & stomacho caruisse. multi se formosos putant, cum deformes sint, quod & faciem ipsi suam uidere non possint, & libenter sese fallant, & ab alijs falli optent, et fallantur à speculo. At quis nisi torpens penitùs, uel exanguis, non sentiat dū ægrotat, grauí præsertim ægritudine, qualem stomachi esse perhibent qui probarunt? Audiui, q amisso oculo interrogatus, ab illudentibus, Qualiter sibi esset? respondebat, Medicus me uidentem dicit, ego mihi uideor non uidere. Ego autem sicut æger nulli sanum me dicent, sic sanus nulli ægrum affirmanti credam, Igniculus quidem meus, potens est, sibi commissa percoquere, pluscq; aliquid si necesse sit, at plus interdum potuit. non contendo, sed plus illi committebam, quia plus appetebam. Iampridem in me appetitus rerum ferè omnium imminutus est, habeoq; & ipse cū Catone senectuti magnam gratiā, quæ ut uides, mihi sermonis auiditatem auxit, potionis & cibi substulit. Neque tūc tamen, neq; hodie stomacho, nisi quantum pati possit, & semper minus aliquid committo. Et quamuis de hoc, regula nulla sit certa, eò quod cibus idem uni nimius alteri exiguus scit, ut scis Aristotelem in Ethicis dicere, & exemplum ponere Milonis Crotoniatis athletæ, cui cibus diurnus magnus, & integer bos fuisse traditur, eumque aut grauatum, solus ad uesperam comedisse, cibus tamen meus. & si multis fortè fragilioribus nimius futurus communi more hominum, semper naturaliter ad modicum uergit, & hunc ipsum angustare potiùs, quàm laxare studui, & si ausim cum amico, sed in domino gloriari, raro unquam, ex quo uiriles annos attigi, uel ab hac frugali & modica mensa mea, uel ab amicorum seu principum conuiuio, nisi esuriens surrexi, neque unquam ieiunij prætextu, die illa mihi largius indulsi, quamuis fortasis, in crastinum condimento prídianæ famis, alacrius aliquanto comederim, itaque cum religiosi etiam ieiunantes, duplici ut ipsi uocant uti soleant, pulmento, absit, hoc semperque abfuit à me, nunquam amplius

amplius quàm unico & modico usus sum. & quis unquam crederet, me tã multa de cibis & stomacho locuturũ, sed ad Medicum sermo est, maiora licet meritũ & dicere & audire, dico autem hæc fidenter, quia me uera loqui scio, nempe pro inani iactantia, sed pro patrocinio ueritatis, ea dicere quæ libentius non dixissem, sed gloriabundus potius uideri eligo, quam ulla tibi suspitio nasci queat, sub honesto nomine, inhonestum aliquid me moliri, alioquin non ieiuniumi, sed ingluuies est, licet enim minus malum sit semel quàm bis, me tamẽ transiluisse utrumq; tamẽ est malũ. Instas aũt & cõtra ieiuniũ, & cõtra reliqua sententiæ meæ partes, debereme consentire Medicis, in his saltem, quæ natura ipsa suadeat, corpus humanum è contrarijs constans, uariabile, atque passibile, & sine intermissione uariari. quis de hoc unquam dubitauit? Non egeo persuasore, neque tamen hoc medicis, sed naturæ credo, immò nec idipsum credo, sed scio, quanta de hoc prius ad te scribens dixerim. Meministi, & quantò plura dici possint, sentis, si probatione res egeat, quæ per se ipsam, heu, nimis omnibus manifesta est. id cogitans, & quasi chyrographum meum tenens, ac iam uictor exultans, & planè uirilem physicum, non scholasticum puerilem, qualibet nũc utuntur, clamores nostri, quibus pleni sunt uici omnes & plateæ, qui nec loqui sciunt, nisi disputent, nec disputare possunt quia nesciunt, nec quod erat optimum tacere didicerunt. Itaque quod est pessimum clamant, irascuntur, insaniunt, syllogismum in me torques, & mutata in quis siue annis, siue alijs ex causis natura, simul mutari debet uitæ regimen, hoc non ego. Mutata est autem natura tua, tum ætate, tum morbo, hoc si uelim negare, non potero, quod confessus sum. urbanè autem facis, & grauiter, qui non infers stomachosum illud ergo Parisiense & Oxomiense, quod mille iam destruxit ingenia, sed quid ais? Ex his, quoniam te ut scio syllogisticè argumentationis forma non latet, quid inferatur, necessariò, meridiana luce clarius uides. Video planè, clarè uideo, sed nonne & tu uides, frustrà te extorquere uelle, quod ultrò conceditur. Mos est iste Cæsareus de quo dictũ est,

Concessa pudet ire uia.

Certè si epistolam meam primã relegis, & si hanc legis, inuenies me in uitæ regimine immutasse, sed in illa parte præcipuè, quàm maximè mihi natura suggerit immutandam, Cur non ergo in alijs idem facio. Iam dixi, & sæpè ijsdem interrogatiunculis pulsatus unum repeto, Fac ut idem illa suggerat, prorsus idem faciam. & hoc pro responso sit alterius, sedeo dem redeuntis instantiæ tuæ, qua probare uis, si una in parte mutatio facta est, fieri eadem in omnibus debere, quod si ita dicis, quasi omnia æqua sint, & non dãnosum, ac proficuum altero magis alterũ, & omnino in rebus ingens differentia. Velles aut nũc & tu syllogismũ mõtanũ ac rusticũ audire, secũdũ naturæ mutationẽ, ꝙ ab initio fassus erã, mutari uitã etiã oportet. Mutata est autẽ natura mea, & eatenus mutata est uita. non expectas, ut inferam. Obtemperatũ igitur imperanti seu naturæ, ut ego dico, seu ꝙd tu asseris Medicinæ. Ad hæc mutata est natura in quanto, non in quali, calidissimus enim fui, non iam calidissimus, sed adhuc calidus sũ, aqua est frigidũ elementum, & poma sunt gelida, cõtraria uerò cõtrarijs curari, medicorũ ut audio uox est, quamobrẽ sicut his fuit, aliquando profusius, sic nunc partius est utendum. utrumq; autem factũ est. quid sequatur nosti. Animaduerti autem in epistola tua, uideri me tibi pertinacem ualde, in defensione aquæ & pomorum, cum mihi magna pars Medicorum, pertinatior in eorum accusatione uideatur, quodq; egregius foro, sine ulla prorsus ratione uel causa. nolo alium quàm te testem, nam cum satis rem discusseris, quid in his mali, quid non optimum reperiretur, nisi excessus? quæ hic aquæ, quæ pomorum culpa est? quid huic Medicorum odium? quid úe hanc merentur infamiam amplius quàm falsam? sed illi amici Medicorũ sunt, nolunt eos infamare, rectèi d quidem, modò non infamarentur immeriti. sic amicis enim amor est debitus, ut omnibus iustitia debeatur. quid autem inter uos & illas uolucres, tantam fecit amicitiam quærere, & mirari soleo. Sed fortassis à Phasíde Colchorum fluuio, unde nomen acceperunt, Iasonia, ut fertur, in Græciam puppe trãsuecti, & distantia chariores (auget enim rebus pretium difficultas) de gente in gentem diligi, & laudari cœpere, atque inde famosi ad externos, ac sequentis æui Medicos peruenêre, sed nulla affectio uerum mutat, quamuis sæpè illud oppugnet.

oppugnet. quantumuis phasiani uestri cari ac dilecti nobis, quãtumuis in se boni, si excessum addiderim mali erunt, immò non ipsi, sed excessus malus, sic de pomis, sic de aqua, sic de alijs. Sed de aqua, quia tu locũ hunc curiosius attigisti, quid aliud sim scripturus, quàm quod scripsi? propè enim unum dicimus, cũ pugnantia dicere uideamur. Scio quod aquæ potus ubi modum excesserit nocíuus est corpori, sed quid uini potus? tu nocentiorẽ etiam non negas, immeritò. aqua enim corpori potest obesse, uinum sæpe animæ nocet & corpori, quanquam tu quod miror, inter uini laudes, in quibus nollẽ te esse tàm sedulũ, calorem augere illud dixeris, quod mihi necessarium non esse, ne quicquam dico, de hoc sanè & quàm multi melioribus sæculis, benè sine uino, pura ex aqua uixerunt hodieqúe uiuant, quippè cum aquam natura pepererit, uinum gula. Egisse uideor abundè, quem tu locum cautissimè disputator, uelut inaduerteris præteris, ut ignarus quanta sit aquæ, ut sic dixerim, maiestas, si uini paucis bonis, multis malis ac pessimis effectibus comparetur, sed hanc quoq; ut dixi temperabo, non inuitus temperabo, inquam, non omittam, nisi cum uiuere & bibere desinam, hos terrestres potus, qui quandoq; sitim acuunt, quãdoque leniũt nunquam tollunt, & ibo si cœlitum datum erit, non ad illud, deorum nectar fabulosum, sed ad illud fontem aquæ salientis, in uitam æternam. quàm qui biberit, amplius num sitiet, interim his de fontibus, moderanter aquam bibam, uinoq; utar modicè, non quia id utile, sed quia sic oportet, inter ebrios, quorum uita non in sanguine, sed in uino est. alioquin ut ferocem, & inhumanum hominem me uitabunt. Tu autem sic habeto, quod nisi rex noster & Deus noster *IESVS CHRISTVS*, cuius uita omnis exemplar lucidũ boni est, nostris quas, excepto peccato, in se suscepit omnes infirmitatibus condescendens, his usus fuisset, nunquam ego diuinitatem eius testor, ex præsenti proposito meo, aut uinum biberẽ, aut carnes ederem, spernerem hæc tanquam potum, grauemq; cibum, non Pythagorea, sed Christiana deuotione, nec audirẽ Medicos utrunq; laudantes, quorum ego miror obstinatam peruicatiam, quid ita? & si non studium modestiæ, at non saltem pudor, ab his indignis laudibus literatos homines dehortantur, & si dijs placet, audiendi sunt, de hac re etiam Arabes laudatores. Nunc uerò bibo & edo, ut cæteri nec tamen laudo, sed consuetudine rapior, ad id etiam quod non probo. Vnum antequàm desinam te obsecro, ut ab omni consilio mearum rerum, tui isti Arabes arceantur, atque exulent, odi genus uniuersum. scio Græcos fuisse olim ingeniosissimos ac facundissimos uiros, multi inde Philosophi & Poëtæ, maximi & Oratores, & Mathematici insignes, Medicorũ principes, illa pars mundi genuit, Arabes uerò quales Medici tu scis. quales aũt Poëtæ scio ego, nihil blandius, nihil mollius, nihil eneruatius, nihil denique turpius, & quamuis animi hominũ, alij ad alia proniores sint, ut tu tamen dicere soles, in omnibus elucescit ingenium, & quid multa, uix mihi persuadebitur ab Arabia posse aliquid boni esse, uos autem docti uiri, nescio quo fragilitate animorum, magnis illos, & ni fallor indebitis præconijs celebratis, usq; adeò, ut audisse meminerim, ab illo cuius modo mentionem feci Ioanne Parmensi, audientibus alijs Medicis, dictum q; firmantibus, quod si quis Latinorum Hippocrati etiam par existeret, loqui quidem posse, nisi Græcus tamen aut Arabs scribere non auderet, & si scriberet sperneretur. quod dictũ non modò, ut urtica meũ cor inusit, sed confixit ut subula, & quantò profundius confixisset, si illi fortè studio datus essem, certè ad abijciendos codices, dolor ille sat uirium habuisset. Nunc uicem doleo Latinorum antè alios nostrorũ hominum, quibus si ille uerum dixit, turpi diffidentia præclusum est iter ad gloriã, præreptum q; illud Laberij, qui ait:

Laus est publica.

Ergo post Platonẽ atq; Aristotelem, de rebus ad omnem Philosophiæ partẽ spectãtibus, Varro & Cicero scribere ausi sunt, post Demosthenẽ de rebus ad eloquentiam pertinentibus, Cicero idem, post Homerum Poëticè scribere ausus est Maro? & uterque quem sequebatur, aut attigit, aut transcendit, post Herodotum & Thucydidem T. Liuius, & Crisp. Salustius historias conscripserunt, & illos à tergo quàm longissimè reliquerũt, post Lycurgum & Solonem leges q; duodecim tabularum, nostri iurisconsulti, de tàm paucis granis,

granis, in sulcos Græcorum ingeniorum parcè adeò effusis, legum ciuilium, tàm opimam messem, in horreum Romanæ Reipublicæ congesserunt, ut in eo studio facile ostenderent se uictores, post Mathematicos Graiorum scribere noster non timuit Seuerinus, Post illorum quatuor theologos, nostri totidem sic scripserunt, ut sine contradictore superauerit, post solos Arabes scribere non licebit; denique Græcos & ingenio & stylo frequenter uincimus, & frequenter æquauimus, immò si quid credimus Ciceroni, semper uicimus, ubi annisi sumus, quod si uerè de nobis in comparationẽ Græcorum tantus ille uir dixit, multò fidentius in comparationem omnium aliarũ gentiũ dici potest Arabiculis, ut uos uelle uidemini, duntaxat exceptis, ô infamis exceptio, ô uertigo rerum admirabilis, ô Italica uel sopita ingenia, uel extincta. singulariter ingenium tuũ fleo, his angustijs circunseptũ. Hæc extra propositũ onerosa & amara profuderim, ad te credo, & ad finem propero, Nimis impetum sequor, & si noris, quot & quàm diuersis interim premor curis, stupeas, absiste autem mihi, de præterito, aut fururo experientiã obiectare ut solens, & probare uelle aquam, poma, ieiunium uel fuisse uel futuras esse, mearum causas ægritudinum. si hoc nempè probaueris uictus sum, tolle digitum, reddo arma. Sed nec probasti hactenus, nec probabis ut spero, sicut ego contrarium, non tàm possum probare quàm credere, non nocuisse mihi ista sed profuisse, excessum uerò non horum potiùs, quàm cunctarum rerum, cunctis hominibus nocuisse, & nociturum esse non sum nescius. Et ad summam, si ut ais Hippocras aquam laudat, tu mihi aliter Hippocras, uel siquid est Hippocrate maius, apud Medicos, pomis ac fructibus es amicus. Ego excessum quod sæpe repeto, ut uel semel audiar, in omnibus reprehendendum dico, quocunq; te uerteris, restat inter nos lis sola ieiunij, cuius quidem ita tibi persuade, nullus potest esse finis, nisi cesseris, quod sine ullo dedecore sis facturus, est enim laudabilis uerò uinci, quàm mendacio uincere. Et certè quæcunque sit uerior, mea saltem honestior causa est. Ecce autem pedetentim, unde digressus eram redij, Ieiunium nempè sancta res est, & animæ utilis ac salubris & corpori, studiosis uerò boniq́ue aliquid agentibus, securè dicam necessaria, seu deuotionis studium sit, seu negocium literarum. neque enim de athletis aut fossoribus agitur, aut de his qui pedibus Sitioniam baccam terunt. profectò autem non decet uirum sobrium & castum, suum uas incorruptum cum honore seruantem, aut uirum magnanimum ingentia molientem, aut uirum doctum & sublimia meditantem, sæpè & multum ad mensam sedere, & hoc breue tempus, ac labile, æquis portionibus cum uoluptate partiri, quodq́ue comessationibus superfuerit, aut gerendis rebus, aut orationi aut philosophiæ dare. Absit hoc à moribus nostris, immò contrà, quod illis super est, refectioni corporeæ tribuendum. non enim corpus hoc ad dominium, sed ad seruitium animæ natum habemus, & sicut seruus domini, sic corpus animæ reliquijs uesci debet, & contentari. unum nunc etiam locus hic recipit. Quotiens putas interfuerim colloquijs transalpinorum principum, & præcipuè Prælatorum, ubi de moribus nostris sermo incidit: Sensi illos inter alia mirari, quosdam quoque uituperare, cœnas Italorum, de quibus in reliquis extimationes claras atque magnificas concepissent, idq́ue eò magis indolui, quò eorum iustam redargutionem, & Platonicæ sententiæ consonam intellexi. nam & ille epistola sua quadam, ad architam Tarentinum, cœnas mensasq́ue arguit Italicas. Sed tanti Philosophi reprehensionem facilè sim laturus, quo autem animo, quantoq́ue putas audiam dolore, nos à barbaris sobrietate superari? neque uerò me fallit, ut olim apud maiores nostros Romanos, ueteres dico, usus non fuerit prandiorum, unde Poëticum illud:

Hæc eadem labente die conuiuia querit.

Et quid corpori utilius Medici disputent. audiui enim eos, ut in multis, ita etiam hanc in quæstionem discordes certè rebus agẽdis, quibus Romani antè omnesediti erant, opportunius rear ad uesperam distulisse, dies enim actui idoneus, nox intempesta & inactuosa est, & refectioni aptior & quieti. Neque enim cœnam nisi prandio superingestam arguo, sed Medici per manus opiniones sibi mirabiles ac syluestres tradunt, & à stipulanti-

stipulantibus gula, & uulgò unus aliũ docet, nihil peius esse ieiunio. Et miraris & dicis te nescire, neq; audisse unquam consilia Medicorũ, diuinis aduersa esse consilijs, seu contraria diuinæ cõditioni. Miror autem ego non minus, talem uirum non audisse, quæ lippis & tonsoribus nota sunt, qa quæ displicent pigris semper auribus hauriũtur. Nolo tibi autem mõstrare ubi quæras, q; inuentũ doleas, sed si q̃ris inuenies. in multis quidẽ à diuinis consilijs discordaris, ut qui corpus tantũ, hostem animæ atq; ergastulum cogitatis, in ieiunio præsertim. Eat uerò nũc quisquis duras habet ungulas, & extirpet errorẽ tot radicibus sub sistentem. & ô utinam ego te, qui me à ieiunio diuertere niteris, possem ad ieiunium fando cõuertere, & uelles Medicinã, hac saltẽ in parte dediscere. crede mihi, uictũ te gauderes, præter occulta namque quàmplurimam corporis atque animæ commoda, unum certè oculis, antequàm elaberetur, sumpto in manus speculo, uideres te uiuidius coloratum. Pro indè ut hæc tria, de quibus bellum gerimus recolligam ac perstringam, nitar ego sobrietatem in medio positam, adipisci, si extremorum alterutro pereundũ est, malim aqua pallere; q̃ uino rubere. malim pomis laborare, q̃ carnibus, exhaustus q; ieiunio, quàm distentis crapula perire, erit saltem purius, erit honestius cadauer. iamq́ue de insolita & prorsus aliena materia satis superq́ue certatum est. quod cum alio quocunque ex his, qui Medici tantum; & nil amplius sunt, nunquam in animum mihi uenisset, ut facerem, iam solito magis lites & discordias abhorrenti. nam quis æquo animo uideat, sua omnia uastari, seq́ue erepto unico palliolo nudum linquiq; quis nõ ad iram adq́ue ad odium atque ad arma prosiliat? quod patenter quondam, cum illis expertus sum Papæ Medicis, quorum suprà memini. Ex te autem tale nihil uereor, cuius scientiæ diuitiarum, leuis accessio Medicina est, quam licet olim, ut sæpè multi, artes alias iuueniliter sis professus, penè tamen absque illa modò, qualicunque iuditio maior esses, ac ditior. Itaque uelut opulentissimi Patris familias & amici fines, latiq́ue ruris sterilem angulum securus ingredior; & proculco obstantesq́ue rubos falce reseco, propè cupiens, ut tui esse desinant, qui te his implicitam à cultu arui fœlicioris impediunt & auertunt. Vtcunque res cassura sit, interim dum tu bellum instauras ego adero. sæpè congressus bellantium, & præsentes uultus sequestri pacis & concordiæ fuerunt. Facilè forsitan dum ultrò citroq́ue acies instruitur, pax erit, licet enim aliter atque aliter tu à Medicis, ego adeò, ambo tamẽ unum uoluimus, ut quodcunque scilicet uitæ restat, sanus degam, quo uita ipsa sit lætior, longiorq́ue, quanquã cum diù siquid est hic diù distulerimus moriendum sit. Vale Euganeo in rure, febricitans scripsi, ut tantisper febris obliuiscerer. xv. Cal. Decembris.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIBVS, Liber XIII.

FRAN. PETRARCHA NICOLAO MARCHIONI Estensi Ferrariæ domino, S.

Consolatoria super fratris morte.

HEu mihi duro nimium & uiuaci, ergo ego infœlix, & sinistro natus sydere, in hac misera et fugaci uita, tandiu ideò reseruatus sum, ut lætum aut dulce nihil sentiens. tristia & amara cuncta perpetiar, ad hoc solum uiuo, ut quotidie amicorũ & charorum mortes audiam, utiq; ait Satyricus multis in luctibus, inq; perpetuo mœrore & nigra ueste senescam; per omnem uitam flendo fatigatus. nullius deinceps hominum mortem flere decreueram, idq́ue & professioni meæ debitum, & ætati rebar, sed nimis ad uiuum tangit dolor,

dolor,heu Vir clarissime. amissimus immò præmisimus, tu fratrem amantissimum atque optimum,ego dignitate dominum mitissimum,charitate filium obsequentissimũ,qui nullis omnino meis meritis,sed sola sui nobilitate animi, me ut nosti,sic amare dudum cœperat,nec tantũ amare,sed colere,ut ego ipse & gauderem uehementissimè,& mirare non minus,unde illa tanta dilectio,tantaque ueneratio in tanta status, atq; ætatis imparitate.solet enim illa ætas hanc fugere uel horrere,ille uerò non ita,memini neque unquam obliuiscar, neque obliuisci debeo,ut hoc ipso anno,dum Romam petens,casu illo terribili retardatus apud te,quo me sors mea,in hoc saltem placata detulerat,qui mei curam, non quasi alienigenæ paruiq; hominis,sed ut magni cuiuspiã uiri,tuo de sanguine suscepisti,dura & graui,& ut publicè creditum fuit,ultima ægritudine laborarem,quibus sermonibus,qua pietate,quo uultu, per singulos dies,ter aut quater ad me uisendum illa fœlix & benedicta anima ueniat.quas mihi assiduè consolationes,quas oblationes,quæ lenimenta doloris afferebat,uoce illa humili ac benigna,ut præ gaudio, & suæ admiratione uirtutis, meum ipse incommodum uix sentirem. Sileo è longinquo salutationes amicissimas,sileo nuncios,cum muneribus, & munus omne uincentibus, suauissimis atque honorificentissimis literis ad me missos,quod est summum, dico floridum adolescentem moribundo,sic astare senículo,hei mihi,non credebam,nec credibile erat ipsum ante me mori debere neque accidere potuisset,siquis esset ordo rerum humanarum. Accidit autem, quia nullus hic ordo est,nulla constantia,nulla stabilis aut certa iucunditas, sed confusio & labor & dolor & gemitus, à quibus nulla sors hominis, nullæ opes,nulla liberat altitudo. damnum quidem tuum,nostrumque omnium,qui te illũq; dileximus, neque dissimulo,neque uerbis imminuo. Magnum profectò rarumque & eximium uitæ decus,ac solatium ad tempus amisimus,quod non flere etiam ad tempus,& desiderare non possumus,sunt tamen & magnis angoribus inuenta remedia,de quibus agere non breuis epistolæ sed libri materia sit ingentis. Vnum hoc temporis breuitate sufficiat,siquidem pro nobis dolemus , occurrit Ciceronianum illud, semper in his casibus repetendum . suis incommodis grauiter angi, non amicum sed seipsum amantis. si autem propter illum uanus est dolor, non solum quia irreparabilis est euentus, sed etiam quia faustus utique illi est, audebo enim dicere, quod uerum credo, quia fratri tuo nihil mali, immò multum boni accidit. quamuis enim oculi nostri illum anxiè requirant,illi tamen proculdubiò benè est, tàm nobilis animus, tàm mitis atque innocens uita fuit, ut sperari de eo aliud non possit. uiuit ille, qui mori oculis hominum uisus est, immò nunc uiuere incipit, hæc enim ut sapientibus placet, quæ dicitur uita mors est, uiuit, inquam & cum creatore suo, cumque angelis eius, ac beatis sanctorum hominum spiritibus, æuo fruitur beato, ereptus mundi periculis & ludibrio fortunæ. neque si reditus pateat reuerti uelit. gaudet enim laborem permutasse, cum requie, cum securitate formidinem, cum fœlicitate miseriam . Nam licet & dum nobiscum erat, fœlix uideretur , uerè tamen nemo hic fœlix, ut doctissimis uisum est,fœlix ergo ille, nos miseri dum hic sumus. quocirca mœrère hoc eius euentu uereor,ut apud Ciceronem ait Lelius, ne inuidi magis quàm amici sit,& ille quidem nunc, ut mea habet opinio recordatur nostri,suosque omnes in quibus,quia ita sibi placuit, ego me numero sed in primis tantum talemq; Germanum,quem semper unicè dilexit,eo nunc amat ardentius,quo æterno propinquior est amori. non sumus enim, Deo gratias, de illorum grege,qui putant animas cum corporibus interire,in nostra igitur, & nostrorum morte immortalitas animæ,& resurrectio corporum,nos solantur, quarum prima consolatio etiã Philosophis fuit.altera nobis est solis,de quibus si impetũ atq; ardorẽ animi sequi uelim, longus ero. sed nõ possum,uires enim mihi corporeæ nullæ sunt,neq; enim, postq; à te,& ab illo, heu, ultimũ discessi,ullus mihi sine grauib. morbis actus est dies,itaq; uix hæc ipsa pscripsi. Cõfido aũt de sapientia & magnitudine animi tui,q; & hũc casum,quo tibi iã nullus acerbior euenire potest,& humana omnia,alta & inuicta mente tolerabis, & ingruentem sensibus tristitiã,insita leniens uirtute, in omnibus diuinæ cõfirmaberis uolũtati, & tecum in silẽtio cogitabis,

cœlestem prouidentiam,à qua tàm multa & tàm grandia recepisti,tibi hoc nũc, licet amarum gustui,bonũ tamen,& cõsideratis mundi malis,salutiferũ forsan & optabile tribuisse. Hæc tibi manu tremula,humentibusq; oculis,statim scripsi, cum hac ipsa hora, ad me rumor mœstissimus peruenisset,ita ego æger,tristis,desolatus,cõsolari alios nitor,ꝓinde siccandæ lachrymæ,comprimenda suspiria, calcandus dolor,hoc excellentiam tuam decet,quæ si uera est,nihil illi arduum uidetur. Positi in excelso estis ò principes dominiq; terrarum,ut exemplo alijs sitis,uos oculi omnes intuentur,omnes aures audiũt, linguæ omnes loquuntur, omnes uestri actus & uerba pensantur,enitendum summo uobis est studio,ne plebeiũ aliquid,aut uulgare loquamini,nequid depressum atq; humile sentiatis,sed magnifica omnia & excelsa,ne uos ullis impulsib.fortuna deijciat,nec inclinet quidẽ, quæ in uos,quò maiores estis,eo sæpe maiori accingitur apparatu,frustrà autẽ hoc inter homines fastigium possidetis, nisi sereniores & altiores animos,cæteris hominib.habeatis,laboriosum fateor,sed uera gloria,& magnus honor,siue multa industria, & magno non quæritur labore,hic loquendi utinam & dolendi finem facio.Sperãs te,quod posceris tua sponte facturum, utque ita sit, affusus ego, & omnes qui tuum nomen diligimus,obsecramus. Christus consolator optimus,te soletur,& conseruet in gratia sua, Arquade Nonis Augusti mane.

Fran.Petrarcha Philippo De Maserijs E Q. Aegiscyprij Scribæ, S.

Communis amici mortem lamentatur.

FOntem lachrymarum,de mœstissimi animi scatebris,per hos oculos erumpẽtem, tua simul excitauit & compressit epistola,tàm uariè meũ quocunque tibi libuit cor egisti, ut clarum faceres,quod à disertissimis uiris accepimus,omnipotentem ut sic dixerim esse facundiam,ita meum & totius Italiæ graue damnum,& irreparabile mihi in oculos ingessisti,quod nisi confestim asperrimo uulneri,leuissimam Medicinam , docta manus adhibuisset,facilè imbecillem spiritum,& cõfixum abditis aculeis,dolori dolor abditus extinxisset.Quis enim non dicam,tanta amicitia & affinitate coniunctus,tot obstrictus meritis, sed quicunq;,nisi hostis humanitatis,nostri Iacobi obitum , effuso gemitu non lugeret? ereptum terris hospitem uirtutum,unum ex paucissimis,qui iam nostro æuo superãt,& in ipso flore ætatis extinctum,nostræ decus priscæ specimen militiæ,uerè quidem,nõ me fallit amor,& si ualdè amẽ,mors illius mœsta eclypsi militiæ lumẽ pressit. nam qs illo uerior miles,aut quis rectior,quis innnocentior,quis iustior,quis pro uarietate rerum animosior ac mitior, & humilitati magnanimitas,& magnanimitati iuncta stupebat humilitas,insolitæ simul habitare.claritatem sanguinis morib.illustrabat,quem natura generosum fecerat,uerè uirtus nobilem faciebat,perfectumq;,et undiq; perpolitum,ne uel sibi ulla militaris laus uel nostro uirtutum inopi sæculo , quod de Demetrio suo ait Seneca, aut exemplum aut conuitium deesset.Fuit quem excelso calle operum,multi ad gloriam sequi uellent , pauci possent uirtutem illam heroicam,etiam hostes uenerabant,& qui eum oderant.illam odisse non poterant,boni illam amabant,mali mirabantur,habet enim uirtus hoc insitum,bonos in amorem sui,malos in stuporem trahi.talis ille uir fuit,nihil prorsus illi defuit,nisi uita longior dicat aliquis.ego autem nullam breuem uitam dico, quæ profectò uirtutum munere functa est,non refert , quanto in spatio pretiosa explices,nec thesauro pretium auget arca ingens,nec imminuit angusta . illius uitæ tempus additũ,uobis profuisset,atque omnibus quibus ille uel carus fuit,uel utilis ad exemplum,sibi autem,ad quid nisi ad periculum ac laborem? Omnia perfecit, quæ ad ueram gloriam pertinerent , plura facere poterat, non maiora. ea fuit in iuuentute grauitas,in grauitate iucũditas,in iucunditate seueritas,in seueritate clementia. Ea demum uirtus in animo, in proposito constantia, in consilio acumen,in præsentibus circunspectio,in futuris prouidentia, in conuersatione suauitas, in uerbis fides, in rebus atque actibus industria, cum amicis charitas , cum hostibus leue odium atque placabile,cum superioribus obsequium,cum subiectis humanitas,cum omni genere hominum iustitia.nihil illo leuius inermi,nihil durius armato, nil ad iram tardius, nil promptius ad ueniam,ut qui nunquam nisi pacis studio bella susciperet. Dulce mihi

& amarum est, multa de illo, quem dilexímus, immò uerò quem diligimus tecum loqui, & si de quibusdam ignauis potentibus, quidam longas historias texuerunt, opulẽtia admirati, quantus de hoc liber texit, queat ab illo præsertim, cui nihil uiri huius incognitum sit. Sed hinc calamum luctus frenat, illinc tu mihi materiam abstulisti, sic perstringens eius laudes, ut prolixius fortasse aliquis, laudari melius, certè ac uerius nemo possit, fœlix ille tali stylo tantoq; laudatore, fœlix tali subiecto stylus tuus. ille quidem & uirtute sua clarus, & eloquentia tua adiutus, diu uiuet, immò proculdubiò uiuet semper, cum illo apud quẽ fons uitæ est, & hic quoque per famam uiuet, denique in memoria æterna erit iustus, proinde uicissim ille de tuo testimonio, tu de illius præconio nomen nobis clarissimum quæsiuistis. Quem tu enim stylo non ornaueris, & quem stylũ ille suis in laudibus, non disertum fecerit? gratias tibi non meo tantum nomine, sed bonorum omnium, quia quod nec ego ita, nec ut puto alius potuisset, laudum eius agrum uberem, ingenij tui acuto & lucido uomere coluisti, & suarum florea prata uirtutum magni amoris pijs imbribus irrigasti: ut multa equidem ac magna præteream, à te scripta magnificè ac fideliter enarrata, unum præterijsse noluerim, quod quoniam mihi aures animumq; te loquente mira suauitate promulserat captare nunc geminam grata repetitione dulcedinem, meus est. ò fœlices igitur oculi tui, qui uiderunt, quæ ab illo uiro ante non multum tempus apud Alexandriã gesta sunt, fœlix ille etiam, an licet expediens esset, & ab adolescentia exoptatum dissolui, & esse cum CHRISTO. prolongatus est tamen uitæ modus, donec illa perageret, quæ & spectãti desuper res humanas cœli domino grata essent, & per omnes terras, fama celebri uulgarentur quæ & nostra ætas memoraret, & posteritas comendaret, quæ demum & tu lachrymis scriberes, & ego flens legerem, fœlices quoque aures tuæ, quæ audierunt fortia illa, & salubria & gloriosa consilia, quibus si creditum fuisset, hodie quantum ego arbitror, & Petrus inclytus Cypri rex, indigni uir exitus, sed sacræ memoriæ uiueret, neque in conuentum malignantium & manus impias incidisset. & nunc forsitan sub eodem Petro rege tuo, militans Iacobus frater noster, nec dum fato functus, ut quem pius aleret labor, sanctumq; exercitium uegetaret, immò quidem regi æterno ambo pariter militantes, per orientem ac meridiem CHRISTI nomen attollerent, & Christianitatis fines, atque imperium prolatarent. iamq; non tantũ Alexandria, sed Memphis & Antiochia & Damascus, & Babylon Christianorum essent, CHRISTI nempe sunt omnia, nec Deus noster bonorũ indiget nostrorũ. nobis quærebatur, & quæsitum nobis, quicquid id erat, & nobis amissum est. CHRISTO enim præter cor humanum, quod unice cõcupiscit, nihil dari potest, nihil eripi, nobis, inquã, paucorũ uirtute, quorũ tu etiam pars fuisti, illa nobilis ciuitas data erat. nobis multorum seu ignauia seu perfidia erepta est, nec minus pudoris attulit, amissa quàm capta decoris attulerat. Sed sic eunt ferè res mortalium, raro sanum cõsilium contradictore caruit. Ita dum in suam quisq; libidinem, non in commune bonum nititur, quotidianum in cõcilijs malum, melior pars, maiore & numero ueritas uicta est, uicit auara barbaries, uicit uilis amor prædæ, uicit interrumpẽdæ paululum metus uoluptatis, uirtus nuda & incomitata succubuit. Itaq; onusti præda, ad quam sola uenerant religione simulata, oneratiq; autem obrutiq; dedecore abierunt, omisso, neglecto fidei negotio, quo ne scio, an ullum glorioſius ab auorum memoria cogitatum sit, hæc hactenus. unũ antequàm desinam, attingendum est, & tuæ probatissimæ fidei testimonium perhibendum. Tu quidem uir egregie, amicum è medio sublatum, non solum lingua & calamo affectum, animi testantibus, dulci pietate prosequeris, sed superstites etiam natos, memori charitate complecteris, bonam utique tequé rem dignam agis. neq; mihi neque cuiquam suorum dubitatio ulla est, quin talis amici filios tuos ducas. cuius enim radix est propria, & rami proprij sint oportet, fuit uir ille usquè in finem tuus, neque ut auguror unquam magis, quàm nunc est, quando scilicet inexhausto summi amoris fonte perfusus totus est charitas. Certè Dauid rex filio Ionathæ, à quo dilectum se fuisse meminerat, quamuis persecutiones multas ab illius patre perpessus, sese prebuit indulgentẽ, & Massinissa rex Numidiæ propter memoriã Africani totam progeniem Scipionum miro usque ad ultimam coluit senectutem.

Sed

Sed iam satis est frenabo impetum, alioquin nullus erit flendi modus, tu me fletu madidum flere uberius, tu me fletu exhaustum, fletum comprimere docuisti. in dolore tibi parui, cur in consolatione non paream? consolabor, quia tu iubes, & quia necesse est. Stultus est enim luctus longior & lugenti damnosus, & illi inutilis qui lugetur. non committam, ut propter meam multiplicem miseriam, illius morte contractam, lætam illam fœlicemquè animam gemitibus amplius turbem meis suarum iã uirtutum laurea coronatum, de uitijs atquè inuisibilibus hostibus in arcu æthereo triumphantem. Tu uiue, & defuncti & superstitis memor. Vale, Patauí pridie Nonas Nouembris.

Fran. Petrarcha Ioanni Aretino, S.

De sua origine.

IGnoti hominis, sed noti nominis epistolam libẽs legi, fuit Ioannes alter Aretinus, quoque, cum quo longa mihi usq; ad illius uitæ exitum, ac fida semper stetit amicitia, Ioannis igitur Aretini ad nomen, in auribus meis, olim crebrò dulciter solitum sonare, longo uelut è somno experrectus, caput atque animum erexi, grataq; mihi cari capitis memoria renouata est, in hoc altero Ioanne delectauit me fateor nobilis indoles, & senilis in iuuene caniquè styli grauitas. Sed super omnia hic affectus, & hic amor erga hominem nescio, an aliquando uisum, ac certè non cognitum, qui profectò tantus esse non posset, in te aliqua meæ uirtutis opinio decepisset. error ingens, sed honestus, & tua præsertim ætate laudabilis, quosdam nempè nonnunquam falsi nominis sono ac splendore excitos, relictis à tergo quos pro ducibus sequebamur, ueram perduxit ad gloriam. optas & optando oras, ut familiaritate mea sterili quidem, & unica te digner epistola, quã te, ut thesaurum sanctasquè reliquias seruaturum spondes, ad tuum, ut ais, tuæquè posteritatis longum decus. non sum amice, unde hoc speres, paucorum est, ut nosti quibus scripserit famam dare, horum ego de numero non sum. quomodo enim alijs dem, quod mihi nondum tanto studio quæsiui. scribo tamen, non ut te glorificem, sed ne spernam, & scribo inter angustias, magno rerum circumuallatus exercitu, quod ut tibi sit gratius, iam me temporis penuria parcum facit. Non hoc tamen impediet, quominus ad id tibi respondeam, quod tàm obnixè flagitas, an scilicet Aretij natus sim, id enim te auguror audiuisse, & ita hoc quæris, quasi magnos hinc titulos quæsiturus patriæ, & clarorũ certè hominum origines, terras, in quibus orti sunt, per se licet ignobiles ornant fateor, atque nobilitant. De Homero quidem dubitatio uetus est, & multis indecisa lis gentibus, dum una quæque illum sibi uindicat, & tanti ciuis gloriam ad se trahit, ad quod constat, sic nascendo Pythagoras quidem Samon, Brienem Bias. Miletum Thales, Abderam Democritus, Clazomenas Anaxagoras, Calcedonem Xenocrates, Eleam Zeno, Stragirim Aristoteles, Lesbum Theophrastus, & ex nostris Arpinum Cicero, & qui tunc Andes dicebatur, inopem & angustum Mantuæ uiculum, Virgilius, Tagastum Augustinus, Scridonem Hieronymus honestauit. sed neque aut horum ego rursus, ex numero sum, aut patria tua, ut sit nobilis unius cuiusq; hominis eget auxilio, quàm ab ipsis Romani imperij primordijs, inter tria Etruriæ capita numeratam legimus. Quando uerò tàm anxiè me rogas, plus etiam aliquid, quàm interrogas respondebo. non solum ergo Aretij, sed in uico intimo ciuitatis illius, qui Hortus uulgò dicitur, heu flos aridus, & fructus insipidus, natus satus què etiam fui. Florentinis quidem parentibus, sed in exilium actis, ea scilicet tempestate, qua meliorem partem expulit, qui creber nostris in urbibus mos est, nostriquè naufragij partem alteram, Bononia altero pio gremio fouit Aretiũ. addam huic historiæ, quod haud grauatim ce lecturum spero. Anno igitur iubileo Roma reuertẽti, atq; Aretio transeundi, quidã nobiles conciues tui, qui me comitatu suo dignum censuerunt, dum extra mœnia urbis adducerent, ignarum me per illum deduxerunt uicum, atq; inscio, & miranti domum illam ostenderunt, in qua natus essem, haud sanè amplam seu magnificam, sed qualis exulem decuisset, dixerunt què inter multa unum, quod apud me, ut Liuij uerbo utar, plus admirationis habuit, quàm fidei, Voluisses nonnunquam dominum domus illius, eã amplificare, publicequè, prohibi

tum.ne quid ex ea ſpecie mutaretur, quæ fuiſſet, quando hic tantillus homuncio, tantuſq; peccator intra illud limen, in hanc laborioſam & miſeram uitam uenit, proinde illa digito tui ciues oſtendunt, pluſq́ue aduenæ præſtat Aretium quàm Florentia ſuo ciui. ſed hæc & alia grauiora ferenda eſſe fortiter, ſcio, & amara dulcibus penſanda, quamuis illa præponderent, & ſic facio, cum pro alijs multis, tum pro hoc uno nominatim deo gratias agens, qui hunc mihi animum & hāc mentem dedit. Habes quod quæſiſti, occupationem & tarditatem meā, tuæ precis efficatia. Reliquū eſt, ut ſi amicitiā noſtrā cupis, non me deinceps uidebitis, & non meis laudibus oneres: quod mereor facito, ne me unge, ſed pūge, ſcinde, iure, increpta, non ætati debitum, ſed uitæ prona eſt materia. Nemo ad talia non diſertus fuerit, Auditum tibi meum nomen, audita & uitia ſint oportet, indignum laudare irritus, & magnus eſt labor, denique ſi me amas, cum alijs de me ut libet, mecum ut poſtulo, & ut te meq́ue patiter dignum eſt. Ne tu uiuo mihi perangerycum cane, ſed Satyram. Vale Arquade inter colles Euganeos *v.* Idus Septembris.

Fran. Petrarcha Ioanni Aretino, S.

DEſiderium recularum noſtrarum alte tibi inſitum cerno, nec me ideò doctum, ſed tepidum noſtriq́ue amantem noſcendiq́ue auidum reor, dicis te habere epiſtolas meas multas, uelim omnes, et maximè correctas habeas. neque unquam per me ſteterit, idq́ue ipſum, & de alijs uelim. Ad hæc cuncta noſtra uulgaria, & ſiquid eſt Poëticum collegiſſe te ſperas, ſed id mihi difficile eſt creditu. Cæterum illis ante alia neceſſariam eſſe correctionem exactiſſimam ſentis, quæ à diuerſis ut auguror hiſq́ue nec intelligentibus mēdicaſtiſſunt aliquot præterea libelli, qui te forſitan delectabunt, ego certè tuam indolem ſtudiumq́ue, meis uigilijs adiutum iri, ſi qua ſors tulerit gaudebo; hæ hactenus. epiſtolam tuā rure abiens dimiſi, neque ſat memini, an quid aliud reſponſi indignum attuliſſet. Vale & inſignem Rhetorem, uirumq́ue optimum Petrum noſtrum, ut ſaluere iubeas quæſo. Parauí, *IIII.* Nonas Ianuarij.

Fran. Petrarcha Donato Apennigenæ Grammatico, S.

Artium errores uitandi eſſe.

LIterulam tuam, fili, ſimulq́ue munuſculum recepi, pyra ſcilicet, qualia nulla quidem ut arbitror tellus fert, niſi Italia magna, ut Maro ait, parens frugum, utrunque mihi pergratum fuit. nolim tamen hanc te curam amplius inſumere, uis fortaſſe ueſtigia patris tui ſequi, qui mihi quod habet, quodq́ue non habet libentiſſime largiretur, bene quidem feceris, eum in omnibus ſequendo, nunquam eo duce à recto calle uirtutis aberrabis, habes enim patrem, adhuc tibi forſitan, propter tuos annos incognitum, ſed cognoſcunt eum alij, quorum ego ſum unus, illum ergo ſequere. illum cole, illum obſerua, illi crede bonum te ad portum diriget, neque deſpicias, quia non eſt Medicus, aut Dialecticus loquax. Philoſophi enim ueri nulli uſque, dialectici autem paſſim multi ſunt, eſt certe, qui adoleſcentiæ tuæ paſſionibus medeatur, & falſas opiniones, quibus illa ætas abundat, ferarum falce conclusionum reſecet, teneriſq́ue præcordijs, ueras inferat ſententias. eſt mihi crede tuus genitor uir bonus, & literatus & prudens, & ut breuiter dicam. Eſt quod, ait Flaccus, ad unguem factus homo, tuiq́ue amantiſſimus ſuper paternum etiam amorem quamuis tibi forſitan, interdum aliter uideatur, nam neq; blanditiæ patrem decent, neque proſunt filio, & ſi uerò, te illum in omnibus alijs ſequi uelim, in hoc uno nolim. neque enim à te iſta, neq; à tua facultate, neque à tua ætate requiruntur. ſtude modo, & uiriliter age, teq; ipſum attolle alis ingenij ſtudijſq;, inq́ue hoc patrem non tantum ſequere, ſed tranſcende, uinci enim à te cupit. magnū iter acturus es. nihil ut ait Comicus loci eſt ſegnitiæ, neque ſecordiæ, de artibus, ad quas te contuliſti, elice quod tibi utile, quodq; animæ moribusq; tuis ſalutiferū experiris. reliqua ut uenenum abijce. Non loquor ſine cauſa, amor tui & parentis loqui cogit, non illarum artium profeſſores, ab infantia uſque ad id tempus, ætas tua tenera eſt, atque flexibilis, et omnis impreſſionis capax, multæ ibi ſunt ſpinæ, multi laquei, multi unci, qui facile imbecillem leuemq; animam arripiant, atque obtentu ſcientiæ à pietate detorqueant.

queant. Multa ibi ſunt deuia, multa inextricabilia, quibus inſcriptum ſit, hac itur ad cognitionem rerum uariarum. qua qui pergunt, ueniunt ad ignorantiam creatoris omniū. Blandiciens ferox terminus, de promiſſa luce ad tenebras peruenire. iter hoc ſæpe inaduertens, anima iuuenilis ingreditur, & credula omnium & cupida. Eſt enim non inficior animis noſtris, & præſertim nobili præditis ingenio, diſcēdi ſciendiq; dulcedo quædam inſita, ſed rationis imperio moderanda. Multa ſunt enim que neſcire ea demum ſcientia ſumma eſt. habet ars ferè omnis boni aliquid, uis diſcretionis exigitur. Caue igitur fili, nunc dum tempus eſt, antequàm impliceris, eoq; peruenias unde non redeas. Spero quidem de tua indole, quod ſupra ætatem ſcies, reiectis uanis apparentibus, exiſtentia ac menſura decerpere, ut fias non uentoſus diſputator, ſed realis artifex, & ad ſummam talis uir, qualem pater tuus, & ego & omnes, qui te diligimus expectamus. Cura ut ſis doctus & ſi potes Philoſophus, quod eſſe aliter nō potes, niſi ſapientiam ueram ames, uis eſſe ſapiens ac doctus, eſto pius, amator ſcientiæ, ſed uirtutis magis, amicus Ariſtoteli, ſed amitior CHRISTO ſine quo fundamento, quicquid ædificas proculdubiò ruiturum eſt. CHRISTI aūt inimico eſto hoſtis Auerroim, & lege illum Pſalmi locum: Abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum & quæ diuinus ibi loquitur Auguſtinus. illud quoq; tibi perſuade, & in pectus tuum quanto potes altius demitte, quod niſi ualde te amarem, & ualde tibi metuerem, iſta non dicerem. neque uerò quia ſim doctior, ſed quia ſum ſenior te moneo. Narrabis tamen hæc, cum primum poteris patri tuo amico meo, & ſi conſilium meum probat benè erit. alioquin fac quod iubet, qui te genuit. Vale.

Fran. Petrarcha Romano rhetori, S.

TVa prior epiſtola, quæ ſerius ad me uenit, tui mihi nominis nouū peperit amorē, delectatus ſum ingenio, delectatus ſtylo, & quod minimè ſoleo iuuenilibus blanditijs atque affectu iſto, tàm uehementi, qui nullo ignoti hominis ex merito, ſed è ſola amantis pietate proficiſcitur. Senis amor, in adoleſcente ſignum optimum, Romana denique delectatus origine, qua nulla ſub cœlo clarior, aut fuit, niſi fallor augurio aut futura eſt. adde, quod haud quanquam ſilentio obruendum erat, quia epiſtolæ auctor illius opus eſt magnanimi & inuicti Pandulphi, quo nil carius habeo in terris, altera autem epiſtola, ingentē mihi metū attulerat, ac mœrorē ſuper morbo graui, atq; ancipiti Petri noſtri rhetoris tui, & amici mei optimi. quē enim tāti uiri caſus, ad lachrymas, nō moueret, niſi hoſtis eſſet ſciētiæ ac uirtutis? Ita ſanè mihi perſuadeo, neminē eſſe mortaliū, qui me magis illū amet, quē profundius ſua tangat aduerſitas. cōſternato equidem mœſtoq; animo, & humentibus oculis epiſtolam illam legi, atque ilicet ut iubebas, iubebat & pauor meus, mentem, uultū, uocem manus ambas ad cœlum tollens, orauí boni ominis auctorem, ne adhuc uirum mundo utilem eriperet, neu me hoc uitæ ſolatio ſpoliare, neque me illi, ſed illū mihi ſuperſtitem æterna fatorum lege decerneret. Id enimuerò ſæpè me peccatorē in amicis alijs, ſed heu, uota ſæpè irrita, fuiſſe mœſtus memini. in hoc autem, & ſi ego precator indignus, quia tamen preces in ſe dignæ ſunt exauditum iri ſpero, eoq; maximè, quod multæ interfluxerūt dies, & nil noui audio, neque uerò talis uiri obitus famam publicam, neq; illa aures meas, ad nil aliud nunc intentas fallere potuiſſet, uiuit ergo, ut auguror Petrus meus, & ut diū hic fœlix, tandem in cœlo ſemper fœlix uiuat, CHRISTVM precor. At tu illum ſolare meis uerbis, & ut ſpes feſſas erigat, atque humana ferre ſciat humanitùs, admone, poſtremò mei memorem ſaluere illum iube & Vale.

Fran. Petrarcha Matthæo Iongo Archidiacono Lacodienſi, S.

De utriuſque ſtatu.

ERat fortè dies feſtus, ac ſolennis quem mihi ſoleniorem fecit, ac lætiorem tuarum ad uentus ſubitus literarum dies, inquam, qui ad ueſtigia ſaluatoris adoranda, reges olim ab oriēte perduxit. nunc ad me prædulciter ſalutandū, mitiſſimas talis amici literas, ab extremo attulit occidente, uidentem omnia CHRISTVM teſtor, uix tale aliquid lætius poteram audire. Multos enim iam per annos, de te certi nihil audieram, cum facies tua, ſem-

per his affixa præcordijs inhæreret, quã inde diuellere, nec locis, nec temporibus, nec fortunæ unquam licuit aut licebit, dubitabam tamen, & humani more animi metuebam, præcipuè postquam Mediolano abij, & amicus meus quidam fidissimus, Pergamensis, rebus abijt humanis, qui uoti mei conscius, sæpe me de tua uita ac salute certiorẽ nũc uerbo, nũc literis faciebat. quãuis autẽ nos mortales natura protulerit, ut neque immortalitatem sperare, neque mortem metuere debeamus, mecum tamen ipse recogitans, præter te & reuerendissimum Philippum, olimdum in curia quæ Romana dicitur, uersarentur Caualli. censem, nunc Sabinensem Episcopum Cardinalem, nullum mihi iam eorum, quos à iuuentute dilexerim superesse, non poteram, fateor, non timere, de utroque sollicitus, de te autẽ eo sollicitior, quo incertior, & damna mea metiens, atq; dinumerans, crebroq; suspirans in silentio dicebam. ò quid agit nunc ille charus Pater & amicus tuus. ò si uiuit & uestitur aura ætherea, ò si bene secum agitur, ò utinam uiuat, & ualeat, nec me solum in hac miseriarum ualle destituat. Nunc gratias Deo, de quo timui, iam gaudeo, & exulto non uti uum modo illum, sed incolumen audiens. Fecisti optime ut soles omnia, qui breui epistola, longa me sollicitudine liberasti. De meo uicissim statu, si status dicitur assiduè labi, de quo in parte tuarum literarum ut scriberem postulasti, breuibus accipe, sum animo per CHRISTI gratiam quieto, satis ac tranquillo, & iuuenilibus nisi fallor pridem passionibus expedito, cẽtemptor magnus omnium, qui miratur humanum genus, familiariter tecum, sed in domino glorior. quia licitum mihi spero, Corpore diu sanus fueram, hoc biennio infirmus, & sæpe pro mortuo habitus, uiuo tamen ad huc quantulusc ũq; sim tuus ut soleo, in reb. alijs penè omnib. sic est mihi, ut erat quãdo ultimũ me uidisti, ex quo si ritè numero, hic quartus & uigesimus annus est, tẽpus uitæ, propè ne dicã absentiæ lõgũ satis, potui equidẽ altius ascẽdere, sed nolui, omnis mihi altitudo suspecta est, mãsi ergo in humilitate mea, id utilius credẽs atq; iocũdius, & ad summã, nulla re fermè auctior sum, quã fui, nisi tot, annis & aliq̃t libellis. mallẽ scientia ac uirtute, nulla re imminutior nisi ualitudine, prospera & amicis, quos mihi quàmplurimos paucis annis, dura mors rapuit, patientiam q; meam uehementer exercuit. Aliquandiu Venetijs moras traxi, nunc sum Patauij in ecclesia residẽs, Fecit Deus, inscio me, ut tempestiuè admodum inde discederem, instante inter has urbes, hoc grauissimo quod nunc sæuit bello. futurus ibi suspectus, hic sum charus. Magnas tamen partes temporum rure ago, nunc etiam, ut semper solitudinis appetens & quietis, lego, scribo, cogito, hæc uita, hæc delectatio mea, est, quæ mihi semper ab adolescentia mea fuit. mirũ tàm iugi studio, tàm pauca, tanto in tempore didicisse, de reliquo aũt nulli hominum inuideo. nullum odi, & quod antè longissimum tempus scripsi, nullum despicio, nisi me, nunc multos despicio, primum me. Fuit igitur prima ætas mihi, tumore atq; errore iuuenili contemptrix omnium, præter se, media autem grauitate uirili, sui solius contemptrix, hæc ultima libertate senili, & suijpsius ante alios & penè omnium, nisi quos uirtus clara contemptui eximit, rarum genus. Ad hæc nullum ualde metuo, nisi ualdè amem, nihil ualdè cupio, nisi bonum finem, turbam famulorum, uelut hostium fugio, fugiturus omnes si liceret, id ne liceat, ætas atque fragilitas efficiunt. Visitatores nullo usquam secessu, nullis latebris fugere ualeo, honorificum uitæ mex tædium ac laborem. extruxi mihi in collibus Euganeis, paruam quidem sed decoram atque honestam domum, ibi reliquias uitæ, qua datur, in in pace exigo, & defunctos & absentes, amicos tenaci memoria animiq; ulnis arctius semper amplectens, singulariter tui memor, tui cupidus si qua sors sineret. Neue quid te lateat, mearum rerum sæpe per hos annos à Romano Pontifice atque imperatore, quin etiam à Francorum rege, alijsque principibus multa cum instantia, ac sæpe magna, nescio quidem cur, quodue ob meritum, sed quod magis reor, fato quodam euocatus, æquè omnib. hactenus surdus sum. contrà multorum enim sententiam, si expediens arbitror libertati. sed nimis te detineo. parce oro, & Vale Patauij ad uesperam Epiphaniæ.

Fran.

Fran. Petrarcha Pandulpho Malatestæ, S.

De sua ualetudine afflicta.

EPistolam tuam uir clarissime, plenam tuæ illius antiquæ mũdo quoq; iam notissimæ charitatis, ante nõ multos dies acceperã, dũq; & alijs ex causis, & ut tibi opportunius responderem dimisso rure, ubi libẽtius multo, quã in urbibus habito, Patauum redijssem, tibiq; placiturũ certus erã, de mea salute anxio, scribere meditarer ex lõga me scilicet ægritudine, propè iã sanitati redditũ, credo ut mœstã potius ueritatẽ, q̃ lætũ mẽdatiũ audires cœlitus effectũ, ut me subitò ad VIII. Idus Maias, familiaris mea uiolẽtissima febris arriperet, conuenerunt Medici, & quos domini iussus urgebat, & quos nostra trahebat amicitia, & multis altercationibus hinc inde habitis, nosti morem, diffinierunt me nocte media moriturum, & erat iam noctis illius prima uigilia, uides quantulum mihi uitæ spacium restabat, si uera essent, quæ hi nostri fabulãtur Hippocrates, sed quotidie magis, ac magis me in illa, quam de his semper habui opinione confirmant, dixerunt unicum longiusculæ remedium uitæ esse, si fidiculis nescio, quibus astricto, somnus abrumperet. sic me ad auroram forsitan peruenturũ, exigui spacij tædiosa merces. cum tamen somnum mihi in eo statu eripere, esset haud dubiè mortẽ dare. itaq; nihil obtẽperatum. nã sic amicos orani, sic famulis mandaui, ne quid quod à medicis dictum sit, meo unquam fiat in corpore. si quid penitùs fieri debet contrarium fiat, proinde noctem illam dulci ac profundo placidæq; morti, ut ait Maro, simillimo sopore transegi. quid te uerbis morer? Nocte media periturũ, mane redeuntes, fortè ut exequijs interessent scribentem inuenerunt, & attoniti, nil aliud quod dicerẽt habuêre, nisi hominem me esse mirabilem, totiens in me decepti & elusi, nec iterum & iterum impudẽter asserere desinũt, quod ignorant, nec clypeũ aliũ inueniunt, quo ignorantiam suã tegant. & ut sim fortasse mirabilis, quanto ipsi mirabiliores, nam qui illis credũt, nõ iam mirabiles, sed stupẽdi sunt. Hic ergo sum uir inclyte, sic mea me sors uersat, & reuersat, & quanquam sanus uidear nonnunquam, semper tamẽ ut arbitror æger sum. alioquin un de tot tam rapidæ febres erumperẽt, uicissimq; repullularẽt, sed ecce, ut aut nocte illa media obijsse, aut instanti obeam, quid ad me? ad hoc ibam. Et quid nocet mox casurum cadere seu quid prodest surgere illicò ruiturum? quando tamen generosum animum tuũ, hæc tàm humilis cura contingit, ut scire cupias, qualiter mihi sit, scito me de statu mei corporis prorsus incertum, neq; me solum, sed omnes quicunque hic uiuimus mortales, eò me tamen in certiorẽ, quò uisibilius, quotidie. ipsa cum morte confligo, quæ siue me confestim oppresserit, ut iam quater intra unius anni spacium minata est, siue diuticulè distulerit, diu nempè non differet. CHRISTO Deo meo æquè de omnibus gratias ago, ipse enim nouit, quid mihi expediat. Et ipse faciet, utrum sanè sit melius mori an uiuere. Deus scit, hominem quidem scire arbitror neminem, aut moriens apud Ciceronem ait Socrates. In me tandem sic diffinio. nec tibi uirum optimè, nec eorum quibus charus sum cuiquam amplius sum cogitandum, aliquid uel optandum, nisi bonum finem. & certè iam tempus est, non expedit ad fastidium uiuere, ad satietatem sufficit, tu Viue fœliciter, mei memor, & uale inter colles Euganeos, VI. Idus Iunias.

Fran. Petrarcha Pandulpho Malatestæ, S.

Se tempore pestis ad loca salubria euocanti respondet.

TVa breuis ac prædulcis epistola, qua nil suauius cogitari potest, ingentẽ mihi lætitiam in aduersis attulit ac solamen, quãuis nouũ ueræ nihil attulerit. scio enim, ab olim erga me tuum, at quod tritum & uetustum in animo meo erat, tua hæc præsens scriptura renouauit, itaque tantam inde dulcedinem legens cœpi, ut præsentium immemor dolorum, totus in tui uultus, multumque diuque exoptata mihi præsentia respirarem, & quiescerem tantusque me subitò scribendi ardor arripuit, quod si eum sequerer, & hos digitos iam defessos, & occupatas maioribus aures tuas fatigarẽ. sed desiderio tempus deest, meq; aduersa impedit ualitudo, uixq; hæc pauca perscribo, unum hoc ergo suffecerit, oblationes tuas reuerenter amplector, & quos possum gratias ago, uertiq; Deum CHRISTVM testor,

me de nullo homine magis sperare, quàm de te, & si quæ infortunio, Quæ regum quoque diademata uersat ac proterit, ad indigētiam coarctarer, nullius me quā tuam, seu domum, seu arculam, seu uillam fidentius aditurum. nempè quam experientiam me docuit meam esse, uenirem fateor cupidè, quo me uocas, non metu mortis impulsus, sed desiderio tui tractus, nisi statu mei corporis impedirer. Nobilis autem ueræ meritoque gratissima mihi charitas tua est, sin secura mihi metuens, nil timenti. pone hunc igitur metum, quæso, nam nec Patauī, nec Venetijs, quibus nunc in urbibus pestis regnat, sed inter colles Euganeos sum, loco quē nuncius hic tuus me monstrante oculis suis uidit, delectabili admodum ac salubri, ad quem & mei amore, & locorum specie captus, harum dominus regionum, amicus tuus, sæpe uenit, & morulas mecum trahit. Reliquum est ut scias me, tuæ mihi charissimæ facie licet incognitæ coniugis transitum, mœsto animo percepisse, non tàm propter eam, quæ relictis his miserijs, haud dubiè nūc fœlici uita fruitur, is sibi ut nobilitatis atque originis, sic Romanæ pudicitiæ splendor fuit, quam propter animi tui statum, quem turbidū suspirijs atq; undantem fletibus cogitabā, quis enim tanto nō moueretur damno? multa hic dici possunt, larga est materia, sed angustū tēpus hæc omniū summa est, tua magna uirtus, & magnis in rebus sæpe cognita, magnam hanc uincat asperitatem, id magnitudinem tuam decet, hoc igitur fac, & CHRISTVS consolator optimus te soletur. Vale Arquadè Cal. Septembris.

Fran. Petrarcha Pandulpho Malatestæ, S.

Se tempore belli ad loca pacifica inuitanti respondet.

NEc cessat tua mecum, nec lentescit humanitas, gratiam habeo, quātam quisquā gratis hominis speret è pectore. anno altero, ut me faucibus sæuientis latè pestis eriperes, blandis scriptis, ac nuncijs, ad loca salubria euocabas, nunc belli minis erepturus, ad locā pacifica me inuitas, sic in omni discrimine, Inque omni siue elementorum, siue hominum motu, pia me amplexus memoria, te ætate filium, amore, ac sollicitudine patrem geris, urges literis, quæ possint duris è rupibus saxa conuellere. addis comites, addis equos, nihil omnium prætermittis, quāuis & equorum & comitum satis sit, & desiderij infinitum, at uirium & uigoris corporei parum est, occupationum uerò longè nimium. hæc ad te properantem animum meum frenant, adde asperum tēpus, iter intractabile, & super omnia pudorē, hoc in statu rerū abeundi, nolim quod nunquam fui, timidus nunc uideri, quod fires istæ mitescerent, fieri posset, ut circa ueris aduentum, præsens te inuiserem tuisq; nec minus meis oculis, aliquando morē gererē, tecūq; quiescerē. neq; est opus, ut locorū amœnitate sollicer, scio loca esse, qualia & tu scribis, & ipse olim aliqua puer uidi, & præterea locus omnis ubi tu sis, nūquā nisi amœnus ac iucūdus uideri animo meo potest. Nugellas meas uulgares, quæ utinam tuis manibus, tuis oculis, tuoq; iuditio, dignæ essent, per hunc nuncium tuū ad te familiariter uenientes, uidebis, non patienter modo, sedlætè, non dubitò cupidèq; atq; aliqua uel extrema bibliothecæ tuæ parte dignabere multa ibi comperies excusationis egentia, sed benigni censoris iuditiū subituræ uenīā non desperāt. Ante omnia opusculi uarietatem, uagus furor amantium, de quo statim in principio agitur, rudítatem styli ætas, excuset, namq; leges magna ex parte adolescens scripsi. si excusatio ista nō sufficit, excuset tuæ petitionis auctoritas, cui negare nil ualeo, inuitus, fateor, hac ætate uulgari iuueniles ineptias cerno, quas omnibus, mihi quoque si liceat ignoras uelim. & si enim stylo quolibet ingenium illius ætatis emineat, ipsa tamen res senilem dedecet grauitatem. sed quid possum? omnia iam in uulgus effusa sunt, leguntur q; libentius, quàm quæ seriò postmodum ualidioribus animis scripsi. quomodo igitur negarem, tibi sic de me merito tali uiro, tamq; anxiè flagitanti, quæ me inuito uulgus habet, & lacerat? qualiacunq; sint igitur non habes quod quæraris, habes etenim quod petisti:

tu modo te iussisse, Pater Romane memento.
Inq; meis culpis tu tibi da ueniam.

ut ait Ausonius magnus, ad Theodosiū Augustum. Ad hæc & plebeios atq; incomptos apices scriptorum, raritas absoluat, qui hinc famoso quondā studio, mirū dictū fere nulli sunt.

sunt. Tarditatem uerò scribentis inertia, & bellorum fragor, diù antè missurus hæc fueram, nisi Mars circumtonans uetuisset, incorrectionem operis, si qua occurret, mea excuset occupatio, qua obsessus feci hæc, per alios reuideri. denique exterioris habitus paupertatem, mea excuset absentia, profectò enim si fuissem præsens, dum in libri formam ligaret, & sericum tegmen, & fibulas saltem argenteas habuissēt, multa nunc de tua graui ægritudine, quæ me uehementer exterruit, & afflixit, multa quoq; de tuorum casibus mihi pro uirili parte flebilibus stylo sese offerunt, quæ iam fessus calamus recusat. nolo quidē putes illam me epistolæ tuæ partem, sine suspirio, ne dicam lachrymis legisse, qui mihi æternum uenerabilis ac præclare coniugis simul q; magnanimi fratris tui dulcem acerbamq; memoriā renouauit. Illa enim quem suis nunquam, sed tuis oculis tantū uidit, non aliter quā parentem me dilexit honestiq; uicem meruit amoris. ille autem familiarissimè cognitum & amauit & coluit, non uerbo tantū, ut huius tēporis mos est, sed realib. multis & magnis obsequijs, & ad summam alter, immò idem ipse mihi Pandulphus euaserat. Itaq; coram CHRISTO loquor, uix alij duo mori poterant, qui cor meum pari cuspide uulnerarent, Sed quid agimus, non est præter patientiam remedij genus ullum, Id tibi suadere superfluum non solum, quia res hæc à maximis uiris, & à me pusillo sæpè tractata est, sed quia qcquid etiā, hac in parte dici solet, aut dici potest, tibi notissimum sit oportet, prudentissimo atq; obseruantissimo casuum humanorum, illa omnium consolatio summa est, quod ambo rectum iter ad superos tenuisse credendi sunt, & amborum uita fuit, ea insignis matronæ fides, pietas, castitas, ea uiri illustris excellentia, cessat igitur altera dolendi causa. si quid enim mali accidit, nobis accidit, id q; ipsum magnitudine animi superandum est, ne nimis nos amare, nimis molliter ferre nostra incōmoda uideamur. Vale Patauī pridiæ Nonas Ianuarij algentibus digitis, & feruente bello.

Fran. Petrarcha Philippo Sabinensi Episcopo Cardinali Sedis Apostolicæ Legato, S.

AVdieram non multis ante diebus, tuæ rumorem ægritudinis, per literas egregij Eq. filijq; mei amantissimi, ac deuoti tui illius, qui de tua salute sollicitus, animiq; mei conscius, mihi scripserat te grauiter ægrotasse, rem tamen ad salutē iam spectare. Me uerò non tàm cōualescentiæ, quā ægritudinis rumor mouit, omnes enim homines, facilè quæ cupiunt credunt, unus ego, quæ metuo, itaq; laborē uiæ cogitans, & anni tēpus, & ætatis aduersum, non eram sine pauore perpetuo, donec literas tuas tandē, animi dubius, ac suspēsus accepi, tum salute tua cognita, mœtuq; seposito, totus in gaudiū uersus, & pia uota, & gratiarum meritas, actiones, diem festū egi, non lætius, audierunt Græciæ populi, se Romani ducis edicto, uoce præconia, libertati redditos, quàm ego tuorum testimonio literarū, te superni regis imperio liberatum. quid'ni aūt ex omnibus quos ab adolescētia dilexi, tu mihi pene iam solus superas, diuq; superes precor, cunq; erit abeundū, benè fœliciterq; abeas me progresso, dura nempè conditio, diù uiuentis, suaq; omnia pignora præmittentis, & nigra ueste (ut ait Satyricus) senescentis. Tuum sanè ad has partes aduentū lætè audio, quem & tibi gloriosum, & Italiæ utilem ac fœlicem spero, talis te innocētiæ ac uirtutis fama præuenit, omniūq; iam animos occupauit, gaudeo singulariter propter me, cui iam hinc uicinita te locorum, uera utinam spes offertur, id quod unicè cupio, faciem tuā saltem semel anteq; moriar reuidendi, cuius aspectu. ô fors rerū inuidia, penè iam quatuor integris lustris priuor. Quamuis enim anno retro tertio glorioso Pontifice tūc Vrbano v. teq; certatim euocantibus, Romam uersus iter arripuissem, quo tunc nouiter, illius uiri auspicijs ac ducatu Ecclesia CHRISTI, nimis diù peregrinata, sed non satis diù mansura redierat, medio tamē calle, morbo graui, dicam uerius, temporali morte præuentus, retrocedere sum coactus, neque illum uidere, neq; te reuidere contigit. quem casum ex meis ad eum, & multorum huius ore procerum literis, intelligere potuisti, nec sim dubius doluisti, nūc nisi in finem mea mihi fors inuiderit, te tenebo, dexteraq; illam osculabor, unde mihi tot dulces epistolæ, tot piæ consolationes, tot salubres monitus, prouenēre, & quāuis hoc tēpore, quo nos interuisimus, in eodē semper ego uestigio permanserim, interdū licet inuitatus ascendere, tu non

quantum mereris, multum tamen, uel inuitus ascenderis, omni quidem tempore uir illustris, sed tunc præsul exiguus, nunc maximus Cardinalis, familiaritate nihilo minus illa antiqua indulgẽtissimum patrem meũ, amplexus, in memoriã temporis retroacti, & earum peregrinationum rusticationumq́, quas olim tuo in rure ad fontem Sorgiæ, per longũ diem, usq́ ad uesperam in syluis cibi obliti, earumq́ uigiliarũ, quas ibidem inter libros somni immemores, longis noctibus, ad auroram mira sæpè cum uoluptate transegimus reuocabo. Quæ omnia nunquã mea memoria dilabuntur, nec dilabi quidẽ possunt, non modò alpibus aut freto angusto, sed ne toto quidẽ oceano, aut etiam ipsa læthe transmissam, quando tibi quotidie iuueníli ardore, nouí aliquid inter multa Solitariæ uitæ libros duos, quantalibet deuotione dictabam. quos tàm lætè, tamq́ alacriter suscepisti, ut sicut mihi post literis tuis innotuit, penè omnes aliquos libros abiiceres, & illos tibi cõtinuè pter morẽ, etiã ad mensam legi faceres. Mihi aũt ad reliqua ingens, hac tua tanta dignatione calcar adijceres, quanto ergo, cum gaudio hunc proximũ diem, sperem ipse cogita, qui animum meum uides, parcat tamen illis Deus, qui humeris tuis, lõgo & honesto labore fatigatis, hoc tàm graue licet honorificum pondus imponere uoluerunt, idq́ Pontifici suaserunt. Nosco aũt mores, dum eis benè sit, qualiter sit, alijs non curant, neq́ alienos labores, aut pericula, sed suas tantũ cogitant uoluptates, sunt ex eis quidã, quibus bonorũ omnium sit inuisa præsentia, eosq́ non tantũ abesse cupiant, sed non esse, ut liberius possint, sine contradictore, & sine conspicuo teste peccare. sed illorum qualemcunq́ propositum uertat in bonum Deus, & faciet spero, de his nil amplius in præsens, nisi quod eum ipsum, cuius incipiens mentionem feci, adolescentem, raræ indolis atq́ clarissimæ, qui summo & reuerenti amore te diligit, & morib. tuis captus, te in patrẽ unicũ prælegit, obsequijs atq́ honoribus tuis, toto animo deditum, tibi non aliter, quàm me alterũ recõmendo, quod non facerem, tàm fidenter, quamuis & propter optimi patris memoriam, omnia debeam nisi eum tuo, bonorũq́ omnium fauore dignissimũ iudicarem. Restat, ut ad id respondeam, quod in quadã literarum tuarum parte perlegi, te Pontifici de me meisq́ de rebus, digressũ ultimo locutum, nomenq́ meum multo uerborũ onere celebrasse, eorũ literis qui colloquio interfuere cognoui. illum uerò & benignè suscepisse sermonẽ, & liberaliter respõdisse, neutrũ miror. Nam & ipsius, dum se adhuc Romuleo cardine contineret, primum nuncijs, dehinc uiua uoce, post Vrbanum, Romam petens, me Ticini competissẽt, demum ubi supremũ gradũ humani status attigit, mitissimis literis, magna suæ beniuolentiæ argumenta percepi, & tu quod solitus es fecisti, gratias agerem, nisi quod & semel pro omnibus actæ sunt, & rem suam benè gerentibus gratiæ non aguntur. Vltimũ est, quod ais, ingenti gaudio exultasse, tuum cor, in eo, q́ masculos de me rumores audieris, qui quãuis grauibus morbis & multiplici uexatus incõmodo, bonũ dicor animum habuisse. Non haud meam Pater optime, sed ad CHRISTI laudem sit dictum, ut & uberius tu gaudeas, & sibi pro me gratias agas, qui hunc mihi animum dedit. Cum in malis, si sic dici debent meis, amici ad me quotidie conuenirent, mecq́ uiso discederent lachrymantes, ego nec suspirium unquam, nec lachrymulam unam fudi, sed mansi imperterritus, & lætus, ita ut ipsos Medicos, me manibus contrectantes, sæpè cogerem in stuporem. Et me ipsum coẽgissem, nisi quod eam mihi patientiam, non ex me, sed ex cœlesti auxilio sentiebam esse, quod cum semper præsens, his mihi temporibus præsentissimum fuit, ut crebro in memoriam Rediret Apostolicũ illud ad Corinthios: fidelis autem Deus est, qui non patietur uos temptari, super id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam prouentum, ut possitis sustinere. certè uehemẽs ista temptatio, quæ me propè usq́ ad uitæ odium adduxit. Et si huic mortali corpusculo, uald è nocuerit, animæ profuit ut spero. Agnosco fragilitatem meam, agnosco misericordiam Dei mei, qui patientiam meam, insperata sanitate remunerauit. dicam rectius misericordiam, unam altera misericordia cumulauit. scriptum est enim: Miserebor cui misereor. & misericordiam præstabo cui miserebor, his duabus misericordijs, tertiam si sibi placet adijciens, & has tantas asperitates, quibus me uoluit exerceri, meis in rationibus poni iubens, de reliquo debito liberalis, & pronus ad ueniam esse uelit, sanguinis sui memor, qui non meis

meis tantùm, sed omnium hominum piaculis, iusta sub lance præponderat. quartam quoque misericordiam tribus accumulans, tantùm salutem mihi uirium, cum sanitate restituat, ut quod semper optaui, quodq́ ad primam aduentus tui famam, etiam sperauí, possim demum ad te uisendum pergere, in his tamen, inq́ omnibus Dei uoluntas fiat. Si hoc non possum, ipso duce, in prima te uidebo, hoc extremum mihi CHRISTE ne neges, non me ab illo post mortem separes, quem in hac uita charissimũ sensi. Posco ego de meo unico, peccator humilis, quod de suis duobus Gratiano & Valentiniano sacer poscebat Ambrosius. Illud interest, quod is suis ea prece prospiciebat, ut essent secum. Ego hac pater amantissime. mihi prospicio, ut sim tecum. Vale Arquadè VI. Cal. Iul.

Fran. Petrarcha Francisco Bruno. S.

De quibusdam suis secretis affectibus.

OMissis familiarium rerum curis, quibus ingentem epistolam cõpegisti, quas nec stylo dignas censeo, & de quibus agendi locus, alter dabitur, ad id uenio, quod me premit, quodq́ tuis in literis ridens legi, Philippus Sabinensis, uirorum optimus, & Ecclesiæ mundoq́ utilis, mihi uerò superindulgens Pater, in legationem Italicam profecturus, & in crastinum moturus, serò Papam adijt, & accepta licentia, post omnia, ut latius nomen meum memoriæ eius imprimeret, me sibi recommendauit instantissimè, rem serena fronte, & uerbis lenibus approbanti, urgente demum hora, ut paucis multa cõprehenderet. Habeto, inquit oro, Pater sanctissime, cõmendatum hũc hominẽ, & propter me, qui ad eum suprà quàm dici possit afficior, & propter se ipsum magis. crede enim mihi, uerè Phœnix unicus est in terris. hoc iterum atq́ iterum cum dixisset abijt. Vnus autem è patribus Reuerendis, qui digito cœlum uoluunt, illo iam digresso, sermonem de me habitum reassumpsit, & laudatorem, & laudatum mordaciter irridendo, Phœnicis appellationem in diuersa distorsit. & quamuis tu insita modestia, utrũq́ suppresseris, ego tamẽ & quis fuit, & quid dixit, quasi reb. ipsis interfuerim nosse mihi uideor. potest plane & natura tumidus, & fortuna quicquid sibi in os amplum uenerit, de me loqui, olim sibi dilectissimo, nunc inuiso, ipse quoq́ interdũ charus mihi, nũc ex merito odiosus. Vtriusq́ si causam mutationis ex me quæris, dicam breuiter. Ipse me propter inimicã suam ueritatem odit, & propter libertatem, quæ superbiæ semper aduersa est, ego illum odi propter multa, sed in primis propter amicum sibi mendacium, cuius ut uno uerbo expediam, ipse quoq́ cum diabolo pater est. & de illo quidem satis, immò nimis est, dictum, quanquam & multo plura si libeat possim, & nullum timeam, nisi quem diligo. Ipsum uerò non diligã ut audisti. Et ô utinam ipse, & ego simul æquo in statu rerum temporaliũ, non ego magnus, ut ipse, hoc enim nouit CHRISTVS nollem, sed ipse paruus ut ego, alicubi iustis sub iudicibus uiueremus, citò enim nisi fallor augurio, non ego quidem Phœnix, quod amore lynceos alioquin oculos præstringente, laudator meus asseruit, uerum ipse bubo esset, aut noctua, hæc stomacho indignante profuderim. credunt enim propter malè partas, & malè perdendas opes, sibi omnia licere, sed est, ut ubi ut copia, sic inopia dat animos ad loquendum, multisq́ silentium indixè rediuitiæ. Illud quoque tuis erat in literis, credere te in Papam optimæ uolũtatis erga me, uerumtamen propter turbam famelicorum Cardinalium. quos de profundis, ad eum statum nuper assumpserat, nec uoluntatem in actum traducendam, nec magnificum inde mihi nunc aliquid te sperare. Age uerò expleat illorũ sitim si potest, quã nec Tagus cerè nec Hermus, nec Pactolus, nec postremò ut sit aureus, totus explebit oceanus, de me aũt nõ curet. Ego enim nihil sitio, nihil esurio, nisi ut modicũ hoc, quod restat si dabit, benè uiuam, benè moriar, ad quod utiq́ magnis opibus nõ est opus. Sanè si hac Dodonea uoragine expleta, siue ut loquar rectius irritata, nomẽ meũ Deus suam ad memoriam reduxerit, de me disponet, ut uidebitur, haud equidẽ in magno posuerim discrimine, siue aliquid magnum mihi fiat, siue modicum, siue nihil, æque ad omnia præparatus est animus, & honores pati didicit & repulsas. quod si fortè quoniam hoc in dubium uenire potest, quid cupiam, seu quid uelim roger. Ad primũ respõdebo, me nil cupere eorum, quæ ab homine dari possunt,

possunt, ad secundum dicam, me nescire, ut his qui in talibus, nec unam uitæ totius horam posui, addam tamen, quod apud Ciceronem Cotta, Omnibus uerè, inquit, in rebus quid non sit, citius, quàm quid sit dixerim. prælaturam itaq; nullam nolo, nec uolui quidem unquam, similiter neq; aliud quicquam, quamuis opulentissimum cui curæ aliquid sit adiunctum. Satis est mihi unius animæ meæ cura, utinamq; sufficiam, de reliquis ut libet, unũ signanter admoneo, ne qua te spes urgeat, ut quod in tuis nunquam faceres, meis importune aliquid agas in rebus. quiduis penè quàm importunus esse maluerim, omnia mihi ferè obijci, uel ab amico patiar, uel ab hoste, modò nõ sit dolus malus, uel ambitio. cui hæc autem loquor? Nempè illi, qui & si non ultrũ certè animũ & mores, & omnes reculas ac specula meas nouit. Illud etiam scito. si quid mihi fortè collatum erit, citò idipsum alteri ut arbitror conferri poterit. ego enim iam delibor, & sentio tempus meæ resolutionis instare. Heu mihi misero, qui non possum dicere quæ sequuntur. certè ego frater, præter naturalem uitæ legem, quæ non est aliud, quàm quidam cursus ad mortem, breuis & lubricus, penè oculis uideo, me indies ultra etiam ætatis exigentiam ad extremum rapi, & uehemẽter imminui, atq; umbræ in mortem euanescere, de quo miror quidem, quia non sic uixisse uideor, ut id mihi deberet accidere. CHRISTO autem teste non doleo, immò uerò si propecatis meis mihi accidit, ualdè etiam gaudeo. Ita enim & uerbo, & scripto dudum à domino popposcisse me memini, ut debitum meum, in hac uita, quantum mihi possibile sit, & in his membris exigat, antequàm tempus ueniat egestatis, si quod sæpe petij, semel assequor benè est. Vale.

Fran. Petrarcha Francisco Bruno, S.

De ijsdem rebus.

ET amice, quem his oculis nunquam uidi, mirum dictũ, noui melius, quàm multos eorum, cum quibus plurimos annos egi. cuius rei causa est, in promptu. nempè oculos illos, quibus magis cernimus, in te altius defixi. siles quidẽ, & silentij causam scio, non scribis, quia non potes, quod optabas scribere, noli obsecro, noli damno damnum addere. Loquor impropriè. nullũ est damnũ, cui aliud addi possit, dãnum mihi nõ leue est, solito literarum tuarũ solatio caruisse, an tu etiã me nõ nosti. sæpè equidẽ dico, & scribo eoq; fidentius quò certius uerũ scio. Nihil est omnino, quod cupiam, nil quod sperẽ, nisi bonũ uitæ huius exitum, legi enim & expertus sum, concupiscibilẽ appetitũ infinitũ esse, nisi ratione cõprimatur, id iam pridẽ uideor feciſſe. quod si florenti fecerim ætate, quid nũc retis? nempè senilis auaritia stulta est, nec minus ideò, quod quotidiana sit, immò contrà quò cõmunior eò stultior. nam quid oro dementius, quã decrescẽte uia, augere uelle uiaticũ? cumq; interlongũ securus incesseris, in cõspectu hospitij trepidare? scribe ergo aliquid quæso, & si nõ magni lucri, at magni gaudij. Scribe te sospitẽ, & mei memorẽ satis est, quãuis auaritiæ nihil satis sit, amicitiæ satis est, incolumitas atq; prosperitas amici. scribe qd de te ipso stat uas, an in turpi exilio illo mori, an florẽtissimã tandem in patriã reuerti. scribe denicq; quicquid uis, modò aliquid scribas, & signa notæ manus aspiciens, te uiuentem ego ac ualentẽ sciam. Credis fortasse, quia res apud Pontificẽ segnius procedit, me uel pudore obrutũ, uel mœrore. absit à me hæc tàm lẽta fragilitas, absit à te hæc tàm dura credulitas, maiora sint oportet, quæ me ne dicã deijciant, sed moueãt. equidem audita promotionis eius fama, dixi mecum, hic uir tui amantem se dicere consuetuit, posses aliquid sperare si esses illorum unus, qui undecunq; apparenti, spei cupidæ manum dant, hoc unũ nihil amplius, donec suauissimam ipsius epistolam accepi. & qualẽ uix ab æqualibus meis expeterẽ, quæ quãuis & spei magnæ & pollicitationis multiplicis plena esset, non me tamen ulterius perpulit, quã ut ei per literas gratias agens, & penitus nihil petens, totum suæ permitterẽ sanctitati, an nõ satis superq; satis est mihi, q; Christianorũ Pater ad me primus ipse sic scripserit, ut nemo melius scit, q̃ tu q literas Apostolicas dictasti, in quib. ego, & ingeniũ tuũ, & filij tui, qui meus est filius digitos recognoui, quasq; cũ p̃decessoris sui literis, ut thesaurũ seruo, & quotiens gloriari familiariter cũ amicis uolo, illas & has simul, ptero, & uide inq;, qd mihi scripserint duo, & ex ordine uicarij IESV CHRISTI. si qd p̃terea me optare putas falleris, uel si quid etiam

etiam indignari. Credo erga me piam Pontificis uoluntatem, neque ego in cõmunibus etiam amicitijs aliud quæro, nam qui utilitatem solam ex amicis quærunt, feneratores amicitiæ non cultores sunt. ut mutata autẽ sit uoluntas, quodq; in rebus ferè omnibus accidit, stando refrixerit, quid mirari habeam uel iraſci? Non sum humanarum adeò inexpertus rerum, an non põtifex homo est, an non ore Dauidico spiritus sanctus ait: Omnis homo mendax: nec ullus excipitur. an non tũc mentitus est Pontificum omniũ princeps Petrus, quãdo cũ iuramento, negauit, quia non noui hominẽ? an Põtifici huic nostro non licet, uel dixisse olim, quod in animo non habebat, uel nunc nolle q; uoluit? Neutrum tamen credo. Sed habeo ibi ego, habet & ueritas aduersarios magnos, qui toto nisu emolumentis & honoribus meis obstant. qui si scirent quanti eos facio, quantoq; mihi est melius cum mediocritate mea, quã eis cum omni eorũ pompa atq; inani magnitudine, desinerent forsitan aduersari, uel fortasis inuidiæ & stimulis agitati, multo etiam aduersarentẽ ardentius, quãtum mihi à bonis & insignibus uiris honoris impenditur, mihi, inquã. nam quod sibi fieri putant, non fit eis, sed eorũ insulis phaleris q;. & quàm multi sunt, qui eos uenerando despiciũt, & oderunt. Et quid, q̃so opes inopes, cum omnib. earũ curis ac uoluptatibus? quid honores? inglorij, & uentosi cum omnib. insulis onerosis ac ridiculis, quib. stulti tumẽt ac superbiunt, & sibi placent, cum his ipsis & Deo displiceãt & mundo? quid hæc, inquam, in hora illa nouissima infœlicem animã adiuuabũt, aut illud cibatum diu corpus, opiparè futurum mox uermium uilẽ cibum uisu horridum, odore aũt importunũ, horam quidem illam sero uenturam sibi fingunt? Nam uenturam sciunt utiq;. Illa uerò magnæ illorum parti proprer senium iuxta est, propter imbecillitatem mortaliũ, & uitæ breuitatẽ, & uarietatem casuũ omnibus propè est, & longè esse non potest. Hoc est sanè ne quid tibi cõtra amicitiæ legem celẽ, hoc est, unde tibi iraſcerer, si liceret, q; horũ metu ac stupore obmutuisti mecũ, ita quod mihi in animũ, nunq; uenisset, ut crederẽ, hostes meos quod muricе uestiuntur ualdè suspicis, quos ego ob idipsum ualdè despicio, ab adolescẽtia spretor maximus ignauorũ diuitũ. putas ne quos spreuerim iuuenis senex mirer? contrà est, multa quæ mirabar iuuenis senex sperno, & tu spernere incipies, mox ut te raptãti cupiditati indomitæ frena substrinxeris, parce oro. indignatio loquitur non ego. Quid enim in cœno illo fœdissimo, iam dies & iam senex hæreas miror, quo tibi proficiscendi auctor fui, suadente rei familiaris angustia, & ætate inde causis cessantibus tibi digrediendi auctor sim? nam ut ait Anneus. quis exitus erit? quid expectas donec desinas habere quod cupias? nunquã erit tempus, lege quæ sequuntur. Et tibi nõ alteri dici puta Lucilio loquebatur: tibi loquitur: immò omnibus eodem morbo animi laborantibus. epistola est, nisi me memoria frustratur XIX. dixi ego quod debui, facies tu quod uoles, dum memineris quod nitens Florentia te expectat, olens te iam fastidit Auinio, ubi mori malis elige, & quicquid elegeris zelũ meum boni consule, amor & pauor loqui cogunt, alioquin non soleo mihi officiũ reprehensoris, aut consultoris assumere. Satis in me habeo quod reprehendam. Vt uerò iam tandem, hãc & mihi & tibi, ut arbitror inamœnam materiam relinquamus, illud ad summam meo iure postulo, ne amplius quàm nolo, quamq; expedit penes Pontificem sollicitus sis mei, nil enim mihi posset esse molestius, cõmitterem ipsam uolũtati suæ, & fortunæ meæ, immò diuinæ dispositioni cuncta committo, & quoniam nondum satis notus uideor, cui esse notissimus arbitrabar, bona fide omnes tibi latebras mei cordis aperiam. Scito igitur & compertum habe, nihilo magis me magnis operibus gauisurũ, quàm honesta paupertas animũ quietaret, hunc mediocritas nõ quietabit? ea uero mihi semper affuit, unde usq; ad hoc tẽpus sat liberaliter uixi, ita nulli unquã inuiderim, cũ multi mihi semper inuiderint, aliquantoq; magis uereor, ne mihi si accesserint opes, obsintq;, quã quod prosint spero, & hoc mecũ ipse recogitãs, q; epistola ad te superiore dixerã, ut si Deus nomẽ meũ ad memoriã Põtificis reuocasset, de me disponeret, ut uideret, immuto, & qd ad hoc attinet, oro, ne reuocet, atq; ita sentio utilius mihi multo esse, q; pauperior fiã, quã q; ditior: et q mihi aduersant, & si lædere cogitẽt, psunt tamẽ atq; hostilib. animis, reb. ipsis mecũ sentiunt. Tu uerò quasi spe magna deiectus, et magno p̃lio uictus taces, q; me scilicet, diuitẽ nõ feciſti, immò

uerò

uerò assurge animo,& aude contemnere opes,ut Maro ait,non tantũ pro te,sed pro amicis etiam,& si quis fortè meditare uellet obnitere,& ingenti nisu obsta. Ego nunc Pontifici nihil scribo,ne illum in memoriam mei,suæq; promissionis reuocem, Inquàm si per se ipsum fortè redierit,animum illi meũ,quem iam puto nosse incipis clarè dic, ut intelligat, quanto fœlicior Anacharsis Hannone,Diogenes Alexandro.neq;,uerò tàm horũ exemplis inniti uelim,quàm continentissimi Xenocratis,qui de quinquaginta talentis, quæ sibi inde miserat Alexander,ne donum regiũ spernere uideretur,ac nuncios contristaret,triginta minas tãtum, magni muneris,exiguam partem cœpit,hũc sequar,ex omnibus quidem,quæ mihi Pontifex Romanus,aut dare uellet,aut posset,literas suas quibus ualdè me um nomen honestauit & insertam literis Benedictionẽ Apostolicã, amplector ac teneo, aliud penitùs nihil uolo.Quid ergo,durus ne adeò es,dicat aliquis,ut nihil uelis;ego uerò bonũ omne seu illud publicũ, seu priuatũ uolo & cupio, hoc expresso, horũ me,nihil quæ bona uulgus appellat,inter bona numerare,quamuis & delectabilia uideantur,& sint sæpè humanis usibus opportuna,sæpè uerò pestifera & funesta.Quid cupiam ergo si quæritur,bonũ illud cupio,quod semper est bonum,neq; in malum flecti unquam potest,uenit in animum mihi,nunc ut ipse tecum uerbum meum repetam,quod ad illum,qui me in magnam mutandi sæculi spem erexit,fœlicissimè recordationis Vrbanum v. scripsi olim, opto ut benè eant res humanæ,ut quas in statu pessimo uiuens uidi,in optimo moriẽs relinquam. Ille quidem abijt,& quod mœstus dico,nobile inceptum,iniquissima suffurronum persuasione destituit,ut daret intelligi,non magna aggredi, sed perseuerare difficile. abijt,inquàm,& mox obijt,& nescio quid de illis suspicer,nec solus ego,sed mundus,qui illius ad reditum pronum animum metuebant,quibusq; propositum est,CHRISTI eccle siam quoad possint in exilio detinere.Ille quidẽ diuticulè si;mansisset,in hac uita, diù enim nullus hic permanet;habuisset haud dubiè,quæ iam cœpta erat epistolã meam nouam,in qua quid mihi de eius habitu uideret, magna, parui hominis libertate legisset expressum. & si prima,in qua illũ acribus uerbis increpuerã,q; cõmissam sibi Petri sedẽ in illo fixisset ergastulo,libenter legit,remissisq; ad me literis;copiosæ admodũ laudauit,quod mihi certissimum benè institutæ mentis iuditiũ fuit,hanc ut puto,multo etiã laudasset uberius,tanto enim acriorib. reprehensionũ aculeis accingebar,quanto grauior culpa est,clara principia deserentis,quã non incipientis,uerũ ille,ut dixi,inter medios apparatus thalami huius euasit,seq; ipsum,de uotis insultibus festinata morte subduxit.Ego autem putas'ne optare desierim,ut benè eant res humanæ;nõ optare,edepol,desij,sed sperare. ille enim mihi uir unus aptissimus uidebatur,efficere q; optabã,quem nec ignorantia,nec ignorantiæ soror inexperientia excæcasse,nec delitiæ infames,affectusq;e feminei eneruasse debuerãt,ut ad eum ipsum scripsi latius. Fuit illæ uerè uir optimus,& ad omne bonum opus si sineretur expeditissimus,sed magna raraq; res est ualdè,perseuerantia generosi propositi, inter tot subdola & uafra consilia tot uoces dissonas,tot aduersos flatus stabilem se tenere,quid est aliud, quàm contra uentum nauigare fœliciter,quod ab uno homine præstari posse difficilè,seu uerius impossibile factù est,fit quidem illud internũ multorum auxilio,multoq; remigum sudore,qui illi quem nomino nulli erant. omnes in cõtrarium nitebant, omnes uẽtum sequi,omnes ire in scopulos & in naufragium cupiebant,quid unus ille,tot inter aduersantia potuisset;sed quid loquor;penè ipse dirimere alienam culpã, labor potuisset, ille omnia cũctis licet obluctãtibus, si plenè uoluisset,uoluit quidẽ nõ inficior,sed lẽtius quã tantæ rei põdus exigebat.flecti itaq; se siuit pessimã in partẽ,& ut malis hominib. placeret CHRISTO displicuit & Petro,bonisq; omnibus.& quib. hominibus, Deus bone, uoluit placere;nempe his,qui & sibi displicebant,& quib. ipse utiq; nõ placebat,naturali inter uirtutẽ uitiũq; odio ô fœlix,si cõtemptis & quod maximè suũ erat auctoritate cõpressis,suauioribus impijs,generoso principio inhæsisset,æternum inter clarissimos numerãdus, si ut quod flebiliter nuper scripsi, flebilius nunc rescribam, ipsa in morte,quæ proxima immò contigua illi erat,quod ita esse scire debuerat,quia cũ in omni ætate,de morte nõ cogitare, stultitia magna sit,tum in senectute dementia atq; insania summa est,ipsa, inquã, in morte grabatu-

grabatulum suum antè arã Petri Apostoli,cuius hospes erat, ac successor ferri iubens,ibi tranquillã & bonæ uoluntatis animam emisisset,Deum hominesq; testatus,si unquã inde discessum esset,nõ suã culpam,sed eorũ fore,qui tàm turpis fugæ inuenirẽtur auctores.nesciuit hoc agere,uel nequitiæ,ut est dictũ uoluit,utique enim & poterat & sciebat.sic culpas multorũ infamiũ in se uertit,quorũ consilio quod benè egerat male euertit.Remitte illi,misericors IESV CHRISTE hanc animi mollitiẽ, atq; fragilitatẽ,& hãc & alias culpas omnes,& delicta iuuentutis eius,& ignorantiã hanc senilẽ,ne memineris,quia ut nũc sunt homines,uir meo quidẽ iuditio bonus fuit. ego illũ oculis,q; meminerim, nũquam uidi, & si à prædecessore suo missus,sæpè Mediolanum fuerit,dum ibi agebã,sed nec dominorum curias,nec loca publica frequentans,intra claustrũ Beatissimi hospitis mei Ambrosij me tenebam;animo aũt eum uidi,& diligentissimè contẽplatus sum,& ut apud nos auditum est sanctitatis eius fama,nunc maximè celebratẽ,& miraculis claret,q; nulli ex prædecessoribus suis,his nouissimis accidit,Nihilominus tamen adhuc sancto illi uiro detrahitur, ab his ipsis,unde me solor,quib. ego peccator,ut dixi,nõ nisi propter ueri odiũ, odiosus sum, ille aũt,dictù mirum,ob hoc solũ,quod Romanos Cardinales discolos,& errãtes, Romã, hoc est in domum propriã reduxit,& reducturus iterũ timebatur,Cardinalibus ipsis, non ut reor omnibus,sed omniũ pessimis odio erit æterno,quod nihil est aliud, quàm si cæcus pia manu,fouea eductus,ancipiti suæq; domus ad hostiũ directus, perpetuò directorẽ suum oderit.itaq; quem aliter nequeunt,linguis feriunt uipereis. sed eorũ uirus faucibus impijs inhæret,ipsi aũt quem feriunt,hoc non nocent,utinã non plus alio nocuissent,sed nec alio nocuerunt,uirũ optimũ,pessimorũ è collegio excludentes,quo nihil illi gratius agere poterant,nihil acceptius.Nullũ est enim ferè grauius supplicij,quã inter dissimiles moribcõuersari. fœlix ille nunc igitur,& securus,quos præsentes spreuit,eorũ ex alto maledicta contẽnit,nulla enim tàm clara uirtus unq; fuit quæ detractatorib. careret,& CHRISTVS ipse detractatores habuit,& Maria,quid sperare queant alij;redeo aũt ad inceptũ. Si igit, quando ille spem meam maximè tunc florentem,sic repente destituit,neq; de hoc Pontificibus nostris,aut principibus cura est,Deus ipse hanc mihi,qui potest,restitueret ut in statu bono,seu saltem tolerabili relinquerẽ res humanas,quã putas letus morerer;potest ille quidẽ omnia,sed hoc unũ peccatis nostris offensus,puto nolit,& meritò. certè dum ad iuuentutem nostri temporis,& animæ uitijs & corporis habitu deformatam respicio,si quid bonæ spei esset abijcio. Fuit quidẽ hæc nostra ætas incipiens,& si non bona, quæ utrunq; tamẽ ferri posset,post mediũ in omne dedecus atq; flagitiũ prolapsa,uisa est nobis ad summum miseriæ peruenisse. quid uis dicã,huius finis initiũ est,sequẽtis tàm nulli honesto studio deditæ totq; probris ac uanitatibus obrutæ,ut quantũ fructus est,flore conijcitur, nostram excusatura uideatur ætatem, meq; pœniteat pudeatq; uiuẽdo,in hoc tẽpus incidisse, quo hæc uideam,quæ utinam non uiderem,sed aut tempore ab his semotus, aut loco, uel ante hos triginta annos obijssem,uel apud Seres siue Indos hoc uitæ studium peregissem. Vt uerò iam tandem omittam magnificè loqui,ut sim ipse peruificus,ego quidẽ cum præsentis sæculis tædio ingẽti,nec futuri melioris ulla spe senesco,& ualdè indies ad terminum appropinquo,ita ut compertum habere uidear,rem differri non posse,hoc mihi ætas ipsa iam suadet,& turba ægritudinum persuadet, quibus hoc tempore præter solitum obsideor & oppugnor.quidni autem cupiam dissolui,& si cœlitus datur,esse CHRISTO,cum ubilibet modo non apud inferos esse optem,ut hinc abeam,& de publico hactenus, priuatum uerò quod optabam bonũ erat,quies animi,quã mihi Pontifex ille sanctissimus,non tantũ pontificialiter,sed paterne per literas spondebat,ac nuncios,præstitisset q; non dubito,quod in se erat,quàmuis illam præstare non sit hominis sed Dei,ab eo igitur illam peto.Et tu edoctus ad plenum,qui pro amico metuas,& quid optes, nihil unquam pro me hominem roges,sed CHRISTVM ora,obsecro,ut qui mundi statum qualem cupiebam uidere amplius non spero,miserabilis animæ meæ statum,sic compositum & tranquillum uideam,ut securus ac lætus,ad uerã uitam,ex hac morte digrediar. Vale fœlix, inter colles Euganeos,ubi nunc habito,nisi me bella pepulerint. IIII. Cal. Iulias.

Fran.

Fran. Petrarcha Ioanni de Dondis Patauino, S.

EX mea ſoſpitate te gaudium, & honeſtam uoluptatem percipere, uir optime, nec no. uum mihi nec dubium eſt, nec hinc tamen æquo amplius gaudeas, mea hæc ſoſpitas, non ſolida ſed inanis, ac tremula & infirma eſt, ſicut omnium mortalium, ſed mea antè om nes, dum ſaniſsimus uideor, ſubitò neſcio quidem, unde, uel naturæ uel fortunæ meæ inſi. diæ erumpunt, quamobrem non antè me ſoſpitem arbitrabor, quàm omnibus uitæ malis exceſſero, quod utinam cito ſit, modò CHRISTO propitio egreſſurus ſim, his tamen in malis, hoc ſaltem boni eſt, quod de omnibus Deo gratias ago benedictus ipſe, qui hunc mihi animum præſtat, & licet magis de ſtatu alio gauderem, iſte tamen fortaſsis eſt meli. or. non ſemper aut amara obſunt, aut proſunt dulcia. quod quidem ſcribis, in eo te con. uicto refici ſolere, atque ideò abſentiam ægrè ferre, non miror. eſt hæc propria & per. petua uis amoris, at quod addis, & perfici, hoc non mirari fateor, non poſſum. quomodo perficiat imperfectus, tu uideris qui dixiſti. ſed eſt hic quoq;, non inhoneſtus error amanti um, ut ſibi quem diligunt, qualem cupiunt talem fingant, utcũq; ſe res habeat, tua hac opi nione gaudeo, & exulto, ac repeto, quod olim Solitariam uitam ſcribens, tunc Cauallicen ſi Epiſcopo Philippo me dixiſſe memini. Siquidem in hoc erras, gaudeo, neque hunc er rorem excidere tibi unquam poſſe uelim, glorioſum mihi, tibi delectabilem, damnoſum nulli, & hæc hactenus. quod ego autem uice uerſa tua gaudeã ſoſpitate, ne dici quidem opus eſt, eoq; magis, quò ex urbe nobis rure degentibus, indies grauiora nũciantur. Gra tior eſt enim inter labores requies, inter pericula ſecuritas, inter aduerſa proſperitas. Va. le Arquade *v.* Cal. Septembris.

Fran. Petrarcha Ioanni de Dondis Patauino, S.

INcolumitas tua gaudium meum eſt, tædia autem & tuorum lãguores ac funera, uul. nera animi mei ſunt, ſed non eges monitis, humana omnia humanitus ferre hominem oportet, ad hæc nati ſumus. Quæ de imperfectione mortalium ſcribis, planè approbo. ni. hil eſt uerius, at quod addis, te ex me, & ſi non perfectionem ullam, ultimam quæ eſt pau. corum, ſeu nullorum hominum perfectum, tantum non exiguum ſentire, atq; ideò meæ te auidum præſentiæ. Gaudeò hercle, ſi ſic eſt, ſi nimis dixi pridem, & repeto gaudio, ſic uideri, plura ſcriberẽ. Sed ipſe mox adero. Vale mei memor. Arquade *iii.* Cal. Nouẽb.

Fran. Petrarcha Caſparo Veronenſi, S.

CVra tua de me, & ſollicitudo, & metus amoris comites non ſunt res nouæ, nec in. cognitæ, uerum olim non mihi ſoli, ſed omnibus quoque notiſsimæ, quas nunc ta. men tuis efficaciſsimis literis recognoui. agerem gratias, niſi quod unum ſumus & nemo ſibi ipſi gratias agit. Ego ad ciuitatem redij, iam tertius dies eſt, & familiolam meam ru re dimiſſam, hodie uel ad tardius cras expecto, libellos quos ibi habui, mecum abſtuli, do. mum & reliqua cõſeruabit CHRISTVS qui ſollicitus eſt mei, quique à pueritia, immo ab utero matris meæ licet indignũ, & immeritũ, me cuſtodit, quæ ſi tamen omnino deſti. nata eſſet incendio, fiat uoluntas Dei, mihi de cætero ſatis eſt, ſepulchrum domus ultima. Nam quod amor dictat, & tu ſcribis, de inſcribendo nomen meum, ipſo domus in limine, pium magis, quàm accommodatũ eſt rebus atq; temporibus, Studioſorũ nomina Mars. non curat, non eſt amice nomen meum, ut tibi ſic alijs, carum uerendumq;. neque ego me tanti facio, ut ne dicam bello, ſed ne pace quidem nomen meum multum mihi profuturum ſperem. Totum igitur Deo cõmittitur, ut prædixi, qui rore pacifico, odij hoſtilis ardorem, uel lenire uel extinguere potens eſt, unum & ſi ualde properẽ ſiluiſſe noluerim, ſiquidem hac tua tanta tàm trepida ſollicitudine effeciſti, quod impoſsibile iudicabam, ut plus etiam quàm ſoleo, Gaſparum meum amem. Vale & pro me Deum ora. Patauí *xv.* Cal. Decemb.

Fran.

Fran. Petrarcha Gaſparo Veronenſi, S.

De ſtatu belli.

LIterulam tuam non abſimilem ſororum legi, plenam ſolliciti amoris ac timoris, gra. tum habeo ut debeo. noli tamen te in talibus animo laborare, & generoſas occupati. ones tuas interrumpe, familia illa mea, cui magis longè quàm mihi metuebam, inter ipſa tonitrua Martis euaſit, & hic Deo gratias mecum eſt. non enim tibi nunc aliud ſcriptu. rus, ſed ut literulæ modum impleam, ſubit animum, res noua quidem, & ex parte ridicula, ſtulti ſcilicet cuiuſdam minimè ſtultum dictum, his inſerere. Dum quodam tempore, magni motus inter Florentinos ac Piſanos exarſiſſent, qui peccatis utrorumq; crebri ni mis ac penè anniuerſarij nobis ſunt, iamq; exercitus Florentinus, portis egrederetur, ſtul tus quidam, qui per urbem nudus ibat, ſpecie rerum motus inquiſiuit, & quid rei eſſet, re ſponſum à proximo quodam fuit. An ignoras fatue, contra Piſanos bellum eſſe ſuſce. ptum? ad hæc ſtultus. An non, inquit, belli huius pax erit? Quomodo, ait is qui loqueba. tur, pacem cogitas, ô demens, nunc maximè bellum incipit. Quæro tamen, inquit ſtul. tus, An non belli huius aliquando pax futura ſit? At qui ait alter, nullum bellum ſempi. ternum eſt, erit utiq; pax quandoq;, ſed nunc bellum eſt. An non igitur, ait ſtultus, ſa. tius eſſet nunc pacem facere antequàm inciperet bellum uel procederet? quid uis dicam? niſi quod ſi dici liceret, ille mihi hoc uerbo ſtultus ſapiens fuiſſe uideretur, quod nunc uti. nam hi noſtri bellatores acrius librarent, eſſet fortè uel non cœptum, uel finitum bellum, antequàm damnis minus & bellicis calamitatibus premeremur, poſt quas, utique pax fu. tura eſt. Bona illa quidem licet ſera, quæ tempeſtiua eſſet optima, uerum aures ſanis con. ſilijs clauſæ ſunt, utcũq; ait ille, proficitur bello, immò deficitur, inſanitur, peccata hominum profectò omnium cauſæ ſunt malorum, hæc hactenus de euentu uidebimus, & expecta. bimus cœleſtis Domini uoluntatem. Vale Patauí *x.* Cal. Decembris.

FRANCISCI PE-TRARCHÆ V. C. EPISTO-LARVM DE REBVS SENILI-bus, Liber XIIII.

FRAN. PETRARCHA FRANCISCO CARRARIENSI,

Humana mirabilia non eſſe.

QVauiter affectum, & penè me tædio rerum præſentium conſopitũ, una tua uir inclyte & breuiſsima, & ſimul doctiſsima uox excuſit. ea uerò fu it huiuſcemodi. Quæ in mundo fiunt, ſeu contingunt omnia, ſeu bona il la ſeu mala ſint, & mirari te, & non mirari. idq; te mihi ceu talium cogni. tori, uerbis utor tuis, ac magiſtro, rei huius iuditiũ relinquere. ego in his ingenium tuum olim mihi notiſsimum recognoſco, & generoſi ænigma tis uim perpendo, ſimile quiddam habentis Heraclito. ille enim ait. In idem flumen bis de ſcendimus, & non deſcendimus. tu autem rem eandem, & mirari te dicis, & nõ mirari. cõ. traria hæc uidentur, ſed non ſunt, utriq; ſuæ ſunt cauſæ, ut & miretur ſapiens, & non mire. tur, neutrumq; mirabile ſic habẽdum. fuit aliquando, qui quæreret. Si eſt Deus unde ma. lum? ſi autem non eſt Deus, unde bonum? perplexa illi forſan interrogatio, nobis & om. nibus qui nõ in totum deſipiunt, Deũ eſſe nulla prorſus eſt dubitatio, quamuis inſipiens in corde ſuo dixerit, non eſt Deus, de hoc ipſo tamen Deo non ſolũ innumerabiles exteræ nationis, ſed q; dolendum eſt magis, multi etiam ex noſtris, ſeu ignorãtia, ſeu ſuperbia ma lè ſentiunt ac ſenſerunt, de quo quidem nõ modò Chriſtianæ religionis Theologi, ſed pa. ganæ et iam ſuperſtitionis Philoſophi queſti ſunt, immeritò illi quidem, non enim in uno errant. aut in altero, ſed quicquid loquuntur aut ſentiũt error eſt, cum Deos celebrẽt non Deũ. ſed ne lõgius eam à propoſito, quicquid uſquam boni eſt, ab hoc uno Deo eſſe non ambigitur, quicquid autem mali uel à ſuggeſtu dæmonum, uel à peruerſitate hominum,

qui libero creati arbitrio, ad deteriora uolũtariè inclinantur. cum igitur aut insignis pietas, aut charitas, aut fides in homine cernitur, est fateor, quod mireris. cur quæso? nisi propter eximiam raritatem, multa enim mirabilia raritas fecit, quod natura non fecerat, raros aũt bonos ait Satyricus poëta, & numero uix septem esse confirmat, quos ad unum regius propheta restringit. Sed sequamur communia, certè quotcunque sint boni, paucissimos esse nemo est qui nesciat, hoc est admirandi causa, de qua Satyricus idem ait:

Nunc si depositum non inficietur amicus.

si reddet ueterem cum tota ærugine follem: prodigiosa fides & tu scis digna libellis: quæq; coronata lustrari debeat agna. & quæ in hanc sententiam sequuntur. Contrà uerò, dũ cœperis cogitare uirtutem omnem non ab alio esse, quàm ab illo qui est dominus uirtutum, non miraberis ab eodem, qui potest omnia, & uult bona, non in animam modò rationalem, sed in animal brutum aut saxum insensibile infundi potuisse, uirtutem, quam prima facie mirabaris. ex diuersò, autem si quando filius in patrem, frater in fratrem, uxor in uirũ, seruus in dominum, in benefactorem suum aliquis beneficij oblitus insurgat, gratitudine ac pietate calcatis, quis non & doleat, & miretur, quod malorũ tanto est maior numerus, quàm bonorum? at cum ad rei causam de qua dixi, & multò maximè ad consuetudinem quotidianam, sese animus reflexerit, illicò desinet admirari, quis enim miretur, quod in oculis habet semper, cuiusq; contrarium, quasi nunquã uidet, hunc sensum, mi Domine, è tuo breuiloquio mei, breuitas intellectus elicuit, si rectum, hoc est si tuum benè quidem, si minus tuum, ex te libenter audiam & tenebo. Te autem hortor atque obsecro, ut quod magnitudinem ac sapientiam tuam decet, humanum nihil admirans, sed uirtute inferiora ducens omnia, spei q; anchoram in CHRISTO & misericordia sua figens, aduersus hos tuum sanguinem, tàm cupidè sitientes, uigili animo excubes & intento. sisq; ad omnia imperterritus & inuictus, nihil metuens, omnia tamen circumspiciens & cauens, nec passim omnibus qui tibi arridents, sed tuorum probatissimæ fidei te committens, difficilis fateor discretio, puros animos fucatosq; discernere, sed multum de ingenio tuo fido, decq; tua rerum experientia, in qua nulli cedis. super omnia autem spero de custodia IESV CHRISTI, de q̃ scriptum est: Si iniquitatem aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus: quod uerbum si diligenter excuteretur, hos tibi sine ulla iusta causa pernitiem molientes, multum terræ deuerat, sed benè habet, & tu saluus, & prima coniurationis cuspis effracta est, totiam insidijs patefactis, de reliquo, & illi segniores ad insidiandum, & tu eris instructior ad cauendum, & CHRISTVS ipse ab initio custos tuus, non te destituet in finem. si enim in coniuratione pari, scribit Valerius uigilasse oculos deorum, pro salute Tyberij, & si Marcus Antoninus ille doctissimus principum, in periculo simili, uxorem suam Faustinam, dum per literas solaretur, ita de mendacibus deis scripsit. Esto igitur secura, Dij metuentur, dijs pietas mea cordi est, quid tu de uero Deo & dicere potes & sperare? illi ego quãtuscunq; peccator, teq; tuamq; uitã aç salutem suppliciter recommendo. optarem præter preces aduota posse tibi aliquid præstare, uel auxilij, uel consilij salutaris, Nil libentius unquam feci.

Fran. Petrarcha Stephano Columnæ, S.

De libris Agapiti Columnensis.

MVltas tibi literulas his temporibus scripsi, nec ullius meruit responsum, miror, non propter scribentem quidẽ, neque propter scripturam, sed propter materiam, de qua scriptæ erant, de te scilicet tuis meisq; uti consanguineis Dominis meis, neque enim obstat ætas tenera, radicato altius amori atque honori. erunt semper mei domini, meique simul erunt filij, quicunque ex illa radice prodierint, quam dilexi, & diligam, non illum mihi mors amorem, non læthei gurgitis unda præripiet. Sunt ut scis penes me libri, olim claræ memoriæ Agapiti senioris de Columna, nunc adolescentium nostrorum, ego quidem hoc biennio, ter aut quater cum morte luctatus sum, quæ si me strauisset. poterant facilè libri illi perdi, non sine illorum iuuenum detrimento insigni. & mei animi dolore. & quotiẽs tibi, quotiẽs eorũ clarissimæ genitrici scripsi, ut me hoc fasce leuaretis, uos responsis, aut nullis, aut pplexis adeò rẽ traxistis, ut denuò cogar ad calamũ, teq; p omnes cœlicolas

cœlicolas obtester, ut quàm primum hac me graui sarcina expedias. Certè si nunc prodigiosum est, depositũ non negare, ut Satyrico uidetur, quantò est prodigiosius, nolle illud accipere, & orantem ut recipiatur nõ audire, crede mihi, si ut iuris ciuilis, & canonici sunt, sic Ciceronis & Varronis libri essent, fortè non totiens te rogarem. proinde tu ut uisum erit, ego quamuis rerum fessus, & fidem, & quam potero diligẽtiam adhibeto, si per suos steterit, quos res tangit, quicquid euenerit sine culpa sum. ipsa me ueritas, & hæc excuset epistola, ad quam ut rescribas obsecro, per si quis tibi mei amor unquam fuit, si qua tibi superest nostrorum memoria defunctorum, qui in cœlo semper ut spero, certè adhuc in memoria mea uiuunt. Patere, quæso, immò fac ut deinceps alijs de rebus, quàm familiaribus tecum loquar. Viue nostri memor & uale.

Fran. Petrarcha Stephano Columnæ, S.

SCribis inter multa, qbus uel seorsum literis, uel ipsa nũcij tui uocem respondeo, Pont. Max. meam optare p̃sentiã, neq; ad laborẽ meũ, neq; ad usum suum, sed ad hoc unum, sicut ait, ut mei p̃sentia suã curiam honestet, optarem & ego fateor primũ talis esse, ex quo id meritò sperare, id enim uerò quò minus sum, eò maior in me est dignatio tãti patris. Secundũ uerò, ut ex his locis, meã p̃sentiam optaret, in qbus ego peccator, et nisi fallit opinio CHRISTVS & Petrus suã optant, ire enim si negrem, ferri niterer, ut Vrbano uocãte dudũ feci, q̃uis possibilitas, piæ tũc defuerit uolũtati, fortasse ideò ne Põtificẽ ipsũ miserabile illud, ad ergastulum redeuntẽ, q; aurib. mœstus audiui, oculis mœstissimus uiderẽ. qd nũc sanè tanto respõdeam uocatori? & qd putas, & si inuisum ad locũ, amabilẽ tamen ad domi nũ, prono saltẽ animo, uenirem nisi in me senectus simul, & morborũ exercitus, cõspirassent, qbus obsessus, uix ꝓximam ad ecclesiã ꝓficisci queo, de ipso enim, quamuis nihil meritus, multũ spero, plurima quidẽ habeo suæ charitatis indicia, nominatim uerba illa mitissima, quibus p̃ter alia missa sæpè, per nuncios ipse mecum præsens Ticini usus est, dum prædecessorem suum sequens, Romam peteret. cæterum is mei nunc corporis status est, ut uenire nullo possim modo, quinimmò si ibi essem, non usui sibi esse, sed labori, expediret enim inter cætera mihi, de Medicis prouideri, Iocor tecũ, uir optime. Medicis enim nunquam credidi, nec credam quidem. Vale Arquade Cal. Decembris.

Fran. Petrarcha Iorbardo à Sirico, S.

De habitatione rustica & urbana.

SCripsisti mihi quo lætius de te nihil audire potuerã, neq; nũc illud metior, q; te magno mei uidẽdi desiderio teneri ais, ita quidẽ esse, immò aliter esse nõ posse certus sum, no tamihi fides tua, nota charitas, notus amor, nõ uerbis inanibus, aut arrisu amicitiarum fragili caducarũ uinculo, sed rerũ infallibilib. argumẽtis animorũ nexu ualido ac tenaci. et q̃s uis hoc tuo desiderio delecter, ac gaudeã, mirũ & penè incredibile, magis delector impedimẽto. qs unquam hoc audiuit, placerẽ cui q̃ ualde unum aliquid, sed multò amplius placere cõtrarium. sic est tamen. gaudeo, hercle, q; me cupias uidere, nam & ego te cupio, opto ut nos inuicem uideamus, etsi enim animo tu me semper, ego te uideam, amicorum tamen conspectus & præsentia, & conuersatio habet aliquid uiuæ uoluptatis, immò uerò q̃pluri mum. In hoc enim planè cum Anneo sentio, in eo non æquè consentio quod ait, uenit ad nos ex his, quos amamus etiam absentibus gaudium, sed id leue & euanidum. magis ꝓbo quod idẽ alibi amicus, inquit, animo possidendus est, hic autem nunquam abest, quæcũq; uult quotidie uidet. neq; enim maius priuilegium insani amoris, de quo scribitur:

Absentem absens audit q; uidet q;:

quàm honestæ amicitiæ debet esse, nec nimis è natura illud apud Senecam abienti dicitur amico. Mecũ stude, mecũ cœna, mecũ ambula, q̃ illud apud Virgilium de amante:

Hærent infixi pectore uultus. Verba q;.

itaq; q; de absentiũ gaudio ille ait, potest id quidẽ uerũ esse, in his qui imagines amicorum leuiter sibi in animo depinxerunt. nam qui eas ibi solido, quasi de marmore insculpserũt, his non leuè & euanidum, sed firmum gaudium de amico, non solùm paruo terræ spatio

distante percipitur, sed de extincto etiam ac sepulto. q̄ igitur me quē mente conspicis, oculis sperare cupias gaudeo, ut dixi, at q̄ metus reuidendæ urbis, cuius me nunc incolā non electio mea, sed necessitas mœsta facit, hoc desiderium tuū frenet, magis magisq; gaudeo, & libētissimè te uisurus, te libētius nō uideo, dū scilicet rei causam nō rē ipsam cogito, ita ergo fac obsecro, nec te noster amor, ab hac sancta et sobria intentione dimoueat, malo me non adeas, quam urbē simul adeas, & me non præsertim totum reperturus. uix quicquam tanti pretij reperias, quod non adeundi periculo sapienter sperni possit, ac negligi:

Impiger extremos curris mercator ad Indos.

benè ais Flacce. nēpè inde ad nos, & gēmæ, & aromata deuehūt, longum iter, labor magnus, & periculū nō paruū, sed ut mores hominū sunt, nihil arduū ducit auaritia, nihil gula difficile, q̄ ut exprimeretur adiectū est:

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes,

hoc est per tempestates ac scopulos, cœlicq; intemperiē & ardores. Finge aūt, & per ueros ignes illuc iter esse, & q̄ inde petūtur, è medijs ignibus rapienda, nemo iā curret ad Indos, at q̄ in urbibus nō solū ignis iste materialis, sed q̄ multò est grauius, multoq; funestius, inuisibiles animorū flammæ & incendia uitiorū omniū exæstuant, & ad summam quot sunt urbes, totidē sunt sentinæ libidinum ac scelerum officinæ, Vbi enim, quæso, nisi in urbibus uoluptates fœdæ habitant? ubi lenocinia, & prostrata passim pudicitia, calcata uerecundia, pulsus decor? ubi demum stupra & adulteria, & incestus atque omnis generis corruptelæ? ubi fraudes, ubi doli, simulatiqúe contractus, & superpositi partus, & expositi, & hæredis ad nutum composita testamenta, ubi furta & rapinæ? ubi periuria, & periculosa mendacia, & corrupti iudices, infidi notarij, falsi testes, interqúe iustitiæ patronos oppressa iustitia? ubi ad ultimum uana lætitia? uerus dolor? ubi inanis gloria? uerum dedecus? ubi luxus & gula inexplebilis & mœsta pauperies, & sollicitæ operosæqúe diuitiæ, & uoracissimum fœnus? & pomparum strepitus? ubi mons superbiarum, uallis formidinum, palus libidinum, sylua negotiorum, & mare miseriarum, & tempestates litium, & errorum nubes, & puteus odiorum, ubi imber assiduus lachrymarum, ubi ex æquo risus ac luctus inconditus, & querelæ & clamores, & contentiones & iurgia amara, & mellitæ uenenosæqúe blanditiæ, & susurri infames, & clandestini morsus, & studia partium, sine fine flammantia, utqúe omnia simul stringam, ubi uirtutum fuga, & imperium peccati omnis, ubi & patentes inimicitiæ, & occultæ & fraudum tendiculæ, & insidiæ capitales & ueneficia, et cædes, & quicquid mali homo in hominē molitur? multa ecce nec dum omnia diximus. qui hæc, & quæ sunt huiusmodi cernere expetit, uel audire, non longa est uia, proximam urbem petat, quæcunq; illa sit q̄uis angusta, quamuis amplissima, & plena talium inueniet, & capacem, horum certè atque omnium malorum fons est ciuitas, adeò quæ ad tutelam humani generis facta erat, ad eiusdem excidium uersa est. Benè igitur facis & prudenter, qui illuc metuis reuerti, ubi nemo unquam peior factus habitauit, unde nemo, unquam nisi melior fidendus accesit, nemo non melior factus exulauit, iniquè illam suis ciuibus, tu ad alteram pertines ciuitatem, rure habita. illa dulcis & innocua ac tranquilla, opportuna qúe moribus tuis habitatio, ubi non uoluptati studeas sed uirtuti, immò & uoluptati, sobriè ac modestè, nulla enim certior, nulla iucundior uoluptas, quàm quæ de animi bonis innocentia ac uirtute percipitur. illic habita ubi non corpus, sed ingenium colas, immò & corpus, quod exundantia opprimitur, parsimonia ac frugalitate uegetatur, denique ubi non mundo placeas sed Deo. Neque quid de te cæci extra sentiant, & insani, sed quid conscientia tua intus, quid cœlestis desuper speculator attendas. in omni enim quòd honestè, quod piè, quod sanctè, quod utiliter sis acturus, quanto fieri potest longius à uulgi consilijs, atque opinionibus fugiendum, & ab illo aures, quasi à Sirenum cantibus, oculos nō aliter quàm à basiliſco aliquo diuertendos censeo, hoc & tibi & mihi, & omnibus eodem aspirantibus consilium do. Et de his quidem, quoniam abundè in libris quos ad Philippum meum, magnum illum utiq; semper uirū, tūc tamē exiguū episcopū, nūc ingentē Romanæ Ecclesiæ dignitate, nō morib. Cardinalē, scripsi, differuisse uideor, nūc te ad illos remisisse cōtētus ad instituta pgredior. Delectauit me in

me in epistolæ tuæ fine, dialogus ille, cū tuis hospitibus habitus, uitam tuam hanc mirantibus, uoluptariamq; laudantibus, quid ni aūt delectet ac placeat? nihil sententiosius, nihil breuius, de quo quidem iuuat hic pauca decerpere, ut intelligas quid mihi sapiat sermo tuus, cuius iocosa & abscissa breuitas, me in risum, librata ueritas in stuporē egit, dum unus è grege illo, qui fœdi corporis turpissimæ parti neutri seruiunt, ridens quæsiuisset, Quid comederes. respondisti panem & polentam, & poscenti potum ostendisti puteum. Præclarè, nam quid aliud si quis illam roget? natura ipsa respondeat, nec natura solum rerum prudentissima, seu naturæ consentiens, Anneus acer Stoicus, & uirilis sectæ, sed famosus ille patronus uoluptatis Epicurus, Panē, inquit, & aquam natura desiderat, nemo ad hæc pauper est, intra quæ quisquis desiderium suum clausit, cum ipso Ioue de fœlicitate cōtendat. Quid hic aliud dici possit, quàm quod utriusque me duces hac in parte concordes dicunt? siquidem Epicurum Anneus in hoc sequitur, & Anneum Nepos, ubi ait:

Satis est populis fluuiusq; ceresq;

Quod quidem ne uulgi uulneret palatū, sic intelligi uolo, ut Seneca idem alio quodam loco. Non est res iucunda, inquit, aqua & polenta, aut frustū panis ordeacei, sed summa uoluptas est, posse capere ex his etiā uoluptatē, & ad id se deduxisse, q̄ eripere nulla fortunæ iniquitas possit. Et alibi: Non dives ille rex Pergami, quin cōtrariū sensisset haud dubiè, sed pauper ille amicus Senecæ Attalus, Ad ueras, inquit, te cōuerte diuitias, disce paruo esse cōtētus, & illam uocē magnus atq; animosus exclama, habeamus aquā, habeamus polentam, Iouī ipsi cōtrouersiam de fœlicitate faciamus. Addidisti aūt responso, & olera interdum, & legumina, & lac bouis. Ex hoc rursum sobriè, quando & ipse Epicurus, quantumlibet mollis auctor, defensorq; sententiæ, uixisse tamē exigui lætus plantibus horti traditur, & Curius fortissimus dux Romanus, q̄ ualidissimam Italiæ gentem, q̄ ditissimū Græciæ regē uicit, ut de eo scriptū est, paruo q̄ legerat horto, ipse focis breuibus ponebat oluscula. eadem ratio leguminū. nēpè quibus & Seuerū principem, inter tot delitias, & Pythagoram Philosophū carnem fugitantem, uti solitos acceperas. eadem denicq; ratio lactis est, q̄ nō hominū modo, sed bubalū manu pressum, Cæsari Augusto placuisse legimus. qs omnino hominū cibū aspernetur aut respuat, cuius mundi dominū, nō dico patientē sed appetentem audiat? sed turpis gula tumidæ iūcta superbiæ, rerū nobis omniū fastidiū fecit, nisi quas difficultas cōmendat aut pretiū, homo iners animal, & caducū simulq; insolens, et petulcū, per studiosus uoluptatū & ciborum, cibus ipse mox uermiū futurus, sed hinc quoque progredior. Quem uerò non delectet tua illa responsio, dum quærentium ut carnes ederes, lupum te non esse dixisti, & hoc propriè. Adde autem nec leo, nec ursus, nec uultur, semiferūqúe aliud, et immane animal. edimus et nos quandoq; carnes, ut cæteri, sed nisi CHRISTVS rex noster & Deus noster, ut repetam q̄ communem ad amicū nuper scripsi, non quidem gulæ obseques, certè nec necessitati suæ consulens, quamuis ut homo interdū esuriens, sitiensq;, sed nostræ potius imbecillitati, quantum ego arbitror, condescendens, his usus fuisse diceret, auderē & ego cū Virgilio impiorū cibū appellare. Sic enim ait, illud ante Iouē, multorū malorū principē atq; errorū tēpus aureū, describens, ante etiam sceptrum Dyctei regis, & ante

Impia quam cæsis gens epulata iuuencis.
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.

Vitam scilicet parcam & modestam, & terræ frugibus, contentam, & animalium cædibus abstinentem, præcipueq; terrestrium. Mutata res sub Ioue primū, eoq; sensim deducta est, ut non solus iam iuuencis, sed nulli paratur animantium, ita ut iam fœda etiam & horrenda, insuper & uenenosa tententē, psuasumq; est homini, q & ipse terrestre est animal, q̄ sine terrestriū morte uix uiueret. Quinetiam, q̄ multi & magni sunt auctores, Antropophagi gens arroa Borysthenē circa amnē, dū humana carne cupidius, q̄ cibo ullo alio, famem sedant, sicut mœstam in circuitu & latè uastam solitudinē hominū, sic ferarū horribilem frequentiam effecerūt, fertur in aduerso mūdi tractu, sub meridiē gens altera, sed eiusdē & uictus & nominis, famæ uerò tenuioris, utraq; sanè gens Ichthyophagis, qui serpentib. uescuntur immanior, ille enim cibus periculosus in se, iste aūt trux & inhumanus in, pximū,

quando igitur quæso iuuencis abstineant, q̃ nec homine abstinẽt nec à serpente, crede mihi amice, quocũq; te uerteris, ferocissimũ animal est homo, simulq; debilissimũ atq; mollissimũ, & ut dicam breuiter, miserrimũ. indies igitur magis ac magis probo, q̃ de homine scribuntur à multis. Lege naturalis historiæ librũ *VII.* cuius in principio Plinius anxiè doctus uir, uidet̃ mihi miro cõpendio humanæ summã pstrinxisse miseriæ, q̃ quoniã multiformis & uaria est, neq; minor ideò, q; in angustias sit coacta, eius unicã tibi hodie decerpsisse particulam, huic inserendam epistolæ, haud proposito dissonum extimaui. Vni, inqt, animantiũ luctus est datus, uni luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per singula mẽbra, uni ambitio, uni auaritia, uni immensa uiuendi cupido, uni superstitio, uni sepulturæ cura, atq; etiam pos. se de futuro. Nulli uita fragilior, nulli rerũ omnium libido maior, nulli pauor confusior, nulli rabies acrior. hæc sunt Plinij. quibus illud ut ad rem pertineat, addi potest. Nulli sollicitior atq; operosior gula est, adeò, cum cunctis animalibus cibus unus sufficiat, uni homini non sufficiunt omnes, cui ut unde discesseram reuertar, cum tot cibi sint, nec humano quidem gustu, nec tanto digni studio, iure Apuleius Madaurensis in illius libri fine quí uocatur. Asclepius, quasi glorians dicis. Conuertimus nos ad puram, & sine animalibus cœnam, nunc nulla sine animalibus cœna, & cõmunia apposuisse probro habetur. neque ego inter hominum miserias hanc ultimam pono, de quibus multa per libros, sed nescio an breuius aliquid quàm quod ait Iob: Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miseriis, heu mihi q̃ multis & q̃ grauibus, quanquam ineluctabilibus, quibus coacti quidam sunt asserere. optimum homini nõ nasci, proximũ quam primũ mori. Inter quas tamẽ cæci & miseri mortales, & ignari rerũ, & conditionis obliti exultant. oppleticq; mero, & carnibus, uelut eximia fœlicitate tripudiant, & nos rident, seu etiam oderunt, illorum insanias, aut uerbo aut supercilio liberiore damnantes, neque audiunt Dauid. Adhuc, inquit, escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, neque illud uulgatum: *Extrema gaudij luctus occupat.*

Et quid tibi uis; his atque alijs, sed obseruatione in primis humanarum rerum quotidie magís assentior Graio uati, qui quãdo huc loquendo puentum erat, prætereundus non fuit. Is ergo Odysseæ libro *XVIII.* Nil, inquit, miserius terra nutrit homine. sed iam satis sit, tulit me ipsius de qua loquor rei odium, ultrà quàm destinassem. Quid quod uasa Corynthia requirenti, Samia quæ nos fictilia dicimus prætendisti? profectò non unius tantùm urbis domos, sed mores animosq́ue mortalium latè Corynthium illud corrupit incendium, unde principium Corynthiorum prodijt uasorum, quorum immodicus appetitus, clarissimæ maximorum famæ hominum notam cupiditatis affricuit, unde q; cõstat Augustus Cæsar Corynthiarius ab obtrectatoribus dictus est. At Curius ille, cuius suprà memini tàm constantis fuit animi aduersus Samia, quod hunc tantum uirum, tantumq; uictorem, rapas in igne torrentem, & in fictilibus reponentem legimus, & miramur dum hæc agenti, nõ amici sed hostes illi, quidẽ admiratione uirtutis sola, nõ Corynthium æs, sed auri magnum pondus attulerũt, quod ille fictilibus posthabitũ, magnificentissimè recusauit. Iam uerò q; quærenti quisnam tibi cocus esset? ignem respondisti, & id quoq; perpropriè, fuit apud maiores nostros cocus seruorum omnium, uilissimus, nunc familiæ princeps est, q̃ris causam? nullam inuenies p̃ter gulam, hoc nobis & nõ unicũ malũ uicta intulit Asia, & uictores hostiũ, luxuriæ uiuẽdos, exarmatos eneruosq; obtulit, & quãto melius fuerat Asiã uicisse. At ex ordine ꝓsequenti, num famulũ haberes, aut famulã? dixisti. Ad primũ nõ habere te inimicum uelle, ad secundum apud inferos Sathanam habitare, utrumq; non minus propriè dictum dico. nam & famuli quicquid de his Seneca loquatur, urbanius, ueri hostes sunt, & fœmina ut in plurimis uerus est diabolus, hostis pacis, fons impatientiæ, materia iurgiorum, qua caruisse tranquillitas certa est. Proinde quæ te de coniuge percontatus est, non sat mihi uidetur tuum nosse propositum, neque satis intellexisse, quàm malè, quamq; discorditer Philosophiæ studiũ cõiugiũq; cohabitent, quamobrẽ & hic quoque respõsum tuũ, iure quidẽ, & sentẽtia & breuitate laudabile, q̃ Orpheum te non esse dixisti. nẽpè q; sic cõiuge capiaris, ut cupidè descẽdas in tartarũ, ope fidiũ petiturus Eurydicẽ. neq;

neque si planè esses Orpheus, teq; Threiciam cytharam moderantem, feræ atque arbores sequerentur. illuc unquam me hortante descenderes, uxores habeant, qui mulierbri fine, consortio & nocturnis amplexibus atque conuiuijs uagituq; infantium, & insomni negotio delectantur, eoq; modo, maximè claritatem nominis, & perpetuitatẽ familiæ moliuntur, quo nihil incertius. Nos si dabitur, nostrum nomen non coniugio, sed ingenio, non filijs sed libris, nõ fœminæ, sed uirtutis auxilio propagamus, parũ sibi, parũ Deo fidit, qui ad gratiam posteritatis, ac gloriã opem poscit uxoris, uxor enim & filios, & nepotes, fœcunditate successuum, & curas tibi pariet & labores. clarum nomen ac longæuum, nisi ipse tibi pepereris, non habebis. inter tot fœmineos, hic uiris est partus. quantum hodie Platonis aut Aristotelis, quantum Homeri ac Virgilij nomen esset, si matrimonio illud ac sobole cõparandum censuissent? non sunt hæ uiæ ad gloriam, quæ dicuntur, sed deuia & errores. neque hac ad splendorem famæ pergitur, sed sæpè ad pericula, sæpius q́ue ad dedecora, & ferè semper ad tædia, & certè periculorum atque dedecorum innumerabilia sunt exempla. Atridas interroga, Argiuumq; augurem, & de nostris ducibus Africanum minorem, Magnumq́ue Pompeium & collegam eius Crassum & Agrippam, de principibus Iul. Cæsarem, & Tyberium, & Seuerum, Duos inter mille duarum adulterio infames. Iulianum, et Domitianum cum sua Domitia, quæ sibi nomine par fuit & moribus, atque ante omnes Claudiũ, qui inter Messallinas atq; Agrippinas suas, hinc fœda & uulgatà libidine inquinatum, hinc ueneno ancipiti attentatũ peremptumq; fatebitur. & omitto Marcum, & Arcturũ reges, fabulasq; Britannicas, ac Philippum Macedonem Alexandri patrẽ, falsò creditum. coætaneos quoque nostros fileo, ne ut uiuentibus assolet nimium molesta sit ueritas. Nam coniugalium tædiorum pleni sunt thalami, omnes lecti, domus, uici, atria, plateæ, ut de his agere infinitæ materiæ uideantur, non sunt euoluenda uolumina, modò publicum egredere undique coniugum querelis clamoribus q́ue pulsaberis. nominatim magnus horum testis est Socrates, nisi maior esset Hadrianus & Augustus Maximus. Quid de filijs dicam, propter quos uxor optatur? utrumq; certè & uxorũ & natorũ, q̃ sit anceps mercimoniũ dici nequit. sed omissis q̃ infinita sunt, quia de uxoribus satis est dictũ, q; ad natos attinet, pro summario rerũ gustu, testes prodeant Marcus Aurelius Antoninus, & quem proximè nominaui, Seuerus ipse Septimius. de quorum primo Iulius Capitolinus historicus, in hunc modum scribit: Et hic, inquit, sanè uir tantus, & talis, ac dijs uita & morte coniunctus, filium Commodum dereliquit, q; si fœlix fuisset, filiũ non reliquisset. de utroq; simul Aelius Spartianus, Veniamus, inqt, ad genitos. quid Marco fœlicius fuisset, si Commodũ nõ reliquisset hæredẽ? quid Seuerio Septimio si Bassianũ non genuisset? sed quo tendimus, atque ubi linquimus Ciceronem, cui soli, ut historicus idem ait, melius fuerat liberos non habere. quod non sic accipio, ut soli sibi id melius fuerit, cum & idem de alijs dicunt, sic & de alijs atque alijs dici possit, sed ut sibi, hoc est solitario melius fuerit, incomitatum liberis, insuper & coniugio fuisse quod non fuit. esset autem uel incognitus, uel infamis, nisi scribendo libros & legendo, quàm ducendo uxorẽ, & ignendo filios, plus gloriæ quæsiuisset. Et ille quidem Marco suo, heu, totiens laudato turpi filio superstite, post fata ut quibusdam placuit, fuisse uidetur infœlix. at quod potuit uxoris molestias, opportuno diuortio declinauit, neque unquam induci quiuit, ut experto semel ac damnato iugo, iterum colla submitteret. nobis sanè quibus remedium illud, & si necessarium esset adeptum erat, dum libertas præsens, & mille compedes ab initio prouidendo, Deo gratias & prouisum fuit, ne in hos laqueos incideremus. quod & te, uulgo licet adsentante, constanter fecisse hactenus, & me olim in multis iuueniliter uarium, in hoc semper uniformem propositi, ad hanc ætatem peruenisse, gratulor seu consilio, seu fortunæ nostræ. Hæc tàm multa de uxore dixerim, ut factum nostrum, quod sæpè sapientibus displicuit, hac saltem in parte nobis placeat. Duo etiam nunc supersunt, antequàm te ocio tuo reddam, primũ q; ciuitatem liqueris admiranti, Sollicitudines te & curas & tædia reliquisse dixisti, quid uerius poteras? quid breuius? addere licet & scelera, & illa omnia, quorũ suprà mentio est habita, uel quorum Dauid meminit in Psalmo: Iniquitatem & contra-

dictionem,& laborem,& iniustitiam,& usuram & dolũ,ac post omnia inhumanitatẽ, & obliuionẽ rerũ optimarũ,atq; habitum pessimarũ. Et quoniam hodierna die Seneca teste, uti cœpimus,nõ curemus,nũc alium fatigare,is ergo quid ait. Inimica multorũ est cõuersatio,& confestim: Vtiq;,inqr,quo maior est populus,cui miscemur,hoc periculi plus est. hinc de seipso loquens: Auarior ait redeo,ambitiosior,luxuriosior, immò uerò crudelior & inhumanior,quia inter homines fui. Et iterum cũ se ab Attalo sua multa bona ac salubria didicisse dixisset,hoc addidit. Et deinde ad ciuitatis uitã reductus,ex benè cœptis pauca seruaui. id si Senecæ tali uiro tàm forti,tàm rigido,tàm cõstanti accidit, quid fragilibus euenturum credimus? pulchra prorsus & optanda doctis habitatio, ubi auaritia, ambitio, luxuria,ad extremum crudelitas inhumanitasq; discuntur. bona uerò & salutaria dediscuntur,amici tui,quod tàm cupidè urbem fugio,admirandi ipsi,cum uulgò potius ac stupendi,qui in popinis ac balneis,in lupanaribus, & macello suam omnem posuere fœlicitatẽ, miserabili cæcitate. Eadem ratio est admirationis alterius,quod uiuorum respuens consortia,tàm libenter obsequijs & familiaritate fruetis mortuorum, hoc ille rerũ nescius ridet. hoc sapiens si quis est laudet,ab his enim quos appellant uiuos,uix quicquam boni unquam,aut uerbo didiceris,aut exemplo. Contrà,uix à mortuis quicquã mali, bona autem multa quotidie,tum quia tædiosissimi isti sunt,illi semper affabiles & modesti sunt,qui licet ipsi forsitan dum in terris agerent,difficiles ac morosi essent, quod penitùs euitare uix est nostræ fragilitatis,in eorum tamẽ sermonibus,quos scriptos reliquerunt, illorum flos ac fructus ingenij merus est,multis abundans,& honestis & utilibus & iucundis,cũ interim de his nostris,seu uiuentibus dicam uerius,spirantibus,seu defunctis dicam rectius sepultis,rei speiq; bonæ nihil appareat. quis ergo tàm cæcus,& tàm excors,ut inter ista non eligat,longum est ire per singula,sed hæc attingere libuit, ut nosses tuam mihi sententiam probari,qua perlecta,dixi mecum uir hic rectum iter graditur,tamq; cum sene Terentiano in portu nauigat,dignus uulgi mores,morasq; urbium odisse. Vale.

Fran. Petrarcha Gulielmo Maramauro EQ. Neapolitano, S.

FEcisti amice ut soles omnia,q; me rerũ nuper apud Neapolim gestarũ,tuis literis participẽ uoluisti,nõ enim tu illius animo meo iucũdissimæ historiæ seriẽ describisti, aut pinxisti,q; ipsum ritè facerẽ,aut p̃clari scriptoris,aut egregij sit pictoris,sed q; cœlestis fuit ingenij,me p̃sentẽ rebus in medijs posuisti. Illa ego nõ legi,nec audiui,sed uidi,tecũq; omnibus interfui,rarũ opus,& paucorũ hominũ,gratiam tibi habeo nõ mediocrẽ,illius nempè,si nescis filij mei,& gaudia & honores mei sunt,illo benè agente,ac prosperãte glorior & triumpho. Alma quidẽ Regina,morẽ suũ tenuit,paruificũ nihil agere didicit, proceres quoq; Parthenopei,q̃uis interdũ hac in parte,lo qui aliter uisus sim, illũ qui apud uos, nescio,an adhuc agitur ludũ tartareũ perosus,cogitãs,tamẽ nullam tàm benè moratam ciuitatẽ,quæ non aliq̃d reprehensione dignũ habeat,pleno in reliquis ore laudandos, celebrandosq; se nunc offerunt,liberales semp ac munifici & fideles amici. q; ita esse Roma ipsa testabit,q̃ bello Punico secũdo afflictis imperij uiribus,ab omni fermè Italia derelicta, immò attrita quidẽ ab omnibus,& oppressa à Capuanis,ante alios uicinis nostris,de quibus optimè merebatur,pro quibus multa & magna bella gesserat prodita, & iniurias perpessa grauissimas Neapolitanorum liberalitatem eximiam ac fidem, extremis suis sensit in rebus,unde & ego ueteribus & nouis argumentis inducor,ut censeam q; Parthenopen nouit,& nõ amat,aut nõ nosse,aut nõ amare uirtutẽ. Fecerũt benè igit̃ nobilissimi Ciues, & q; soliti sunt,q generosum & egregium adolescentẽ,ad omne bonũ opus aptissimũ,& ab alio licet Italico orbe uenientẽ,alũnamq; simul suã,apud eos reor ortã,nutritãq;,dũ p̃claro cõiugio unirent̃,honorib. ut tu scribis cõcelebrauêre magnificis,uno actu sibi morẽ solitũ possidentes,benè meritis honorẽ debitũ exhibẽtes,de his hactenus. Status mei historia, quam exposcis longiuscula est,ideoq; prætereo,summa est,quod animo ut peccator, non desperans benè ualeo,honestis studijs nunquam magis incubui,nunquam maiorem inde uoluptatem percepi,quàm hodie percipio,dicam tibi rem mirabilem,sed ueram: cum ad reliqua omnia senescamus,ad hoc unũ quotidie iuuenesco. Hæc quæ dicitur fortuna,more suo me-

suo mecum agit,nec egeo nec abundo,immò equidem abundo, quando & multi mihi inuident,quod aliquando non credidi,sed nũc scio,& nihil est sub cœlo quod ualde cupiam, nisi bonum exitum,parum ne tibi diues uideor hoc animo? Corpusculũ hoc solum uidetur uelle mihi ad fidem frangere, loquor impropriè, hac lege conuenimus, & iam simul satis diù fuimus. Tu uiue & Vale fœliciter nostri memor.

Fran. Petrarcha Gerardo Carthusiensi fratri suo Germano; S.

MAgnũ tempus, & ni fallor quartus est annus, q; de te nullos huiusmodi rumores, uno uentre digressis,magna satis intermissio,quamuis Deo gratias, iã de te nil nisi fœlix fausturũ q; nunciatũ iri sperem,eo siquidẽ cõscẽdisti,ubi tuta sunt omnia. q; ultimis ad me literis flagitasti,alacriter adimpletũ est, & de omnibus q̃ uolueris idẽ fiet, est enim mihi uotorũ tuorũ olim nota modestia,q̃bus obsequi me ut uelle,sic & posse nõ sim dubius. Status meus cuius noscendi auidũ te scio,tã uarius,tamq; incertus est, ut uix eũ uerbis assequi posse queã,ut expediã quæ datur. hoc integro triennio,æger fui, seu est ætas, seu peccatum meum,seu q; sat crediderim,utrumq;. Ecce enim q; olim scripsi ad Ioannẽ de Colũna piæ memoriæ Cardinalem dominũ & altorem meũ,paucos fratres simul ad senium peruenire. ecce,inquam,nos peruenimus,deq; illis paucis,facti sumus ego primus,tu secũdus, ambo tamen terminũ, quem petebamus attigimus, tẽpus est ac modò, ut pro sanitate corporea, quæ usq; ad inuidiam floruimus, partem nostram gustemus humanæ miseriæ, immo uerò non miseriæ,sed naturæ, quamuis adhuc te satis ætati resistentem audierim, tunc tamẽ ego etiam resistebam,scis autem,q; ego te semper tẽpore aliquot, ut sic dicã passibus præibam, tu me uiribus,expecta igitur,& esto animo paratus non longũ incõmoda senectutis effugies,nisi optãdæ,licet formidatæ mortis auxilio. De me quidẽ,& de mea uita,sæpè per hos annos à medicis quibus nihil credo, & ab amicis, quibus omnia,desperatũ est. quibus ego nil moueor, quid enim refert, quàm laborioſi itineris in parte subsistã, ubiq; requies sessis optabilis,siue sim sanus igitur,siue infirmus, seu uiuam,seu moriar,sicut domino placuerit ita fiat,sit nomen Domini benedictũ. De reliquo sum,licet indignus, in magna opinione hominum ac fauore,non populorũ modò siue ori sed principũ,ut similiter regis regũ IESV CHRISTI,me ut imperatorem fileam,regesq; alios,et qui nunc est Põtifex petit,& qui nuper fuit, usq; ad obitũ expectauit, ad quẽ mitissimis literis, plusquã semel euocatus, immò ut propriè dicam exoratus, læte ibam,eò maximè, quod ad locũ sanctũ ac uenerabilem uocabar,sed infirmitas morti similia, quæ iam tũc me latenter inuaserat,gressus meos, medio quidem calle detinuit. Ad quid uocer, si me roges nescio, & miror, aptus enim dominorũ familiaritatibus nunquam fui,& si quando fuissem esse desij, atq; utiq; iam nõ sum. Aetas præterea & ualitudo mea,ut audisti,non est apta discursibus, quorũ,qd nõ dies mutat? ante non mille annos insatiabilẽ me uidisti. denicq; multa circũspiciens, & multa deliberans, mea duxi omnia,magna, & omnibus optata relinquere,& reducere me ad mediocrẽ,& solitariam uitam. Itaq; ne longè nimis abirem, ab Ecclesia Euganeis istis in collibus, non amplius q̃ decem millibus passuum, Patauina urbe distantibus, domũ paruam, sed delectabilẽ & honestam struxi,cumq; oliueta & aliquot uineas,abũdè quidem nõ magnæ,modestæq; familiæ sufficturis,hic quanq; æger corpore,tranquillus animo frater dego,sine turbidis,sine erroribus,sine curis,legẽs semp & scribẽs,& Deũ laudãs, Deoq; gratias, & de bonis agẽs,& de malis meis, quæ nõ supplicia nisi fallor, sed exercitia mea sunt: assiduè. præterea CHRISTVM orans,bonũ uitæ exitũ,& misericordiã ac ueniã, quin & obliuione iuuenilium delictorũ, unde nil suauius in labijs meis sonat, quàm Canticũ illud: Delicta iuuentutis meæ,et ignorantias meas,ne memineris Interea solũ te germane unicè suspiro,& sæpe tacitus mecũ dico, ô utinam esset his in collibus unũ aliq̃d Chartusiense cœnobiũ, q; hic staret aptissimè,ubi meus ille famulatũ CHRISTO notũ,fidelissimeq; iam supra trigin ta annos exhibitũ consumaret,tum demũ mihi,quæ haberi potest in terris consolatio plena esset,ceteri enim nostri omnes mecum sunt,læti quidem,nisi eorũ animos mea turbaret ægritudo. Est p̃terea nobis hic amicorũ bona copia,quanta nusquã alibi,& si enim p̃ diuersa terrarũ multos habuerimus, mors iã penè nos omnib, spoliauit, q̃ cõmunis senescẽtium

omnium pœna est, ad hæc & locorum dominus, Vir ingentis sapientiæ, non me ut dominus, sed ut filius diligit, atque honorat, & per seipsum sic affectus & magnanimi patris memor, qui me dilexit ut fratrem. Hæc tibi sic ex ordine cuncta describo, ne quid nescias eorum, que te nosce uelle auguror. nam cõmunia illa de familiaribus rebus, que digna notitia, sed indigna stilo cẽsui, uiuis nuncij uocibus commisi. illud inter haud prætereunda posuerit, q̃ in hoc statu, neq; mihi magnæ diuitiæ sunt, neq; molesta pauperies, quæ mihi quidẽ sors rerum optima uidetur, quidq; in summis opibus repono, sorte mea contentus, aliud magnopere non requiro, uix noui hominem, cũ quo statum meũ permutasse uelim, statum hunc loquor extrinsecum. nam internũ animæ statum, cum omnibus bonis, & sanctis uiris libentissimè permutarem, magnæ uerò diuitiæ, quid ad me? aut in quo melius mihi esset: immò in quo nõ peius, si multo amplius terræ uel auri possiderem, non est locus, ut de opum ingentium periculis atq; laboribus disputẽ, nota sunt omnia & experta quis non Horatianum illud audiuit,

multa petentibus
Desunt multa, bene est, cui Deus obtulit
Parca quod satis est manu.

An uerò non sufficit necessarijs affluere, nisi & superuacuis opprimamur? ego quidem non his tantum, quæ mihi necessaria sunt abundo, sed quæ meis omnibus, ante alios tibi, scribe modo, quid fieri uelis, non frustrabor tuum desiderium, nec differam, neq; uerò ut peteres expectarem, sed uolens occurrerem, nisi didicissem quod pecuniola illa, quam aliquotiens tibi misi, non peruenit ad manus tuas, rigore, ut credo, tuæ religionis obstante. Scripsisti interdum, ut si ante te morerer, quod si fit, secundum naturæ ordinem, & secundum desiderium meum erit, certam pecuniæ summam tibi testamento legarem, ad te minutis, pro occurrenti necessitate, solutionibus peruenturam, enimuerò id iampridem sanctum noris, & legato quantitas triplo maior, quàm petebatur incerta est. nec tamen expectari mortem testamenti confirmatricem expedit, iube parebitur, & tibi gratius erit & mihi, quod ipse fecero, quã quòd hæres meus. Hæc tibi frater amantissime, quid ni autem, cum ad notitiam mei memoria uel sola suffecerit. Sed quoniam de triplici statu meo loqui cœperam, & quid de anima, quid de rebus exterius sentiam uides, teq; ut credas charitas cogit, de residuo sententiam meam accipe. Ego quidem mihi ægritudines has corporis, tàm frequentes, & tàm puras ad salutem animæ datas credo, non minus utiles, quàm molestas, ea mihi de Deo spes est, modo cum passionibus & patientiã præstet, q̃ & fecit hactenus, faciet in finẽ spero, si tamen ipse idẽ, qui solus potest, mihi nec petẽti, nec petituro quidem, unquam sanitatem corporis offerat, non quã olim adolescens, sed quàm nuper iam senescens habui, quamuis animæ fortasis inutilem esse posse non dubitem, non recusem tamen, ut id modicũ quod superest uitæ, sine angoribus exigã, neq; à studijs impediar meis, à quibus fateor, nunc uehementer impedior, hũc sui corporis amorem, miseris mortalibus inseruit natura. Atsi, quod nulli unquam fecit, cum possit omnibus adolescẽtiam, mihi seu inuentam restituere, & transactum tempus consentienti reuehere sit paratus, ipsum de quo loquimur CHRISTVM testor, non consentiam, nihil est enim, utraq; illa ætate miserius, cum suo illo uitiorum inseparabili comitatu. Mirabuntur senes nostri, qui quod esse nequeunt, uideri stupent, cum nihil sit certè ridiculosius, nihil sene deformius, qui iuuenis uult uideri, dicam quod mirentur magis. Si quidem mihi immortalitas offeratur, hos inter mores, semp̃ uicturus recusabo, nã & difficillimũ est, ineptis comitibus longũ iter agere, nec fidelis est seruus, qui q̃uis affluens delitijs, faciẽ domini non requirit. Vale frater in CHRISTO.

Fran. Petracha Ludouico Marsilio suo, S.

MErita de te mea, amice quæ multa commemoras, pace tua dixerim, nulla sunt penitus, nisi quod ab ipsa tua pueritia te dilexi, nescio quid iam tũc præsagiens, & nunc magis ac magis indies diligo, cito iam qualem in te cupio uirum sperans, Libellum tibi, quem poscis libens dono, donaremq; libentius, si esset qualis erat, dũ eum adolescenti mihi donauit

donauit Dionysius ille, tui ordinis sacrarum professor, egregius, literarum & undiq; uir insignis, indulgentissimus pater meus, sed ego cum & natura forsitan, & ætate tunc uagus, q̃ mihi periucundus, & materia & auctore & paruitate sua pugillaris esset, atq; ad ferendũ habilis, sæpè per omnem fermè Italiam ac Germaniam q̃ circumtuli, ita ut iam propè manus mea, et liber unum esse uiderent, sic inseparabiles usu perpetuo facti erant, dicam rem mirabilem, ut fileam lapsus fluminũ ac terrarum, semel mecum ad Niceã Vari sub fluctibus maris fuit, actum q̃ erat, haud dubiè, nisi utrumque præsenti periculo CHRISTVS eripuisset. Sic eundo & redeundo mecum, senuit, ita ut iam senex à sene, sine ingenti difficultate legi nequeat, & nunc tandem, ab Augustini domo digressus, ad eandẽ redit, nunc quoque tecum peregrinaturus, ut reor. Accipe eum qualis est, & boni consule, atque incipe meis in rebus, iure tuo uti ac præfationibus superuacuis abstinere, & quidquid tibi placuit, non postulare sed sumere. Vale fœlix, & pro me quotiens ad mensam eius accesseris CHRISTVM ora. Arquade VII. Idus Ianuarias.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

Excusat se de silentio.

POtes mirari, utinam non etiam indignari, quod si aliud tibi scribere uel non poteram, uel nolebam, aliquid saltem, tuas ad literas non respondi, ego uerò, quod sæpe accidit, occupatis maximè, dum multa cogito nihil efficio. equidem amice, si occupationũ mearũ, quamuis inanium historiam ingrediar, ipsa mihi occupatio occupationem & pariet & augebit. Ad summam, quod sæpe conceperam explicare, nunquam potui, at ne quid fortasse aliud suspiceris, quod hoc uetus olim q̃ notissimum tibi sit, addo uiolentiorem, aliam recentiorem quæ silentij causam, quàm libentius tacuissem, ne aures atque animum tuum, inuisi rumoris cuspide pungerem, nisi quod hoc ipsum te, ab alijs audiuisse, uel auditurum esse non dubito. Tecum igitur à me salus abijt, nunquam postea sanus fui, nunquam ut auguror sanus ero, ita morbum, ætas sanitatem, nihil adiuuat, nisi fortè me putas aut Medicos consulere, aut plus illis fidei habere quàm soleo, ego uero indies magis, magisq́ue monstrum illud horreo, arceoq́ue ut hostes à limine, nisi quos interdum non medicinæ, sed amicitiæ ius admitti iubet, ea lege ut omniũ quæ dixerit nihil faciam aut patiar. Nunc tandem anno altero, nil eorum quæ decreueram, sed hoc unum scribo Apologeticum tuum, quod ira nobili dictante, in censores meos effudisti, ualde mihi placuit, & affectu tuo & stylo, & sententijs delectatus sum, & scio illos hæc & grauiora promeritos, noli tamen generosum ingenium, pro illorum meritis inardescere, nec tuo iuditio. nec tua iracundia digni sunt, Sine illos suis moribus, tuos tu ne deseras, neque acrius te illorum pungat amentia, quàm me, qui ea principaliter contingor, quamuis sine te tangi nequeam aut offendi. Proinde tibi persuade, quod primum in literis tuis erat, dixisse Laurentium nescio quem, uirum ut tu ais doctum, sed profectò naturæ mearumq́ue rerum penitus insciũm, me, audita illorum sententia, quàm de me tulerant subitò in furorem uersum calamum arripuisse, ac respondisse, pace sit dictum sua, procul à uero esse forsitan sic audiuit, sed qui primus hoc dixit aut errauit medius fidius, aut fefellit. non in furorem sed in risum egit me meorum iudicum sententia, utcumque enim uera illa, iudices ipsi erant ineptissimi, neque uerò statim, sed anno plenè elapso calamum responsurus cepi, cum in Padi alueo ascendẽs, & tædio affectus, quid aliud tunc agerem. non haberem, neque id ipsum unquam facturus aut cogitaturus, nisi me Donati nostri perpes indignatio, & iuges querimoniæ acuissent, obdurui dilectè, contra inuidiæ tales morsus, ab adolescentia, quod aliquando non credidi, pestibus his obsessus, hoc esse uerissimum & contrarium falsum scito. Reliquum est, ut tibi cum clanculum digresso, mœstus & querulus mecumq́ue ipse litigans, fortasis & lachrymans successui saluo gratuler ac reuerso. Vale.

Fran.

Fran. Petrarcha ad Donatum Apennigenam Grammaticum, S.

Nihil in amicitia expetendum.

QVotiens monui, quotiens orauí, quotiens blandiens, quotiens subiraſcens, nũc lingua, nunc calamo litigaui tecum, ne tua liberalitas, ſuſpitione me cupiditatis aſpergeret, tu perſtas & dum famæ tuæ ſtudes, meam non cernis infamiam. Quando ego hoc meruí de te. quæſo ut me uel cupidum adeò uideri facias, uel ſuperbum, ne amicitia mea ſine magno ac perpetuo pretio quæri poſſit: Ita nõ frequentas modo hanc tuam munificentiam, ſed ultimis his tuis in literis, an unam atq; perpetuam polliceris, quod nihil eſt aliud, quàm quod ego nunquam fieri uelim, nunquam deſiturum imitari. quod uerbum ipſo facto iniurioſius, importuniusq; propè dixerim, atquí non uiuit in terris credo, cuius amicitia facilior ſit quæſitu, modo cõueniant mores, nũquam ab amico, niſi illud ſine quo amicitia nulla eſt, amari nolui. quis hic muneribus locus eſt? amoris forte fœminei ſit iſta cõſuetudo, eiusq; non ingenui, ſed uenalis. ego nõ tua munera. ſed cor tuũ uolo, illud habeo, ſatis eſt rei, cum ad perfectionem ſuam uenerit, quidquid ſuperadditur ad deformitatem uergit. quid iuuat illa conquirere, & mihi ingerere, quibus nec ego egeo, nec tu abũdas, ſi nolo, miror cur hoc facis, ſin uolo, miror cur uel meus uel cuiuſquam amicus eſſe uelis, q ex te aliud, quàm te quærat, niſi magnæ forſitan neceſſitatis, in tempore, quoniam nulli rei parci, ſed omnia eſſe communia, fidelis amicitiæ lex iubet, proprium nihil. Illa quidem, quæ ſummis regũ quoque uerticibus clauos figit adamantinos, ut Flacci uerbo utar, utrũq; noſtrum premere potens eſt, ſed nunc tamen, tibi proximior eſt quàm mihi, ſum enim ut ſcis periturus, opibus te ditior, mihi nulla præſens neceſſitas. Abundè mihi ſufficit Donatus meus, Donatus inquã, & non emptus, cur tu igitur emas me, cui non te uendidiſti, ſed donaſti? non eſt hæc æqualis amicitia, ubi unus donatur, alter emitur, immò quidem amicitia nulla eſt, ubi non undiq; cuncta gratuita ſunt. quid eſt hoc igitur quod facis? nulla tuarũ literarum incomitata, nullus tuorum nunciorum uacuus ad me uenit, dum paro uel literas legere, uel nũcios audire, tua è transuerſo munera erũpunt. At quid quæſo, niſi forte Terentianum illud, ſemper ſequi uis uſitatum fateor, ſed, in iquũ, ut ſemper qui minus habent addant ditioribus. Noli obſecro, ut ſis bonus & liberalis, me malum & amarum facere. ſæpe licet uerbo, facto interdum diffamantur homines, ego promiſsionem tuam de futuro reſpuo, de præterito autem quæror, & ut morem mutes oro. Si contrarium feceris turbabis me, & coges ad id quod hactenus non feci, ne turbarem te, ut inurbanus potius, quàm auarus eligam uideri, quidquid miſeris remittã, ſic ulciſcar, & quod nequerunt preces, contumelia forſitan impetrabit, ut deſinas largitate mihi moleſtus fieri, eſt in rebus omnibus modus quidã, quem tranſgredi in offenſa uirtute non ualeas. Non ſic Craſſi partiti ſumus hæreditatem, ut mihi auaritia uiri illius ceſſerit, opes tibi denique, non ſum unus è Parthorum regibus, quos non licet ſine munere ſalutare. Vale.

Fran. Petrarcha Petro rhetori Bononienſi, S.

Contemnenda mortalia eſſe.

INgens mihi ſolatium attulit, tua quædam breuis epiſtola, cum enim nihil uſquã mihi humanis in rebus carius, amicitijs ſit, unam uirtutem Ciceroniano conſilio, ſi qua mihi eſſet uirtus exciperem, cum nihil de amicis gratius audio, quam ut tales ſint, qualem eſſe me cupio, contemptores omnium quæ uulgus aut miratur, aut metuit. Ecce peſtis hæc, ſine exemplo omnium ſeculorum, quæ quinque iam luſtris non noſtrum modò, ſed omnem orbem alternis inſultibus atterit, urbem illam iucundiſſimam, unde tibi origo, ubi nunc mora eſt, quæ olim me adoleſcente, omnis honeſtæ letitiæ templũ erat, annuo furore repetiſt. Quid te igitur, tantis in moribus agere arbitror, niſi quod & tu dicis & ſi taceas ſcio, multi diffugiunt, timent omnes, tu neutrum preclare magnifice. quid enim ſtultius quàm timere, quid nec euadere ullo queas ingenio, & timẽdo aggraues? quid uanius quàm fugere, quod quocunq; fugeris, ſis obuium habiturus? fugiant pauidi, trãſmontes & maria, callidè forſitan, niſi homines & tranſmontes & tranſmaria morerentur. Dicis te habere animum,

animũ, qualem ex me didiciſti, tuus amor, tua charitas loquitur nõ tu. ex me enim niſi diſcere potuiſti, ego autem ex te multa, niſi uel ingenium, uel ſedulitas defuiſſet ſcribis eſſe tibi onus infeſtum, mecum diutius non fuiſſe, nec faciem aut uerba mea, tuis ad literam utor uerbis collegiſſe quæ recreatione tibi, ac fructũ conferre ſint ſolita, uellẽ herclè ſic eſſet, ſed nõ magis amicorũ laudibus attollor, quã conuitijs deijcior æmulorũ, mearũ rerũ ipſe mihi ſum cõſcius. qdqd in re ſit, tibi ſic uideri gaudeo, nõ me tamẽ ideò doctiorẽ, ſed te meliorẽ ſentio. Et ego quidẽ abſentiam tàm longæuã odi, & præſentiam tuã opto, hos præſertim inter colles Euganeos, ubi tot inter mundi mala ſunt, mihi meiſq; curæ alacres, aërq; ut uidetur ſaluberrimus quãuis inſidioſum & inſtabile elemẽtum. Tu uerò mihi ſemper animo præſens es, eriſq; dum uixero, non ſum tibi nunc aliud ſcripturus, niſi tuam me laudare ſententiam, atque hortari, ut tui ſimilis forti animo conſiſtas, fugamq; molientibus, mortemq; timentibus meis uerbis dicas, illos fruſtrà torqueri, nam neq; mortalem deponi poſſe conditionem, ipſa niſi deponatur humanitas, neq; aliam ullam fugam mortis eſſe, quàm mori. Vale.

Fran. Petrarcha Beneuenuto Immolenſi Rhetori ſuo, S.

De Poëtis.

ADreſpondendum literis tuis, nec corporis ualitudo, nec ſpatium temporis ſuppetit, quæ multorũ ergo uerborum erant, ſi potero paucis expediam, quæ ſi ſatisfecerint gaudebo. Alioquin paratior ſim, ſemper audire, quàm dicere, & diſcere quàm docere quæ res, nec immeritò, ars hæc, quam quidam nobis tribuunt, & quam fateor à tenera ætate dilexeram, an liberalium una ſit? dico inter liberales minimè numeratam, ſed ſuper omnes liberales eſſe, omneſq́ complexam, quod & ſi multimodè probari poſſit, ſufficit tamen ad probationem, Fœlix Capella, de omnibus ſeptem poëticè agens ſicut noſtri. nec te moueat, quod in numero liberalium non ſit, inter quos neq; theologiam, neq; philoſophiam, nouimus, magnum eſt inter magnam eſſe, ſed interdum maius excipi, ſicut è numero magnorum ciuium, principes excipitur, liberales quidẽ habitum ſcientiæ, humano inchoant in animo, innominatæ inter eas, aliæ inchoatum perficiunt & exornãt. De reliquo non mutoſententiam, quàm in inuectiuis poſui. quicquid contra poëtas iuſtè dicitur, ſcænicos notat. nam q́ dicis Boëtium contra poëtas, qui citatur teſtis, ſcænicum non fuiſſe, & ego fateor, & fatendũ eſſe uiri cogit auctoritas qd ergo, non ſcribentem, ſed ſtilum philoſophica notat increpatio. Erat enim ſtylus Elegiacus, ſcænicis rebus et amatoris aptior, hic quaſi inſciam, quid intenderet, philoſophiam fingitur mouiſſe, ut in uerba illa prorumperet, quæ ſi omne poëticum, ſine exceptione damnaſſet, nequaquam ille non doctus modò, ſed ſanctus uir uſq́ in finem operis, cœptum ſtylum & ſcænicarum meretricularũ conſortium tenuiſſet, multa enim per totum poëticè dicta ſunt. neq́ rurſus id mirari conuenit, magnos nonnunquam uiros, non ridiculo tantum, ſed obſcœno etiam uſos ſtylo, qualia ſunt in Saturnalibus illa Platonica, quæ mallem tantus philoſophus tacuiſſet, fert interdum error, quidam interdum feruor animi, quò non decet, & quanquam res malæ ſint, ſtylus tamen eſt bonus, & ars irreprehenſibilis, ſi ad fœliciorem materiam conuertatur. Ad hunc ergo modum accipio, quicquid uſquam contrà poëtas dicitur, ut contra ſcænicos dictum ſit, non à ſanctis modò, ſed ab ipſo etiam Cicerone, quo nemo alius, non poëta, plura pro poëtis dixit, nec tamen inficior, etiam alios inepta quædam, immò multa dixiſſe, de quibus accipi poſsit. Quod ais, ſcripſiſſe Hieronymum, quod ſcilicet dæmonum cibus eſt ſermo poëticus, homines enim erant ſubiacentes erroribus, & non ſolum homines ſed pagani, alioquin ſi ſimpliciter accipimus, multum hoc cibo paſtus eſt ipſe Hieronymus, ſic in omnibus ſcriptis ſuis poëticum ſapit ſtylũ, quod ipſemet intelligens, de hoc ipſo non ociosè alicubi ſeſe excuſat. ſæpè qdẽ me fatente, poëtarũ ſermo malus eſt, quid ni aũt, cũ & uita ſit peſsima? quid hic igiẽ dicam? & quid putas? niſi q́ ſentio, & q̃d credo. Poëtis id nõ poëtice tribuendũ, nã & rebus optimis, peſsimè uti, aliq̃s cõſtat, & famoſos theologos, hæreticos magnos

magnos audiuimus,& morales philosophos,pessimis moribus,non hæc artiũ,sed artibus male utentium culpa est. audebo dicere, si poëtis in bonum piumq; ingeniũ inciderit,usq; ad CHRISTI laudẽ ueræq; religionis ornatũ trahi potest.si hoc probas,benè habet,at si minus & ego studiũ,hoc à tergo liq, & si quid rectius audiero, nõ in tuã modo,sed cuiuscũq; docti hominis sentẽtiã libens ibo. Vale Patauí,in ægritudinis meæ strato. V. Idus Feb.

Fran.Petrarcha uago cuidam, S.

GRatulor tibi, quod post tantos fluctus ac procellas animi, bonum in portum peruenisti,fortunæ tuæ,immò Deo tuo charior es,quàm tibi,tu te iactas,et,p nihilo te fatigas,ille tibi requiem, uel nolenti ingerit, tu difficili calle uis errare,ille te manu dirigit in uiam pacis.es ecce nunc,eius ductu,cum uiro optimo,& mihi tàm charo,ut uix sciam,an aliquid charius habeam, in terris, cum quo qui uiuere nescit,cũ quo q uiuere sciat, ego ne scio.nosce cum consulo,& disce iam tandem aliquando consistere, non est sani sæpe thoro circumuolui, non est pudicæ sæpè nubere, disce homo conuersationem humanam, disce homo homines pati posse, quos non pati tantũ, sed diligere iussus es, neu fastidias, à quibus ne fastidiaris optandum est. Noli omnes homines fugere, quocunque ueneris, homines inuenies, aut cum hominibus uiuas, aut cum belluis oportet. laudarem solitudinem,ni te noscem nec solitudinem nec frequentiam posse pati.animi morbus etiam,isq; grauissimus,neque aliter quàm uirtute animi comprimendus.quædam sunt,in quibus & causæ simul & remedia sit morborum, animus te agitat,ille te sistat,si hoc non fecerit,admonitiones meæ omnes,iam per annos frustrà in uentos abierint. Gratulor quoq;,quod urbem Romam uideris,ex omnibus erroribus tuis,orbem totum licet ambias,simile nil uidebis.Vidisti mundi caput,squalidum fateor, & impexũ,quod ne hostes quidem negent, qui se nunc etiam Romanos Imperatores Romanosq; Pontifices dici optant,& his titulis gloriantur,cum omnia sint potius,quàm Romani.hoc ergo per te ipsum cogita,& sicha be,non te Romam uidisse sed montes ubi Roma fuit.

Fran.Petrarcha Gasparo Veronensi, S.

ITerulam tuam charissime libens uidi, sicut & tua omnia, de quæsitis tuis nihil certi, quod rescribam habeo,nihil enim incertius mihi est,quàm huius caduci corporis status, quod unum possum dicam,non inuitus modo,sed coactus,rure abij uitia cogente necessitate,illa me pepulit,illa me detinet,quantum tamen augurio assequor,ante pascha rediero ,sæpe enim mihi Horatianum illud ad aurem cordis sonat,

ô rus quando ego te aspiciam?

Et si autem sciam, non nunc nouiter conspectum, atq; conuictum meum tibi semper exoptatum fuisse, quod non mei fateor meriti,sed indulgentiæ tuæ est, nõ audeo tamen tead ueniẽdum exhortari,occupationum conscius tuarum,at si uenire decreueris,ad amici,immò ad tuam propriam uenies domum, rure autem puto me inuenies, quamuis properes, ubi non solum oculi mei ac meorum,sed parietes ipsi, suo modo letissimè te uidebunt,aduentu tàm chari hospitis exultantes.Amicum uestrum cũ uenerit,salutabo,suo enim nũc in rure habitat agriculturæ simul ac philosophiæ deditus,Vir undiq; bonus,ac fidelis et nostri amans.

Fran.Petrarcha Philippo Sabinensi, Episcopo Cardinali, S.

De statu suo.

ET mirari potes,& turbari,nisi & admiratiõẽ pspicacis ingenij altitudo cuncta prospiciens,& turbationem animi mansuetudo iræ nescia,cõpressisset,alioquin quẽ non moueat,quod totiens & à tali tàm suauibus literis euocatus,quæ deberẽt è durissimis mõtibus saxa conuellere,nondum loco moueor.ad quid autem,& nunc uocor,quæso,& uocabar pridem, tunc nempe,ad tria mihi ex omnibus,que sub cœlo sunt singulariter exoptata,ad urbem Romam,quàm nunquam totiens uidi,quin semper auidior reuidendi ipsa efficiar uisione ad Romanum illum Pontificem, qui uocando fatigatus, tibi libenter subituro,cuius uox mihi familiarius nota est,hoc uocãdi onus imposuerat, quẽue oculis nunquam

quam uisum uidisse,uel semel terrenæ mihi fœlicitatis ingens portio futura erat,non quia tantus dominus,sed quia uir talis ad te deniq; uerendamq; mihi,& ante alias,semper amabilem faciem tuam,quam profectò quantum uidere cupiam, CHRISTVS nouit,& ego tuq; ut reor certo animi sentis augurio, cui à iuuentute prædulciter asu:factus, & à qua postea per tam longum æuum fortuna mea sæuiente distractus, quid mirum si torqueor, & ingenti premor desiderio? Reliquos quidem caros eos dico,quos mihi iam reliquos mors fecit,sæpè per hos annos,uidi te,à sæculis non uidisse mihi uideor. Quid cessas igitur tam diu? putas dicam quia optabilia illa tria ad unum redière,nam & tu Roma abisti, & Papa rebus abijt humanis,non hoc dico tui solius desiderium satis est. Quid ergo? est pater excusatio uera quidem, sed difficilis, mearum nempe rerum status, incredibilis prorsus ignorantibus, scientibus atque cernentibus monstruosus est, dicam tamen quod res habet, & fidem quam fortasse non mereor, ueritas ipsa merebitur. Ego itaque , sæpè dum sanus uideor,æstu ualido & febribus repentinis arripior,ita ut subitò exanimis appeream,omnesq; in desperationem cogam uitæ meæ præter paucos, qui mealtius norunt,die autem uno uix exacto,subito etiam præter omnium spem,ceu resuscitatus assurgo,& quasi ego ille non fuerim,reuertor ad calamum,& ad libros,& agores meas,ut prius hoc non semel aut bis,sed amplius quàm decies, hoc biennio passus sum,ita ut medicos quoque,quorum nonnullos hic amicos habeo,sæpe uicissitudo hæc mea,& uarietas ista fefellerit,q an sepius fallãt,an fallãtur in dubio est.cũ enim me nocte me die morituru publicè dixerint, mane proximo redeuntes,credo ut ad tumulũ comitentur, inueniũt me scribentem:Stupẽt igitur nec quid dicãt habẽt, aliud nisi me hominẽ esse mirabilem,ut sim ego in hoc,inq; alijs fortasse mirabilis. quãto ipsi mirabiliores. qui cum me dici dicantur,& sint homines literati legunt omnia,Aristotelem,Tullium,Senecam,Virgilium, quin & dialecticæ inhiant & rhetoricæ, & poëticæ, & astrologiæ,quodq; est peius alchimiæ,solam negligunt Medicinam.mirum dictù,cum tàm multa scire studeant,id unum maximè quod profitentur ignorant.Sed hæc mihi cum illis uetus est quæstio,uetus lis, decreueram ad te,maiorem q; illum,qui me uocat primo uere iter carpere , & quo ad possem,per aquam proficisci,reliqum per terram lento gradu, dicã quod mireris nullum hic uer fuit,asprimãq; hyemẽ æstas ardentissima, sine medio cõsecuta est,hærebam cœptis tamen,& iã sarciniculas cõponebã,dũ ecce mẽsis huius die septimo iã uergẽte ad occasum sole,me familiaris mea febris inuasit,uulgata fama,totiens in me licet elusi,medici conueniunt.quorũ unus magno philosophiæ titulo insignis (ô nomen olim uenerabile,nunc uanitati & inscitiæ prostitutum) fidenter asseruit me lucem proximam non uisurum,uidi tamen Deo gratias, & illam& exinde aliquot alias, & si oculi colorquè hominis uerum spõdent,possũ multò quãuis ãtiquior,plures nũc etiã uidere, quam ille uitæ hominũ necator ineptissimus,ita enim sibi cõsuetudinẽ fecit,omne ægrũ nocte proxima periturũ dicere,sic in promissione salutis interdũ mẽtiri metuit,ut in cõminatione cõtrarij assiduè mẽtiatur. Cæterum &,ego iam ætate fatigatus,& ille tabe confectus, haud dubiè nisi fallor, æui breuis ambo erimus, de mea quidem nullum, de illius autem morte,ut quibusdam fortè uidebitur philosophiæ damnum ingens fuerit. ego uerò securus iurauerim, nesci reillum penitùs,non modò quæ philosophi sunt,sed quid philosophiæ ipsius uerum nomen importet.& de hoc quidẽ hactenus cuius sciens nomen occului, soleo enim eorum contra quos loquar nominibus abstinere, ne uel famæ,uel infamiæ illis sim,hic iam ad me redeo.Nõ ergo sicut illi qui solius physici nominis fiducia,uitæ mortaliũ mortiq; uiuentiũ fines locat,nec attẽdit, quã mortuo ipse similior quã uiuẽti,sed sicut illi placuit,q annos & menses,& dies meos,omnes sub oculis numeratos habet:conualui,& surrexi sanus ut uidetur,sed tàm fragilis,ut in præsens de profectione non cogitẽ,quamuis in posterum,propositum non mutari,casus modò similis,non occurrat,alioquin surrexisse quid proderit, si illicò recidendum est:nescio quidem,unde hæc mihi uitæ tanta ludibria,peccata mea fateor,& hæc & multo etiam grauiora promerentur,uitæ autem meæ modus & sobrietas,nisi fallor aliud merebatur. quod si pro peccatis meis hæc patior,gaudeo & Deo gratias ago,

modò

modò meis in rationibus ponantur hæc omnia, & sit ob hæc mihi creator meus ad ueniam promptior atque facilior. de aduentu autem meo nil nunc aliud scribo, te enim meis promissionibus, sæpius falli nolí, multa tamen hic cogito, inquè his cogitatibus acquiesco, non quidem inscius cogitationes hominum uanas esse, neq; mortalitatis & fragilitatum immemor mearum, uelle solum meum est, reliqua omnia in manibus dei sunt. Spero & nitor equidem, te uidere antequàm moriar, profectò autem siue te uideam, siue non uideam, semper te uideo, & uidebo uidentem omnia Deum testor. Ad hæc unum quod cogitare te cogito. siluisse noluerim, est enim utriquè nostrum, immò omnibus apprimè necessarium. Tu quidem reor in silentio ex me quæris, & ego tibi in epistolæ huius calce respondeo, quid uel ego in hoc statu, & inter uitæ huius angustias, inter has tàm crebras conflictationes corporis ac morborum agam, quid consilij ipse mihi capiam, tibiquè suadeam, quid nunc tuis quoque iactaris incommodis. idem enim tibi uolo, quid mihi idem consulo, audi ergo, remedij externi penitùs nihil est, nisi fortè nunc primum Medicis fidem damus, ut senibus & infirmis opem ferant, quam iuuenibus & robustis nunquam ferre potuerint. scis ut Medici nostri semp fuerint, Deus & natura alij, aut nulli fuerint nobis, aut nihil egerint, aut ualdè nocuerint, dehis ergo consilium irretractabile mihi stat, credo idem tibi, utrumque enim experientia una atque eadem docuit magistra, unum atque idem dogma percepimus, quid tandem medicus noster uersus supra in cœlo, & intus, in anima nostra est? hinc auxilium expetendum, hinc sperandum nobis, interea totis uiribus enitendū, diuina ope nostro nisu in tutum euadamus. certè si grandiusculam fossam saltu unico uelles amplecti, longe cursum arriperes, ut ad locum saltus, cumulata uirtute, integer atq; agilis peruenires, nunc foueā montis horribilem, nulliquè prorsus euitabilem transituri, quam periculosissimam omnium uel scimus esse, ut credimus, nunquid ad eam improuidi ueniemus? absit à mentibus nostris, per omnem uitam mihi crede, uel si hoc pestifera dilatione neglectum est, hac saltem ætatis parte præparandus est animus, erigenda mens, colligendæ uires, abiscienda quæ premunt, arripienda quæ prosunt, quibus fulciti, horam illam expediti, & intrepidi uideamus, foueamquè illam irremeabilem transeamus, cuius primo saltu, si fortasis erratum sit, nulla unquam ex integro saliendi spes relinquitur, nihil tamen ex omnibus prouidendum curandumúe æquè est, quàm ut Dei dextram, ubiquè miseris, sed illic præsertim, & necessariam & paratam, fideliter atq; humiliter apprehendamus, quæ morte superata, adimmortalitatem potest sola perducere. Vale.

Fran. Petrarcha Philippo Sabinensi Episcopo Cardinali, S.
Versiculos petitos mittit amico.

ROgas & rogando iubes (apud me enim inter preces, iussusq; tuos nihil interest) nempe cum & inter iussus ac silentiū nil intersit, modo mihi de tua uoluntate constaret, rogas, inquam, ut uersiculos aliquot, quos olim in spelunca illa deuotissima dictaui, ubi ut ferunt, fœlix illa peccatrix Maria Magdalena, triginta uel eò amplius annis pœnitēdam suam egit, tibi per hunc nuncium tuum mittam. mihi quidem ita contigit, ut cum illo fortunæ multo maioris, quā prudentiæ, uerò illuc pergerem, diù obluctans, ad extremum non tàm suis, quàm piæ memoriæ Ioannis de Columna Cardinalis, cui nil negassem precibus uictus, atque conuulsus, in illo igitur sacro, sed horrendo specu, tres dies & totidem noctes, sine intermissione habitans, & sæpe per syluas uagus, & comitatu cum quo eram non admodum delectatus, ad usitatum solatium me conuerti, quod pellendis aptum tædijs ipse mihi conflaui, fingendi scilicet animo, præsentiam absentium amicorum, & auerso à præsentibus cogitatu, cum absentibus colloquendi hæc paranti, tu mihi primus affueras, cum quo mihi eo tempore familiaritas recens erat, paruo tunc episcopo, magno semper & præclaro uiro. cū ergo specus in parte consedissemus, uisus es hortari, ut breue aliqd dicerem, illius sanctissimæ mulieris, ad gloriā, paruí tibi, eoquè promptius, quo ut sunt mentes hominum piorum, ad omnem deuotionem pronæ, sed ad aliquam proniores, iam te illam inter sanctas, ut Martinum inter sanctos tibi prælegisse, perpēderam, feci autē raptim, & ex

& ex tempore, ut qui nulla penitùs tūc in re moras pati possem, feruidus audaxq; iuuenta. ut Maro ait: nam si esses fortasis oblitus, libenter enim obliuiscimur tædiorum, curarumquè prementium, quartus & trigesimus annus est, ex quo acta sunt hæc, uide si interim possumus semisse, toto ante decennio, quàm in rure tuo positus Solitariæ tibi uitæ libros inscriberem. cæterum tunc reuersus, hos tibi uersiculos incorrectos legi, qui tuo & meo nomine scripti erant, ut quos te imaginario teste atque hortatore dictaueram, dehinc eos inter scripturarum mearum cumulos abieci, nec eorum amplius recordatus sum, tu nunc illos petis, quos difficile fuit inter alia scripta, difficilius in mea memoria reperire. Ibi nempè perierant, nec penitùs occurrebat tale aliquid me fecisse, tandem per iuditia temporum, quibus in talibus uti soleo, cum labore & puluere reinuenti semilacerí, ut erant, & squalentes ad te ueniunt, neque enim in eis aliquid muto, multa cum possim, quo scilicet nō quid sum, sed quid eram uideas, & cum uoluptate quadam adolescentiæ nostræ rudimenta memineris:

Dulcis amica Dei, lachrymis inflectere nostris,
Atq; humiles attende preces, nostræq; salati,
Consule, namque potes, nec enim tibi tangere frustra
Permissam, gemituq; pedes perfundere sacros.
Et nitidis siccare comis, ferre oscula planxit.
Inq; caput domini, pretiosos spargere odores.
Nec tibi congressus primos, à morte resurgens,
Et uoces audire suas, & membra uidere.
Immortale decus, lumenq; habitura per æuum
Ne quicquam dedit ætherei, rex CHRISTVS olympi.
Viderat ille cruci hærentem nec dira pauentem.
Iudaicæ tormenta manus turbæq; furentis
Iurgia, & in uultus & æquantes uerbera linguas.
Sed mœstam intrepidamq; simul, digitisq; cruentos
Tractantem clauos, implentem uulnera fletu.
Pectora tundentem, uiolentis candida pugnis,
Vellentem flauos manibus sine more capillos,
Viderat hæc, nunquam dum pectora fida suorum.
Diffugerent pellente metu, memor ergo reuisit
Te prima ante alios tibi se prius obtulit uni.
Te quoq; digressus terris & ad astra reuersus
Bis tria lustra tibi, nunquam mortalis agentem,
Rupe sub hac aliud. tàm longo in tempore, solis,
Diuinis contenta epulis & rore salubri.
Hæc domus antra tibi, stillantibus humida saxis,
Horrifica, tenebrosa situ, tecta aurea regum,
Deliciisq; omnes & ditia uicerat arua.
Hic inculta libens, longis uestita capillis,
Veste carens alia, terdenos passa decembres:
Diceris, hic non fracta gelu, nec uicta pauore
Namq; famem & frigus, dura quoq; saxa cubile
Dulcia fecit amor, speq; alto pectore fixa.
Hic hominum non uisa oculis, slipata cæteruis,
Angelicis, septemq; die subuecta per horas.
Cœlestes audire choros, alterna canentes,
Carmina corporeo de carcere digna fuisti,
Tu uiue & uale nostri memor.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM DE REBVS SENILIbus, Liber XV.

FRAN. PETRARCHA LVCAE DE PENNA, S.

De libris Ciceronis.

DAbis ueniam insignis Vir stylo, ut quibusdam fortasse uidebitur, irreuerenti, sed Deum testor minimè insolenti, stylo enim alio uti nescio, singulariter te alloquor, cum sis unus, & in hoc naturam sequor, ac malorum morem, non blanditias modernorum, miror quę quid tu talis Vir, me aliter alloqueris, cum & ego unus sum, utinamq; integer, nec in multa uitiorum frusta discerptus, denique sic Romanũ imperatorem, regesque alios, sic Romanos quoque Pontifices alloqui soleo, si aliter facerẽ, uiderer mihi mentiri. quid'ni autem, cum *IESVM CHRISTVM* ipsum regem regum, & dominum dominantium, ut minores alios longè, licet maximos sileam, non aliter alloquamur, utq; iã hic, quod olim cum antiquo feci, nouo glorier cum amico, styli huius, per Italiam non auctor quidem, sed instaurator ipse mihi uideor, quo cum uti inciperem, adolescens à coętaneis irridebar, qui in hoc ipso certatim me postea sunt secuti, nunc incipio. Multos dies in itinere posuit epistola tua hæc nouissima, siquidem *III.* Nonas Februarias, ad leuam Rhodani rupam data, *X.* Cal. Aprilis, serò admodum prima face peruenit, in hos colles Euganeos, ubi nunc secus intimum sinum maris Adriatici, senex & infirmus, à iuuentute, dilectam Solitariã Vitam dego, amator ruris, osor urbium. Petieras ex me, ut de libris Ciceronis, si quos inusitatos, & extraneos haberem, tibi quoque cuidam nuper cœpto operi subuenirem, tua scilicet impensa, quo iustior petitio tua esset, sperans credo, nec immeritò, me facie licet incognitum, honestis precibus haud difficilem fore, seu propter respectum famæ tuæ, longè etiam te dolentis, seu uel maximè propter illius reuerentiam, cuius iussu opus illud assumpseras, domini nostri Summi Pontificis, qui me dignatione eximia, & pijs uerbis ac literis suum fecit. quanquam omnes qui *CHRISTI* sunt uniuersali debito sui sint, petitioni tamen tuæ respondi, tunc non quod uolui, sed quod potui. Ciceronis libros, nõ me alios habere, quàm qui communiter habentur, & quos idem dominus noster habet, uel ut puto etiam pauciores, unũ addidi, quod & uerum fuit, habuisse me alios, & amisisse. cuius rei longa esset historia, quam tamẽ pro tempore breuem feci. Eas literas ad te non puenisse ais, & petis ut replicem, q; scripsi, simul ut rem noris, simul ut literis meis delecteris, q; ut speres tua charitas, & nobilis te cogit opinio, parebit, & quanquam senectuti occupatæ præsertim & inualide, non labor tantum, ut tu dicis, sed supplicium sit scribere, scribam tamen, de delectatione tu uideris, de fatigatione pronuncio. Certè si motũ animi mei sequar, ego te hodie fatigabo, ita igitur se res habet. Siquidem ab ipsa pueritia, quando cæteri omnes aut Prospero inhiant, aut Aesopo, ego libris Ciceronis incubui, seu naturæ instinctu, seu parentis hortatu, qui auctoris illius uenerator, ingens fuit, facile in altum enasurus, nisi occupatio rei familiaris, nobile distraxisset ingenium, & uirum patria pulsum, onustumq; familia, curis alijs intendere coëgisset. & illa quidem ætate, Nihil intelligere poteram, sola me uerborum dulcedo quædam, & sonoritas detinebat, ut quicquid aliud uel legerem, uel audirem raucum mihi, longeque dissonum uideretur. Erat hac, fateor, in re, pueri non puerile iuditium, si iuditium dici debet, quod nulla ratione subsisteret, illud mirum, nihil intelligentem id sentire, quod tanto post aliquid, licet modicum intelliges sentio, crescebat indies de-

dies desiderium meum, & patris admiratio, ac pietas aliquandiù immaturo fauit studio: & ego hac una, non segnis in re, cum uix testa effracta, aliquã nuclei dulcedinẽ degustarem, nihil unquam de cõtingentibus intermisi, paratus sponte meũ genium fraudare, quo Ciceronis libros undecunq; cõquirerem. Sic cœpto in studio, nullis externis egens stimulis, procedebam, donec uictrix industriæ cupiditas, iure ciuilis, ad studiũ me detrusit, ut si dijs placet addiscerẽ, q; iuris de cõmodato, & mutuo, de testamentis & codicillis, de p̃dijs rusticis & urbanis, & obliuiscerer Ciceronẽ uitæ leges saluberrimas describentem, in eo studio septennium totum perdidi, dicã uerius q; exegi. utq; rem penè ridiculam flebilẽq; audias, factũ est aliquando, ut nescio, quo sed minime generoso cõsilio, omnes quos habere potueram Ciceronis, & simul aliquot Poëtarũ libri, lucratiuo uelut studio aduersi, latibulis ubi ego, q; mox accidit metuens, illos abdideram, me spectante eruti, quasi hæresum libri flammis exurentẽ, quo spectaculo nõ aliter ingemui, q; si ipse ijsdem flammis inijcerer. Proinde pater, nam memini, me tàm mœstũ cõtemplatus subitò duos libros, penè iam incendio ad ustos eripuit, et Virgiliũ dextra tenens, laua Rhetoricam Ciceronis, utrũq; flenti mihi subridens ipse porrexit. Et habe tibi hũc, inquit, pro solatio quodam raro animi. Hũc pro adminiculo ciuilis studij, his tàm paucis, sed tã magnis comitibus, animũ solatus, lachrymas pressi, dehinc circa primos annos adolescẽtiæ, mei iuris effectus, libris legalibus abdicatis, ad solita remeaui, eò feruentior, quò interrupta delectatio acrior redit. Post non multum tẽpus, circa uigesimũ secundum ætatis annum, dominorum Columnensium nobilissimæ, sed heu nimium caducæ familiæ, quæ mihi uenerabilis, semper & flenda erit, familiaritatem domesticam nactus eram, sub qua penè totum adolescentiæ meæ tempus, & uirides annos egi, cuius mihi autor fuit uir incõparabilis, Iacobus de Colũna, tunc Lomberiensis episcopus, cuius mihi recordatio dulcis, pariter et amara est. non fuit mũdus eo dignus, *CHRISTVS* illũ sibi uoluit, & citò terris ablatũ cœlo reddidit. Et quoniã senex senem fatigauit, ut scriberet, senem senex refatigabit ut legat. Ille igitur me diù ante metas pueritiæ, uix egressum Bononiæ uiderat, & ut ipse pòst dicebat, meo delectatus erat aspectu, ignarus adhuc quis aut unde essem, nisi quod scholarem scholaris, ex habitu cognouerat, in eo enim studio, quod ego deserui, ut audisti ipse perseuerauit, donec honorificum ad terminum, mox ad Episcopium non annis debitum, sed meritis est prouectus. Quam ob causam, cũ ad eã quæ Romana dicitur curiam profectus, ibi me infausto illi carceri, ab origine destinatum, reuidisset, iam malas prima lanugine uestientem, conditionibus meis exactius exploratis, ad suam tandem præsentiam euocauit, qua ut puto nulla unquam dulcior fuit, nulla suauior, nullus illo uiro grauior, nullus alacrior, nullus sapientior, nullius melior, nullus aut in prosperis modestior, aut fortior in aduersis atq; constantior. Non audita mihi, sed uisa oculis loquor, iam in eloquentia nullus par, corda hominũ habebat in manibus, siue ad clerũ, siue ad populum sermo esset, quocunq; sibi libuisset, animos audientium rapiebat. Iam & in epistolis & in quotidiano colloquio, tàm clarus, ut cum eũ uel legeres, uel audires, cor eius introspiceres, nec; ullo opus esset interprete, sic uerba conceptibus respondebat. Inerat & in suos sine exemplo charitas, in amicos liberalitas indefessa, inexhausta pietas in pauperes, affabilitas in omnes. hic uir tãtus sit ut Flacci uerbo utar, ad unguem factus homo, eaq; oris ac morũ maiestate, ut inter mille uisu solo principẽ iudicares, cũ me semel atq; iterũ uidisset, ita me cõuersationis et eloquentiæ suæ laqueis cœpit, ut suprema solus in mei animi arce cõsideret, unde nec discesserit unq;, postea nec discedet. & erat tũc forte ad Episcopatũ suum in Vasconiã iturus, ac nescius, reor adhuc, quod in me iuris haberet, quo iubere poterat orauit, ut sibi in eo itinere comes esse uellem, seu fide quam tamen nosse nondum poterat, sed in fronte eam lynceus uir legebat, seu ingenio, seu uulgari delectatus stylo meo, in quo tunc iuueniliter multus eram, parui, atq; iui. ô tempus rabidũ, fugax uita, quartus & quadragesimus annus est, nunquam puto lætior æstas fuit, reuersus inde, me in familiaritatem perduxit Reuerendissimum fratris sui Ioannis, supra morẽ Cardinalium, uiri optimi atque innocentissimi, fratrumq; omnium, ad extremum magnanimi senis patris Stephani, de quo ut de Carthagine ait Crispus: Silere melius puto quàm

parũ dicere. quin hoc ipsum, parce obsecro, si me solũ cogitas, dũ mihi obsequor tædio tibi sum, dulcis enim mihi fuit amaritudo, Iacobum Columnẽsem primũ dominũ meũ, summum adolescentiæ meæ decus in memoriam meam fando reducere, unde, ut dixi, nũquam certè digrediẽr, q, heu, nimiũ citò, me & non dico patris ac fratrũ, q me, omnes penè simul perîere, sed amicorũ omniũ spem deseruit. Cuius à morte, directè ut de Africano apud Tullĩ ait Cato, tertius hic & trigesimus annus est, sed si uel stylus meus aliquid uiriũ haberet, uel famæ hominũ merita sequerẽtur, dicere cõfidenter, ꝙ ibidẽ ait idẽ: Memoriã illius uiri omnes excipiẽt anni sequẽtes. sed iam satis uulnera mea dolores ꝙ refricui. nũc ad Ciceronẽ redeo. Itaq; iam aliquali fama ingenij, falsa licet, sed multò maximè fauore cognitus talĩ dominorũ, uarias amicitias, ꝑ diuersa cõtraxerã, ꝙ essem in loco, ad quẽ fieret ex omni regione cõcursus. abeuntibus demũ amicis, & ut fit petentibus, nunqd è patria sua uellẽ, respõdebã nihil ꝑter libros Ciceronis, ante alios dabam memorialia, scripto ꝙ & uerbis instabam. & quotiẽs putas preces, quotiẽs pecuniã misi, nõ ꝑ Italiã modò, ubi eram notior, sed ꝑ Gallias atq; Germaniã, et usq; ad Hispanias atq; Britanniã, dicam ꝙ mireris, & in Græciam misi, & unde Ciceronẽ expectabam, habui Homerũ, quique Græcus ad me uenit, mea ope & impẽsa factus est Latinus, & nũc inter Latinos uolẽs mecũ habitat. Et quid tibi uis, *Labor omnia uincit improbus:* inquit Maro.

Multo studio, multaq; cura, multa undiq; parua uolumina recollegi, sed sæpè multiplicata, eorũ uerò, q̃ maximè optabam rarò aliquid, ita ut ꝙ humanis in rebus crebrò accidit, multa mihi deforẽt, multa supfluerent. Nondũ sanè sanctorũ libros attigeram, & errore cæcus & typo tumidus ætatis. Nil mihi ferè, nisi unus Cicero sapiebat, præcipuè ex quo Quintiliani institutiones Oratorias legi, quarum quodam loco, hæc planè sententia sua est, nam et liber abest, & uerba non teneo, Benè de se speret, quisquis erit, cui ualdè Cicero placebit: & hoc in eo libro dicit, in quo de eloquentia, decq; Oratoribus agens libero iudicio, summi uiri Annei Senecæ, tunc placentẽ omnibus, stylum damnat, quo dicto magis ac magis in sententia, tanto à stipulatore firmatus, si quando uisendi desiderio, quod tunc sæpè faciebam, in longinqua proficiscerer, uisis fortè eminus Monasteriis ueteribus diuertebam illicò. & quid scimus, inquam, an hic aliquid eorum sit quæ cupio. Circa quintum & uigesimum uitæ annum, inter Belgas Heluetiosq; festinans, cum Leodium peruenissem, audito quod esset ibi bona copia librorum, substiti, comitesq; detinui, donec unam Ciceronis orationẽ manu amici, alteram mea manu scripsi, quam postea ꝑ Italiam effudi, & ut rideas, in tàm bona ciuitate barbarica, atramenti aliquid, & id croco simillimũ reperire magnus labor fuit. Et de libris quidẽ Reip iam desperans, librũ de Cõsolatione q̃situi anxie, nec inueni, quæsiui & librum de laude Philosophiæ, quod & ipse libri titulus excitabat, & in libris Augustini, quos iam legere cœperam, librum illum ad uitæ mutationem & ad studium ueri, multum sibi profuisse compereram, sic undiq; dignus uidebatur, qui diligentissimè quæ rerentur. Enimuerò hic negotij nihil esse credidi, statim enim affuit, nõ liber, sed falsa libri ipsius inscriptio, ꝙ sciens narro, ne quando tibi ꝙ impossibile arbitror, idẽ qui mihi illusit error obreperet, legebam, neq; aliquid de eo ꝙ titulus pollicebatur inueniebam stupebam qúe, & tarditati meæ alienum errorem imputabam, demum cum legendo cuius insatiabilem me natura facit, in libros Augustini de Trinitate diuinum opus incidissem, inueni allegatũ ibi librum, nõ quidem quem habebam, sed quẽ habere credebam, & aliquid ibi de eo libro positũ, q̃ nihil est dulcius, dirigui, & oblationẽ ratus, experiẽtiæ die quodam feruidus, librũ legi totũ intentissimè, eius certè quod apud Augustinũ erat, penitùs nihil inueni: puduit errasse tàm diù, & remansi certus, librum illum non esse de Laude philosophiæ, sed quis'nã esset incertus, esse aũt Ciceronis stylus iudicio erat. fuit enim cœlestis uiri illius eloquentia, imitabilis nulli. Post hæc uerò cum ultimo Neapoli uenissem, Barbatus meus Sulmonensis amicus optimus, & tibi forsan saltem nomine cognitus, uoti mei conscius, paruum Ciceronis librum, mihi donauit, cuius in fine principium solum erat, libri Academicorum: quod ego perlegens, cõferensq; cum illis, qui inscribuntur de Laude philosophiæ, luce clarius, deprehendi illos esse duos, tot enim sunt, tertium et quartum uel secundum & tertium

tertiũ Academicorũ, subtile opus magis, quã necessarium aut utile. Sic lõgæuo errore liberatus sum. obtulerat casus mihi iam antea uenerabilem quendam senem cuius nomen, ut reor adhuc in curia notũ est Raymundum Superantiũ, ad quem, ante hos *x l.* annos, scripta iuuenilis mea q̃dam nũc etiam extat epistola, ille copiosissimus librorum fuit, & ut Iurisconsultus, in qua facultate pollebat, alia quidem cuncta despiciens, ꝑter unum T. Liuium, quo mirũ in modum delectabatur, sed historiæ insuetum, magnum licet ingenium hærebat. In eo studio me sibi utilẽ ut dicebat exptus, tãto amore cõplexus est, ut patrẽ potius crederes, q̃ amicũ. ille mihi et cõmodãdo libros, et donãdo supra cõmunẽ modũ facilis fuit, Liber Ciceronis de Gloria, ab hoc habui et Varronis et Ciceronis aliq̃. cuius unũ uolumẽ de cõmunib. fuit, sed inter ipsa cõmunia, libri de Oratore, ac de Legibus imꝑfecti, ut semꝑ inueniuntur, et ꝑterea singulares libri duo, de Gloria: quibus uisis, me ditissimũ extimaui, longũ est exeq, quos & qualiter, & unde q̃sierim, ꝑter unum uolumen elegantissimũ, cui par aliud inuenire difficile, paternas inter res inuentũ, ꝙ in delitijs pater habuerat, quodq; non ideò euasit, quia illud mihi executores testamentarij saluũ uellent, sed quia circa prædam pretiosioris, ut putabant patrimonij occupati, ceu uile neglexerant. In his omnibus, noui nihil, ut dixi præter illos de Gloria libros duos, & aliquot orationes aut epistolas. sed ego ne fortunæ frustrà obniterer, ut uiator sitiens, inopi riuulo, quibus poteram communibus me solabar. At non ne ego sat mirus sum, mirandiq; materiam tibi do, qui rogatus historiam unam narro alteram, Postulas ut qualiter libros amiserim dicam, ego qualiter quæsierim dico, ut cognito quantus fuerit quærendi labor, quantus fuit perdendi dolor intelligas. nũc ꝙ petis expediã. Fuit mihi penè ab infantia magister, q me primas literas doceret, sub hoc postea Grãmaticã & Rethoricam audiui, utriusq; enim ꝓfessor ac ꝓceptor fuit, cui parem ego nõ noui, quo ad Theoricam loquor, ꝙ ad practicã attinet, non ita ꝓrsus Oratianæ cotis in morẽ, q̃ ferrũ nouit acuere, nõ secare. hic sexaginta totos ut fama erat annos scholas rexit, & quot scholares, tanto in tẽpore uir famosus habuerit, cogitari facilius quàm dici potest. in quibus magni uiri multi, & scientia & statu, & legũ scilicet professores, & sacrarum magistri literarum, & ꝑterea Episcopi & Abbates, ad ultimũ Cardinalis unus, cui ego puer patris intuitu charus fui, uir non statu maior ac fortuna, cũ esset Hostiensis Episcopus, quam prudẽtia & literis. Et ꝓceptor ille quidẽ meus, incredibile dictu, inter tot magnos, me minimũ omniũ ꝓdilexit, hoc notũ erat omnibus. Nec ipse dissimulabat, unde Almæ memoriæ Ioannes de Colũna, cuius supra memini, Cardinalis, quotiẽs iocari secũ uolebat, senioli enim simplicissimi & Grammatici optimi delectabat alloquio, ad se ueniẽtẽ ita ꝓcontari solebat: Dic magister, tot inter discipulos tuos magnos, q̃s ut scio diligis, est'ne aliquis Frãciscо nostro locus? Ille cõfestim lachrymis obortis au tacebat, aut interdum abscedebat, aut si loqui posset, ꝓsanctè iurabat, nullũ se tantum ex omnibus dilexisse: hunc talẽ homunculũ, Pater meus dum uixit liberaliter satis, adiuuit, inuaserat enim eum pauperies ac senectus, comites importunæ ac difficiles, post obitum patris, omnem in me spem posuerat. Ego autem impar licet, me illi tamen & fide & obsequio obligatũ sentiens, aderam omni ope, qua poteram, ut deficiente pecunia, quod crebrũ erat, egestatẽ suam apud amicos, nũc fideiussione, nunc precibus, apud fœneratorẽ uerò pignoribus. millies in hunc usum libros, & res alias asportauit, & retulit, donec fidẽ expulit paupertas. Grauiore siquidem pressus inopia, duo illa Ciceronis uolumina, unum patris, alterum amici, libros qúe alios me tradente, abstulit, prætendens necessarios sibi in opere suo quodam, quotidie enim libros inchoabat, mirabilium inscriptionum, & procœmio consumato, quod in libro primum, in inuentione ultimum esse solet, ad opus aliud phantasiam instabilem transferebat. quid te ad uesperam uerbis traho? cum inciperet suspecta esse dilatio, quod non egestati, sed studio concessi libri erant, cœpi altius exquirere, quid de eis actum esset, & ut oppigneratos comperi, penès quem essent indicari mihi petij, ut facultas fieret luendi eos. Ille et pudoris plenus, & lachrymarum, negauit se id esse facturum, quod turpè nimis esset sibi, sed quod ipse deberet, alter faceret, expectarem paululum, quod suum erat citò se facturum: obtuli in hanc rem pecuniæ quantum uellet, & hoc respuit, orans ne sibi hanc infamiam inurerem. Ego & si nihil dicto fiderem, nolens tamen,

quem amabam contristare subticui. ipse interim paupertate pulsus, in Tusciam fuit, unde sibi erat origo, me tunc ad fontem Sorgiæ, mea transalpina in solitudine latitante, ut solebam, nec prius eum abijsse, quàm obijsse cognoui: oratus à ciuibus suis, qui ad sepulturam illum serò quidem laureatum tulerant, ut memoriæ eius honorificũ aliquod epigramma componerem. nec deinceps alia unquam diligentia, uel minimum amissi Ciceronis inditium, nam de alijs non curassem, inuenire quiui, Ita simul & libros perdidi, & magistrũ, habes en historiam quam petisti, longiusculam fateor, sed dulce mihi fuit, & ueterum recordari, & nouo cũ amico diu colloqui, quem ignotum, & suijpsius epistolæ cõmẽdant, & testimonium uiri illius, cui omnia crederem. Sentio autem nunc, quàm honestum esset, propter additiones & lituras hanc rescribere, sed occupationi ac fatigationi meæ tua parcat urbanitas, & quæcunque oculos lædunt, ceu totidem signa familiaritatis aspiciat. Vale. Arquade v. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Francisco Senensi Physico, S.

Amicitiam spondet.

EPistola quædam repens atque inexpectata, & pijs affectibus tuis, & meis tàm ueris, utinam quàm amicis plena laudibus, me itineri accinctum, & mane moturum serò reperit. Non fit ab assuetis passio, ut uos dicere soletis, non est mihi nouum ire, sed familiare nimis, & penè in naturam uersum, præsens autem rerum status, iter ambiguum, meq; solli citum facit. Ibo tamen charitate inde tractus, hinc debito meo pulsus Inter hæc quamuis mihi silentium suaderet occupatio, uicit tamen tuus ille tàm feruidus nostræ amicitiæ appetitus, extorsitq; ut hoc tibi potius tumultuarium, ac breuè rescriberem, quam nihil responsurus fortasse latius si se aliquis, quod uix spero nunc ociosus dies dederis. Vellem amice is esse, quem me facis, sed non sum, quisquis autem sim, quando ita uis, tuus esse non abnuo, hoc in præsens dixerim, ne præteritum te querare. Vale Patauí xi. Cal. Aprilis.

Fran. Petrarcha Francisco Senensi Physico, S.

De libro Vitæ solitariæ.

EPistola quædam tua, nuper ad me ueniens, quamuis ab illo rerum omnium, præterquàm mearum extimatore, rectissimo iure optimo laudata, & laudatoris sui testimonium secum ferens, sine ulla tamen forsitan responsione mansisset, nisi ut Ciceronis utar uerbo, consignatis mecum ageres tabellis, inserta epistola quadam breui, quam ante multos annos, tibi respondens scripsi, hanc tu in iuditio, uelut obligatoriã, profers, quasi quod semel fecerim, semper facere sit necesse, q; quàm sit iustũ iudica. Ego quidem hinc occupationibus innumeris, uiresq; meas excedentibus, hinc ætate iam deuexa, quã p seipsam morbus à quibusdam dicitur, & aliorũ grauium morborũ circũuentus exercitu, si quietẽ silentij delegissem, forsitan excusabilis fuissem, sed epistola illa mea, in ipso tuæ epistolæ corde cõspecta, risi mecũ artificiosam amicabilemq; uafriciem, et dixi tacitus: Nõ est fugæ locus, scribere oportet, quoniam scripsi. sic arte mirabili extorques, ut scribam, nõ scribẽdi modò iam fessus, sed uiuendi equidem, ut multa p̃teream, quadringẽtas & eò amplius epistolas, magna ex parte non exiguas, sed ingentes mihi elapsas, diuersis temporibus ad diuersos plerunque, etiam ad ignotos, qualis es tu, duobus sat magnis uoluminibus comprehendi, mille alijs reiectis, nullam aliã ob causam, quàm quod eas locus ipse non caperet. An non, quæso, si nil aliud unquam deliraſſem, satis superq; satis, hoc uno deliratum uideretur: dum omnibus respondeo, quosdam ultrò uerbis aggredior, magnam uitæ breuis partem, hoc in negotio consumpsi, cum tot interim utiliora distulerim, & nunc iam senex facio, quod utinam iunior feciſſem. sed contrariũ aliquando decreueram, & scripseram, quamuis enim nullas studiosi ferias laboris, usq; in finẽ sperẽ, huic tamen epistolari exercitio, finem pono, ne meliorib. studijs semp officiat: uideo enim infiniti opis esse, omnib. ad me scribẽtibus, respõdere, & cupio, si q̃ modo possim, nugis meis ualedicere, anteq; ille mihi, iamq; in fine sum, postq; nõ modò si uenisset epistola, sed si Romanus imperator mihi scriberet, q; sæpe fecit, nõ aliter, q̃ quotidiano sermone rescriberẽ, ante finẽ uerò, quanquam sub extremum ueniens, nõ modò respõsionem ipsam, sed reponi eam inter alias meruit, simulq; illã alterã, qui iampridẽ mihi perierat, melius à tua diligentia, quàm à mea negligentia reseruatam, & mihi gra-

mihi gratum, tibiq́e forsitan non ingratum erit, ut meis in reculis, inter maxima nomina, saltem bis tuum nomen appareat. Nunc tandem ad epistolam ipsam tuam uenio. Scribis te quibusdam opusculis meis, nominatim libro Vitæ solitariæ, usque etiam pias ad lachrymas delectatum, ea præsertim in parte, ubi triplicem solitudinem, beato illi, cuius nomen ambo gerimus Francisco tribui. Ad quod quidem te non styli uim, sed amorem nominis induxisse, certũ habeo, utrũq; tamẽ gaudeo. Nã cũ omnes ferè homines, suarum rerũ iudices mali sint, q; amore iuditiũ obliquante, sua illis omnia placeant, ego unũ omniũ, quos nouerim cõtrario malus sum, mea mihi omnia displicẽt, tàm bona illa esse cupio, ut qualiacũq; sint nõ ꝓueniant, quo uolebã. q̃ si quando cuiusꝑã intelligentis uiri iuditio, probata cognouero, incipio & ipse mecũ opus diligere, ac ꝓbare. q; haud quaq̃ euenire mihi posse miraberis, cũ Augustino tali uiro, memineris euenisse, ut magis flagraret, si libri sui de Pulchro, & apto, hierio ꝓbarentur Romano oratori, ad quem eos scripserat, si aũt improbarentur, sauciaretur cor ipsius. lege Confessionũ eius librũ quartum, haud procul à fine ibi hæc inuenies. Certè liber ille meus, de quo loqueris, ei ad quem scriptus erat, uiro acris ingenij, tàm probatus fuit, ut raro unquam clarius agnouerim, q; dici solet, amãtum cæca esse iuditia, usq; adeò, ut etiã postq̃ fuit ad Romanũ Cardinem promotus, cũ sibi ad mensam, magnis uiris ꝓsentibus legi faceret, ubi nihil nisi de scripturis sanctis legi solitum. Tibi amice si inscriptus licet alteri probatur, non minori mihi est gaudio, immò quidẽ eò maiori, quò minus est aduentitiæ causæ, ut probetur aut placeat. Mouent ꝓfectò animum scribentis aliena iuditia, quibus maximè, neq; adulationis neq; odij sit adiuncta suspitio, ideoq; ueri Poëtæ, ut ait Cicero, suũ quisq; opus, à uulgo considerari uoluit, ut si quid reprehensum sit à pluribus corrigatur. Addo ergo si quid laudatum à scientibus in pretio habeatur, dicit idem. Et pictores facere solitos, & sculptores, quod specialiter de Apelle pictorum principe scriptum est. Circa hunc sanè tibi placitum libellum, quæris aliqua, q̃ mihi non usquequaq; fateor clara sunt. Respondebo tamen ut potero, dicis quidem Vitam solitariam à me ibi ueris & multis exemplis ac rationibus adornatam, quod an ita tibi uideatur, nescio. Qualiter tamen ad hanc uitam natura aduersante, uel fortuna, facilitẽ ascensus, tuis utor uerbis, interrogas quid hic dicam, Nisi ut qui uitam hanc non amat, quod obstaculum est naturæ, amare eam incipiat, & optare. Id uerò qualiter fieri possit, iterum ex me quæres? dicam breuiter quod sentio: Nullo melius modo, quàm diligenter ac grauiter uitæ huius oblectationes, & contrariæ miserias extimando, quod fateor non potest, nisi qui utramq; sit expertus, de quibus & à me ibi aliqua dicta sunt, & multo plura à doctioribus dici possunt. Si fortuna autem bonæ se obiecerit uoluntati, hæc nempè ni fallor pars, tuæ dubietatis est altera, quid hic rursus dicam, nisi quod omnibus notum est. Quacunque in re inter uoluntatem & actum, aliqua se obijciant impedimenta, abijcienda esse uiriliter, ut amotis obicibus, facilè ad optata peruenias, & si non sim nescius, esse genus impedimentorum, quæ abijci nullo queant modo. qualis est uxor in primis, de qua & tu mentionem facis his in literis tuis, & ego in libro illo, quid sentirem, satis nisi me fruſtratur memoria palàm dixi. et de his quidem plura possem, sed quid dicam aliud non habeo, unum antequàm hic abeam præmissus adijciam. Siquidem quod meus ille liber, tuas uenerit ad manus, gratum habeo, cuperem ut secum mea omnia peruenissent, haberes reprehendendi copiam uberem, atq; perpetuam, at quod librum scripseris, non placet, ut cur dicã. Venit Venetias nuper prior magnus Camaldulẽsis, uir claræ religionis, & lætissimæ senectutis, & iampridem amicus mihi, per literas, is penes amicum quendam meũ fidelissimũ, librum illum reperit, & erat fortè, quem primũ scribi feceram, atq; ideò, ut fit, omnes undiq; margines additionibus pleni erãt, quas cũ senex legeret, & nunc hos nũc illos, primæ scripturæ additos uideret, amicabiliter subiraſcens: Quid, inquit, autor nostri ordinis Romualdus, tantus amator solitudinis meruit, hinc excludi? ad hæc amicus ille, Causam, inquit, nullam scio; nisi quod scribenti forsitan erat incognitus. Prior inde iam ante me uidendi auidus, in hos montes uenit, & quæsiuit idem, & responsum idem ex me habuit, nempè uerum aliud non erat, hinc digressus, Romualdi uitam multis cum precibus, ad

me misit, ex qua ego, quod ad solitudinẽ ptinere uisum fuit elicui, capitulumq; unum libro addidi. Illud quoq; deuotioni meæ additũ, ut sanctissimũ illum uirũ, semper uenerabilẽ habeam, interq; alios confessores diem eius festum colam, dũ uixero *XIII.* Cal. Iulias. Huius rei fama excitus amicus alter, quæri cœpit, quid Ioannem quendam auctorem ordinis uallis Vmbrosæ compatriotam meum, post terga relinquerem, huic quoq; respondi, nõ id negligentia uel contemptu, sed rei ignorantia cõtigisse, & nunc maximè uitam eius expecto, in qua si qd erit ad solitudinẽ spectans, & hũc inseram. non enim sanctitas sola suffecerit. alioquin res in longũ iret, si stylo sanctos omnes amplecterer, idq; me interdũ prædicatoribus respondisse memini, quærentibus in eo libro Franciscum esse, non Dominicũ, meq; hac in parte suspectũ asserentibus: dixi enim, & sic est, hic de solitarijs agitur, & Dominicũ quidẽ sanctũ lego, solitariũ nõ lego. Quia igitur & Romualdus hic, & ille forsitan Ioannes, de quo adhuc dubius sum, addẽdi erant, si uidebit mallem scribere distulisses, sed studiosi animus frenũ nescit. est autem haud dubiè magna fames, rusticos & ineptos cibos cogit esurire. Quæris ex ordine, An ne omnes Medicos æquè odio habeam, atq; contẽptui: sentio, mouit te uerbũ unũ, in fine literæ breuis illius, quã nuper ad amicũ tuũ dominũq; meum Stephanũ de Columna, undiq; nobilem uirũ scripsi, ubi iocans dixi: Nec credi disse unq;, nec crediturũ esse me Medicis. Est aũt haud indigna studioso cura scire uelle, qd de sua facultate quisque sentiat, quamuis multorum, in iuditio, aut nihil aut modicum sit momenti. Ad finem epistolæ tuæ, optas ut diligam Medicinam, & est æquum, utique ut qui te diligo, & tua omnia diligam, nisi fortè tuum aliquid, damnosum tibi esse cognoscerem. Ego uerò non sum amicus, siquid fingo, uerè itaque Medicinam diligo, cuius ut homo semper egens fui, nunc ut senex egentissimus sum, mendacia uerò Medicorũ, sed eorũ, qui falsò Medici dici uolunt odi fateor. Legisti ut dicis Inuectiuas meas, quas contra loquacissimam illam picam effudi, Papæ medicum, qui cum paucis Aphorismis, ruditer intellectis, habere cœlum sibi sub pedibus uidebatur, atque inde naturæ abdita contemplari. id tamen nihil ad me, ultrò sibi suam superbiam & ignorantiam relinquebam, nisi ipse me primus acri conuitio lacessisset, impertinenter id quidem, nihil ego sibi scripseram, sed Rom. Pont. tunc Clementem *VI.* ægrotantem, bona fide monueram, ut caueret à Medicis, non quidem ab omnibus, sed à multis, exemplo illius qui sepulchro suo moriens iussit inscribi: Turba Medicorum perij: eligeretq;, ut alteri percontationi tuæ satisfaciam incidenter, non duos quidem medicos, sed unum tantùm, non eloquentia, sed scientia & fide pollentem. Audiui autem pòst, à Medicis, esse hoc ipsum consilium Medicorum, quod an ita sit, quis melius quàm tu nouit? hæc sanè cum Pontifici suus nuncius iuuenis quidem bonus, inscius literarum, confusius retulisset, remisit eum illicò ad me, iubens, ut quod sibi uerbo mandauerant, scripto certius remandarem, parui, ut debui, & Epistolam illam scripsi, quæ fons odiorum fuit omnium. Ego autem iurgijs ignoti hominis è transuerso ictus exarsi, fateor, eram enim multo tũc iunior ardentiorq;, quàm sim hodie, tamen naturaliter uerecũdus, & fugitans iurgiorũ, tacere consultius ducebã, & pfectò tacuissem, nisi unus è principibus Ecclesiæ, cui familiarissimus fui, silentiũ dissuasisset, dicens, illud p homines insolentes, non modestiæ sed ignorantiæ tribuendum. Ille mihi calamum in manu posuit, quo arrepto, temperare non potui, quo minus ostẽderem maledicum illum sibi. sed quid opus est pluribus? Si ut dicis illud opusculũ legisti, attendisti credo, me nihil contra Medicinã, sed contrà falsos Medicos, quorum ille dux erat omnia locutum. Medicinam quis odisset, nisi amator ægritudinum? Venerabilis atq; amabilis illa quidem, non solum quia creauit eam altissimus, ut tu scribis, & multum hoc uerbo sibi placent omnes Medici, cum id omnium scientiarum atq; artium sit commune, quarum nulla est, quã altissimus non crearit. principium libri illius, ubi uerbum illud est relege, ita ibi scriptum aspicies: Omnis sapientia à domino Deo est. procede hinc ad septimum libri capitulum, inuenies nominatim, Rusticationẽ, hoc est agriculturã ab altissimo creatã, et ad summã qequid utile homini futurum erat, creauit altissimus, sed propterea illam amo, quia humanæ uitæ utilis erat, nisi facta esset inutilis. Illud amo igitur, & hoc odi, illos maximè qui huic malo materiam

materiam præbuêre, parcat illis Deus, immò non parcat, qui temeritate pestifera tàm necessarium, tamq; honestum præsidium naturæ fragilis euertentes, mutum ut Virgilius uocat, hoc est reale artificium, uerbale præcipitium effecêre, moxq; ut murice uestiti, atque auro insigniti sunt, uitæ necisq; omnium se credunt imperium assecutos, atque utinam suo próprio, non communi periculo fallerentur, ut causas rerum profundius scrutarentur, nec tàm prompti essent, ad funesta remedia, quæ peregrinis nominibus adũbrata delitescant, & Latinam mortem Græco uelamine obuolutam credulis inuehant. Odi ego, fateor, in omni genere hominum mendacium, est enim Deo aduersum qui est ueritas, sed nullum magis odi, cum sit periculum in nullo mendacio maius, ut Plinius ait, unum excipio, quod circa religionem fallit, est enim ut illud corpori, ita hoc animæ mortiferum. An uerò dicat aliquis, & tu dicis, Huic Medicorum infamiæ nullum excipis: uellem hercle, nescio enim quomodo è nullo genere, tot amici mihi semper fuerint, sintq; usque hodie. sed ne quid dissimulem, aut occultem, ne quicq; hactenus quos excipiã q̃ro, doctos qdem uiros, & eloquẽtes inuenio, nõ Medicos, ego autem uerba ab Oratoribus aut Poẽtis, at à Medicis sanitatem solam, & ut dicam breuiter non Medicinæ, sed salutis professores quæro, quos si inueniam, non diligam modo, & colam, sed paulò minus adorabo, diuini muneris largitores. Itaque ut ipse fateris, principibus Medicorum, quos tu memoras, non detraxi, nec detraherem quidem unquam, nondum sic insanio, modò illos fama concelebrãs uera sit, & credo uerã esse, q̃uis domesticũ testimoniũ suspitione nõ careat, his tãtum detraho, qui salutẽ polliciti, nos inferciũt syllogismis, Sed iam satis multa de Medicis, de quibus multò plura, cum eisdem, quàm cũ alijs loqui soleo, quæ ut plurimum in iocos desinunt. Est mihi inter alios unus hic, nisi eum Medicina detinuisset iturus ad sidera, tàm excelsi, tamq; capacis est ingenij, mihi uerò tàm amicus, ut uix ipse sim amicior, hic me anno retro tertio, febrientem cum iustis ex causis adire non posset, literis uisitauit, monuitq; ue, qd in eo statu mihi esset agẽdũ. Ego cuius feruor ãnis tepuit nõ refrixit, sciens qd mihi scripturus esset, quippè qui Medicorum consilijs plenus sum, antequàm literas legerem calamum cœpi, q̃bus lectis iugiter æstuans respõdi, & longa fuit altercatio, sed amica, nẽpe primis congressibus, non contenti, magnis iterũ epistolis literali disputatione cõfliximus, tandẽ ipse peruicatiã meã sentiens subticuit. Suadebat aũt inter multa, ut fructibus arboris, aquæ potu, & ieiunio abstinerẽ, cũ ego tamen, ut naturã meã noui, sine aquæ potu triduo nõ uiuerẽ. Nõ sum, nisi fallor, adeò ignarus rerũ, ut meipso melius Græculus q̃spiã, aut Arabiculus me cognoscat, quem nunquam uiderit, mille annis sepultus, antequàm nascerer. Est apud Ciceronẽ in Officijs locus quidam, ad hæc spectans. Valitudo, inquit, sustẽtatur notitia sui corporis & obseruatione, q̃ res aut prodesse aut obesse soleant, & continentia in uictu, omniq; cultu corporis tuendi causa prætermittendæ uoluptatis, addit tamẽ unũ, quod his aduersum uideatur, Præterea, inquit, arte eorũ quorum ad scientiã hæc pertinẽt. Vbi ego, ut te tantisper à litibus ad risum uocem, scripsi in margine manu mea sic: ubi sunt q̃sq; & erant tũc fortasse aliqui, & fortasse hodie sunt, quamuis eos ipse fortè nõ uiderim, uel si uidi certè nõ nouerim. Sed ad amicũ meum illum redeo, cũ quo longa concertatione habita, ipse in sua, ego in mea opinione substitimus, nec ille me in suam, nec ego illum trahere in sententiam meam possum. ille me diutius fuisse uicturum dicit, si Medicis paruissem, ego uerò maturius moriturum. nam & esse me delicatissimæ complexionis, quæ in morbos citò incidens uix emergat, & experimento admonitum, tutius mihi naturæ meæ credere, quàm horum consilijs, qui uocantur Medici. & iam tamen satis diù uixisse, & quantulum reste incertum esse. Hæ sunt inter nos quotidianæ dissensiones, sed modestia eius constantiæ meæ cedit, & iam sensim, ut amicus, non ut Medicus ad me uenit, idq; ue persæpè, nam & confabulationibus meis, & qualibuscunque scriptis incredibiliter delectatur. Cum hoc tamen, & cum alijs conuersando, ita mihi accidit, ut Medicorum consilia multa didicerim, nihil credam, quia efficax, nihil experior, hoc est illud quod à me dictũ breuiter, te in longã traxit admirationẽ. sic est tamen, non uerbis credo, sed effectibus, qui non fallunt, antequàm meum limen intret Medicus, scio ex parte quid cõsilij afferat.

Ede pullos, uix dum natos, bibe aquam coctam, tepentem qúe utere fœdo illo remedio, quod ab aue littorea Medici didicerũt & similia. Ego autem meo uno Dei consilio usque ad hunc diem uixi, eodemqúe usque in finem uiuam, cumq; naturæ debitũ persoluero, Deo prestãte esse sanus incipiã ac securus, hæc tàm multa de cõmunibus, de te amice quid diffiniam non habeo. Ingeniosum uirum ac discretum uideo, qualem Medicum cer te non uideo, possem uidere si uicinior fores, ualdè enim nunc præcipue sano Medico æger indigeo. quando autem hoc iter ingressus es, si quid mihi credis enitere, ut unus sis illorum, si qui sunt, non qui syllogisant, sed qui curant. Et quamuis multa dixerimus, unum tamen, quod in parte erat epistolæ tuæ prætereundũ non existimo. Optare te annos uitæ tuæ mecum, si licet, partiri, ut quod tuæ subtraheretur meæ accederet ætati, eius abditi uoti, tui Deum testem facis. nouæ quidẽ amicitiæ ingens liberalitas, sed animosa fiducia, de die dubitum, annos uelle largiri, etiàm si à puero quolibet Nestori esset oblatum, seu ipsi quoque uiuacissimo hominum Mathusalem. Omnes enim morimur, nec ullus est certus uitæ modus, aut ordo moriendi, quotidie senectutem ultimam iuuenes antecedunt. Te tamen loqui talia, pius amor cogit. credo igitur & gratias ago, mecq; uel hinc maximè tibi carum sentio antequàm cognitum. Proinde anni tui amice sint, læti utinam ac fœlices, mei autem ut ualdè multi essent, unquam optaui, iam optare incipio, ut pauci sint, ut enim cum Patriarcha Iacob loquar, dies peregrinationis meæ parui sunt, & mali, & dum respicio ad ætatis nostræ mores, nihil melius in futurũ spero, sicut ait Satyricus:

omne in præcipiti uitium stetit. Vale Arquade Cal. Maij.

Fran. Petrarcha Philippo Sabinensi Episcopo Cardinali, S.

De absencia amicorum æquo animo ferenda.

SPerabam quod optabam, ferè enim spes desiderium què cohabitant, sperabam hac an ni parte tecum esse, ut et tibi sæpe roganti satisfacerem, & mihi semper optanti, de hoc & tibi spem dederam, & mihi, quæ ut uides utrũ que fefellit, uide oro, nunquã ego te fefelli, non incipiam nunc, uide inquam, tentaui omnia, nil succesit. experiri uolui, an mille saltem passus equitare possem, nunquam potui, tantusq; erat ardor animi, ut si id potuissem, de reliquo benè mihi ipse promitterẽ. spoliauit me igitur mors amicis, q; illa nõ fecit, supplet absentia. Fer pater æquo animo, inter amicos numerari, q̃uis enim et uirtutis, & status imparitas, ab hoc te numero segregare uideat, & sis profectò mihi plus aliq̃d, quã amicus, si qui amat tamẽ & amatur est amicus, dũ sit amor hic amati causa, nõ alia, amicus es haud dubiè, necq; enim minus mihi de animo tuo cõstat, quã de meo. Necq; uerò te grauiter laturum scio, q; amicus tuus dicar, cũ audieris Augustũ Cæsarẽ, nõ solũ ferre, sed optare & hortari, ut Horat. Flaccus nõ humilis modo, sed libertinæ originis amicus suus, dici uelit, quin & insolẽtias Cardinaliũ alto animo reiecturũ, qui exiguo rubenti panno, mortalitatis ob liuione capiuntur, nõ mortales tantũ, modo illi quidẽ, sed quodãmodo moribundi, tu nisi tanto tempore mecũ es, & nõ cognouí te, non solũ hoc panniculo nõ superbis. sed ne qua libet purpura, seu corona, immò et funditus te noui, factus humilior nulla te re alia, quã solis auctũ curis sentis. & quotidie ex hac tua magnitudine mediocritatẽ pristinã, & trãquillas solitudines atq; ocia nostra suspiras, dũ soli in syluis totos dies, ageremus, & famuli ad horam prandij nos quærentes, uix ad uesperam inuenirent, & oblitos cibi, & mirantes diem tàm uelociter transiuisse. Sileo quanta, quàmq; honesta nobis esset ex alterno sermone delectatio, dum nil nisi de nostra salute, uel de literis atq; rerum illustrium memoria loqueremur, terrasq; omnes, & omnia sæcula, simul ante oculos haberemus, supra quam credi posset, nostra sorte contenti, & rerum labentium contemptores, præcipuis laudibus efferentes, inter quos Iacobum de Columna, qui ætate tunc iuuenis, sed morum grauitate, & mortis uicinitate iam senex, cum ab omni ambitione remotissimus, ad Episcopatum papa iubente, inscius, ne dicam inuitus peruenisset, atque inde ad Patriarchatum Aquileiensem, summo nobilium ac totius populi consensu, ac studio peteretur, ab urbe Roma, ubi tunc erat fratri scripsit, & fidis suis, inter alios, mihi iurans, ascendisse se altius quàm uellet, neque unquam amplius ascensurum, nec ita multò post tamen ad cœlestem dignitatem

tatem CHRISTO uocante conscendit. Hæc, in quã, & quæ sunt id genus sileo, ad id mihi te sponde, uel tacitus, quantò tũc dulcius auribus tuis insonuit Sorgæ murmur, & uolucrũ cantus, quàm nunc clamor litigãtium, qui in nostris consistorijs tartareo reboat mugitu, huc te tamen extulit sors tua, &, summa illius sancti patris prouidentiæ, qui te prædecessoribus suis incognitum, & libẽtissimè latitantem, nosci dedit, Ecclesiæ consulens, non tibi nisi quod magnus et pius labor, inter tot præsertim impios, præmio non carebit, hæc præfatus, nec de tua æquanimitate longe qúe licet imparis, amicitiæ nomine, ulla dubius ex parte ad institura progredior. Ita me igitur ille amet, qui amando fœlicitat, ut uix ulla mihi est tanta iucunditas, quantam ex tui ante alios amicorum qúe fidelium commemoratione percipio, uellem ex conuersatione posse dicere, sed ea rarior occasio est, Ita enim fato asperiore disiungimur, ut legendus sæpius, quàm audiendus spectandus úe sim uobis, utendum sorte, nec acerbanda querelis absentia, nec desideriũ impatiẽtia irritandum, dictum est sæpè, & dicendũ sæpius, si nihil nisi quod oculis cernimus amaremus. Nemo Deũ, nemo animam suam, nemo seipsum, nisi per speculũ amaret, ego uerò, & in amicis, & in me magis amo, q; non uideo. Incq; ipso, quo mirum in modum recreor, conuictu non tàm uultus, atq; ora præsentium, quàm internam pulchritudinem, animæ faciẽ ac lineamenta conspicio, & qd' in quolibet uidet' oculis primũ occurrit, non amicum, sed amici habitaculũ esse scio. Animus enim cuiusq; is est quisque, non ea forma quæ digito demirari potest, ut eleganter ait Cicero. qd' cogitãs Anaxarchus in supplicio positus, ad carnificẽ suũ ait: follẽ Anaxarchi feri, follẽ nempe feriebat, ubi latebat, atq; unde spirabat Anaxarchus. Philosophum enim ipsum in arce rationis extãtẽ, & patiẽtia armatũ ferire nõ poterat. Ea cogitatio mihi pstat, ut distãtibus licet habitaculis, semper habeã uos potentes, cũ & animus meus sit uobiscũ semper, & uestros mecum esse confidam. Neque tantum eos qui procul absunt, sed eos quoq;, qui penitùs abierunt, iam q; exiguũ in cinerem uersi sunt, uos adestis, uiuũt illi. Sic totũ absentiæ mortisq; dispendiũ amor lenit, & ego omnes, tã mortuos q̃ absentes, tecq; in primis uideo, & cum ad te uenire non possim, tecum sum aduersante licet & repugnante fortuna, & si non sum nescius, nimis ipsis in uocibus, in qúe fulgoribus oculorum, quibus amicus intus habitans, utcum qúe quibusdam ueluti bipatentibus fenestris aspicitur, summam inesse dulcedinem, atque inextimabilem uoluptatem. Sæpe forsan hoc nomine usus uideor, sed quamuis infame nomen, uulgo indice sit uoluptas, ad utrumlibet tamen doctiorum iuditio trahi potest, cuius rei præclarissimos auctores, Ciceronem & Senecam habemus, qui & uoluptatem illã Epicureã damnent, et honestæ delectationi, nonũquam idem ipsum uoluptatis nomen attribuunt, & Maronem ubi & uniuersali omne genus oratione complectens ait:

Trahit quemq; sua uoluptas:

Et regem patrem, cuius amore, ut nullus maior inter homines, sic nullus honestior filio loquentem facit, *Dum te chare puer mea fera & sola uoluptas*
Complexu teneo.

Quod si tantorum triũ testium auctoritas, uocabuli unius infamiam non abstergit, omni exceptione maior, quartus accedat, quo non solum uoluptas, sed ebrietas etiam sobria & sancta sit. Nonne enim æthereus citharista Dauid, Deo gratissimum, carmen canens cum dixisset: Filij hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. confestim addidit: Inebriabunt ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos: puto iam ad excusationem infamati nominis, nihil amplius requiri. Tu autem Vale, & sic habe, post Deum ac uirtutem, de quibus adhuc non tàm gaudeo, quàm gaudere cupio, proximam mihi esse fidis atque honestis in amicitijs uoluptatem. Arquade. III. Nonas Maias.

Fran. Petrarcha Carolo IIII. Imp. Rom. S.

De falsitate priuilegij. Austriam ab imperio eximentis.

CLaudum usquequaq; mendaciũ est, facile deprehenditẽ, acris ac uelocis ingenij iuditiũ ægre fugit, producitur en mane Chirographũ ampullosum, uerí uacuo, per nescio quẽ, sed peculdubiò nõ magistrũ iratiũúe hominẽ, sed scholasticũ rudẽq; literatorẽ, utiq; mẽtiendi auidũ, sed fingẽdi mẽdacij artificiũ nõ habẽtẽ, q; si habuisset, nunq; certè tã insulsas

ineptias

ineptias effudisset. Solent enim huiusmodi artifices, uerisimilitudine aliqua, falsum condire, ut quod nunquã fuerit, quia tamẽ his quæ fuerunt simile est, & ipsum fuisse credi possit, hic si fortè Ius Romanũ & imperij maiestatẽ armis ac legibus & uirtute fundatã, atq; uallatum, nugis suis euerti posse crederat, quod extremæ erat insaniæ, debuit saltẽ artificiosas nugas, & coloratum proferre mendacium, quod non statim oculis etiam lippientibus appareret, de quo quidem figmento Cæsar, dubius non sum, quin tibi illicò, tuisq; proceribus sapientissimis uiris, atq; doctissimis & in primis Cancellario tuo oculeo prorsus ac lynceo, tota funditus illius nebulonis scæna patuerit, quia tamẽ me, hic quoq;, quod sentio loqui iubes. pareo & loquor, quod ex tempore in animum uenit occupatum, lõgeq; aliis pressum & obsessum curis, non hoc ultimum tuæ Clementiæ pignus habens, quod me tanti secreti conscium, atq; participẽ uoluisti, quodq; his fraudibus detegẽdis idoneũ cẽsuisti. Omitto aũt, q; par in parẽ nõ habet imperiũ, neq; aliud Iulius Cæsar statuit aut Nero, cuius tu cõtrariũ statuere, tuo iure nõ ualeas. quod nõ uidit ille trifurcifer, dũ indignissimæ libertatis, duos illos finxit auctores, calliditate ridicula, quasi quod optimus fecisset, & pessimꝰ cõfirmasset, rescindi posset à nemine: hãc tamẽ litigij particulã, Iurisconsultis tuis linquo, seu potius tibi, cuius in scrinio pectoris, ut puer in scholis ciuilibus audiebã, iura sunt omnia, ad id quod expectas uenio. Nos inquit Iulius Cæsar Imperator, nos Cæsar, & cultor deorum, nos supremus terræ Imperialis Augustus & reliqua. Quis tàm hæbes rerumq; in scius usquam est, q nõ iam hinc apertis oculis uideat, totidẽ, ppè mẽdacia esse, quot uerba, licet enim ut Lucanus ait, omnes uoces, p quas iã tẽpore lõgo, mẽtimur dominis, ætas primum illa repererit, nõ tamẽ illas uoces repererit, p quas nobis domini mẽtiũtur, q̃uis ergo Cæsarẽ sui, plurali numero, quod ante eũ nulli alij factũ erat alloq; cœpisset, magnitudini eius adulãtes, q mos postea ab Imperatoribus in populũ fluxit, ipse tamen de se nunquam cum militib. etiã suis, nisi singulariter loq solitus inuenit: hoc ille bos ignorabat, q̃ si sciisset cautius mugisset. Sũt penès me, ipsius de quo agitur Iulij Cæsaris aliquot familiares epistolæ, nã eiusdẽ orationes, apud Lucanũ atq; alios multæ, apud Salustiũ una, dici possent, nõ illius, sed scribẽtium arbitrio dictatæ. Epistolas autẽ idẽ ipse dictauit, è q̃bus exẽpli gratia paula decerpsi, Cæsar Oppio Cornelioq; Salutẽ. Gaudeo me herclè uos significare literis, quam ualdè probetis, quæ apud Corfiniũ gesta sunt, cõsilio uestro utar libẽter, & hoc libẽtius, q; mea sponte facere institueram, ut quã leniss imũ me pberẽ. Itẽ Cæsar Oppio Cornelioq; salutẽ. Ad *VII.* Idus Mart. Brũdusiũ ueni, ad murũ castra posui, Põpeius est Brũdusij, misit ad me Cn. Magiũ de pace quæ uisa sunt respõdi, hoc uos statim scire uolui. cũ in spẽ uenero, de cõpositione aliqd me cõficere, statim uos certiores faciã. Idẽ Ciceroni scribẽs. Et si te, inqt, nihil timere, nihil imprudẽter facturũ iudicarẽ, tamẽ pmotus hominũ fama; scribẽ dũ ad te existimaui, & reliqua. Extat eiusdẽ epistola, seu priuilegiũ de re magna, nõ ad singulos familiares, sed ad gentẽ Sidoniorũ talis Cn. Iul. Cæsar Imperator & pontifex, & dictator *II.* Magistratibus Sidoniorũ & Cinthiæ, & populo salutem: Si sani estis bene est, & ego sanus sum, cũ meo exercitu. Exemplum facti decreti, ad Hircanum filiũ Alexandri principem sacerdotũ, & rectorẽm gentis Iudæorum uobis destinaui, in publicis uestris annalibus reponatur. Volo uero Græcæ & Latinæ in ærea tabula scriptũ hoc proponere, & statim post cũ deliberata sententia decreui, & infra propter has causas Hircanũ Alexandri filiosq; eius rectores gentis Iudæorũ esse, & principatum Sacerdotij gentis Iudaicæ semper habere, secundum patrios mores præcipio, ipsum quoque filiosq; eius, inter eos qui auxiliantur nobis, & inter uiros nobis amicissimos, esse censendos, quantacũque sacerdotalia iura sunt, eũ & filios possidere decerno: & reliqua. Hanc quidem epistolam apud Iosephũ certissimum auctorem historiarũ libro tertio, si quæris inuenies, possem cũ rioſius insistere, stylum uides. nam quod sẽ Cæsar hic Iulius, Augustum uocet non falsum modò, sed ridiculũ quis non uideꝛ? siquidẽ nomen hoc, ab illius successore principiũ habuisse, putabã pueris, q uel scholæ limen attigissent omnibus, notũ esse, lege Annei, Flori, lege Suetonij Tranquilli, lege Orosij, lege Eutropij, lege denicq; omnium historias, Nullus hoc ignorauit, præter hunc asellũ importunissimè nũc rudentẽ. Iam quod sequitur nescio, quis auunculus manufactus, mirũ penitùs, quid ita Iulij Cæsaris auũculus, in illis tantũ literulis notus sit,

notus sit, nusquam omnino alibi lectus, uel auditus, præsertim cum ipsius pater Cæsaris, uel nulli uel paucissimis cognitus habeatur: quod mirarer, nisi quia cogitare soleo, fuisse tantam illius uiri gloriam, eumq; nominis splendorẽ, ut nõ aliter q̃ sol stellas, ille circa se positas obscurarer, unde aũt auunculus iste nũc redear, aut ubi nam tot sæculis latuerit, siue quam ob noxam in extrema terrarum deportetur, nescio, ubi præcipuè illud miror, quod testis innominatus ad iuditium uenit, & tanta de re fides quæritur per eum, cui non solum fidei, sed nominis sit defectus: quo magis magisq; detegitur rei nullitas priuilegio, sine illius nomine, cui concessum dicitur prolato, cũ priuilegia, si pueritiæ recolo, stricti iuris sint. Multa sunt ibi, quæ illud debilitant, & infringũt, & hanc quoq; particulã Iurisconsulti tui uideant. Nisi fortè magis serium orientalis plagæ nomen dicas, quæ uulgo Austria dicitur, cum tamen auster & oriens sint diuersa, uerum ea nomina pro situ finitimarum regionum uariè imposita, dixerim, uerè autem, siue omnẽ terræ ambitum, siue urbem Romam, unde hæ literæ, quibus est ea pars imperio eximeretur, manasse finguntur spectes, neq; australis est regio sed arctoa. Quid quod data literarum apertissimè falsa est? ubi nec dies certus, ne Cos. ascribitur: quis enim nisi amens dicat, datum Romæ die Veneris, regni nostri anno primo, & non adijciat, cuius mensis quota sit dies, quis pastor, seu quis arator ita scriberet, ne dum ille, qui præter cætera ingenij opera, quo non iunior, quàm imperio fuit, anni totius exactissimam rationem noscitur inuenisse. Nam quod ait regni nostri, sic à ueritate semotum est, ut non risum modò, sed bilem excitet stomachumq; concutiat. Cæsar enim ut audisti Imperator & Pontifex & dictator dici uoluit. Rex nunquam, Reges Romæ septem legimus, prima urbis ætate, si qui post illos regnare uoluerunt, uel gladio cæsi, uel de saxo Capitolij præcipites acti sunt: fateor quidem Cæsari affectati regni suspitionem pro summo probro, non ab alijs, quàm ab hostibus obiectum suis. Ergo ille uir tàm gloriæ cupidus, tamq; consilij abundans, quod sibi ad infamiam datur, inter titulos numerareteꝛ? non magis certè se regem diceret, aut dici uellet, quàm scurram, quàm adulterũ, quàm lenonem, immò uel multò etiam minus, illa enim turpia & obscœna, regium uerò cognomen odiosum nimis, & periculosum & importabile Romæ fuit, uis hoc clarum fieri. Cum Hispaniæ populi, Scipioni Africano maximas ibi & glorioſissimas res agenti, regnũ uirtutis admiratione detulissent, uide quid responderit. Ipsa enim T. Liuij uerba subscribo. Silentio per præconem facto, sibi maximum nomen Imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellassent, regium nomen alibi magnum, Romæ intollerabile. Quamobrem quod Lucanus ait: *omnia Cæsar erat,*

Ita dictum accipe, quia in se unum omnes dignitates honoresq; congesti sunt, qui tunc Romæ essent, ubi regnum proculdubiò non erat. Absit ut regni faceret mentionẽ, quam factam ab æmulis execraretur, penitusq; reijceret. hæc ad Iulij Cæsaris fabulam, rudi illi & inepto mendaciorum fabulatori dicta sint. quorum bona pars Neronianæ conuenit fabellæ, cuius finis est, datũ die Martis, illius magni Dei: ô impudens & insanum caput, quid siquis contrariũ, pferatꝛ? Cuius data sit Lunæ dies, aut Mercurij, quẽ primũ quẽue ultimum dicemus? quis hanc mẽtiendi licentiã, quis amentiã istã ferat? Tibi uerò ridẽdum Cæsar & gaudendum est, q; rebelles tui, plura cupiant quàm possint, atq; imperium tuum detractare, secq; mendacio in libertatem asserere uelint, potius quàm sciant. Nam si scirent, iste mentiri nunquam sic cœpisset. Nos Nero amicus Deorum, quem contemptorem deorum omnium legisset. sic enim de hoc loquens Suetonius Tranquillus ait libro Cæsarum sexto. Religionum usquequaque contemptor, præter unius Deæ Syriæ, hanc mox ita spreuit, ut urina contaminaret. Hæc sunt Imperator Auguste, quæ in præsens sine magno se obtulerant studio, præter utriusque stylum epistolæ, qua à principio ad exitum, totus rudis ac nouus est, ut sicut est, sic uerè illic unde uenit nudiustertius textus à scabro textore aliquo uideatur, & si affectata puerilitèr antiquitatis opinio, in singulis uerbis emineat, sed in eius locum quæsita notitia falsitatis, quæ literæ deformis in morem, penè oculis cerni queat. Ita totus ab eo, quod uideri uult, ab antiquitate scilicet ac Cæsareo remotus est stylo, quo fortassis anus credula, seu montanus agricola, at nõ certè uir intelligẽs, falli possit. Tua aũt epistola quam illorũ odio dictatã, ad me misisti, magnũ te mihi approbat

approbat oratorẽ,gaudeo,nempè Cæsaris propria ut bellorum & iustitiæ,sic linguæ & ingenij laus est. Tu Vale Cæsar nostri memor,& imperij,& sic Viue,ut mentiri tibi tui non lint,hostes metuãt,Mediolani XII. Calendas Aprilis.properè.

Fran. Petrarcha Ponino Grammatico Placentino, S.

NOn possum tibi remediũ præstare fidelius, quàm quod ipse pari ægritudine, efficax sum expertus. Fuit ergo mihi adolescentiã ingresso senex quidã, conterraneus meus,uir & ueneranda canitie,& morum grauitate notabilis,ad hæc & scientia literarum, supra communem modum,quamuis ex illorũ grege esset,qui scriptores Papæ nũcupantur,quos laboriosos magis, quàm ingenioſos agnouimus. Id officium supra quinquaginta annos, fide multa gessit & industria. Iamq; & ætas,& integritas,superq; omnia mitissima quædam conuersatio,ac prædulcis eloquentia,plurimum sibi beneuolẽtiæ atq; auctoritatis addiderant,Ioannes uiro nomẽ,nam cognomen sola sibi patria dederat de Florẽtia dicebaꝫ,hinc amoris credo prima radix, nihil enim, q̃ q̃dam sciã in me erat adhuc aliud,q̃ amaret bonos(inter bonos autem amor communis patriæ,potens ualde est,sicut inter malos odium) cæterum ille magnus,exigui ingenij mei & mirator & amator, & hortator factus erat. Retribue illi CHRISTE IESV, multũ enim illi debeo, neq; uerò adeã ætatis meæ partem uenit, in qua sibi rebus ipsis gratus esse potuerim, nunquam totiens me uidit, quin ardentes lateri stimulos incuteret,& paterna pietate, iuuenilem spiritũ excitaret, ad uirtutem,ad scientiã,atq; in primis ad amorẽ Dei,sine q̃ nihil benè agi posse, immò,prius nihil esse hominem diceret,quantalibet scientia potentiaq; suffultũ. Hũc igitur talẽ uirum solum,& honestis de more studijs iterum,die quodam solus,& cogitabundus aggredior,exhilaratus est aduentu meo, uir ille mitissimus. & q̃d inquit, causæ est, quod te curis solito grauiorem uideo? fallor an noui aliquid incidit? tunc ego,Nec tu pater optime falleris,nec quicquam noui accidit,sed ueteribus angor ac crucior.nosti etenim labores, nosti animi mei curas nosti, quãto studio semp exarserim, ut me uulgo altius ipse subuehere,& ut loquar cum Virgilio Ennioq;, tentata est uia,quam me quoq; possem tollere humo uictorq́ue uirum uolitare per ora. nec cura, nec intentio mihi unquam defuit,nec ingenium deesse uidebatur,cui & si cuncta cessarent,non ne testimonium tuum abunde sufficerat? quotiens tu multis audientibus,eximiam mihi laudem præclari ingenij præbuisti? ut iam penè omnibus persuasisses ita esse, ut ex illius ore auditum, qui nil facilè mentiretur: quotiens abductum submissa uoce monuisti,ut intellectum talem, bonis artibus exercerem,neq; per ignauiam paterer,tantum dei ac naturæ munus hebescere. Ego tanto testeſe curius enitebar,& nil iã mihi difficilè uidebaꝫ, instabã tamẽ, horasq; omnes literarũ in studijs terebã,ut ociosa mihi nulla diffluerent, nec cõtẽtus inuẽtis,nouũ aliq̃d assiduà moliebar, interblandiẽs labori meo,nõ frustrà futurũ quicqd agerẽ,sed grandia mihi, & speciosa omnia pollicebar. Ecce aũt studio nũq̃ intermisso, dũ summa crederẽ, apprehẽdisse paulatim, ad infima me relapsum sentio,et penè fontẽ solitũ ingenij arruisse,unde hæc inopina pestis ignoro,quæ tũc facilia uidebãt, inextricabilia nũc uidẽtur,ubi nusquã hæsitans currebam, iam per singulos passus subsistens,deq; omnibus dubitans uix incedo. sic ex ingenioso habes, inops ex diuite, ex animoso pauidus, discipulus ex magistro, desperationi proximus, ad te uenio,q me in has angustias impegisti. Nil me scire profiteor, & an cœpta destituam, nouũ uitæ iter arripiam,an q̃d aliud agam,non ab alio, quã à te consiliũ posco? hæc & his similia,nõ sine lachrymis iuueniliter uociferantẽ,non diutius passus. Noli,inquit, fili noli obsecro,gratiarũ actionibus,debitũ tempus in querelas effundere,melius enim se res habet, q̃ puras, tã diù nihil sciebas,quãdiu multa scire tibi uidebaris,quo die tuã ignorantiã deprehendisti,mihi crede inextimabiliter profecisti, nũc demũ scire aliq̃d incipis, cũ nihil scire te credis,pateſcunt enim latebræ, quas magnificè de te olim sentiens,non uidebas nimirum. Nam & qui scandit in montem,multa incipit uidere,quæ in imo positus nec uiderit quidem, nec curanda crediderit, & qui pedibus fretũ intrat, quò magis processerit,eò magis altitudinẽ maris intelligit,& ad eundũ lõgius opus esse nauigio, proinde tu,qui me hortante ut tu ais,& ego non inficior,hanc ingressus es semitam,me ipso non hortante modũ,sed urgente cœpta prosequere. deus aderit, ne dubita, quibus è cœlesti uelut oraculo auditis, lætiorq;

lætiorq́ue propositi,& melioris spei plenus abscessi. Et hæc ille quidem mihi, quæ tu tibi dicta credito,hoc adiecto,quoniam propriam nescire miseriam, ea demum miseria summa est,& sunt quædam ægritudines,quas nec torpore pressus ager sentit,& cum expergisci aſsentire cœperit,spes atque initium est salutis. Vale.

Fran. Petrarcha Ianino Grammatico Placentino. S.

Esse adhuc uirtuis aliquos miratores.

NOli amice, noli obsecro, in arrepto hoc præcipuè tam speciosо calle lenteſcere, eam quã prætendis ob causam, q̃ uirtus scilicet honestæq; artes,nostra ætate esse quidem sine honore uideantur.contemptricẽ boni, omnis hanc ætatem dicimus, fateor, nec mentimur. satis nempè contemnitur, cui quærendo studij nihil impenditur. an tu autem putas uirtutem,ut honorata sit,celebritate hominum,& uulgi plausibus indigere? Credemihi,si omnes homines tacuerint,si obierint,si oderint, ipsa sibi uirtus suus est honor,sed nec tacẽt,nec oderũt,& q̃uis eã nemo asseq; studeat,aut admodũ rari, sunt tamẽ adhuc,q̃ eã in alio mirarẽtur,esset modo aliqua quã mirari posſẽt,tolle miraculũ ipsũ,subſtuleris mirato rẽ,an existimas apud maiores tãtũ nostros,in pretio fuisse uirtutẽ? fuit illa q̃dẽ, usq; adeò, ut pro animo uitã darẽt,p̃ qua uix est hodie,q̃ pauxillũ pecuniæ permutaret,esset nũc,etiã tamẽ eò mirabilior gratiorq; quò rarior p̃ re magna atq; in æternũ memorabili,scribit Hieronymus se legisse ad T. Liuium uenisse quosdã nobiles,de extremis Hispaniæ Galliarũq; finibus,an autẽ parũ causæ erat,cur adesse uisendũ audiendũq; nõ nobiles q̃dã tantum,sed mundus ipse confluerent? omitto enim illũ quem lacteum sibi Hieronymus,Pompeio suo, Valerius beatũ eloquẽtiæ fontem donat, quanti demum erat, unum hominem uidere, qui & si nihil aliud egisset in uita,nihil amplius aut agere posset,aut eloqui. diuino tamen stylo summaq; diligentia, quamuis C. Caligulæ aliter uisum sit, opus illud immensum,totius ab origine Romanæ Historiæ centũ quadraginta duobus uoluminibus explicasset, miraculo pximũ,ad quod ne dicam imitandũ,sed uel transcribendũ uix unius hominis uita sufficiat,spectare caput,q̃ tàm multa tractasset,digitos qui talia taliter exarasſent. Credo equidem,si T. Liuius ipse,nũc uiueret,nõ quosdã ad eum,sed plurimos profecturos. certè egò, ut est animus,foret modo quæ nuper erat ualitudo, prosperior, & securũ iter, ne dum usq; Romã,sed usq; ad Indos, eũ quærere nõ grauarer, ex hac ipsa urbe Patani,unde illi origo fuerat,ubi mihi multos iam per annos est mora. Inuitus referam,sed neq; uicinius, neq; recentius exemplũ habeo,neq; multis amicorũ notius,quamuis tibi per ætatem,nisi illorum relatibus notum esse nequiuerit. in quo & si forte gloriabundus uideri possim, his qui omnia pessimam semper in partem trahunt, ego tamen, meo quodam iure, mihi licitum reor,& superior, in epistola te trepidum paterno consilio cohortari, sic nunc tecum paterna fiducia gloriari, si gloria dici potest, quæ nullis omnino meritis parta est, præsertim cum ad tuam exhortationem, & diffidentis animi firmamentum, pariter utrumque pertineat, cuius mihi semper ut filij cura fuit. Nonne igitur audiuisti,ut ego ipse, qui si non dicam, cum antiquis, sed cum coætaneis meis conferar nihil sim, dum in Gallijs agerem, admodum adolescens,nobiles quosdam,& ingenioſos uiros, tàm de ulteriore Gallia, quàm de Italia uenientes, ad me uidi admirans, nullo alio negocio tractos, quãm ut me uiderent, mecumq́ue colloquerentur, quorum unus fuit honorificè nominandus, Petrus Pictauiensis, religione & literis uir insignis, atq; ad admirationis augmentum, fuere aliqui, qui præmissis magnificis muneribus, sequerentur, quasi liberalitate iter sternerent, & ianuas aperirent. non est Auinio Rhodani ubi tunc eram, Romæ comparabilis ulla in re, sed & Romanus Pontifex, & multa Romanæ ciuitatis insignia, illic erant, suntq́ue hodie frustrà, nuper per Vrbanum quintum parumper auecta, erant quæ, locum toto facerent orbe famosum,& tamẽ non se aliud, quã me unũ quærere,& uerbo, & rebus ipsis fatebantur,usq; adeò, ut si abesſẽ, fortè cõfestim ad fontẽ Sorgiæ, ubi maximè æstatẽ agere solebã, omnibus neglectis accederẽt. si horũ tu uel inscius esses,uel incredulus, tui certè ipsius oblitus esse non potes,qui me diù postea in Italiã iã reuersum, nõ quidẽ tanto, magno tamen uiæ tractu,nũquã antea mihi uisus aut cognitus adjisti, unde hæc amicitia orta est, quæ nisi

durasset,

durasset,immò & creuisset in tempore, nequaquam tàm familiariter tibi ista nunc scribe-
rem. quot deinde usq; huc,ad me ex illa præsertim studiorũ amicissima uenerũt Partheno
pe,iuuenes maximè,q̃ me ibi tẽporibus summi regis uidisse nõ poterant,propter,nostram
familiaritatem,tibi esse nequit occultum.sicut nec ille,Perusini uatis aduentus, ita dico,si
literarum amor ingens,& ardentissimus spiritus uatem facit,q̃ senex cæcus ad Pontremu-
lum oppidũ scholas Grammaticæ regebat.audito aũt,q̃ ad ipsum de quo loquor regem
Neapolim perrexissem,ut q̃ iuuenili fastu tumidus,cuiuscunq; examen, alterius eo tẽpo-
re dedignarer,qui nunc nullum recusarem,unici filij adolescentis humero innixus,et ipse
mox Neapolim,magno mei desiderio tractus uenit,cognitaq; uiæ causa,quam ipse publi
cè prædicabat,Rex eum uidere uoluit,erat enim monstri instar, uiri facies seruorq; illa ge-
lida ætate,contemplatus aliquamdiu uultum hominis,æreæ statuæ similimum,audiens-
que quid peteret.Si uis,inquit,què quæris in Italia reperire festina,alioquin quærẽdus tibi
erit in Gallia,sic ab eo,nuper hinc digrediente,cognouimus. Ego uerò,inquit,homuncio:
Nisi me uita destituat,ipsum si oporteat,apud Indos quærã.Miratus rex & miseratus, sibi
uiaticũ dari iussit,inde summo cum labore,sua relegens uestigia,ne quicquam Romæ pri-
us me quæsito,Pontremulũ rediit,ibi audiens,quod adhuc Parmæ essem,hyeme etiã nũc
aduersa,niuosum transit Apenninum,& præmissis ad me,haud ineptis aliquot uersiculis,
ipse mox affuit: *ô qualis facies,ò quali digna tabella.*

Is enim de quo id scribitur,unũ oculũ habebat,hic nullũ,ille elephanti tergo, hic suis pedi
bus ferebatur,ille Romæ & q̃ illam sequebatur orbis imperiũ,hic unum homunculũ,non
nisi fama sibi cognitũ quærebat.Et quotiens putas,sed quid loquor,p̃sens rebus intereras,
quotiens filij & discipuli alterius,quo,p̃ filio, & quibus ambobus pro uehiculo utebatur,
manib. sublatis,meũ caput osculatus est,quo illa cogitassem,quotiẽs hanc dexteram, qua
illa scripsissem,quibus se diceret uehementissimè delectatũ,& q̃ pauca tunc scripserã, cum
uel hodie pauca sint,transeo,longa est historia,semp adhũc modũ,triduo mecũ fuit, & to-
tam ciuitatẽ miraculo sui impleuit,cognito qs esset,& quid ageret? Illud non silebo,q̃ cũ
die quodam in excessu mentis,multa diceret inter cætera,Vide,ait,ne tædio tibi sim,si cupi
dius tefruor,ad quem uidendũ tanto cũ labore peregrinus aduenio.ad quod uerbũ cum ri
sum astantibus excitasset, & risum & ridendi causam intellexit,excitatiorq; subiunxit in
me uersus: Te non alium testem uolo,quod ego exoculatus melius certiusq́ te uideo,
quàm quisquam horũ oculos habentiũ,q̃ dicto cũctos in silentiũ ac stuporem uertit, plus
nõ dico,nisi q̃ urbis illius dominus,mei amantissimus,q̃ nescio an sua ætate ullus in terris
liberalior uixerit,cæci sermone atq; animo delectatus,abeuntẽ multo honore ac magnifi-
cẽtia prosecutus est. Mihi aũt hæc speciosa,tũc magis usu fuerãt,q̃ nũc relatu gloriosa sunt,
sed ideò in hãc narrationẽ incidi,ut tibi noto exẽplo,torporẽ siqs esset excuterẽ,tibiq; osten
derem. Esse adhuc aliquos,qui uirtutem colerent, modò aliqua esset uirtus. pro te enim
ipse respondeo,quid te ad tantũ laborem,tàm aduerso tempore subeundum,nisi aliqua for-
tè mearum rerum fama commouerit,quæ si falsa tantùm potuit, quid uera non posset? qui
eum ergo tàm cupidè petierunt, in quo nihil præter indolem laudabile promittebat ætas,
quo impetu,quo feruore Ciceronem aut Virgilium, aut ipsum de quo nobis sermo erat
T. Liuium petijssent. Stude ergo uiriliter,neu diffidas,uel ingenium tibi defuturum,mo-
dò adsit mentio,uel honorem scientiæ ac uirtuti. Vale Patauij *III.* Idus Maias.

Fran.Petrarcha Ioanni Priori magnæ Carthusiæ, S.

Vt pro se Deum oret.

ITa ego te stupẽs et uenerabũdus alloquor religiosissimè uir, quasi alloquar in te CHRI-
STVM,q̃ hospes beatificus tuũ proculdubio pectus inhabitat anima enim iusti sedes est
Dei.Illius est donũ,q̃ inter homines peccatores quibus orbis abũdat,angeli uitam,& an-
gelicã famam habens,per densissimas tenebras sæculi nostri.nouũ mũdo sydus effulgẽs,et
è Carthusiæ sublimi specula,uelut ex oriẽtalis iugi uertice,lucifer matutinus irradias.Quid
autem prius dicam,quàm quod prius occurrit? me miserum te fœlicem. ego enim,ut Vir-
gilij uerbo utar: *multum terris iactatus & alto,*

quotidie

quotidie grauibus humanorum fluctuum procellis exerceor,tu quod ait Terentius, iam
in portu nauigas,ego inter spinas & auia uitæ huius anxius, & iam fessus oberro,tu tran-
quillus in limine cœli sedes,& in uestibulo paradisi,mihi semper ante oculos timor Mor-
tis,tibi autem uitæ spes,& infallibilis arra uersatur.quid denicq; primum precer, nisi quod
primum cupio,& quo magis indigeo,ut pro me misero apud CHRISTVM dominum in-
tercedas,apud quem te plurimum posse confido? si fortè qui nunc errans in solitudine ina-
quosa, uiam non inuenio, esuriens & sitiens, in me deficiente anima, ad dominum
clamans, de necessitatibus meis eripiar, & meritis tuis adiutus, CHRISTO duce dedu-
car in uiam rectam,ac supernis ciuibus ascriptus, ciuitatem habitationis ingrediar, uel si
fortè primam illã tentationem ignorantiæ supergressus sum, reliquas tres euadam, quas
ex ordine Psalmi textus exequitur,sedensq; in tenebris & umbra mortis,uinctus in men
dicitate & ferro,humiliatus in laboribus & infirmatus,iterum ad dominum clamans, ex
tenebris atq; ipsius umbra mortis educat,contritis q̃ portis æreis & uectibus ferreis con-
fractis, de uia iniquitatis meæ suscipiar,& de uinculis peccatorum. omnẽ præterea escã ab
hominata est anima mea,& inedia spirituali,usq; ad portas mortis appropinquans, clamans
que rursus ad dominum,missio uerbo eius de interitionibus erepta,de necessitatibus pro-
prijs liberetur. Postremò descẽdens in mare nauibus,faciensq; operationẽ in aquis multis,
uidensq; opera domini, & mirabilia eius in profundo,ascẽdensq; uicissim usq; ad cœlos,&
descendens usq; ad abyssos,& propterea in malis tabescẽs,turbata & mota in morẽ ebrij,
omnis eius sapientia deuorata atq; consumpta,& quod unicum est,& uerũ primumq; &
ultimum auxiliũ,in his pœnis,denuo ad dominum clamãs,de necessitatibus itidem educa
tur,statuatq; illi dominus procellam in aurã,& sileant fluctus maris,atq; ita in portum uo-
luptatis suæ,læta tandem & secura perueniat. Hæ sunt quatuor ille temptationes,quas pro
pheta regius afflatus Spiritu sancto uidit,profundius q̃ conspexit.quarũ Prima ut ait Au
gustinus, Est temptatio erroris atq; inopiæ ueritatis,& famis uerbi. Secunda difficultas be
nè operandi,& uincendarum concupiscentiarum. Tertia primæ aduersa,tædij scilicet atq;
fastidij. Quarta tempestatis atq; periculorũ in gubernãdis ecclesijs,& sunt primæ tres cõ-
munes omnium. Vltima uerò propria præsidentium,quamuis & gubernator sine uecto-
rum periculo non temptetur,nec minus,non dico negotium sed pelagi discrimen adeat,q̃
ad exiguæ gubernaculum puppis sedet,quã qui ingens nauigium moderatur. in his tem-
ptationum cõtrarijs uẽtis ac fluctibus,uitæq; tempestatibus, tuarum mihi precor oratio-
num largire præsidium,communem dominum,dum ad mensam eius conuiuia sacer acces
seris precare,adsit mihi erranti,fatigatoq; ne corruã.inserat in anima sterili lachrymis rigan
da,& fœcundanda salubribus sui amorem,sæculi contemptum,odium uoluptatum, studi
um uirtutum,uerã pietatem,sanctam religionem,indubitatam fidẽ, lætam spẽ, charitatem
feruidam,solidam castitatem,dignum cultum sui nominis,opera autem carnis,susurros dæ
monum,infœlicis animæ consensum,præteritarum reliquias passionum,& pessimam con
suetudinem, qua iunctus ad mortem rapior radicitus extirpet. Faciat peregrinationem me
am sibi placitam,gressusq; uagos dirigat,in uiã salutis æternæ,dignetur mihi indigno in die
exitus mei,& in illa suprema hora mortis assistere, neque reminiscatur iniquitatum mea-
rum, sed egredientem ex hoc corpusculo spiritum,placatus excipiat. Nõ intret in iudicium
cum seruo suo,contumacissimo licet atque miserrimo,misericordiarum fons misericordi-
ter mecum agat,causæ meæ faueat,& deformitates meas contegat,in die nouissimo deni-
que ne patiatur hanc animam,opus manuum suarum,ad superbum sui & nostri hostis im-
perium peruenire,aut prædam fieri spiritibus immundis,& famelicis canibus esse ludibrio.
Ecce petitæ orationis formam tibi præscripsi,uariare illã tamen non prohibeo, quid enim
animæ meæ expediat,tibi notius arbitror,quam mihi,sed hæc sunt ferè quæ in dies singu-
los precari soleo,inualidas aũt preces meas & criminibus meis pressas, tuis ut precibus
iuues precor. Crudelitas est negare opem supplici, quam sine cuiuscũq; iniuria,& sine tua
possis difficultate præstare,hæc profectò sunt munera,multum gemmis & auro cariora, q̃
egenus & pauper ego,ex te in CHRISTO ditissime ac fœlicissime uir expecto. Et unde

tibi ista fiducia dicat aliquis, fortasse de homine unquã uisor? spes hæc fateor, non de meritis meis uenit, sed de amore durissimo, quo te pastor optime, innocuũq; gregem tuũ prosequor in CHRISTO IESV, si tamen non magni meriti pius est amor, uenit & deuotissima sanctitatis tuæ fama, quæ te mihi facilem aditu, atq; exorabilẽ polliceꝛ. neq; pie spei obstat, te his oculis non uidisse, amantur sæpe uehementius quæ nõ uidentur, neq; enim sine causa scriptũ est: Nolite diligere quæ uidẽtur, sed q̃ nõ uidentur. q̃ enim uidẽtur tẽporalia sũt, quæ autem non uidẽtur æterna. Video ego te, quantuscũq; peccator, & quantũlibet dissimilis tibi, & uideo te in illo, qui utrunq; nostrum uidet intrinsecus, in quo & omnia eodem ipso largiente uidebimus, & multos etiam nũc uidemus, qui mille annis anteq̃ nasceremur obierant, uideo te in feruore spiritus, qui gelidus licet, ad reliqua in tui nominis memoria recalescit & quanq̃, melioribus oculis ac certiore luce te uideam, opto tamen te his etiam mortalib. oculis intueri, atq; his autib. audire, quamuis & exẽplis tuis, & exore multorum sæpe te audiã, ut q̃ famæ publicæ, de te multa crediderim, opto congressum cõplexũq; tuũ, quãuis te assidue, animæ meæ brachijs desiderioq; cõplectar, opto inutili & peccatrice manu, hac si detur aliquãdo contingere sacratissimã illã dicatãq; Deo dexterã, tanti uiri, quam uis eã iugi teneam affectu, & magna mentis intẽtione constringã. Nẽpe notior est mihi q̃ putas, in alto enim stas, lateq; cõspiceris, multis quos ipse nõ noscis, te notissimum uirtus facit. Accedit pretiosum mihi quidẽ, & prædulce pignus tuæ creditũ custodiæ, pignus, inquã germani mei unici, CHRISTO sub te tuisq; ut ita dixerim auspicijs militantis. Illũ ego cui secũdũ nec habeo, nec spero, illũ quo mihi è cunctis naturæ fortunæq; muneribus nihil est charius, tibi quoque familiariter ac filiariter charũ scio, quẽ mihi ablatũ CHRISTI tuusq; fieret, æquanimiter fero, & solitudinẽ meã, fraternæ salutis spe & meditatione conso lor, immò uerò & gaudeo, & glorior, talẽ mihi cõtigisse Germanũ, quẽ mihi mũdoq; sub tractũ, ultrò tu in filiũ tibi in seruũ sibi CHRISTVS assumeret. ista sunt igitur, q̃ mihi apud humanitatẽ tuam plurimũ fiduciæ, subministrãt, proinde quo erga te, ac cõmilitones tuos sactæ militiæ CHRISTI seruos animo sim, ex prlore Mediolanẽsis Carthusiæ cognosces, qui tibi manu sua, meas literas, lingua autem meum spiritum præsentabit. Vale ex ipsa Mediolanensi Carthusia, ubi nunc habito VII. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Ioanni Priori magnæ Chartusiæ, S.

Excusatio quod uiuentem laudauerit.

LAuisti mihi caput egregiẽ ut uulgò dicit, nec defuit saponis acrimonia, ut uerbo utar Ambrosij, CHRISTVM testor quẽ fallere nõ est, nec tibi me blãditũ esse, nec alteri, atque utinam nõ mihi plus indignãtis tumor feruorq; animi, & cõrẽptus, q̃ adulatio nocuisset crebræ contẽtiones in opusculis meis, q̃ quo erã animo, nũ quã ab initio diuinassem, crebræ quoq; facetiæ & aliquãdo mordaces, blãditiæ nusquã sunt. ueras enim laudes inter blãdimẽta rion numero, q̃ multis ad studiũ uirtutis ac pseuerãtiã profuerũt. turpe est, inquis, uiuentẽ, & eũ ipsum quẽ alloqueris laudare. scio nihil agendũ esse q̃ noceat, quid si prosit, quid si laudãti, qd si ipsi etiã expediat laudato, leuis est, quẽ leuis aura præcipitat, uẽtos non metuit, qui radicẽ habet in solido, fundamentũ in petra, constantiã in habitu, cor in cœlo. Præclara illa quidẽ ingenia, ut ait Cicero, q̃ gloria inuitãtur. sic est, degeneres in uiã rectam iurgia & minæ, generosos animos blandũ gloriæ calcar impellit, & Asellũ fustibus, plausu sonipedem excitamus. mẽs bona suis laudibus nõ inflatur, sed erigitur, laudataq; uirtus crescit, ut elegãter ait Naso: Tale nescio quid expertus loquor. Sãctitatis laudẽ, nec habui prosecto, nec merui, si qua tamẽ linguæ uel ingenij laus fuit, quæ quanta sit nescio, illud scio, q̃ si uera est magna esse nõ potest, sentio quos mihi stimulos incusserit, Laudasti, ais, me uiuũ, & me mihi intelligo quid reprehendas, scriptũ est: Ne laudaueris hominem in uita sua. quẽ locum dum tractat Ambrosius, Lauda, inquit, post uitã, magnifica pòst consumationem. & rursum: Lauda pòst periculũ, prædica securũ. quid autem scio an superuicturus tibi sim, at me tunc saltẽ alijs laudato, quid si hoc faciẽs, non illud omiserim? Sed deijcies me laudando si hoc credere, non laudarẽ, noli grauiter ferre si laudaueris, serue bone & fidelis, non tua sed domini laus est, laudare CHRISTVM in operib. suis uetas; certè ne dum ab alio

alio laudari uerũ & gloriari licet, sed in domino. Quotiẽs Augustinus Hieronymum laudat, quotiens Hieronymus Augustinũ? & sanctissimũ ac beatissimũ Papã uocat, at qui non alterũ, non defunctũ, mutuo si quidẽ colloquũtur. Exclamabis aũt, Nõ sum Hieronymus nec Augustinus ego. nõ sum Augustinus nec ego Hieronymus, quid si mihi maior es quã Augustinus Hieronymo, uel Hieronymus Augustino? nescis quia magnitudo & paruitas, relationẽ inuicẽ quãdã habent, & parua etiã magna fiunt minimis comparata, & magna collata maximis, parua sũt. Nescis Ambrosius ipse, q̃ laudari uiuũ phibet, quãtis uiuũ laudib. efferat, loquẽs sibi. legi illius homeliã q̃ de beatæ Mariæ uirginis purificatione dicta uit, & attende, q̃ reuerẽter Augustinũ, de intellectu uerborũ Simeonis interrogat, quas sanctitatis ingenij q; laudes interserit, putabis nõ dicã patrẽ filio, aut discipulo magistrũ, pietatis fideiq; ducẽ militi suo, quẽ dum in uiã ueritatis induceret, & puluerẽ uetustatis abstergeret, suis manib. sacro lauisset in fonte, immò uerò non doctorẽ doctori, nõ Episcopum Episcopo, non amicũ amico, deniq; nõ hominẽ homini, sed hominẽ Deo log, non humanũ eloqum, sed cœleste oraculũ expectãte. Possem hoc loco Philosophicis, uel Poeticis exẽplis affluere, ni uererer, ne cũcta pfacilè, at ut aiũt flexo leuiter umbone discuteres, ad sanctorũ igitur exẽpla me refero, quãtis, oro te, laudibus Ioannes Chrisostomus, & quãto uerborũ honore Demetriũ alloquit̃, quanto brauio cõpellat Isidorũ? quanto Augustinum Hylarius Arelatẽsis & Prosper? sed occurres, & factos saltẽ ab his fuisse laudatos dices: at qd Paulo dicis Apostolo, qui uas electionis, doctor gentiũ, Senecã inter scriptores, licet sacros, à Hieronymo relatũ, tamẽ haud dubiè paganũ hominẽ, laudat, ad eũ missis epistolis, cur mihi nõ liceat laudare nõ modo Christianũ hominem, sed CHRISTI seruũ & Christi anæ militiæ professorẽ? Lege Ambrosij epistolas Valenitinio ac Theodosio principib. inscriptas, uidebis seueritatẽ illã sanctissimã, apud homines profanos, propter aliq̃ uirtutis effigiẽ sæpè honorificẽtissimis usam uerbis. Quod si forsan dicas: Quære sanctũ quem dignis laudib. prosequare, homo enim peccator ego sũ, & reliqua. q̃ in ore tui similiũ esse solẽt, quid sacro dicis Ambrosio, qd alijs multis, q̃s sciẽs fileo, ne sim prolixior quã oportet. qd pterea ad illud Dauidicũ respõdebis? Quia defecit sanctus. quia diminutæ sunt ueritates à filijs hominũ, quia nõ est q̃ faciat bonũ: sicubi ergo uel tenuẽ tãtis in tenebris scintillã ueritatis aspexero? nouũ solis iubar aspexisse mihi uideor, & illuc cupidus feror, laudãs non tàm lucẽ ipsam, q̃ lucis auctorẽ. Id nec mihi noxæ, nec tibi ut arbitror debet esse fastidio. & sanè si multiplici testimonio probari potest, licere nõnunq̃, se sine arrogãtia laudare, quãto magis & laudare aliũ, & ab alio laudari, licet laudãtẽq; alium audire. Cesset modo dolus, insolẽtia, & inconsulta credulitas, & adulatio uenenosa. A` quibus profectò suspitionibus & te uitæ ac professionis austeritas, & me, si professio ac uita nõ liberãt, liberet saltem ætas, abomniã adolescẽtiæ leuitate remotior, blanditiæ tenerioris ætatis sunt, & sexus infirmioris, uirilẽ cantilẽ non decẽt. Quæ cum ita sint, tã & si certus & infallibilis tibi consulor, assiduè intus ad aurẽ cordis sonet, ego tamen potẽtia tua fretus loquar, & dicã, quid hic mihi cõsilij sit. Adulantiũ uoces ut uenenũ melle illitũ respue, adulantemq; ne redeat frõtis atq; uerborũ auctoritate propellito. cæterorũ laudes, sic admitte, ut si ueræ sint imbecillitatis tibi cõscius humanæ, & maiorẽ in modũ te humiliãs, nihil in laudibus, nisi unum bonorum tuorũ glorifices largitorẽ, sin falsæ, quantũ tibi desit intelligas, fatagẽsq; te defectu, ac laudatorem tuum mẽdacio liberare, talis fieri studeas, qualẽ ille te prædicat, ita utrobiq; sentias, tibi calcar adhibitũ, ad gratitudinẽ, ad uirtutẽ, ut uel de pceptis lætus, Deo gratias agas, uel pro defectu mœstus, tuum in profectum alienũ ueritas erroꝛem. Ego quantuscunque peccator, nõ uenio ut oleo meo tuũ caput impinguẽ, absit ab anima mea, ut q̃ nulli unquã me feciſſe memini, in te pater incipiam: sed ut te alloquẽs me excitẽ, si possim, & dũ tibi nõ noceam prosim mihi, si forsitan te laudando ad imitandũ pectus hoc gelidũ inardescat, nã qs imitari studeat, nisi q̃ aliqua singulari laude dignum putet? Sine igitur te laudaci, quo & tu melior fieri possis, & ego te cupiam imitari. Facis aũt non inficior magnificè, qui hominum laudes spernis, eorũ maximè, quibus si reddere uicem uelis, sine graui mendacio nõ possis. & euenietibi, quod de Marco scribitur Catone, qui quò minus gloriam quærebat, eò magis illam assequebatur, si penitùs quidẽ iubes laudare, te desinam non mirari, quam

quam non te laudauerim, nec te mirer. illum in te laudo, illum miror & ueneror, qui homi
nem per se miserũ animal, & caducũ sæpe, laudabilẽ, mirabilẽ, & uenerabilẽ gratis facit, il-
lud nunquã efficies, ut tuarũ precũ auxilium desinam flagitare. Quod nõ facerem, si uel me
as tibi, uel tuas preces CHRISTO contẽptibiles arbitrarer, ab illo equidem procùl, & heu
magno nimis absum interuallo, & concretione terrestrium raucus sum, tu proximior, tibi
uox clarior, tu me audies spero, ille te pro me rogantem audiet exaudietq; utinã, in eo ma
xime, q; ut petas nominatim p̃cor, ut talis scilicet sim dũ uiuo, qualis uellẽ fuisse dũ moriar.
Reliquũ est, ut petitionibus & quæstionib. tuis, utcũq; satisfaciã, quib. si te seq uellem, nũ
quid ego quoq; non sat dignè subirascerer? Tantũ nẽpe mihi preconium ingenij tribuis,
quantum ego nec posco, nec mereor, & quãq; multũ exprimã, plus tantũ incõparabiliter
est quod taces, tacitusq; pronũcias, ubi me rogas, ut de Dignitate conditionis humanæ, li-
brũ ab Innocẽtio III. promissum ut dicis, nec ab illo æditũ, ipse ædã, promissumq; implea alte
rius, q; propriũ implere nõdũ potui, quasi prõptũ sit, mihi de re qualibet copiose suauiterq;
disserere. Nec aduertis uirtũ illũ, quẽ uirtus & ingeniũ, ante tẽpus ad Romani põtificatus a-
picem euexerũt, De miseria humanæ cõditionis ingressum scribere, uix impleſſe propos-
tũ, de cõtrario aũt, se scripturũ promisisse, tãtũmodò nõ adhibitis spõsorib. quos se digres-
so, deluſa posteritas cõueniret. Illius fidẽ ut absoluã, tu nunc iubes, & experiar, q; illum uel
noluisse, uel timuisse, uel nequisse compertũ est. sed quis ego sum, aut q̃ est in me facultas,
ut apud Ciceronem ait Lelius. Ergo ego, q; ille uir exhorruit, securus aggrediar? q etiam
si Põtificatu seposito, per scipsum extimeẽ, cautus habetur omniũ iudicio, ut doctissimis a-
scribatur, in Põtificatu aũt, talis fuit, ut haud dubiè sicut sæpe dicere magnos Eccle siæ cardi
nes audiui peregrinæ nationis atq; inuisæ, qui hoc nõ spõte sua, sed cogẽte ueritate fatebã-
tur, post illũ Petri sedẽ, æq; nullus honestauerit cũ hoc tali uiro, tãtæ auctoritatis, tàm potẽ
tionis ingenij, me adeò nõ ex æq̃ partiri iubes hanc sarcinã, ut cũ de Miseria humanæ condi-
tionis ille tacuerit, mihi de cõtrario sit agẽdũ, atq; ita q; nemo dubitat, quæ illi prona fuit, &
facilis, mihi difficilis, & maligna materia sit. Amplissima est enim humana miseria, breuis
& angusta fœlicitas, uerũ qa & si nõ faciẽ tamẽ, ut mihi uideor animũ tuũ noui, & scio nõ
aliũde, q; cedere, ut hoc mihi onus iniũxeris, nisi ab ingẽti quadã, & insigni fiducia, q̃ de reb.
meis & ingenio concepisti, suggerẽte charitate illa, quã in CHRISTO me diligis libentissi
mè parerem. qd enim melius possem, quã implere quod p̃cipis? sed obstãt acerui mearũ oc
cupationũ, q̃ tàm multæ sunt, ut si eas noueris aut miseraris, aut rideas quas, mihi fateor nõ
ambitio cupiditasq; cõflarunt, sed operosum ociũ, & literarũ si is inexplebilis, nec unquã
ut auguror, nisi supremo cũ spiritu deponenda, meisq; undiq; obsideor curis, nec ulli ma-
gis conuenire dixeris illud Virgilianum uel reginæ amantis, uel amentis inertisq; pastoris
pendẽt opera interrupta & semiputata mihi frondosa uitis in ulmo est. Itaq; sicut nihil tibi
negatũ uelim, sic uirib. meis maiora promittere non ausim. Tẽptabo tamẽ, si quas fortè mi
hi horas intercipere furariq; possim, dedicandas tibi, & id faciam, non tã ingenio meo, q̃ ora
tionibus tuis fisus. & dicam tibi, quorsum processerim dictu mirũ, cum adhuc nihil incepe
rim. Est mihi liber in manibus, de Remedijs ad utranq; Fortunam, in quo pro uirib. nitor,
& meas & legẽtiũ passiones animi mollire, uel si datum fuerit extirpare, fortè autem ita ac
cidit, ut dũ de tristitia miseriaq; tractatus uenisset, ad calamum, essemq; in eo occupatus, ut
eiusmodi tristitia, nullis certis ex causis ortam, quam ægritudinem animi Philosophi ap-
pellãt, obiectu contrarij consolarer, quod nullo melius modo fit, quàm causas lætitiæ con-
quirendo. id uerò nihil est aliud, q̃ humanæ conditionis exquirere dignitatem, eo ipso die,
tua superuenit epistola, hoc ipsum uehemẽter expostulãs, quasi quid tunc ageren sciens,
ultrò currenti stimulum tuæ exhortationis adijceres, feci igitur & diligentius institi, nõ ali-
ter quã si scribenti assiduè, imminer es, & tibi. in silentio respondebam. facio ecce quod iu
bes, hic rerũ & arbitror summa est, qua si ornare diligẽtiusq; distinguere, uel uitæ breuitas,
uel uerum impedimenta uetuerint, hoc tibi saltem nullus eripiet, hæc hactenus. De quæsi-
tis autem tuis, ne nimis te hodie prægrauarem, ei de cuius manibus hanc accipies explicui,
uiro utique doctissimo, tuiq;, & propter te mei quoque amãtissimo, cuius mihi ualde de-
uotio & aspectatus, & propositum placuere. Vale fœliciter in CHRISTO IESV per quẽ
te ob-

te obsecro, & adiuro, ut quotiẽs eius fueris alloquio, mei habeas memoriam, neu de pro-
fundis ad domi num & ad te clamantem, ex altissima tuæ contemplationis arce despicias.

FRANCISCI PE-
TRARCHÆ V. C. EPISTOLARVM
DE REBVS SENILIBVS,
Liber XVI.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

Ei cui uirtus, de opibus nihil conquerendum.

AD literas tuas nihil respondere decreueram, continebãt enim utiles licet amabicabilesq; sententias uehementer tamẽ à meis sensib. abhorrentes, incidit mihi interim uolũtas, de re alia, nõ paruam tibi epistolã scribẽdi, quam cum lituris obsitam rescribere pararem, amicus quidam penè iugi ter ægrotantẽ, miseratus, hunc mihi abstulit laborẽ, illo aũt scribẽte, cogi tare cœpi. quid nunc dicturus est Ioannes meus? homo isti dictat super-uacua, & ad necessaria nõ respõdet, tunc impetu magis, quã iuditio, abiectũ calamũ reassũ-psi, & scripsi epistolã tibi alteram eiusdẽ penè magnitudinis, in qua tuæ respondeo. Ambas aũt propè duos mẽses, ex quo scriptæ erãt nũcio nõ occurrẽte, dictaui. Nunc tandem, cum hac parua magnæ illæ duæ ueniunt, aperte illi quidem, quo scilicet aperiendi laboribus pas suum remittatur, legant qui uolent, modo integras restituant. Scient nihil nos bellis agere, utinam non plus alij, esset enim pax nobiscum, quæ nunc exulat, illam ego alteram manu mea scriptam prius leges, illam alienæ manus postea, hunc eis ordinem dedi. Cum ad fi-
nẽ ueneris, fessus dices. Est ne hic amicus meus, æger ille senex, occupatus? an nescio, qs ali us eiusdẽ nominis, sanus, iuuenis, ociosus? ego ipse me, fateor, & pusillanimitatiã meã miror. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Bocatio, S.

De non interrumpendo per ætatem studio.

EPistola status tui nũcia ad me uenit, eaq; in parte animum meum, magno qdẽ, non in solitò mœrore cõpleuit, his olim rumoribus plenus sum. iniquè fateor, tecum agi, in his quæ fortunæ bona uulgus uocat, Philosophi autem ueri, nec bonorum appellatione, nec pretio digna dicunt, & si leuia qdem, uitæ mortalis adminicula non negẽt. doleo e-
quidem, & indignor, dicerẽ fortunæ, si qd illam esse crederem; nunc irasci non audeo, si quæ lætos mœstosq; nos faciunt, nõ temerè ut cõmunis habet assertio, sed maioris arbitrio eue niunt, q; cum tibi plus multò quã cæteris mortalibus daret, prælatum penè omnibus coẽuis tuis, multis æquauit, compẽsatione iusta forsitã sed molesta, ut nostri temporis Lactantius esses, aut Plautus, cui plurimũ esset ingenij atque eloquij, nec minus inopiæ. Si autẽ quo es iuditio, acriter tecum ipse rem discutis, & quid tibi datum, quid negatum extimas, puto fatebere, omnibus ad libram deductis, quamuis amariusculè nõ infœliciter te humanis ha bitum in rebus. Quod ut clarè uideas, intende animum, & cogita, neu te fallas, quot sunt in toto hominũ conuentu, cũ quibus non dico pecuniã, nõ ualitudinẽ, nõ agellos, sed res tuas omnes simul permutasse uelles, & si paucissimos aut si nullos inuenis, conquiescere ac solare animum, illi gratias agens, qui dat omnibus affluenter, nec improperat, sed cũ tibi omnia largiri nollet, meliora largitus est. In hoc enim fallimur, q; dũ uirũ uirtutib. ac literis insignem, cæterarũ rerũ cernimus indigentẽ, miramur, irascimur, indignamur, idq; sibi in-
iustè quærimur accidere, que maioribus dignum remur, quod tunc rectè diceret, quando ea quibus ornatus est, à seipso, uel ab alio sibi essent non ab illo, qui non omnia uni dat, sed hoc tibi, illud alteri sicut scriptum est, diuidens singulis prout uult, satis sit igitur acce-
pisse chariora, quãuis negata sint utilia. Illi autẽ qui squis erit, caducis opibus glorianti, tu Philosophico pectori locuples thesauro, dic fidenter illud Flacci:

Te greges centum Sicula q circum
Mugiunt uaccæ, tibi colit hinnitum
Apta quadrigis equa, te bis Afro *Muricæ tinctæ*
Vestiunt lanæ, mihi parua rura &
Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ
Parca non mendax dedit & malignum *Spernere Vulgus.*

Sæpe q dē hūc sermonē, cū amicis habui, & qd dicere soleā nūc scribo. Si uirtutū diues, aliqs forte cuiuspiā principis ad obsequiū deuenisset, & ille eū duriter atq auare tractaret, ac diceret, sufficiant tibi uirtutes tuæ, de alijs sine me boni huius inopiā patientibus subueni re, posset hic talis iure optimo respondere. Si quid est uirtutis, non à te illud accepi, tu ergo, si iustitia uti uis, debes nudū in me meritū intueri, & qualem inuenis extimare, aut par præmium sit uirtuti, neq mihi insolutū dare, quod nō tui, sed cœlestis est muneris, meq non ex probratione, sed beniuolentia indignū facit. Hoc omniū domino dici neqt, q uirtutis corpusq, & animā ipsam, dedit, ille quidē amplius petenti, iure suo potest dicere. Sile forte tua contentus, ac desine cuncta cōcupiscere. suasq dores quātaslibet allegāti Apostolicum illud obijcere, Quid habes q nō accepisti: simulq q sequitur: Si aūt accepisti quid gloriaris, quasi nō acceperis? & hæc quidē hactenus pauca de multis, q tibi ita nota sunt omnia, ut uix ulli hominum notoria, è quibus omnibus unū illud efficio, Non posse istè uirtuosum uirū, de inopia temporaliū rerū quæri. Venio hinc ad alterā epistolæ tuæ partem, quæ de me erat, dixi equidē, olim sæpè, & totiēs inculcare unā eandēq rē piget, at si ut literæ tuæ sonāt, læta mihi & opulēta sors esset, nunq profectò tā tenuis tua esset, hoc uelim tibi in animū demittas. Nihil est uerius, muta igitur epitheta pro opulēta, mediocrē, pro læta nō anxiam, si dixeris, uerò propius accesseris, qualiscūq sit, tamen hoc totiēs dictū, nec iam amplius repetendū scito, q si unicus mihi esset panis, æquis portionib. diuidendus ueniet inter nos, q si Paulo & Antonio famosissimis olim hemicolis, satis fuit, cur nō nobis etiam satis sit? non sumus parts meriti, panis tamē ille, conditus mutua charitate, & q̄uis nō corui rostro, ab eodē tamē domino missus erit. si præterea lectulus unicus, nostro esset in thalamo, largiter sic unanimes duos excíperet, somni curatūq fidus arbiter nostrarū. sed et panes et lecti plures erūt, nil q omnino nobis deerit, una modo nō sit æquanimitas. Nūc ad id trāseo, cuius partē me noueris impleſſe miraculo, scribis te ægritudines meas multiplices ægrè ferre. scio neq hoc miror. Neuter nostrū, ægrotāte altero, planè sanus esse potest, addis credere te, id mihi ætatis iam initio prouenire, q ut Comico placet, senectus ipsa morbus est. Neq hic rursus aliquid est, quod mirer, neq sententiam hanc respuo, unum modo illi additum sit, Esse senectutē morbū corporis animi sanitatē, q aūt, an peruerti forsan ista malueti? ut cū sanitate corporis, si animi ægritudo absit hoc ab anima mea, ut in corpore, sic in toto homine opto, & gaudeo illā partē in primis benè ualere, quæ nobilior est. Obijcis mihi annos meos, q nō posses, nisi ego illos tibi dinumerasse. obijcis, ingq, & oblitū uelut amones, & benefacis. Vtile est enim excitare memoriā, his p̄sertim in reb. q̄ libenter effluūt, quales sunt omnes amari, quos humana mens refriget. ego aūt crede mihi, memini, & p singulos dies ipse mecū dico, En gradus unus ad terminū. Equidē de ætate mea, in qua senes, addendo iuuenes detrahēdo uarijs modis pari uanitate mentiri solitos scimus, tibi ante aliq annos, bona fide uerū scripsi, nequid mearū rerū te lateret. Scripsi & per idē tempus cōmuniter ad amicos, mœæ iā tūc indicē senectutis epistolā. & si enim dicat Anneus, quosdā inuitos senectutē audire & canos, & alia ad q uotis peruenitur, idq ego nō quibusdā, sed pēnè omnibus euenire cōsentiam, nō tamen hāc ætatē plusquā cæteras erubesco. quid enim magis senuisse me pudeat, q uixisse? cū alterū sine altero diu esse nō possit. optarem plane, si daretur nō iunior quidē esse, sed inter actus honestiores ac studia senuisse, neq grauius quicquā fero, q̄ tāto in tēpore, nōdum quo debuerim peruenisse. ideò adhuc nitor, si quo modo forsan ad uespā, diurnā desidiā repatare cōtingeret, & sæpe mihi per animū recurrat sententia Cæs. illi sapientissimi principis Augusti. Sat celeriter fieri quicquid fiat satis bene, seu illud Philosophicum doctissimi Platonis: Beatum cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiā ueraq opiniones assequi possit. seu denicq Catholicum illud sacratissimi patris Am-

tris Ambrosij, Beatus planè qui uel in senectute surrexit ab errore, beatus q uel sub ictu mortis, animū auertit à uitijs, his horūq similibus expergiscor, ut fauente Deo emendem, serò licet in me nō solū, q uitæ defuerit sed etiā quod scripturæ, q̄ ab initio neglexisse uideripoterat, fortasse cōsiliū, nunc quid nisi senilis torpor & ignauia uideretur. Qua in parte consilium, fateor, illud tuū est, quod uehemēter me mirari ut dixi & dico. quis enim ex ore uigilātissimi uiri, somni consiliū & inertiæ non miretur? Relege oro, & examina q scripsisti, ipse iudex contra consiliū tuū sede, & si audes illud absolue, quo me scilicet. pro remedio senectutis, ad multū senectute qualibet peiorē segnitiem cohortaris, idq quo facilus p suadeas, magnū nescio quid me conaris efficere, ut qui satis sicut uiuēdo sic proficiēdo ac discendo processerim, iā subsistā. Mihi uerò mēs lōge alia est, ut ait ille, diuersumq propositū, gressum ingeminare, & nūc maximè uelut amissa parte lucis, sub occasum solis ad exitū properare. qd tu aūt consulis amico, q tibi ipse non consulis? Non est mos hic fidelium consultorū, inq hoc ingenio uteris, atq arte mirabili, dicis enim, me iā scriptis meis latè cognitū, q utinā benè cognitus ac probatus, uiciniæ meæ essem. Addis, quo nisi me multum amares, & nisi penitùs alterū me nouissem, falli crederē, & illudi, nūc nō me abs te, sed te ab amore falli sentio, q multos doctissimos iā fefellit. Dicis aūt me, & oriēti notū & occasui. his et mediterranei maris omnia littora, et q ridiculum omne trāscēdit, hyperboreos addis & Aethiopes, mitū ualdè, si persuaderi tibi hoc potuit tali uiro, mirabilius si persuaderi mihi posse credidisti, nisi eo modo forsitan, quo in una eadēq domo q̄uis exigua omnis quatuor mundi partes designari possunt. Auster & Boreas ortus & occidens, uixq uel si domi meæ, ad plenum notus esse crediderim, nec scio an qs quā sit hodie in terris, q angustiores sibi de se fingat opiniones. Tu amice cur fallere, cur ut dicā, ppriè, me infatuare atq inflare uelis, miror, nisi alter te fefellit, ut dixi, q ipsum supra fidē mirer, cum nulli q̄ tibi notior semper esse putauerim, & tamen omnia opinari malim q̄ de tāta fide fictū aliquid suspicari. Cæterū ut longiusculè, immò ut longissimè, utq rudis homuncio, ibi etiā notus sim, qua ætate Marci Tullij, ut ait Seuerinus, nondum Romanæ Reipub. fama trāscēderat. ubi inaduertentiā tanti uiri, solitum fateor me mirari, non de sua enim sed de Scipionis Africani ætate Tullius agebat, ubi hoc ait. Sed esto quocūq libet meū nomē pueniſſe tibi fingito, sicut ego doctissimos Patres uidi, de filijs quibus nec scientia nec spes scientiæ ulla erat, mirabilia somniātes. An tu tamē id studij mei frenū crederes? calcar esset, quo p̄speriorē exitū laborū cernerē, eò acrius incūberem, meq quò sum animo successus nō segnem redderet, sed sollicitū, & ardentē. Tu uerò quasi terræ finibus nō cōtentus, me supæthæra etiā notum dicis, Aeneæ laus ac Iulij, illic quidē haud dubiè notus sum, utinā et dilectus. illud planè præconiū q mihi tribuis non recuso. Ad hæc, nostra studia multis neglecta sæculis, multorū me ingenia per Italiam excitasse, & fortasse lōgius Italia. sum enim ferè omniū senior, qui nūc apud nos his in studijs elaborāt, at q hinc elicis nō admitto, ut cedēs ingenijs iuniorū, suscepti laboris impetū interrūpam, permittāq alios aliqd scribere, si uelint, ne unus scribere omnia uoluisse uidear: ò quantū nostræ inuicē differunt sententiæ, cū uolūtas amborū una sit. Tibi ego omnia, seu lōgè plurima, mihi uerò nil penitùs uideor scripsisse. Sed ut multa scripserim, & ut multa scribā, quo nā melius modo possim, sequētiū animos ad perseueratiā exhortari, sæpe ualidius excitāt exēpla q̄ uerba, certè pbatissimus dux Camillus senex, bella iuueniliter obeundo, multo magis ad uirtutem iuuenes accēdebat, q̄ si illis in acie relictis, edicto quid agendū esset, in cubiculū concessisset. Quid aūt sollicitus uideris, ne scribē te me omnia, scribere aliquid alijs nos uacet, tale est, qualis metus ille ridiculus Alexandri Macedonis, qui timere solitus fertur, ne uincēdo omnia Philippus pater, omnē sibi spem bellicæ laudis eriperet, insanus adolescēs, qui nesciret quanta sibi nūc etiā bella, si uiueret, domito licet Oriēte restarēt, nec Papyriū forsitā Cursorē et Martios duces nosset. Sed hūc metū nobis abstulit Anneus Seneca, quadā ad Lucillū epistola. Multū, inquit, adhuc restat operis, multūq restabit, nec ulli nato pòst mille sæcula p̄cideē ocasio. aliquid adhuc adijciēdi. Tu amice mira rerū perplexitate, hinc me niteris à pgressu cœptorū operū perueniēdi desperatione, illinc parte gloriæ ostentatione diuertere, & postquā dixisti mundū me scriptis impleſſe, Putas ne precor, inquis, Origenis aut Augustini æquare uolumina numero.

Equidē Augustinum æquari à nemine posse reor, quis nunc enim illū æquet quem æuo illo ingeniorum feracissimo, me iudice nullus æquauerit, nimis magnus undiq; Vir fuit, nimis inaccessibilis. quod ad Originem attinet nō tā numerare solitū, quā extimare, me noueris pauculos libellos incorruptos, scripsisse maluerim, quā libros innumeros, in quibus magni sī uera est fama, & intolerabiles sint errores, utrunq; horū æquare tu mihi dicis impossibile, fateorq; quanq; diuersa ratio sit amborū. Contra teipsum tamen, qui me ad ociū stylo impellis, quasī aliud nescio quid cogitans laboriosissimos quosdam senes profers, Socratem, Sophoclemque, & è nostris Censorium Catonem, & quot posses alios, sed uix diù quisquam sciens contrà se loquitur, hic tu tamē & consilij tui & meæ imbecillitatis excusationes. hinc inde & conquires, dicis: Diuersam fortasis illorum fuisse, & meam esse complexionem. cui quidem haud coactus assentiar, quamuis & mea complexio interdum ualidissima uisa sit, his qui talium notitiam profitentur, sed ualidior est senectus. Huc etiam illud affers. Bonas me partes temporum, sub obsequio principum perdidisse, hic ne erres, uerum accipe. Nomine ego cum principibus fui, re autem principes me, cum fuerunt, unquam me illorum consilia, & perraro conuiuia tenuerunt. Nulla mihi unquam conditio probaretur, quæ me uel modicum à libertate à & studijs meis auerteret, itaque cum palatium omnes, ego uel nemus petebam, uel inter libros in thalamo quiescebam. Si dicam nullum diem perdidi, falsum dicam, multos perdidi, utinam non omnes, uel inertia quadam, uel morbis coporis uel angoribus animi, quos prorsus euadere nullo contigit ingenio. Quid iussu Principum perdiderim iam audies. nam & mihi cum Seneca ratio constat impensæ. Semel Venetias missus, pro negotio pacis inter urbem illam ac Ianuam reformandæ, hybernum in hoc mensem integrum, exegi, inde ad Romanū Principē in extrema Barbariæ, heu, collapsi spes Imperij refouentem, dicam rectius deferentem, pro Ligustica pace, tres æstiuos menses, deniq; ad gratulandum Ioanni Francorum regi, Britannico tūc carcere liberato, alios tres hybernos, & si enim in his tribus itineribus, assiduè solitis curis animum exercerē, quia tamē nec scribere erat, nec assigere cogitata memoriæ, perditos dies uoco, quamuis in ultimo, dum Italiam repeto, ad Petrum Pictauiensem studiosum senem, epistolam ingentem dictaui, de mutatione fortunæ, quæ sero rediens defunctum illum repperit. Ergo ecce menses septem, sub obsequio principum amisī, iactura ingens non inficior, in tàm breui uita, utinam tamen non fuisset ingentior, quàm mihi adolescentiæ meæ uanitas, & occupationes superuacuæ pepēre. Addis ad hæc forte aliam nobis esse, quàm ueteribus fuerit uiuēdi metam, fieriq; posse, ut qui hodie senes sunt, tunc iuuenes dicerentur, hic quid aliud dicam, nisi quod cuidam nuper lurisconsulto huius studij, quem cum ad deprimendam ueterum industriam, & excusandā ignauiā modernorū, hoc in scholis dicere solitum accepissem, mādaui sibi per unū è discipulis suis, ne id amplius diceret, ne inter doctos ipse indoctior haberet. A duob. & eò amplius annorū milib. circa humanæ uitæ spaciū, nulla mutatio facta est. LXIII. annos uixit Aristoteles, totidem Cicero, uicturus amplius si impio atq; ebrio placuisset Antonio, & quā multa iāpridē de sua calamitosa ac precipiti senectute tractauerat, librumq; de senectute cōscripserat, quo cū amico cōmuniter uteretur. Septuaginta uixit Ennius, totidē Flaccus, Horatius, LII. Virgilius nostra etiā ætate breue tēpus, at Plato LXXXI. idq; pro mōstro habitum fertur, ut propterea q; perfectissimā explesset ætatē, q̄si q supra hominē esset sacrificatum ei cōstet, à Magis, cum passim hodie nostris in urbib. hæc ætatū spatia uideamus, & octogenarij & nonagenarij occurrāt, nec miretur quisquā nec sacrificet. Si tu hoc loco mihi uel Varronē obijcias, uel Catonē alios q; qui ad centesimū peruenerunt annū, uel Gorgiā Leontiū, qui hos magno spatio supergressus est. Ego illis quos opponā habeo, sed quoniā obscura sunt nomina unū pro multis obijciā Romualdū, Rauennatē clarissimū heremitā, q nuper inter maximos labores, quos sibi peperat amor CHRISTI, in uigilijs ac ieiunijs multis, à quibus quod in te est, me nūc tu cōsilio tuo abstrahis, centū & uiginti uitæ annos habuit. Quē articulū ideircò scrupulosius digesserim, ne p̄ter illos primos patres q ab exordio rerū fuisse memorātur, & quib. existimo nullū penitus cōmertiū literarū fuit, maiores alios nostros nobis uiuaciores, aut p̄dices, plus illis fuit industriæ nō plus uitæ, nisi qa uita si ne industria

ne industria nō uita sed segnis et inutilis mora est, quā q̄ tu pplexitatē hāc cautè, paucissimis uerbis euaseris, dicēs, ut ætatis nulla sit q̄stio esse poste cōplexionis, & fortè aēris, aut cibo rum, uel his deniq; uel alijs ex causis, non posse me quod poterant illi, & planè consentio; fateorq; sic esse, sed non æquè confiteor, quod hinc infers, ad quod operosis accingeris argumentis. quæ tamen aliqua ex parte his ipsis aduersa uideantur, dicis enim & consulis, ut satis mihi sit, tuis ad literā utor uerbis, carmine forsan æquasse Virgilium, soluto Tullium stylo, quod ò si ueritate inductus, & nō amore seductus assereres. Addis me ex S. C. more maiorum splendidissimum titulū, & Romanæ Laureæ rarū decus adeptum, quæ eò pergunt, ut fœlici studiorū fructu auctus, & æquatus maximis, & insigni laborum præmio honestatus, Deo & hominib. importunus essē, iam desinam, parto cōtentus, & uoti cōpos egregij, cui planè nil defuerit modò, q; tibi persuasit amor, aut uerū, aut saltē omnib. persuasum sit, ultrò alienis testimonijs acquiescam, & qui mos est publicus, de me alijs credā, sed diuersum alijs uidetur. Antè omnes mihi, qui profectò neminē æquasse me arbitror, nisi uulgus, cui multo malim semper ignotus esse quàm similis, laurea aūt illa mihi immaturo æui, fateor, atq; animi, immaturis quidē texta frondib. obtigit, quā si fuissem maturior non optassem, amant enim ut senes utilia, sic iuuenes speciosa, nec respiciūt finē. Et quid putas? nil prorsus scientiæ, nil eloquentiæ illa mihi, inuidiæ autem infinitum attulit, & quietem abstulit, sic inanis gloriæ & iuuenilis audatiæ pœnas dedi, ex illo enim fermè omnes in me linguas & calamos acuere, semper signis erectis in acie standum fuit, semper nunc ad dextram, nunc ad læuam insultantibus obsistēdum, ex amicis, hostes mihi fecit inuidia. possem multa hic quæ te in admirationē agerent memorare, ad summam, hoc mihi mea laurea præstitit, ut agnoscerer ac uexarer, sine qua quod optimū uitæ genus, quidā putant, & quiescere potera & latēre. Suprema mihi tuæ ratiocinationis ars uidetur, ut quāto diutius possim, uiuere studeam, ad gaudiū amicorum tuæq; in primis solatium senectutis, quia ut animis, me tibi superstitem cupis, heu mihi, hoc & Simonides noster optauerat, heu iterū uoto nimium efficaci, cum ipse mihi, si quis humanis ordo foret, in rēb. superstes esse debuerit. optas idē & tu frater ante alios, & amicorū aliqui piū uotū, uoto aūt meo prorsus aduersum, opto ego uobis saluis mori, & post me relinquere, quorū in memoria & in uerbis uiuam, quorum precibus adiuuer, à quibus amer ac desiderer, præter enim conscientiæ puritatem, nullum reor solamen hoc gratius morienti. quod si hoc mihi fortè suadeas, tua illa facit opinio, qua me ualdè uitæ auidū arbitraris longè falleris. quomodo ego uiuere diu optem, inter hos mores, ad quos peruenisse ualdè doleo, & ut sileam grauiora, hos inter deformatos & obscœnos habitus uanissimorum hominum; de quibus & scripto & uerbo sæpè nimium quæror, sed indignationem animi ac dolorē uerbis explere non ualeo, qui cum tali dicantur, & in Italia nati sint, omnia faciunt, ut Barbari uideantur, essentq; utinam barbari, ut meos & uerorum oculos Italorum, tàm turpi spectaculo liberarent: Deus eos omnipotens uiuos ac mortuos malè perdat, quibus non est satis, maiorum uirtutes, ac gloriam & belli pacisq; artes omnes, per ignauiam amisisse, nisi sermonem atq; habitum patrium, per amentiam dehonestent, ut non tantū patres nostros, qui tempestiuè hinc abierunt, sed cœcos quoq; fœlices iudicēt, qui ista non uident. Vltimū rogas ut tibi ignoscam, qui mihi consulere uiuendiq; modū præscribere ausus sis, ut scilicet intentione animi uigilijsq; & laboribus consuetis abstineam, & ætatē fessam annis, simul ac studijs pingui ocio ac sopore refoueam. ego autem non ignosco, sed tibi gratias ago, tui conscius amoris, qui te, quod in tuis non es meis in rebus Medicum facit. tu potius mihi ut parcas quæso, qui tibi non paream, & sic tibi persuadeas, me & si cupidissimus uitæ essem, quod non sum, tamen si consilio tuo stem, aliquanto citius periturum, labor fugis. & intentio pabulum animi mei sunt, cū quiescere cœpero atq; lentescere, mox & uiuere desinam, nosco ipse uires meas, non sum idoneus ad reliquos labores ut soleo, legere hoc meum & scribere, quod laxari iubes leuis est labor, immò dulcis est requies, quæ laborum grauium parit obliuionem. Nulla calamo agilior est sarcina, nulla iucundior, uoluptates aliæ fugiunt, & mulcēdo lædūt, calamus & in manus sumptus mulcet, & depositus delectat, ac prodest non domino suo tantum, sed alijs multis sæpè etiam abeuntibus, nonnunquā & posteris

post annorum millia. Verissimè mihi uideor dicturus, omniũ terrestriũ delectationum, ut nulla literis honestior, sic nulla diuturnior, nulla suauior, nulla fidelior, nulla quæ per omnes casus possessorem suũ tàm facili apparatu, tàm nullo fastidio comitetur. Parce igitur Frater parce, tibi omnia crediturus, hoc non credam, Quemcũq; me feceris, nihil est enim quod non possit docti disertiq; uiri stylus, mihi tamen enitendum est, si sum nihil, ut sim aliquid, si sim aliquid, ut sim plusculum, & si essem magnus, quod utiq; non sum, ut quadam esset, fierem maior, ac maximus. An non mihi liceret maximũ illius immanis & barbari uerbũ usurpare? cui cum suaderetur, ut iam satis magnus nimio parceret labori. Ego uerò, inquit, quo maior fuero, eò plus laborabo dignũ uerbum, quod nõ à Barbaro dicetur, hoc mihi igitur fixum est, quãq; sim procul ab inertibus, consilijs sequens ad te epistola erit indicio. non contentus enim cœptis ingentibus, ad quæ breuis hæc uita non sufficit, nec si esset duplicata, sufficeret, nouos quotide & externos aucupor labores, tantũ somni & languidæ odium est quietis. An tu uerò forsitan nõ Ecclesiasticũ illud audisti, Cũ consumauerit homo, tunc incipiet, & cũ quieuerit tũc operabit. equidẽ nunc cœpisse mihi uideor, quicquid tibi, quicquid alijs uidear, hoc de me iuditiũ meũ est. si hæc inter uitæ finis adueniat, qui certè iam longinquus esse non potest, optarem fateor, me quod aiunt uita peracta, iuuentutem inueniret, id quia ut sunt res, non spero, opto ut legentem, aut scribẽtem, uel si CHRISTO placuerit orantem, uel plorantem mors inueniat. Tu uale mei memor, & uiue fœliciter ac utiliter perseuera. Patauij IIII. Cal. Maias ad uesperam.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. VARIARVM EPISTOLARVM, Liber I.

FRAN. PETRARCHA ANDREAE DANDVLO Venetorum Duci, S.

VT aliquid ad te scribam inclyte Dux, hinc mea fides, hinc humanitas tua suggerit, illinc rerum præsentiũ ac temporũ status cogit, hæc quidẽ præstat, ut loqui uelim, hæc ut audeam, ille aũt ut tacere nequeã. quis enim ab amante sollicito, silentiũ requirat? libertus amoris, uerecũdiæ frenum nescit. os licet obstruxerit rationis manus, & magnitudini rerũ se imparem recognoscens animus, quiescendum tacendumue denunciet, erumpet tamen anxiũ pectus in uoces, non peregrinas sententias aut uerba uenabitur, quicquid ad manum uenerit, quicquid dolor metusq; suaserint, loquetur, festina, trepida, tumultuaria, & q; natura rerũ fert, simillima mẽtis fluctib. exibit oratio. Id si nunc; alias, nunc mihi pſertim euenire noueris, moueor equidẽ, uir illustris, & ualde permoueor, & si proprium affectus mei nomen exigis, permetuo frementes in circuitu procellas, & quos undiq; cernimus rerũ motus, sed ut totius humani generis lamenta prætereã, Italicus homo, ad Italicam querelã uenio. Surgitis nunc ad arma duo potentissimi populi, duæ florentissimæ urbes, duo ut dicã breuiter Italiæ lumina, q̃ ut mihi quidẽ uidetur, peropportunè adeò hinc illinc, circum Ausonij orbis claustra distribuit natura parens, ut uobis ad arctõ & ad ortum solis, illis ad meridiem & ad occasum uersis, uobis superum, illis inferum mare frenãtibus, post debilitatum inclinatumq; iam, ne dicã prostratũ, prorsus & extinctũ, Romanũ imperium: adhuc reginam Italiam, quadripartitus orbis agnosceret. de qua re, & si quarundam fortè gentium superbia in terris, litem factura uideatur in alto, certè nullius unquam impudentia controuersiam mouebit. cæterũ si in uos metipsos, quod nedũ spectare, sed ominari horreo, uictritia nunc arma cõuertitis, haud dubiè uestris proprijs manib. saucij perimus, uestris proprijs manibus spoliati, & nomen, & multis quæsitum laboribus Imperium maris amittimus. Ita tamen, ut quod sæpè aliàs, malorum solamen habuimus, non perdamus,

imus. calamitatibus enim nostris gaudere poterunt hostes, sed minimè gloriari. inter cũcta nimirum, quibus angor aut terror, nil magis quàm intractabiles & consilia iuuenum pauco, ignara ætas est, ac fortunæ uolubilis inexperta, & cuius impetu magna olim imperia corruerunt. omnia sibi quæ cupiunt pollicentur, eoq; sæpissimè fallũtur, ut enim uerũ est quod ait apud Liuium ille clarissimus bello uir. Non temerè incerta casuũ reputat, quem nunquam fortuna decepit. sic & quod sequitur uerũ est. Nusquam minus euẽtus respondere, quàm in bello. falli proculdubiò necesse est, eos, quibus unus duntaxat, isq; serenus ac tranquillus fortunæ uultus apparuit, bifrons est enim, aliquantoq; sæpius uoltẽta quàm mitis, ideoq; lætus audiui, te res ambiguas, ad senile consilium reiecisse, hoc prudẽtiam mores q; tuos decuit, quorum grauitas atq; maturitas, te in illa acie primum fecit, cum adhuc in altera sis ætate. Adolescentiæ ferociam, senio prudentiam ascribunt, ut non immeritò, illi quondam Romanæ Reip. magistri, quorum uirtuti nihil in accessum fuit, siue ob honorem, siue ob similitudinem paternæ sollicitudinis Patres dicti, ob ætatẽ certè senatorum nomen acceperunt. Qua cura iuuenibus primum, mox ætate nostra pueris, quoq; permissa, ex quã alto ceciderimus, utinã non tàm publicè notũ foret, sed de hoc alibi, Neq; enim leue est dolori ac pudori simul obsequentẽ, & deflere præterita, & uenientia prouidere, dare damno lachrymas, & periculo cautionem, ad id ergo, quod uenturi metu crucior, reuertor. Sollicitum me fateor, atq; attonitum me habet, patriæ tuæ status, de te quid dicam? cuius enim gloriæ gratulor, si compatior labori, parum ipse mihi consentiam, ingenio tuo non compatinon possum. sentio namq; quod intersit inter armorum strepitum, & Pieriam quietem, quamq; tenuiter inter Martis tubas, plectrum sonet Apollinis Quia uerò nihil patriæ negare potes, quæ de te sit in pace merita est, ut eam nec belli tædio, nec mortis terrore desereres, sed relicto tantisper Helicone, ac feriantibus libellis, secutus es publici fati uiam, & grati ciuis & boni uiri, & egregij ducis officio functus es, ita tamen, ut armatus pacem cogites, pacem ames, atq; ita persuasum habeas, nullos te triumphos clariores, nulla opimiora patriæ spolia referre posse, quàm pacem. Libenter ubi de pace agitur Hannibalis uerbo utor, quo scilicet ex ore bellicosissimi uiri ueritas ipsa uideatur loquẽtis, aduersum studijs testimonium extorsisse, is ergo apud eundem Liuiũ, quid ait? Melior tutiorq;, inquit, certa pax, quàm sperata uictoria. hoc ille uincendi desiderio ardens, & qui pacẽ toto orbe turbauerat, quid igitur amicus pacis? Non'ne potius dicat, melior sanctiorq; est certa pax, quàm certa uictoria? propera quod illa quietis, claritatis, & gratiæ, hæc laboris, & criminum & insolentiæ plena est. quid autem pace iucũdius? quid fœlicius? quid dulcius? quid uerò sine pace, uita hominum, nisi periculum pauorq; perpetuus, ac tristis curarum immortalium officina? Quænam ista uoluptas oro est, sub diuo pernoctare, classico somnũ frangere, corpus lorica, atq; ut ait Maro. canitiẽ galea premere, ferreis semper uinclis artatum, mors subitò, & quæ ultima uirorum fortium cura est, inhumatum abijci? iuuat mordaci solicitudine, iuuat metu & odio miserũ cor atterere, & his studijs incertum, huius breuissimæ uitæ tempus impendere? siccine tutum est, cum pelago simul, & cum hoste certare, hoc est gemina pariter cum morte luctari. Nemo enim, quæso, uos fallat, cum asperrima atq; inuictissima, & quod tristius dico, cum Italica gente bellum geritis. Vtinam inimicæ urbes uobis essent Damascus aut Susis, utinam Memphis potius aut Smyrna, quã Ianua, utinã aduersus Persas aut Arabes, utinã aduersus Thracas aut Illyricos pugnaretis. nũc uerò quid agitis? Si qua Latini nominis reuerentia est, quos delere molimini, fratres sunt, & heu, non tantũ apud Thebas fraternæ acies, sed per Italiã instruuntur, amicis flebile, letum hostibus spectaculum. quis autem belli finis? ubi seu uictores fueritis, seu uicti? anceps est enim, alea fortunæ. necesse est ut alterum è duobus Italiæ luminibus extinguatur, obscuretur alterũ. de tanto enim hoste, incruentã sperare uictoriã, uide ne non tàm generosæ fiduciæ, q̃ incuriosæ demẽtiæ signũ sit. Sanè uos uideritis Viri magnanimi, & præpotẽtes populi, quod enim uni dico, dictũ ambobus intelligo, nisi quia, ut ad te potissimum hæc scripta perueniãt, & deuota familiaritas, quæ mihi cum uirtutibus tuis est, & ipsa locorũ uicinitas cau-

tas causam prebuêre, Vos, inquam, uideritis, quorsum pergatis animo, quis sit irarum modus, quis terminus odiorũ, quid de salute propria, quid denique, cuius non parua portio pẽ det ex uobis, de statu publico cogitetis, modò ne illud excidat, quod nisi glisscentis belli ardor, fonte aliquo pietatis extinguitur, de uulneribus quæ parãtur, nõ Numantinus aut Pœnus, sed Italicus sanguis fluet. & eorum, qui si qua repentina uis ingruat, aut si qua Barbaries quod interdum, sed nunquam gratis ausa est, fines nostros irrumpat, primi uobiscum arma, pro cõmunium fortunarum defensione suscipient, qui simul pectora sua, morti atq; hostilibus telis obiiciẽt, qui & uestri tegentur, & uos clypeis & corporibus suis tegẽt, qui profugos hostes classibus prosequentur, pariter uiuent, pariter morientur, pariter pugnabunt, pariter triumphabũt. Tales igitur hos uiros propter leuis forsitan iracundiæ stimulos inuadere, & quanquàm impunè possis euertere, quid delectationis habeat, non intelligo, norunt fortasse melius incensi quorundam animi, qui supplicio amicorum, & uindicta quarũlibet offensarum, more fœmineo delectantur, profectò nec utile nec honestum, denique nec humanum est. Satius est obliuisci iniuriam quàm ulcisci, & inimicum placare quã perdere, illum præcipuè cuius & merita præcesserunt, & si in gratiam redierit seq; possunt. Nẽpè si utrobique par labor esset, tamen mansuetudo hominum est, ferarum rabies, eaq; non omnium sed ignobilium, & quas siniſtra naturæ manus attigit. Si igitur inter consulares tuos, quos plurimos grauissimosq; non dubito, mea uox auditur, non modò uenientem non repelles pacem, sed ultrò illi obuiam ibis, & tenacissimè complexus inuẽtam, ut apud uos æternam maneat curabis, quod facilius assequeris, si quicquid erit, sobriam uenerandamq; canitiem in consilij partem uoces, illos audi, qui fortunæ ludos nosse, & amare Rẽpub. didicerunt. his enim dulcedo pacis est gratior, qui contrarij amaritudinem præguſtarunt. cæteri ergo, tanquam pacis hostes à limine arceantur, neque enim tamen illos admitto, quibus nulla sunt senectutis insignia, præter rugas canos, & caluitium, & incuruum tergum, nasiq; madentis infantiam, & cum uoce trementia membra. ut Satyricus ait: Suas sibi, autem equidem inuidiosas dotes habeant, nos enim non putres quærimus, sed maturos, neque rursus illos exclude, si qui sunt, qui florentibus annis animi præocupauerunt senectutem, neq; quod in te miror, in alijs sperno, sic ubi præcox indoles affulserit, non sum nescius, quantum Africanus meus adolescens, afflictæ Reipub. non manu solum, sed cõsilio profuerit, Aut' dũ secretũ Senatus celat Papyrius prætextatus, quo nam ioco matrem deluserit, quid pedagogo suo Portius Cato? quid seni anxio puer suasit Alcibiades? Sed mihi crede, perrarum genus hominum, quibus tenera ætate contingat sapere, ubi sanè tale aliquid, & prægressum animos adolescentem uideris, nec enim inficior fieri posse, senum choris ascribito. Tu qui & consilij prima uox, & rerum caput esse meruisti, hoc semper tecum cogita, primas ad te partes, uel gloriæ uel infamiæ pertinere, ideoq; sopitis omnibus solus uigila, neque enim quod illustribus uiris placet, par Imperatoris & militis labor est, promptior ad actum uenit, quem maior præmij pars impellit, & quanquam multæ, & uariæ sint præmiorum species, ad quas pro uarietate effectum, non uniformiter inclinamur, haud dubium tamen, quia nobilibus animis, post uirtutem, summum calcar est gloria. Hinc igitur excitatum animum, curis optimis exerce. sunt optimæ curæ de salute patriæ ut ait Cicero. His igitur tibi nunc in cœlum iter facturus assurge, teq; supra teipsum erige, uide, circunspice, contemplare omnia, & fœlices bellorum exitus, cum infœlicibus confer, & damna cum commodis, & gaudium cum mœrore. & quoniam, ut dixi in causa pacis aptissimus testis est Hannibal, diligenter caue, ne ut ait ille tot annorum fœlicitatem, in unius horæ dederis discrimen. quantis enim putas laboribus, hæc collecta potentia est, quantis gradibus, ad hoc fortunæ fastigium est ascensum? per uetusta si nescis gentis tuæ fama est, quod plerique non putant, multisq; ante urbem conditam sæculis, non Venetorum modò, sed quod magis mirabere, Veneti etiam ducis clarum nomẽ inuenio. Quod diligentius aduertendum est, ne uirtutẽ casibus, & tot annorũ cõsilio partũ decus, fortunæ uastaturos subdas imperio, & quoniã ut sapientib. uisum est, nullo maiori, quam

ri, quàm famæ pretio uirtus constat, optimè & è Rep. te facturũ noueris, si ubi res exigat, iactura etiam propriè laudis, bonum publicum redemeris, frementiq; turbæ, tuta magis quàm speciosa consilia, & profutura potius quàm placitura præbueris. quod enim eidem duci accidit, & cumulatior gloria, & cum admiratione omnium amor te publicus sequetur. Quæ si etiam spes abesset, sentis tamen quid uirtuti, quid gloriæ debeamus, tantumq; inter eas, quantum inter solidum corpus & inanem umbram intersse, & parte ipsum noueras, & à Philosophis accepisti. Quanto autem cum dolore, ne quid omnino tibi subtraham, audiuisse me putas, recens uobis cum Aragonum rege fœdus initum? ergo ne ab Italis ad Italos euertendos, Barbarorum regum poscuntur auxilia? unde infœlix opem speret Italia, si parum est, quod certatim à filijs mater colenda discerpitur, nisi ad publicum patricidium alienigenæ concitentur? dicet aliquis. Idem mali genus, prius ab hoste temptatum. iam dixi, & si unum alloquor utrunque, redarguo. quantò dignius fuerat irarum detersa rubigine, à quo non ullius amicitiæ sinceritas, non fraternus amor, non suprema demum parentis ac natorum pietas prorsus immunis est, Venetos cum Ianuensibus unum fieri, quàm formosum corpus Italiæ lacerari? uobis occidentalium, illis ut audio dextras orientalium tyrannorum, in partem furoris implorantibus? ô ferales & superuacuas cautelas, ô maliuolentiæ genus ultimum, quod manu propria non possis, ad id circumspicere quod irrites, & argumentum odij præbente uicinia, uicinos scelerum subrogare. At qui multarum hinc iniuriarum fluxere primordia, dum indigno & nescio unde proeunte, fastidio nostrarum rerum, in admirationes rapimur externarum, & iampridem consuetudine pestifera, Italicam fidem, barbaricæ perfidiæ posthabemus. Insani qui in uenalibus animis fidem quærimus, quam in proprijs fratribus desperamus. quo effectum est, ut iure optimo, in has calamitates inciderimus, quas ferò iam & inefficaciter lamẽtamur. Post quam Alpes & maria, quibus nos mœnib. natura uallauerat, & interiectas obseratasq; diuino munere claustrorum ualuas, liuoris auaritiæ superbiæq; clauibus aperiẽdas duximus, Cymbris, Hunnis, Pannonijs, Gallis, Theutonis, Hispanis. Quotiens illud pastorium Maronis flendo cecinimus.

Barbarus, hæc tàm culta noualia, miles habebit.
Barbarus has segetes? en quo discordia Ciues,
Perduxit miseros?

Sed ut ad rem redeam, Quid uos deliberaturi sitis ignoro, illud scio, quod in æmulatione olim pari, sed conditione longè impari, dum euertẽdi infestissimam Athenarum urbẽ, Lacedæmonijs oblata esset occasio, nec de potentia iam, sed de uoluntate sola superesset quæstio, è duobus Græciæ luminibus eruturos se alterum negauerunt. Præclarissimum sanè responsum, & prisca illa Spartanorum dignissimum disciplina. Quod si ex ore illorum sonuit, quos uictoriarum principandiq; libidinis notat Plato, quid uobis mitissimis ac modestissimis uiris uisum iri arbitror? Certè ego qui in tantis motibus, non moueri nequeo, ut diuersis affectibus amore, metu, spe, unum pectus urgentibus, secumq; certantibus pace animi careo, iusta me reprehensione curaturum credidi, si cum hi syluas in classem traherent, hi gladios acuerent, ac sagittas, illi muros ac naualia connumerent, quod unum mihi telorum genus erat, ad calamum confugissem, non belli auctor, sed suasor pacis. Finem facere iamdudum cogito, non ignarus quanto uerborum freno, uti deceat, cum superioribus colloquẽtem, sed nullus est amore superior, ille te coget ad ueniam, qui ad multiloquium me cogit. hoc unum in finem, coram duorum populorum ducibus affusus, & lachrymosus obsecro. Infesta manibus arma proijcite, date dextras, miscete oscula, animos animis, signis signa coniungite. sic nauigantibus oceanus & Euxinij maris ostia patebunt, nullusq; regum aut populorum nisi uenerabundus occurret. Sic uos Indus, sic Britannus Aethiopsq; permetuet. sic Thaprobanem, sic Fortunatas insulas, famosamq;, sed incognitam Thylem, & omnem australem atq; Hyperboreã plagam, securus ueſter nauta transiliet, modo inuicem tuti sitis, nil aliunde trepidandum est. Vale ducum, ac uirorum optime. Patauij XV. Cal. Aprilis. M. CCC. LI.

Andreas

Andreas Dandulus Venetorum Dux Franciſco Petrarchæ, S.

PRomiſſam diuq; optatam epiſtolam, de manu latoris libenter accepimus, quàm degustare tantum, ſed & poſtea legere proponebamus, ex commodo, ni ſtyli ſublimitas procedere longius ſuaſiſſet, qui quàm diſertus fuerit, ex hoc, quod tãta dulcedine nos traxit, & tenuit, ut illam ſine dilatione non tantum delectati, ſed gauiſi legerimus, indicatur. mirabamur in ea uires animi præcellentis, alti profunditatem ingenij, & redolentis facundiæ lenimentum, & dum hæc concurrere cernimus, uix credere poſſumus, ut compoſitio tàm uirilis & ſancta, niſi è pectore ſacro defluerit. decuit namque uirum ſincerum, qui reliquit forum & curiam, ut in ampliora præſenti uenturæq; profecturus ætati ſecederet, pacis exordiri dictamina, & eloquẽtiam à celeſti numine præſtitam. magna eſt enim admiratio copioſè ſapienterq; dicentis, & difficilè dictù, quantopere conciliet animos comitas affabilitasq; ſermonis, in ſalutem proximi exemplo Ciceronis conuertere. Nouimus, equidem, nec poſſumus diffiteri Vir optime, quàm ſi ſuauis & dulcis tranquillitatis amœnitas, & quo ad nos attinet humanæ infirmitatis meminimus, & uim fortunæ, ac omnia quæcunq; peragimus, ſubiecta mille caſibus eſſe, ſcimus. ſed ſi philoſophica & quod præponi debuit diuina, dirimantur conſilia, proſecutio iuſti belli, quod gerimus laudari, quàm reprehendi potius, & ſi ulla uis rationis exiſtit, ſeu quod magis credẽdum eſt Deo noſtro, quamuis cura mortalium, exitus ſperari fœlices meritò debuerunt. Quid enim infœlicius eſt fœlicitatem peccantium? quid amentius quàm pati diù, patientiam uirtutem inſignem, non modò uirtuoſos, ſed uitioſos, & aduerſus penitùs affectus procedere? ſanè maleficos uiuere, ſeu impunitam laxare perfidiam, diuinis & humanis inſtitutis prohiberi didicimus, ſecus imperante malitia, nedum præmijs iuſtus carebit, ſed ſubiectis pedibus calcaretur iniuſtis. cauſæ noſtræ iuſtitiam, & quantis obprobrijs, ac demum acerbis laceſſitos iniurijs, improba Iani nequitia, inuitos nos, & renitentes ad querelam excuſſerit, ſuper uacuum explicare credidimus, cum ſatis uulgatum, & notum minimè dubitamus. Teſtis eſt Deus, qui & ſecundos dedit & dabit euentus, quod eos fraterna & ſyncera dulcedine, non tamen mutua relatione confouimus. Vt enim prætereuntes antiqua, noua ſectemur, libertatem pretioſiſsimum boni genus nobis molliuntur eripere, & dum licita prohibent, cogunt ad arma, ut meritò Cæſarianum illud occurrat:

Arma tenenti omnia dat, qui iuſta negat.

Fratres ergo an domeſticos hoſtes iſtos uocemus, quorum nulla peſtis magis efficax ad nocendum fuit uirtus hæc in Romana Rep. nec redarguendi ſunt tàm uenerabilis imitatores exempli, ut uiri fortes uicinum pernitioſumq; hoſtem, acrioribus ſupplicijs quàm remotum & acerbiſsimum coërcerent. quamdiù patientia noſtra abuſi ſunt? quandiù nos furor eorum eluſit? nullum ad finem ſeſe affrenata iactauit audacia. O utinam famam Italicam, quàm pereuntem ſæpius deploraſſe uidemini, noſtris tantum temporibus inquinaſſent. Sed uetus eſt querela, quàm obtenebratum ſit eorũ aſtutijs, reginæ quàm dicitis, diadema. Mare ſibi reddiderunt infeſtum, terrarum orbem exoſum, & inimicas ſingulas nationes, de quorum moribus breuem ſummam accipio, quod conuenire nequit, cum alijs, qui minimè cum ſeipſo. Negetur fortè, uera ſint quæ ſuprà deſcribimus, conuincemus ſi negari contingerint, quo cognito, neminem extimamus tàm improbum, tàm perditum, tàmq; mentis expertem, qui non iure per nos factum eſſe fateatur. Plura dicenda forent, ſed omittimus, ut finem claudamus epiſtolæ. Bellum ita ſuſcepimus, ut nihil aliud quàm pacem honorabilẽ patriæ, quæ uita noſtra nobis eſt charior, quærere uideamur, & quem admodum ſuperbè ac uiolenter nos agere ſi ſpernemur, placatum cedentemq; hoſtem, ſic nunc cum propè confractum reſiſtentem, ac tergiuerſantem traxerimus, nulla uerecundia ſumus obſtricti, ſi bella hos contrà permittimus, qui pacem, pati minimè potuerunt. Vale uirorum peroptimè, tibiq; perſuade, nobis eſſe chariſsimum, ſed multo fore chariorem, ſi nos ſæpius recreare curaueris ſimilimus monimentis. Venetijs XXII. Maij. M. CCC. LI.

Ad eun-

Ad eundem.

NIl audies noui, nil inſolitum leges, ſed ea tantum modo recognoſces, quibus iam ſæpè aures tuas oculosq; laſſaui. Meminiſti enim credo clariſsimè Ducum, antè hoc ferme triennium, cum iam duos præſtantiſsimos populos, ad arma terrifica Mars funeſtus induceret, priùs tamen quàm mare ceruleum ſanguine rubuiſſet, nõ mihi, ſed Italiæ metuens, in qua fateor, mea quoq; temporalis ſalus includitur, quàm longam & quanti amoris quantæq; ſollicitudinis atq; formidinis plenam epiſtolam ad te miſi. Cuius & ſi fortè non meminiſſes, neq; enim il am tanti facio, ut tali memoria digna ſit, at ſaltẽ elegantiſsimæ grauiſsimæq; tuæ reſponſionis, oblitus eſſe non potes. Cum uerò iam bis acie decertatũ, iam Helleſpontiacum æquor atq; Tyrrhenũ, geminis cladibus noſtris infectũ, & iam ſimillimum ueri eſſet, irarum flãmas longo cruoris imbre lenteſcere, ab hoc nuper Italorũ maximo, fidelis, heu, ſed ineffi cax, tractatot pacis, ad te Ciuesq; tuos miſſus, quib. nec Dux uſquã conſultior, nec gens ulla tranquillior, quanta præſens in cõſilio cui præſides, quanta te cum ſolus in thalamo uerba feci, puto propter uicinitatẽ adhuc, ut ita dixerim in auribus tuis ſonet, Nequicquam tamen, nam & procerum tuorũ, & q; mirũ in modũ ſtupeo, pectus etiam tuũ, ſalubrib. monitis, precibuſq; iuſtiſsimis, belli feruor atq; armorũ frãgor obſtruxerat, reliquiæq; ueterum irarũ, & recentis memoria tumorq; uictoriæ, minimum nouũ id quidem. Iracundia enim eſt, ut ait Cicero, inimica conſilio, uictoria aũt natura inſolens & ſuperba eſt, acceſſerat ab aquilone quædã nouarũ rerũ aura pertenuis, quæ licet aduerſus id, quod intendebant flaret, perfecerit q; quod timui, pace ſit dictũ tua, tantam tamen grauitatem auertere, ac ſaniora diſſipare conſilia, non debebat. quo uſq; enim miſeri in iugulos patriæ, & in publicã necẽ, barbarica circunſpiciemus auxilia: quouſq; qui nos ſtrangulent pretio conducemus? dicam clara uoce q; ſentio. Inter omnes mortalium errores, quorum nullus eſt numerus, nihil inſanius, quàm quod tanta diligentia tantoq; diſpẽdio, Italici homines Italicos conducimus uaſtatores. quæ tamen ô pietas? ô implacabilis dolor? qualis inter amantium, & colentium manus eſſet, cum tot iam ſæculis inter uaſtantium feras, manus, multum adhuc cunctis terræ regionibus antecellat? quid in uerbis moror, præſertim cum tibi notiſsima ſint quæ loquor? Senſi ego tunc mœſtus, inſidias fortunæ, & quam doctoribus nihil eſſe credideram, non modò aliquid eſſe didici, ſed in omnire dominari cum Saluſtio, & humanarũ cũ Cicerone rerum dominam, & omnipotentem atq; in eluctabilem coactus, cũ Virgilio cõfiteri. Itaq; multis hincinde uerbis perditis, quàm ſpei plenus ad te uenerã, tàm mœroris pudoriſq; fauoris plenus abſceſſi? Sortẽ enim publicã lugebã, pudebatq; me mei, q; tanto impar negotio delectatus, nec tamen præclarè legationis una pars, ſed dignatione mittentis, quãuis idipſum ſibi obnoxius exculaſſem, princeps etiã ad loquendum, & fortiſsimis illis atq; doctiſsimis uiris antepoſitus, qui me longè uirtutibus anteibant, fructum uerò rei optimæ, ſed inſufficientiæ meæ debitum reportarem, tametſi, quod mihi defuerat militariter, facundiſsimus ille collega, niſi me amor uiri fallit, impleſſet diſceptatione nouiſsima. Sed aperire aures obſeratas, & obſtinatos animos mouere, non noſtri, neſcio, an Ciceroniani eſſet eloqui. Magna quippè facundia eſt, uel potius nulla, quæ cogat inuitos, quod ipſe permetuens, in ipſo quidem ſollicitæ orationis initio, Ciceroniano etiam uſus uerbo, eſſe opus animo non repugnante, teſtatus ſum, tàm fruſtra, tamen ut reliqua. Metuebam ſanè quod nunc uideo, ne ueſtra illa durities belli maximi materia, & immenſi diſcriminis cauſa foret. quæ ſi tàm tibi cæteriſq; principibus Rerum publicarum, quàm mihi homini penitus ocioſo ac ſolitario diſplicerent, fœlix Italia, iure ſuo, cunctis nũc etiam prouincijs imperaret, quæ propè iam ſerua eſt, uerũ quia magnus amor, multum mihi præbet audaciæ, & quia dulcis ſpei reliquias inuitus abijcio, iterum atque iterum retemptabo omnia, teq; de tàm longinquo Ducum prudentiſsime conteſtabor, ſi abſens fortè fœlicior quàm præſens, calamoq; potentior ſim quàm lingua, aut ſi ſecunda primam uincat epiſtola. Noſti equidem uir optimè, è cunctis reb. mortaliũ nouiſsimè ſpem deponi, nec niſi cum uita extremoq; Alitu, quãuis ne tum quoq; deponitur, quin potius

ad me-

ad meliora conuertitur, sed de mortalium rebus loquor. Hoc igitur modò me refouet, In hac una publicis malis fessus, & magnus fortunæ minis exterritus conquiesco, uiuere desinam, si sperare desiero. Quid autem sperem si me roges? spero quod cupio, sanã mentem consiliumq; maturius, & si non forsan à ratione, at saltem ab experiẽtia profecturum. nosti expertus quid pax, qui bellum secum ferat, uidisti faciem utramq; fortunæ, uicti fuistis & uicistis, quamuis ut est mens hominum indomita, uincẽdiq; præcupida, primum forte negaueris, non contendo, ut uiceritis, semper computa, quæso quid tibi, quid Reipub. uictorijs accesserit? minus profectò auri, minus est sanguinis, & quod pessimum est, plus scelerum ac malorum. quæ si uictoribus accidunt. quid sperare debent uicti. Incipe iam precor in hanc rem oculos aperire, quos uigilantissimos ac lynceos habes, in cæteris, si damni quàm lucri plus, si plus mali quàm boni, plus flagitij quàm uirtutis, si boni, si lucri nihil, in bello est, si contrariorum infinita congeries, desine oro iam tãdem, & tibi etiam, cui ex parte Troianus est sanguis, ab illo Duce Dardanio dictum puta:

Proijce tela manu, sanguis meus.

Non patiaris, ut Duce te, Venetorum ac Ligurum potentissima signa concurrant. iam enim ut uides, suis in finibus non stat bellum, nempè contagiosa res est, & quæ facilè serpat in proximos, atq; ita sensim uel longinqua complectitur, multa quoq; quæ primum immunia uidebantur torrentis in modum odiorum atque discriminum alluuione permiscens. Putabas tibi cum Ianuensibus rem esse, quod ipsum flebile nimis, ac miserum erat, ecce iam cum tota Liguria bellum geris, & quod inter hæc mala non ultimum posuerim, ab hoc etiam tali uiro, tantæq; pacis amatore dissentis, cuius nescio, an uirtus an fortuna mirabilior sit, an animus maior an humanitas. Solet autem excellentibus uiris, esse familiaritas quædam, & beniuolentiæ affectus, licet incognitis, conglutinante pares animos natura. similitudo enim amicitias parit, cõmunis alit utilitas. at qui ambo uos iusti, ambo prudentes, ambo magnanimi, quæ'nam causa discordiæ? Pax utilis est ambobus, immò cunctis necessaria, nisi illis qui rapto uiuunt, & exiguum censum multò mercantur sanguine, immane genus hominũ, si tamen homines sunt, quibus humani nihil est præter effigiem. Hi sunt, qui infami stipendio, calamitosam & miseram uitam trahunt, iure itaq; pacem, & in pace famem metuunt, bellum amant, & lupi uelut ac uultures, strage hominum ac cadaueribus delectantur. his ne tu belluis morẽ geres? æquè carnem & cæsorum exuuias esuriunt, æquè sanguinem sitiunt atq; aurum, noli quæso noli cõmittere, ut florentissimã tuæ creditam custodiæ Rempub. atq; omnem hanc, quæ inter Apenninum & Alpes interiacet opulentissimam atq; pulcherrimam Italiæ partem, externorum ac famescentium prædam facias luporũ, à quibus nos benè, quod in ore semper habeo, ipsarum iugis Alpium solers natura secreuerat. De nullo quæri possumus, nostra illis impatientia uiam fecit, dum leuia quælibet, in nostros ulciscimur, passi sumus, ut alienigenæ nostris impunè pascantur, saginenturq; uisceribus. Ha quantò melius inædia consumentur & rabie, quod facient, statim ut gregis Italici pastores, resipiscere cœperint. pastorum prouidẽtia mors luporum est, id sanè ante alios facere, & fecisse iam spero, nisi enim falsum fama loquitur, & nisi fallor augurio, stomachari incipis, iam stipendiarij militis insolentiam auaritiamq; fastidis. quid expectas igitur? ad cor redi, & si externi displicent, tuos ama, siquidem autẽ forte in animo rubiginis, siquid odij est, amore patriæ & malorum cõmunium miseratione deterge. Nec tibi persuades, pereunte Italia, Venetiam saluam fore, pars illius est enim, & natura partis ea est, ut sequatur sui totius, uel subsistentiam uel ruinam. Hoc tecum sæpè recogitans, noli Dux optime rerum summam in extremum adducere, ubi & uinci miserum est, & uincere sceleratum, eoq; ipso miserius est, quàm uinci melius in nostros hostes, quibus utinam careremus, quàm in nosmetipsos hæc tela uerterentur. Melius hæ diuitiæ, uel necessariorum præsidia bellorum, uel pacis fuerint ornamenta, quàm uoluntariæ instrumenta sæuitiæ. Quantum potes accelera, quoniam præteritis succurrere non licet, instantibus saltem malis occurrere, nec expectes, dum tota hæc impendens belli nubes, in nostrum caput deconuerit,

conuerit, & sanguine proprio Italia omnis inundauerit, quo iam gemitui, non iam consilio locus erit. Expergiscere, tuosque ciues excita, & publicum illis ostende periculum, hoc fac prius, quàm cuncta depereant, priusquàm Italia uel desertum uel barbaries fiat. Caue ne cum natura te mitem pacificumque genuerit, populumque tuum omnem, & immensum aucta fœlicitas, non bellorũ, sed pacis & iustitiæ fundamentis innitatur, de illorũ grege uideamini, qui ut ait Psalmista: Cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prælia, ne fortè eiusdem imprecatio in uos cadat. Dissipa gentes quæ bella uolunt. nihil enim ut arbitror odiosius Deo est, quàm curare & niti, ut cum cũ ille te aliqua singularis dote uirtutis ornauuerit, tua sponte & uoluptate quadam effera malus sias. quãobrem etiam atque etiã hic insisto calamo. sequere non uulgi furorem, sed naturam tuam, dexteram semper in partem, & ad optima quælibet te uocantem, & si uulgaribus auris fortè prolapsus es, quò non oportuit, retrahe nunc etiam pedem ab incepto præcipiti, dum licet, dum nondum signis signa collata sunt, dum tonat adhuc, nedum fulminat Mars horrendus, dum inter amaras & horribiles belli minas, audiri potest dulcissimum pacis nomen, denique dum spes una, tàm multis nondum consumpta terroribus, uiua uelut, magnis in tenebris lux apparet, irreditura fortè si spernitur. Arripe illam dum se exhibet, dum dicaris Italicæ pacis auctor, nomenq; tuum multis & magnis rebus, cum hac præcipuè glorioſum mittas ad posteros. Nil tibi suadeo nisi quod tuum est, rationem sequi non impetum, cauere ne omnia in præcipitium tecum trahas, cum enim id turpe omnibus, tùm tibi turpissimum & penitùs alienum est. Nam quid hæc litteræ profuerint, quid studia hæc artium honestarũ, quibus te præ cunctis ætatis nostræ ducibus abundãtissimum fama prædicat, nec mentitur, si cum meliora prouideris, deteriora secteris. Abiit hoc ab animo tuo scelus, & ut iam loquacioris, quàm putabam epistolæ modus sit, oro, precor, obsecro, obtestor atque adiuro te, per uirtutis amorem ac studium, quo nulli cedis, per patriæ charitatem, qua cũctos exuperas. postremò per quinq; CHRISTI uulnera, quibus sacratissimus & innocentissimus sanguis fluxit, quo redempti sumus, si benè, si piè, si fideliter locutum putas, mihi aures animumq; neges, & si consilium placet, non contemnas auctorem. Alioqn omnia uidẽs Deus CHRISTVS, & præsens in omne æuũ epistola testes sint, ut à Plutarcho Philosopho aliquid summam, tuque sis hodie Traianus meus, quod in perniciem Italiæ, non modo non pergis auctore Francisco, sed pro uiribus reluctante, teq;, quando aliquid nequit, alto suspirio & magnis animi gemitibus reuocante. Vale. V. Cal. Iunij M. CCC. LIIII.

Andreas Dandalus Venetorum dux Fran. Petrarchæ, S.

AMice, dum singulare desiderium nos teneret, serie pollicitæ pridem nobis epistolæ, causas nosse, quibus summæ uirtutis & constantiæ uiro, cui os & sapientia dedit Deus, ut alios nedum lingua doceret, sed cõfirmaret & opere, frequens locorum mutatio, aduersa quippè studijs contigisset, alterius tenoris epistolam nostræ quietis & pacis, utique suasiuam, non minus libentes excepimus. In qua & si tuæ mentis fidelem affectum, multorum dictis prudentium ornaueris, quod tamen breue à nobis responsum accipias, huius quod uiget fratris, potius quàm uerbis insistere, temporis conditio nos excuset. Ad explicandam enim cum Ianuensibus causæ nostræ iustitiam, non nimis innititur, quam ipsa ex se ueritas satis nota, & prosperorũ successuum cœlitus nobis accumulata fœlicitas, abũdanti us sunt professæ. & quamuis in Hellesponto nos semel uictos esse describeris, quod in facto sic erraueris, ut de loco, quem Propontidem nostri nominauere maiores, uenia danda est (sæpe nanque ipsos etiam prudentissimos factum fallit) ut autem in statum rerum præsentium, unde digressa est nostra reuertatur oratio, pacem Deo teste, testeq; mundo cordialiter optauimus, & optamus, præcipuè cum quibus & longa familiaritas, & uetusta sinceritas nobis fuit. quæ profectò si turbata non esset, iam ultrò ueniens, & nobis sponte se offerens, nedum Italiæ, sed orbis totius multa iocunditate uigeret, eò maximè quòd nec adeam

eam alius ante uictoriam animus nobis fuit, nec amplius quàm tunc à uictis hostibus pete bamus, memores quanta sit gloria Principis, uti mansuetudine post triumphum. Nec mo dica quidem admiratione mouemur, quod animi repugnantis ad pacem duritiē, nobis im pingis, cum mitis & honesta responsio, tibi & socijs tuis facta, & subsecuta legatio, Sum mo Pontifici per nos missa, mentis nostræ protestentur affectum, puritatem in nobis, non simulatam astutiam detegentes, propterea quod tantos labores senserimus, ut eruptam è manibus nostris pacem recuperare possimus, utq; cuius graues ærumnas sæpius deplora sti, repellat, quam sensim in se serpere sentiebat florens Italia seruitutem, gratificare nonim probare debueras, & libertatis amator, & prædicator eximius, uoto simili laborare nobi scum, nec refellere fructuosa remedia, quæ si benè meminimus, facundo ia eloquio suasisti. Scis enim tuo Cicerone testante, nullam mortem seruitute maiorem, nilque detestabi lius esse dedecore, nil fœdius seruitute, & cum ad decus & libertatem nati sumus, aut tenenda & tuenda est, aut cum ipsa pariter moriendum. Si ergo benè reloperam exhi bemus, proximorum nostrorum calamitatibus condolentes opportunius usum erat, ad execrandam alieni culpam demeritis, & nostram quam optime nosti innocenti am excusandam, tuam, in partem alteram, quàm ad nos, quos pacificos ipse fateris, sumus etenim, epistolam se uertisse, quamuis hæc & alia scripta tua, & peculiaris charitas, quæ nobis cum uirtutibus tuis est, & ipsa tui animi prompta sinceritas admixtaq; grauitas, cum uenustate sermonis gratissima nobis reddant, & cum oratio tua, in id quod intenditur fue rit, & sit apud nos satis iam efficax, ad illos quorum in nostros labores sic irrepsit cupiditas, stylum uerte, & eorum criminatis erroribus, ipsos admonere ne dubites, ut qui se tanti Di sturbij reos esse cognoscunt, quàm CHRISTVS nobis pacem reliquit, in terris, præpedire merito uereantur. Ne ipse qui iustus est, & cuius iuditium semper rectum eos in ira cor ripiat, & arguat in furorem. quod quidem facilimè assecuturum te credimus, si sit uir ille ta lis, qualem cum laudibus extulisti. si enim bonarum mentium est, ibi etiam culpam agno scere ubi non est, quantò magis, ubi recens & notiora palàm sit? nos autem licet uarienrur plerunque, secundum uarietates temporum humana cōsilia, idem quod hactenus fuimus, nunc sumus, & eadem mēte, qua semper ad pacem dispositi, fama & honore nostræ patriæ reseruatis, pro qua nos & uniuersaliter ciues nostri, si ei profuturi fuerimus, nedum argen tum & aurum, sed uitam qua nihil est charius, exponere cunctis periculis prompti sumus. Vale facundissime uir, & super prius quæsita materia, pro recreatione nostra, uelis motus rescribere mentis tuæ. Venetijs datis, XIII. Cal. Iunij, M.CCC. LIIII.

Fran. Petrarcha Priorib. Artium, Vexillifero iustitiæ, P. Q. Florentino, S.

IAm satis me uixisse arbitror optimi ciues, & illam sapientis amici uocem audire u'de or, Morere dum lætus es. neque enim es in cœlum ascensurus. præclarissimè. quo enim insatiabilis ista cupiditas uiuendi, uirtute nō annorum numero metienda fœlicitas, & cum peruenieris quo tendebas, desinendum est. Audebo quidem apud uos familiarius gloriari, eoque fidentius, quod quantulacunque uel esse uel fingi potest mea gloria, ingentis gloriæ uestræ perexigua quædam erit accessio, nunquam opes aut potentiam op taui, ad quas & si non forte pertingere, at saltem suspirare permissum erat, ab annis teneris parua ducens, quæ multis maxima uidebantur, id unde mihi quidem nescio, sed me ueralo qui testis est uita, testis oratio, testis est animus meus. huc omnes curas omnes, uigilias me as uerti, siquo studio datum esset, ut bonus fierem, aut bonorum beniuolentia non indi gnus. quorum primum nondum cōtigisse mihi doleo, secundum uerò uestro munere, quā cumulate, quamq; supra spem successerit, suasissimus literarum uestrarum tenor indicat ex quibus fateor, non minus me stuporis percepisse quàm gaudij. Gaudeo enim atque ut Traianum principem Plutarchus alloquitur, & uirtuti uestræ gratulor, et fortunæ meæ; sed supra fidem stupeo, ætate hac, quam omnis boni tàm sterilem putabamus, & quod mi raculum coaceruat, in tot animis, tantum popularis ut sic dixerim, ac publicæ libertatis exi stere, ex quò intelligi potest, quāta in dato beneficio sit laus, ut ait Cicero, cum in accepto sit tan-

sit tanta gloria. Quid enim quæso præclarius? quid maius uel precari præsens poteram uel optare, quàm quod uos absenti mihi, nuper ac tacito, uiri illustres & magnifici contulistis? Cuius unquam patriæ erga benè meritum ciuem, tanta liberalitas? tanta dignatio? excutia tur antiquitas, proferantur historiæ. reuocauit ab exilio Ciceronem suum Roma, reuoca uit & Rutilium & Metellū, sed ab eo exilio, quod ipsa mandauerat, reuocauit & Camillū, sed extremæ fortunæ casus admonita. & sicut horum omnium iniusta relegatio, sic omniū iusta, Camilli uerò necessaria & propè uiolenta reuocat. Reuocarunt Alcibiadem Athæ næ, sed conditione non absimili, & necessitate publica propè pari. quo unquam Pl. S. quoue S.C. sponte absens, ciuis, nullo patriæ periculo reuocatus est? Virgilio Augu stus Cæsar agrum reddiderit, sed quem ipse præripuerat, cui unquam filio culpa patris a ger perditus, publico consilio restitutus est? Inaudita sunt hæc pietatis & liberalitatis indi cia. & cum ferè raritatem claritas sequatur, quanto exemplo lamentis uestræ beniuolen tiæ fulgor erit? Aduocor, sed quamuis oro? sed à quibus? quàm ualidis precibus? quàm im perijs blanditijs? quanta spe ager auitus de publico redemptus restituitur? at quo 'nam sæculo cultus eloquentiæ? quibus uerborum floribus ornatus? quibus laudibus nostris frangas? quanta nostræ uirtutis messe lætissimus? Cui unquam tàm fertilis, & tàm fœlix fronduit agellus? adeo quippè natiuam soli duritiem uestra uicit industria, ut nec Afris ego iam, nec Siculis frugib. inuideam, & Cāpanum Liberi Cereriscq; certamē, ex uberrima ac iocundissma ruris mei statione despiciam, quamlibet regis opulentiā animo, supergres sus. Ita enim mihi contingat, hunc tantum Reipub. fauorem, qui nūc uestræ liberalitatis est proprius, aliquando & meriti mei esse, ut ego multo pluris facio uestrum hoc de me tale iuditiū, & honorificentissmū illud eulogium, muneri uestro additum, quem non modò re stitutum, sed uerius donatum agrum, sed quicquid insuper seritur uel aratur in circuitu. q; haud difficilè, me persuasurum reor, ijs quibus ulla rerum mearum fuerit ex conuersatio ne notitia. Quid enim mihi præstare potest hæc infinita diuitiarum sitis, atque anxia finium & operosa propagatio? certè quò ulterius metam fixero, longiusq; processero, eò magis intelligam, quantum restet, & clariùs ne quicquam laxati ruris angustias, meque inopem recognoscam. & ô superuacuos labores, cum nihil auaritiæ sufficiat, quanti est quod natu turæ sufficit, quantum quod sepulchro? regnorum finibus non cōtentos, breuis urna con cludit, sine qua tamen, & benè uiuere, & fœliciter mori licet. Equidem glorioſissimi ciues indulgentia uestra hæc, ut uobis sempiternam laudem, sic mihi solatium non mediocre peperit, dulcem ac prædilectam in sedem restituto, in qua Pater, Auus ac Proauus meus, uirtutum literarum inops, sic prædiues ingenij, in qua denique maiores mei reliqui, non tàm fu mosis imaginibus, quàm clara fide conspicui, longa serie senuerunt. Ego autem, seu natu ra mihi conflante alas, seu fortuna, uolare longius edidici, nunc uobis auctoribus pri mæuis, mihi tandem nidus panditur, quo reuolare queam, longis iam fessus erroribus. Ma gna hæc esse non inficior, sed illa permaxima, quod donum publicum, tanto mei nominis digno utinam præconio, tanta precum instantia, tanta uerborū suauitate conditum est, ut nisi sim saxeus, æternum mihi hoc uestro beneficio, & lumine ad gloriam, & calcar ac cesserit ad uirtutem. quibus rebus, si impares grates agam, nō meæ mentis ingratitudo fue rit, sed uestræ munificētiæ magnitudo. ago tamen quas possum, sed ut ait Cicero, maiores habeo, qbus exprimēdis, & accuratiori stylo, & fœliciori opus esset eloqo. ita me uestris be neficijs obrutum ac circumclusum sentio, ut minus sit omne, quod dixero, quàm quod di cere uoluissem, unum hoc in finem non obmiserim, quod anno altero, Roma reducem, in ter clarissimos illos uiros, qui tum frena Reipub. gubernabant, dixisse me recolo. si quidem eousq; patriæ meæ, me attollit humanitas, ut illud quondam pro tituli gaudio imperatoris Augusti responsum cum lachrymis redditum Senatui, mihi nunc tantillus homuncio, a pud uos, pro tantis rerum ac illorum honoribus usurpare non uerear. Compos enim fa ctus uotorum meorum P.C. quid habeo aliud Deum immortalem precari, quam ut hūc consensum uestrum, ad ultimum uitæ finem perferre liceat. proinde quid animi habeam,

ad reditum si Deus fauerit, quantumúe mandatis uestris obtemperare cupiam, ne omnia scripto, sed aliquid uiuis legati uestri uocibus committam, uir egregius Ioannes Boccatij, per quem literas & monitus uestros ac iussa percepi, præsens perager, qui ut hanc epistolam, fida manu ad uos, ore disertissimo perferet affectus meos, quemúe cum audieritis illius ore me locutum credite. Cupio uos florentissimi semper in Repub. ualere fœliciter. Patauí. VIII. Idus Aprilis.

Fran. Petrarcha Nicolosio Bartholomei de Luca, S.

AMicus noster cõmunis, quo nihil fidelius, nihil potest esse sincerius, sæpe admonuit, ut te meis literis uisitarem, excusaui, nũc occupationum uariarum turbam adesse dicitans, nunc scribendi deesse materiam. Nunc autem occasionem nactus, omne mearũ excusationum dimouit obstaculũ, petens ut Florentini Senatus literas, humanitatis eximiæ, nouo quodam & insolito & inaudito genere honoris, publicũ erga me testantes affectum tibi mitterem, commoda & honores meos præcordialiter gauisuro. Dignares uisa est, in qua sibi morem gererem, mitto igitur & illorum exemplar epistolæ, & responsi mei, ut intelligas quanto adhuc esset in pretio, uera uirtus, si usquã appareret, quando falsum eius nomen non despicitur. Vale.

Fran. Petrarcha Nicolosio suo, S.

TVus hic & bonorum omnium amicus, atq; honestarũ amicitiarum diligentissimus proxeneta summo studio institit, ut tibi aliquid scriberẽ. quod cũ aliquandiù recusarẽ ignarus, unde inciperem, aut quibus uerbis hominem solius famæ testimonio cognitum alloquerer, euicit tãdem, ut calamum arriperẽ, scripturus quicquid occurreret. quod cum feci ssem, lætus & uoti cõpos abscessi, mihi autẽ in silẽtio cogitãti, quo'nã artificio familiaris epistola de nihilo texeretur, mirãtiq; & mihi requirẽti, qd mihi tecũ rei esset, quæúe scribendi materia, nihil prius in animũ uenit, q̃ Ciceronis illa uulgata quidẽ, sed præclara sententia, Virtute nihil amabilius, nihilq; magis alliciat, tãtãq; eius esse uim ut eos quoq; q̃s nũq; uidimus diligamus, itaq; cõfestim uenit percussa ualido aquilone nubecula, & cũctatio & admiratio omnis euanuit, iã latũ scribẽdi cãpum uideo, iãq; nihil miror, talem animo meo uirtũ esse charissimũ, quanquã facies eius, mihi hactenus quidẽ, ne uisa sit. si enim nisi quod oculis uidimus amare non possumus, primus & maximus amandi gradus euertitur, semetipsum nullus amabit, nemo namq; suum animum, nemo faciem suam uidit. Hoc nimirũ interest, quoniam ut uosipsos, quos nunquam uidimus amemus, natura est, ut uero alios uirtus efficit. & fama uirtutis nuncia. Hæc est quæ præclarissimum regẽ Massinissam oblitũ patriæ, ac pignorũ tantorũ, Africani mei cõgressum coẽgit expetere, ac præsentia tãti ducis attonitũ, è Carhaginensiũ castris ad Romana signa pduxit, & quod instar mõstri, facit morum animorũq; diuersitas, eiusdẽ Ducis & rei causam, sui quidẽ hostis, sed uirtutum amici honorificentissimos decreto & supplici ac uenerabũda prædonũ acie, absentis honestauit exiliũ. Denicq; diuinæ eius originis in pectoribus hominũ opinionem genuit, & nedum, ueris laudib. sed etiam fabulis locum fecit. hoc est, quod benè meritos & uiuentes in terris celebrat, & extinctos ad cœlum effert, tũcq; æternitate uicturos elicit è sepulchris, credibiliora recenseo. quãtum fanè, quãq; accensum studium quãta inter legentes audientesq; heroum solet esse contentio, amãte ac uenerãte quolibet non quem uidit, sed quem famæ credidit, magnum hoc, quod sequitur maius, quoniam non modo, quos non uidimus, seu quos uidere nequiuimus, sed etiam quos odimus, Mẽdatrix illa conciliat, quod & breuiter attigi, & dicendum est latius, Hæc est enim quæ odijs in amorem uersis prævalidas munitissimaq́ue urbes expugnauit, quæ grauissima sæpe bella conficit, & Camillo quidem ferreas Faliscorum portas aperuit, Pyrrhũ regẽ, ductores q; Romuleos, Curiũ, rigidũq; Fabricium, quãta esse potuit familiaritas deuinxit. Porsenã Superbũ illum Hætruriæ regnatorem, ab obstinata raptim obsidione distraxit. Hæc tantũ uirorũ, & tã multos oriẽtis populos, uni us uiduæ subiecit arbitrio. hæc ad genua Cæsaris Iulij, adhuc forsan grãde aliquid ausuros, Gallorũ regulos inclinauit, hæc Magnum Põpeiũ ad Possidonij fores, hæc Alexandrum Macedo

Macedonem ad Diogenis dolium duxerit. hæc Tito imperatori humani generis, assensu glorioſissimum cognomẽ tribuit, dilatoq; Germanicũ, in personã, licet immerentis filij restituit principatũ. Atq; ut aliqd de Hebræorũ historijs attingã, hinc quoq; miratrix illa Salomonis regina, de tã lõginquo Hierosolymã uenit uisura q̃ audierat. & legatio Machabei maria trãsiuit, amicitiã expetens Romanorũ. Innumerabilia huius generis exempla seinge rũt, sed ut iã lõgiusculã epistolã breui fine cõcludam, quid hic miri est, si uirtus tua, & fama uirtutis comes indiuidua, multorum, atq; in primis latoris præsentium fidei credita, me in amicitiam tuã dulcedine captũ trahit; præsertim cum nihil impediat non ætas, non patria, non imparitas studiorum. Confabulari tecum hactenus iucundum animo meo fuit, hinc iam mihi manum solitæ occupationes inijciunt, tu uerò Vale, & quotiens amicos tuos numerabis, caue quæso, ne meum sileas nomen. Patauí. VI, Idus Ianuarij: sub intempestæ noctis silentio.

Benintendius Scribis Consodal. S.

SI conceptum sermonem possem mãdare silentio, si oculos meos ab utilitatib. uestris auertere, si ori meo frenum imponere potuissem, rebar mihi consultius actum fore, non ignaro, quantas secum calamitates attulerit, de potẽtibus uiris loqui, quamq; præsumptuosum sit, cum maiori, quàm anceps cum pari, quàm sordidum cũ inferiori contendere. ut cunq; mihi tamen euenerit, uincit charitas uestra, uincit graue sæculi nostri pondus, uincit acerbæ sortis nostræ mysterium, ut lo quar, non sileam sermones, utique non adulatorios uel amœnos, acres potius & mordaces & querulis uocibus circumseptos, unde tamen ex ordiar incertum habeo, cum multa mihi dicenda sint, plura tamen tacenda. faciam quod solent perplexitate nimia laborantes, laxabo habenas, ampluſtre deponam, uela uentis cõmittam, quocunque mens impegerit illam sequar. Magnus est dolor meus, magna iniuria mea, irremediabile uulnus meum, & cum ex præteritis præsentia metior, futuraq; conjecto, in lamentis & suspirijs miserabilem uitã duco, adest tamen frequẽter inter uigilantem & dormientem, uelut in extasi, posito, dux ille Danduleus recolẽdæ memoriæ, ne dum nosser, sed totius patriæ nostræ parens, uirtutis & sapientiæ clarum sydus, summæ benignitatis & gratiæ uiuus fomes, auidè quæritans, quo'nam in statu sit eius Respub. quibusq; gubernaculis moderetur. Et cum me trementem, & pallidum, attonitum ac prorsus elinguem totis intuetur luminibus, elicit ex taciturnitate quod sentio, & uelut cœlestis accola, terrena cõtemplans ex alto quod passi sumus & patimur, his uerbis clara uoce depromere iam festinat. O pura dilectione mi fili, quem uiuens semper, & moriens gessi in uisceribus charitatis, nunquid uera loqui legatum te puduit? nescis quod ueritas est de cœlo, & quod pro ueritate passi sunt, multi martyres sancti diuersa genera tormẽtorum? Nescis quod ueritatem occultans, & mendacia proferens pariter sunt peccantes, & quod utilius permittitur nasci, scandalum quàm ueritas relinquatur? equidem mihi præsertim tuis moribus sic familiariter cogito, uerum secreti tui minimè celare debueras. Amicus enim ut exæquo te alloquar, immò amicissimus tibi fui, & si quem amicũ existimas, cui nõ tantundem credas, quantum tibi, uehementissimè erras, nec uim ueræ amicitiæ plenè nosti. Hæc est amicitiæ uera lex, ut sit in duobus pectoribus una mens. Putas ne ignota sint nobis astra tenentibus, quæcunque uos inferi nedum agitis, sed etiam cogitatis? scio quod dolentissimè refero, quàm tempestiuum & calamitosum sibi, & patriæ primum successorem habuerim, scio etiam & secundum, scio quot aduersi casus me obeunte urbem nostram exceperint. Scio quantis demum iactatam fluctibus, & adeò ualida tempestate quassatam, at nisi portus peteretur, propè submersioni iam foret: ad pacis amœnitatem, te uelut ministro in partem eius laboris assumpto Christus ipse perduxerit. Et si fidei nostræ credis, credentem quippè nõ ambigo, quẽ Christianissimum esse noui, apud superos uitam agẽtibus, ex actibus uestris aperta sunt omnia, nec minimum quicquam occultum. Igitur ex his & alijs quæ circa uestram Rẽpub. uersata sunt hactenus & uersantur, mihi sicut, & semper & suis incommodis assiduè uigilanti, multa dicenda forent, sed infinita sunt numero, quæ possent decentius considerari quàm dici, & occupatus adeò sensus ut uideo, & nubilã mentẽ

geris, ut in eis explicandis distinctius attentiori opus sit animo, & spatio longiori. Ad uol. nerum quidem tuorum fomenta progrediar, in quibus est meticulosa dilatio. Multa magnaque sunt, sed ex eis non plus quàm unum mortiferum quo diligenter curato, facilis est enim, si parumper acquieueris cura eius, senties profectò te fortius infirmitate animi quàm alterius iniuria laborare Quod me tibi mors immatura subtraxerit, hunc qui te transfixit gladium esse noui, hanc illam fuisse sagittam, quæ tibi cor transuerberauit & animam, facit hoc pietas tua, facit tui erga me amoris ardentissima facula, faciunt non minus inexorabiles & graues ærumnæ, quibus premi cõsideras fratres tuos. ita eos tenera dilectione prosequeris, sic amas, sic diligis, sic uersa uice te colunt, ut meritò non minus suis, quàm tuis læteris & doleas prosperis, & aduersis. Iustos namq; clamores, & querulos eiulatus eorũ frequenter intelligo, quod uenerabile illud & penè sacrum collegium, hactenus quidem, & nuper meis tantum temporibus, uelut de patria benemeritum, in summa charitate & honore iam habitum, nunc ignominiosa uulgo fabula factum sit. Pudet talia de talibus uiris audire. futurum tamen scio, ut sicut qui falso prædicantur, necesse est ut suis laudibus erubescant, sic qui falso criminantur, necesse est suis criminationibus enitescant. affirmabo planè quod sentio, & profiteri non desinam, quod experientia doctus sum. eorum qui tibi assistunt pars maior, & sanior fide, & sufficientia & morum honestate, in omne ætuum laudanda transisset, patent fructus eorum, & opera ipsa ueritas eminens, ex se lucet, ideò longis argumentis probare non molior, quod manifestum & notorium palàm sit. De reliquis uerò quid sentiam non quidem eiusdem matris sunt filij, nec in uia domini pariter ambulantes, audire fortè desideras. Et mihi de quibusdam spes aliqua, de reliquis uerò nulla. indurata & prorsus inueterata sunt uitia, & nisi cum uita pariter euellenda. sunt qui de se meliora promittant, nondum sani sed ad sanitatem aspirant, faciè nisi in medio cursu deficiant assecuturi quod cupiunt. Nam labor improbus cuncta uincit, & ut tuus ille Anneus Seneca Corduberisis. testatur. Velle fieri bonum, pars maxima est bonitatis, cuiusquam etiam rei principium, partem potentissimam esse noßti. Bonis igitur consulo, patientiæ terga parent, insistant uirtutibus, inceptis fideliter perseuerent, nec odio nocentiam suam perdant. Calumniari quidem possunt, criminari non possunt, callum faciant maledicta quæque, non sibi sed alijs exemplo disertissimi Socratis dicta putent. Ita uenturum est Virgilianum illud, ut det Deus his quoque finem. reliquos autem admoneo, ut dimissis erroribus in recta resipiant. Secus extirpentur de medio. Modicum enim fel totum uel amaricat, unica menda totam faciem deformat, parum fermenti totam massam corrumpit, ideò putrida membra, ne totum pereat solent à corpore resecari. Nephandum quippè foret utile, per inutile uitiari. sed ut uideò, nimia iam expectatione torqueris, & ad hauriendum salutare poculum, quo dolori tuo fomenta propinem, intritam & sollicitam curam geris. Accipe quod nedum leniat, sed mundet ex toto, amicum præmisisti non perdidisti, ex his qui amantur, Licet eos casus abstulerit. Manet cum iocunditate memoria, non tantùm futura, sed præterita quandoque delectant, hæc expectatione, illa quidem memoria. superuacuum etiam est doelre, ubi dolendo ne quicquam proficias. Deinde iniquum est quæri, de eo quod uni accidit, & omnibus restat. Demum desiderij stulta quæstio est ubi inter amissum & dolentem minimum interest. Respice celeritatem rapidissimi temporis, cogita breuitatem huius spacij, per quod usitatissimè curamus. Obserua comitatum hunc generis humani, eodem tendentium distinctum, minimis interuallis, etiam ubi magna uidentur. Quem putas perijsse præmissum esse uidebis. quid autem dementius, quàm cum idem iter tibi emetiendum sit, eum flere, qui tibi dilectus ad gloriam anteceßit? Non sum ablatus tibi ut extimas, ô fide pectoris mei comes, non tibi subtractus sum, non malis artibus circumuẽtus, translatus sum in meliorẽ regionẽ. Euectus ubi labores diutinos, in quietẽ perpetuã cõmutaui, de terreno cœlestis agricola, de seruo liber & dominus, de sordido & humano corpusculo angelus factus sum, ibi redẽptoris nostri glorioſã effigiẽ, glorioſus aſpicẽs, ſanctorũ

sociatus

sociatus agminibus, in hymnis & cantib. hilarem uitam ago. Tuas igitur lachrymas festinus exterge, gemitus comprime, & lamentis omnibus, ammodò finem impone, ne fortè cercioratus his tantæ fœlicitati meæ inuidere potiùs, quàm gratulari uidearis, Confabulari tecum, & singulare desiderij & uoluptas maxima mihi fuit, sed ad decãtandas iam solitas laudes altissimo, & in eius contemplatione captandam summa cum uoluptate lætitiam, me uocat chorus Angelicus. Obsecro autem per uiscera misericordiæ IESV CHRISTI, ut omnis mœroris & turbinis detersa caligine, fluctuanti adhuc patriæ, fidelis ut hactenus adiutor assistas, nec te ulla quæ possit occasione contingere deneges, cui tantùm teneris. chari quidẽ parẽtes, liberi, propinqui pariter & amici, sed omnes omniũ charitates una cõplexa est patria, p qua nemo bonus dubitat mortẽ appetere, ubi ei profuturus sit. noui fidem tuam, noui sinceritatem, & intima cordis tui, in te fidunt, in te sperant proceres Venetorum, non potes dũ uixeris patriæ recusare labores, licet graues infestiq; sint. Non solum enim nobis nati sumus, partem nostri primam patria uendicat, partem parẽtes, partem amici. aderit & comitabitur diuinæ maiestatis auxiliũ, omnem à te noxiam noxitatem auertet, imbecillitati tuæ me quoque intercedente, uires submini ſtrabit & gratiam, nihil est enim quod Principi illi Deo, qui omnem mũdũ regit, fiat in terris acceptius, quàm consulere patriæ, miseris & afflictis opem ferre, quietem & pacem sæculo suo dare. Hac petijt cœlum uia, hac petiturus es tu. omnibus quidem qui patriam iuuerint, auxerint, opemque præstiterint, certũ scias in cœlum diffinitum locum, ubi beati sempiterno æuo fruãtur. Eternum Vale mi fili, cui animam, quæ iam cœlo potitur, natos & coniugem, non aliter quàm sint in mente adduco, expertus quod uerum & fidum amicum te sibi reliquerim, quãtum natura patitur, in suis commodis uigilem, & assiduè curiosum V. Idus Februarij, Anno incarnationis eius qui nos à morte redemit. M. CCC. LV.

Benintendius Venetus, Modio Parmenſi ſuo, S.

NOn potest mi Modi uirtus tua latere sub modio, fulget & eminet, uelut in cãdelabro posita, & tota iam ueris non fictis suffulta laudibus ex se lucet, ideò ut à querelis exordiar tecum, hactenus mihi quidem incognito, tantum huius fugacissimi temporis, cuius solius auaritiam ueterum nostrorum commendat auctoritas, irrecuperabiliter perdidisse me doleo, quamuis enim bonus non sim, in hoc tamen libenter incumbo, ut bonorũ fiam consortio non indignus. Fateor magnam uim ad cõciliandos sibi animos uirtus habet. ea nihil est amabilius, nihil quod magis ad diligendum alliciat, cum propter uirtutem & probitatem, eos etiam quos nunquam uidimus diligimus. Vincit omnem cognitionẽ naturæ, morum similitudo bonorũ, nullaq; societas gratior, nulla charior, quàm cum uiri boni, moribus similes sunt familiaritate coniuncti. proinde cum plerique referentibus multa, magnaque de te nuper audiuerim, factus es mihi ante charus quàm cognitus, & dum mihi suggeritur quanta sit eloquentiæ tuæ uis, quanta discretionis integritas, quantus quæ animi tui uigor, in te delector & stupeo. stupeo quippè, grauibus te curis obsessum, tot sæcularibus implicatum negocijs, sic uacare animo & sapientiæ potuisse. & cum senserim tecum, iniquè fortunam egisse, per multos casus uaria quæ pericula te iactando, hoc ipsum delectat me, animi tui robur, ô quàm mirabilis & ueneranda res est, nostra præsertim ætate, uirtutis, utinam non magis sterilis quàm fœcunda, uirum interitum inuenisse periculis in medijs tempestatibus placidum, & inter aduersa fœlicem maius hoc altiusq; mi Modi, q̃ ut simile tuo in quo est corpusculo credi possit. Sed uis ut opinor in te diuina descendit, animum tibi excellentem exhibuit, moderatum, omnia tanquam minora transeuntem, quæ quid timetur operaturque ridentem, quem profectò agitat cœlestis potentia. Non posset res tãta, sine adminiculo numinis summi stare. itaq; nisi fallor, maiore tui parte illic es, unde ueniſti, quẽadmodum enim radij solis, contingunt quidem terram, sed ibi sunt unde mittuntur, sic animus tuus magnus ac sacer, conuersatur quidem nobiscum, sed hæret originis suæ. illinc pẽdet, illuc mittitur & aspirat. Quocirca fœlicitati tuæ uehementer congratulor, & fortunæ meæ habituræ, de inceps inde impensæ ratio mihi cõstet. unde uirtutis & patientiæ formam summam, cuius exemplo aduersus hoc momentanea & caduca me muniam.

Postremò ad eius mores, & regulam me componam. Ha, quantum prodest animo, nondum adulto, illic adhæsisse, unde se possit facere meliorem. Propterea eligendus est nobis uir bonus, & ante oculos semper habendus, ut illo uidente uiuamus, & tanquam illo spectante omnia faciamus. hunc te mihi electum esse cognoueris obseruabo, imitabor, & sequar etiam, si mare transieris, animi tui mores, quos & si nõ sperem facile consequi posse, magnus quidem est labor, & prorsus uiribus meis impar, at saltem attingere non despero, nihil enim est quod pertinax opera, & cura intenta, & diligens non expugnet. Robora in rectum quamuis flexa trahuntur, curuatum trabem calor explicat, & aliter natæ arbores in id finguntur, quod exigit usus noster, quantò facilius mens ipsa flexibilis, & omni humore exequentior, formam bonitatis accipiet, si feruenter instabitur? Ne temerarium me quæso puta, ueris si de me meliora promitto. imbecillis enim foret, & ægri inexperta formidare, nec spem bonam concipere, ubi tali tantoque duce regendus sim. Sed ne fortè nimis blandiri tibi hæc mea uideatur oratio, ars enim ea procul à moribus meis est, alias me tibi scripturum prænoscito, quo huic tuæ laudi contraria iudicat uulgus exterior, non ut me qui discipulus esse uolo, tibi correctorem exhibeam, sed potius, ut uelut honoris tui amantissimum habeas ea parte, ex puritate fidei relatione. Et cum nihil ex omni parte beatum, nihilq; in humanis adinuentionibus adeò perfectum, quod si ad perspicacis correctionis regulam deducatur, multa non indigeat tersione, magnum augmentum benè constituti animi tibi erit, si ea quæ de te fortè adhuc ignoraueras, nũc in melius reformando cognosces. *VII.* Idus Nouembris. *M. CCC. LV.*

Modius Parmensis Benintendio. S.

PEruncta melle Rhetorico tua me permulxit epistola, Benintendi, q̃ mentis & oris ad miranda nitore, oculos meos dulciter illexit, inflexit spiritum & perfricuit & auditum. uerum ubi secum strictius, quorsum me uocaret sollicitæ quæritarem, non obstupere non potui, quò nam modo, dum eminentiæ tuæ gradum, laboris tui studium, peruigili meditatione contemplor. qui tanti ducis impia, tantorum principum consulta disponis, his utcũq; cedens, in meos titulos te conferres. nec mihi satis liquet, nũquid permulcendis moribus, an propulsandis erroribus. instituisti: his etenim haud iniuria mihi meminisse uideor, adolescẽtulos urgeri solere, quos olim uel illusione corripimus, uel in meliores animare callida persuasione molimur, moliris equidem fateor, nec de te qui tantus, qui talis es, nisi sanctum, nisi honestum credere minus fas fuerit quàm dubitare nefas, moliris nanque uelut interpretor, torpẽti animo calcar addere, pauores excutere, & qui tibi ad probitatem offici credor, in hac te perficiar suadente. Supprime quæso mi Domine reuerende, ac nimium elata uela substringe, nam quid agis, nisi ut præconij ludibrio mendacis erubescam? quem tanta uis facundiæ floridum, integra discretione conspicuum, animi lorica potentem, & si sæculi fluctib. & si fortunæ ictibus actũ, uacasse disciplinæ, præ nimio stupore miraris? Miraris enim nec admirari desinis, quem nostris temporibus nihil attonitum, minimè cupidum, bifrontis fati ludis, non sine socij fauore numinis, inconcussa mente spectantẽ, oratione blanda non minus quàm uera describis. Erubesco deniq; & mutesco penitùs, quando quod mẽs ægra cogitare, nedum manus trepida stylo dare uix audet, me tibi ducem eligis, speculum exigis, sed ut iam arbitror hic tibi mos est, ut quos uirtuti faciles reris, hunc laudibus accendere, hunc pro animorum exigentia soleas argutijs deterrere. Porrò ut ex multis quæ tot & tãta profaris, ad pauciss ima respondeã, Is nõ sum, is nõ sum, iuratus exclamẽ, quẽ tantis plausibus extollere, deperditi temporis querimonia cõplorare, quem phaleratis orationibus allicere, quem tanto debeas molimine flagitare, quin ut præteream quanta sit, qua si c afficeris ingeniorum dulcedo similium, si pectusculi mei latebras inanes percurreris, fortasse quem latentem sub Modio non horrebas, nõ aũt tibi in Modio cognitũ, quàm minus charum intellexisse dolebis. Nouissimè ne tuis prorsum, qui tanta me contẽplatione dignaris uidear, auspicijs, dissentire, nõ ut tecum, quem mihi singularẽ dominũ pẽlegi, cui meos animi motus, & cuncta nota subegi, fulgentibus ne dicam paribus armis accingar, sed ut nascentis amoris nostri radix mutuo compluta, pignore coalescat, solutis inuigilare

uigilare sermonibus, non intrepido tamen pollice laboraui, nequaquam ignarus, illuc me rapi, ubi tua nostrorum cæcropidarũ simillima turba, palestris concertat ingenijs, floreſcit Liuius, & facundia Ciceronis, ubi tua te uenerabilis caterua miratur, labori suo columen, & pedibus dulce iubar. Succedo itaq; domine mi, ac genibus tuis supplex & deuotus aduoluor, ut siue mitior qualem te tua commendat humanitas, siue qualem te ad ultimum polliceris, acrior imparitare malueris, mihi liceat tua iussa capescere, dictata facescere, ac eo medullitus aspirare, quod & quacũq; me uocabunt tui Socratici pectoris rudimenta: Venetijs *XXI.* Nouembris.

Benintendius Venetus, Modio Parmensi suo, S.

REm non nouam neq; inopinatam aggrediar, uulgatam potius, & clara uoce promissam, si tanto illi præconio, quod de te pridem altera mea profitebatur epistola, quicquam ista detraxerit. Quæ si forsan, quod minimè reor, aliqua sui parte tibi molesta peruenerit, tantillum saltem reportatura sit fructus, ut quem te illa tantũ extulerat, præsens nunc experta sit uirum. Sunt mihi quæ fortibus in te lacertis trajiciam, acutissima iacula, sunt ualidissima tela, quibus te transuerberare iam properem, sunt sagittæ mortiferæ, quas in te mittere totis uiribus non formidem. quid autem aduersum hoc negotij tibi sit, ipse delibera, non te tutabitur scutus uel Galea, nõ lorica, uel thorax, nõ quoduis alterius generis mumimentum, quantumcunque exquisito artificio sint contexta. Armis crede, mihi alijs quàm ferreis opus est, miser es Modi, & miserior multo quàm putas, cum seruus, & iam non seruus esse non possis. Astrinxisti fidem tuam, astrinxisti pariter libertatem, & utinam illi domino, cui seruire summa est iocunditas, & libertas, sed quod pace tua dixerim, ab eo cui seruiueris seruias, seruiturusq; sis, quid sperare potueris, non agnosco. Speraſti fortè diuitias ab eo qui in diuitijs pauper est? speraſti honores ab eo, in quem honoris occasio, letiferum uulnus inflixit? Speraſti libertatem ab eo, qui semper animo inquietus, in summa libertate, seruorum noscitur esse seruus? quanto tibi consultius actum erat, si tecum ipse uixisses, si te dignum fecisses Deo, nemo autem alius est Deo dignus, quàm qui hos uanos honores, opesq; contempsit, quorum tamen possessionem non interdicit, ex toto, sed efficere uult, ut intrepidè possideantur à nobis. Id uerò minimè consequi possumus, nisi nos etiam sine ipsis beatè uicturos esse putemus. Nunquid satius erat tibi his, qui quotidie nouis casus emergunt, ceruicem subducere, & secundum naturam uixisse, quæ paucis, ut nosti minimisq; contenta est, panem & aquam ipsa desiderat. nemo ad hæc pauper est, intra hæc si tua desideria concluſisses, cum ipso Ioue de fœlicitate contenderes. Sed ut uideò, implicauit te potius error, communis gloriæ uidelicet appetitus, qui summum calcar etiam uirtuosissimis esse solet: quasi pulchrum duceres, & ad magnam tibi decus ascriberes, apud illustrem uirum, famæ pretium meruisse, falleris licet aliquali uenia dignus sis. Nonne meministi, quod uera animi magnitudo, honestum illud, quod natura sequitur factis, positum non in gloria iudicat, & mauult esse princeps quàm uideri? Nam qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris habendus non est, facillimè enim ad res iniustas impellitur, non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum, nulla extrinsecus instrumenta, iam quærit, domi colitur, ex se totum est. Nulla ergo excusatio est peccati, ubi reprobata causa peccaueris, sic itaque, si seruirutem ambitio nemq́ue tuam, ex corde recenseas, senties profectò, hæc duo laudem tuam acutissimè transfodisse. Respondebis, ut opinor, hæc eadem imputaturus & mihi, fateor non sum liber, non ab huiusmodi labe totaliter absolutus, libens tamen seruio, iusto & Christianissimo principi, non domino uel Tyranno, qui uitæ necisq́ue in me habeat potestatem, Seruio reipublicæ meæ, quæ mihi meipso charior semper fuit, seruio patriæ meæ, quæ filijs parentibus & amicis, & demum priuatæ utilitati præferenda est, hanc mihi non seruitutem, sed summam arbitror libertatem, non tàm honoris, diuitiarum uel gloriæ cupidus, quàm ut apud eum qui omnium corda nouit, fructus benefactorum, sit mihi benè feciſſe. Crediderís fortè hic finiam, & sigillem epistolamq;

maius certamen expecta. Accipe quod te profundius sauciet,& penetrabilius uulneret mentem tuam. Versus ut audio componis,& carmina,dictiones & syllabas quotidie mē surare non desinis. uerbis tamen,& uocibus operam tuam ponis. ô pueriles ineptias! his rebus intentus es,quæ nec te possint,nec alios facere meliores,in hoc labores,in hoc uigilias tuas perdis?in hoc subducis supercilia tua,barbamq; demittis,& pallidus quandoq; & exanguis insudas?turpissima iactura,quæ sensato uiro,ex conscientia sua uenit,si multum superesset ætatis,parce dispensanda,ut necessarijs tantum sufficeret,nūc quod mors à tergo quotidie nobis,magnaq; instat,pars eius præterijt,& qquid ætatis retro est,iam tenet; quanta dementia est, superuacua discere, in tanta temporis egestate? & cum aliena sint omnia,tempus quod solum nostrum est,frustra conterere? Nō Virgilius, non Homerus, non Ouidius,Statius,uel Lucanus,non reliqui Poëtarum,quotquot numerare uolueris, aut eorum utique faceto stylo metra composita,eo quòd ab omnibus quæritur,à pauciss. mis inuenitur,consilio te iuuabūt.id tibi cœlestis amor & Philosophia sola præstabit, effici et ut libenter Deum,contumaciter fortunam aspicias,aliquid contra paupertatem,aliquid denique contra mortē,singulis te adhortabitur horis,docebit te nulli rei seruire,nulli necessitati,nullis casibus,demum ad calcem perducet,ut teipso contentus sis,& ex te nascentib. bonis, utque hoc quotidie mediteris, quemadmodum possis æquo animo imbecillem hanc & transitoriam uitam relinquere. facere suadebit, non dicere, & non uerbis opera, sed operibus uerba probare. crede mihi,mi Modi,literata colloquia, & exceptis sapiētum uerba collecta,eruditusque sermo,uerum robur animi nō ostendunt, cum sit oratio etiam timidissimis audax. Proinde tibi persuade, libertatem esse pretiosissimum boni genus, quàm naturalem facultatem, eius quod cuique facere libet, nisi quod ui aut iure prohibetur sapientes esse diffiniunt. Seruitutem econtra omnium malorum grauissimum,quags alieno iuri,contra naturam subijcitur. ab initio enim omnes homines liberi nascebantur. Ambitionem quoque periculosissimam pestem fore,quæ ut tuus ille Salustius ait,Multos mortalium falsos fieri coëgit,aliud clausum in pectore,aliud in lingua promptum habere. demum summam negligentiam illam esse,si exiguum hoc nobis datum est temporis,in inutiliter expēdatur,& prodigè,ubi uelut irrecuperabile fuerit parcissimè dispensandum. Poltremò cum qualem quantumúe haberi te uelis,non in fortunæ,sed in manibus tuis sit, tunc consumata fœlicitas tibi erit,tunc summam summarum attigisse te noueris, cum eò perueneris,ut qualis haberi cupias,talis sis. ẋ v. Cal. Decembris.

Benintendius Venetus Francisco Petrarchæ, S.

NErius noster mihi pridem apparuit,ad cuius primo cōplexum, magna me subijt ueneratio eius,dum eum esse memini, qui se probitatibus suis fecerat amicitia tua dignum. magnum opus fecisse,magnas sibi comparasse diuitias, immensum sibi theatrum extruxisse,uisus est mihi. quæror, irascor & litigo mecum ipse,quòd non maiori cera tanti uiri gloriam & ipse ego uenatus sum. Accuso ignauiam meam,ipse me sæpe redarguo, ac miserum & infœlicem me clamito,q; tāta diligentia,hoc luteum corpus opiam, famisiticq; satisfaciam suæ,ac eius si quid lāguoris intercidat,singula membra curem. animū uerò qui nō suo sed alieno potius,uitio semper est nudus,qui nō annonæ sed pastoris inopia famelicus,semper & æger,sic prorsus ac si mea nihil eius interesit,abijcerē. Dico intro meipsum,si cæci corporis lumina perdidisses,si auditum,gustum,uel tactum, aut denique odoratum,si nistra manu casus aliquis abstulisset,nunquid Adriaticum mare non sulcares? nunquid Lōnicum & Aegeū? nunquid Charybdim & Scyllam forti animo nedum traijceres,sed transires? nūquid non Italiā,Germaniā & Galliā peragrares? & ut paucis totum cōplectar,nunquid non Europam, Asiam, & Aphricam uelut furibundus inquireres, ut nedum qui sanaret,sed qui salutem promitteret inuenires. Nunc in foribus tibi est, qui morbos animi diligenter expurget, qui tanta ualitudine infectum eum curet, & sanet, tenebras pellat, lucemq; subducat, qui beneficio suo te partem angelis efficiat, ut quid moraris uel ecfas? Excute teipsum & libera, festina, propera, & uirum illum uellut diuinum quoddam oraculum

oraculum supplex adora, nulla adeò tibi transeunda sunt maria, nulla hostium adeunda pericula, nulla peregrinatione iter quærendum. Plana tuta & aperta sunt omnia, utilis labor est, utilior multo, quàm putas, plus eò quàm sperare possis inuenies. nunquid quod raro in Philosopho reperitur, Christianæ religioni quisquam fidelior? nunquid ad obediendum quisquam humilior? nunquid ad imperandum quisquam modestior? nunquid ad seruiendum paratior, & in conuersatione benignior uisus est? ita ut meritò dici possit,quod nequaquam ei similis sit inuentus. Ad Titum Liuium lacteo tunc eloquentiæ fonte manantem, multos de ultimis terrarum finibus legimus peruenisse,& quod ad sui contemplationem Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. quantò magis his, non lacteum fontem,sed ut uerius dicam, aureum uirtutis & eloquentiæ flumen emittens, adeundus & contemplandus est uir? ô thesaurum immensum,si bene quis computet, ô inextimabile sæculi nostri donum, illam in terris inuenisse salutem, quàm nec præteritis nec futuris sperare, nisi de cœlo fas fuerit. Leges in antiquorum Historijs, uiros fuisse prudentes, iustos, temperatos & fortes, sed quod uni contigerit, alteri defuisse comperies. in uno hoc totum quod dici,uel cogitari possit uirtutis inuenies. si quæras scientiam,æquabis eum Aristoteli uel præpones,si mores, Anneus Seneca cedet illi,si eloquentiam,alteram inuenisse credideris T. Ciceronem. si Cardinalium uirtutum quamuis ex quatuor, alterum conspicies Socratem,alterum & Platonem. si huiusmodi ergo uir, cum nil aliud quàm Deus in humano corpore uiuens extimari iam possit,inuadat me sæpius immoderata quædam cupiditas, ut mandatū dominicum quodammodò in te sequens, Vxorem & filios, patrem si supereset & matrem, fratres deniq; & sorores, cætera etiam, quæ circa me bona uidentur, propter te deseram centuplum accepturus. Scio quidem quod in manibus tuis est, regna, imperia, nobilitates, honores, diuitias, opesque conferre,& quod his omnibus maius est, animas hominum erudire, eisque sapientiam dignissimam rerum infundere. quid autem ea optabilius sit? quid præstantius? quid melius, aut homine libero dignius, non agnosco. hæc est diuinarum & humanarum rerum notitia, hæc falsi uerique scientia, hæc quæ sola potest hominem contentum beatumque præstare. Itaque secessum mihi frequentius persuadens, cuncta dispono, accingor ad iter, & pacatis omnibus, uelut cœlestem gloriam petiturus, hilaris & tutus abscedo. Et semper in limine, quæ me turbet ratio, uidelicet rerum omnium moderatrix, clamat & resistit in faciem, uulgatam illam non tamen satis intellectam sententiam repræsentans, Appetitus obtemperet rationi. Ad huius uocem attonitus sisto gradum, pedem retraho, ad nauis iam properantem ascensum,& quasi subita obumbratione concussus, eius imperium taciturnus expecto. Arguit, increpat, & castigat, & uelut grauiter delinquentem alloquitur. quis te in dementiam tantam duxit, ut temerè quicquam nec cōsulto cōstituas? Cogita quis sis, quo, quidúe quæsiturus accedas. rudis & tenebrosa materia, cui uix possit aliqua bonitatis effigies, ne dicā imprimi, sed nec etiā insigniri. pro sapientia, temptas luminū summū lumen? nescius quod frustrà quicquā agitur in non disposito & patiente? Tu pedagogi ministerio adhuc egēs, qua fronte clarissimi uirifores, etiā proiectissimus in uias,& nisi consumatæ sapientiæ accessibilis mentibus pulsare præsumens? nam tibi delirare maximè uideretur, qui scandere turrem excelsam, uix per multas ascensibilem scalas, unico saltu contenderet? num tibi insanus uideretur, & improbus, pannosus & sordidus, nec cilicio quidem dignus, regiam sibi uestem, auro, gemmisque contextam, repentina quadam impetitione deposcens? magno ut opinor mouereris cachinno, sed maiori multo, si alium inuenires, uolare contra naturam uolentem, certè ut ille, quo altius ascenderet, maiori foret ruina casurus, sic & tibi nisi proposito resipiscas, quasi erranti uiam, quo magis ambulare credideris, itineris plus restabit. Sunt ad sapientiam ipsam gradus, quorum si quem interscalari uel prætermitti contigerit, necesse est qui hoc temptat, ordine peruerso præcipitet. melle & lacte prius educantur infantes, demū inualescentibus annis, ualidioribus nutriuntur cibarijs. Tu quoq;

similes

simile fac,in eorum adhuc numero collocandus,est enim cibus quem quæris, prorsus uiri bus tuis impar,cum autem adoleueris,ad fortiora matura consultatione conscendens,tũc destinatum portum,securus intrabis,ubi salutarem medelam,ubi incomparabiles thesauros,ubi quicquid potest,circa hominem boni esse,conferta mensura recipies,ita ut tibi meritò sit dicendum: Hoc est quod semper optaui.Hæc igitur uirorum optimè,etiam quẽq; constantissimum territura,tua præsentia carere inuitum me compellunt,feram quod potero,patiẽter, daboque operam,licet ignauus & discolus,licet publicis obsessus negocijs, ut aliquãdo me faciam desiderio meo dignum. tu autem benignus & pius,hoc unũ quod absenti præstare potes,literatum colloquium, quæso,mihi ne deneges,hoc uno modò mihi uisendum te præbe. nunquam epistolam tuam accipiam,ut non protinus tecũ sim, nam si amicorum absentium imagines iocundæ sunt,quæ memoriam renouant, & desiderium absentiæ falso & inani leuant solatio,quanto iocundiores futuræ sunt literæ,quæ ueri notas amici,& uera uestigia repræsentant? Vale mi fœlicissime domine,& quotiens seruos tuos computare uolueris,precor nomen meum saltem in ultimis non omittas. ago autem tibi reuerenter memoriam,ut epistolarij tui copiam munus quidem mihi charissimum,& alias tua benignitate promissum,qualicũq; uia habere promerear,pro cuius scriptura per communem amicum nostrum Marcum de Raude,ciuem Mediolanensem & Venetum,sicut necesse fuerit scriptoribus satisfiet. Ecce enim,& ego tibi expendens, exsoluo debitum quod promisi,mitto inclusam responsionem,quã ad ea quæ secundario inuexisti, non tamen ut asseris tibi receptam,mandauit recolendæ memoriæ dum ille Danduleus,olim tibi,suis dilectus uirtutibus & ueræ nostræ patriæ uera lux,ut scias ei nec uerba nec sententias defuisse. Et ut nil restet,quo tanti uiri possit accusari memoria,certũ tene,eum omni tempore appetentissimum pacis fuisse, at ut audire sæpius potuisti, hic mos, gloriosum quippè patriæ nostræ decus,ducibus nostris est,ut quamuis in eos dignitatis titulus sit collatus, potius sequi quàm ducere,nec tàm imperandi quàm parendi sibi potestatem asciscunt, utque ipsius uiri laudes,quas nec capere posset,uoluminis magni liber paucis absoluam, nil in eo natura peccauit,nisi quod tàm breuem uitam dedit eidem,cui tamẽ benè redditæ reliquit memoriam sempiternam. *VII.* Cal. Feb.

Fran. Petrarcha Benintendio, S.

BEnè mihi accidit,quod in urbe licet frequentissima,tua me solitarium epistola reppe rit,erubuissem coràm multis deprehensus in publico,nunc solus erubui,& dixi quid non potes imperiose amor? quid non potes? quando etiam talis uiri oculos iuditium; perstringis? in literis quidem tuis optime uir,duas simul ueterum sentẽtias recognoui, & amoris scilicet,& eloquentiæ magnam uim,nec de nihilo dictum, uel amantium cæca esse iuditia,uel Oratorem posse omnia. Primũ te amice,in extimatione rerum mearũ,fallit haud dubiè,secundum uerò me paulò minus fefellisset, ut talis mihi uideri inciperem, qualem tu me facis, sic corda legentium in manu habes, sic papyrus pro regia, sic calamus tibi pro sceptro est,nisi quod me cogi sentiens,in arcam rationis euaseram,mecq; ipsum identidem percuntabar,an uera essent,quæ de me stylo quamuis artificioso & mellifluo dicerentur. scio quid mihi intus in silentio sit respõsum. Proinde oro,posthac pudori meo parcas, neue me non meis laudibus onerès.non precor errorem exuas,quo delector, tantùm ne me facundiæ unco trahas,in errorem multo imparem. Tuus enim error ingenuus, & amicitiæ testis,eximie meus si sit,nisi amens ridiculosusq; erit,quanquã ni fallor ne in hac parte labi possim prouisum est mihi. Habeo cui hæream conscientiam meam. à qua si non exterius flatibus auulsus fuero,non facilè corruam. illic enim non nisi aura purissima, uerique flant spiritus. Deniq; sic hábeto posse me tibi omnia credere,nisi quæ de me scribis, quæ si aliundè procederent,qua putas fronte lecturus fuerim? at nunc mihi notissimus candor tuus,quicquid ais,aut sensibus meis approbat,& quæ ore alterius illusoria uiderem, & tuis labijs grata facit, & dulcia. Ad summã, quisquis sum,tuus sum,& amicitiæ nostræ fores, quas eloquẽtiæ tuæ clauib.aperire tãto studio satagis,aptæ sunt,ut libet exoptatis ingredere.Crede

re.Crede mihi,nullo nisu,nulla opus est arte,ultrò animis præsto sum, teq; in limine lætus excipio,non prius excluserus,quàm hanc inde animam mors excludat,idque sic esse ut dico,penitùs tibi insitum esse uelim. Pauca sunt quibus glorier,inque his ipsis hæsitare soleo. unum hoc intrepidè dixerim,temporales amicitias non noui,ad quas si non in annis emolumenti fluxa ratio,sed honestas allicere, immortalis ex se genitas mortales esse non sineret.Ego fateor,ad ineundas amicitias tardus,ad fruendas immobilis, ad hanc contrahendam utiq; pronus sum,ac ne id fortuitum putes,de te mihi diu ante prouisum erat, quem ut in amicis haberem,& dignus & appetens uidebaris.Sanè quod præter modestissimum amicitiæ uotum,etiam de scriptis familiarib. quæ uaria exigente materia quotidie mihi è manibus excidũt,partem postulare dignatus sis, miror,quid ita cum uiuum fontem domi habeas,& lucidum, semiarentes ac turbidos uicinorum riuulos sitibundus ambias. nisi pridem intellectus mihi sit animi tui ardor,qui tacitus est,ut nullum ingenij liquorem undecunque fastidiat,neq; sibi sufferturũ arbitretur, quicquid perennibus scatebris uberrimum pectus affatim promit, nisi uel ad limina pauperum pulses, & tui locuples aliena mendices. Perge,age,habes quos sequaris duces,seu Socratem mauis,seu Platonem,quorum alter ut scriptum uides,ad discẽdum pauper, ditissimus ad docendum fuit. alter literas toto orbe collegit,quas toto orbe refunderet,his exemplis fretus,& hac iter ingressus fieri non potest,quin ad summas quoque diuitias prouehãre. Quod ad nugas meas attinet desiderio tuo,etiam mei,& mearum rerum amor accedit, amor cæcus ut dixi, & semper obliquus rerum arbiter.uulgo dici solet. Placens histrio semper placidum canit. profectò autem non in me,neque in meis scriptis est ut placeant,sed in te. quantum uerò in his, quando in his delectaris,quantũ in maioribus siqua sors fauerit,tibi morem gerere cupiam & rursum, quid si uacet,ex te uelim,eius ex ore audies cuius è manib.ista percipies. qui uir musica suauitate mulcere aures,& digito potens est ingenium excitare.cumque ipse sit magnus, quanquam non è coniugio Thetidis maiorem se genuit.nunc ambo quietis auidi, de toto orbe sibi Venetiam delegere,adesto illis oro,qua potes,mei sunt eoque magis esse tui,quo esse sui non alterius uidebuntur. Nouissimum est ut noris, epistolam,illius optimi uiri & ciuis & Ducis meliore nunc patria uiuentis,quo digni utinam diutiùs fuissemus, latum me,sed non sine lachrymis perlegisse,ita mihi de sepulchro,immò de cœlo respondere uisus est,ut multa mihi suspiria renouaret,sed non ita,ut non sibi quoq; multa responsurus fuerim,si nobiscum ageret.nunc ut puto, uel tacitum intelligit. Vale memor nostri. Mediolani. *XIIII.* Cal. Iunij.

Fran. Petrarcha Benintendio suo, S.

COlẽde semper atq; honorabilis amice, literis uestris primũ acceptis,super epigrãma te claræ & gloriosæ memoriæ domini ducis nostri,ut quid segnitiem meã cælem excusationẽ non Epitaphium meditabar ut qui multumq; alia curarum acie obsessus,& occupationum mearum mole obrutus,uobis ut reor,animi saltem augurio non ignota,nec cœptis ipse sufficiam meis,& usque adeò,ab huiusmodi iuuenilibus exercitijs sim distractus, ut non iã antiqua repetere uidear,sed noua prorsus & insueta temptare,uitaq; metiẽs breuitatem,& fundamentorum amplitudinem quæ ieci, sedulò mecum ipse remetiens contremiscam,ideoque iampridem semel mente firmaueram, nihil unquam uel ingenij exercitio uel cuiusquam precibus,uel qualibet seu necessitate seu delectatione materiæ noui, carminis aggredi, satis superque existimans,si notiuæ uota successerint. quod præruptum animi decretum,neglecta interim ingenij asperioris infamia contra feruidam amicorum instantiam, inexorabilem sæpe me tenuit. quid multa? Iam calamus erat in manibus,iamque excusatio texebatur, dum secundus interuentus epistolæ inijciens manum, diffidentiam abstulit,pudorem attulit, duritiem fregit.itaque calamum, quem ad negandum coperam,ad parendum uerti, quid & per quem,& pro quo posceretur, quidue & huius amicitiæ & illius memoriæ debeam,acriter mecum uoluens,eadem hora igitur,eademq; sessione, quatuordecim Elegos dictaui, qui si mei non uidebuntur, nolite mirari,

nam

nam nec ego ut cuperem meus sum, nec sum ille qui fueram, ita me multa circunstrepunt, quanquam hoc ita uelim accipi uerum esse, ubi me uiuum, meas res intueor. Nam ubi alios, & humanum genus omne contemplor, multa fateor occurrunt, unde cum mei statum alienæ sortis collatione consoler, neq; facile quisq; me liberior aut magis suus appareat. quod si fortè uersiculi plures sunt, quàm petiti erat, rem ediū præsto est, duos abijcite quos uidebitur, & numeri ratio cōstabit. Sin omnino non placent, eò me magis uestrum credite, qui ut uobis obsequar mihi aduersor, neue aliquid uobis aut natis inclyti Ducis negem, sciens ac uolens inglorio labori, id ipsum, cuius mihi penuria ingens est, tempus impendo. Ascripsi autem in margine, siquid est ubi uel dubitem, uel res eadem uariè dici posse uideatur, ut sic electio uestra sit. Mihi enim cum omnes Musæ hodie, tum præcipuè illam abesse perpendi, quàm Graiam Graij uocant. Valete. Scripta rurali calamo in domo Carthusiæ Mediolan. ubi & æstatem ago. Cal. Septemb. ad uesperum. M. CCC. LVII.

En domus Andreæ Veneti Ducis, ultima quanta est
Alta, sed assurgens spiritus, astra tenet.
Publica lux iacet hic, & quartum sidus honorum,
Stirpis Danduleæ gloria prima, ducum.
Hunc animi uigilem temeraria Græcia sensit,
Et leuis antiquo reddita Creta iugo.
Hunc, comes Albertus Tyrolis, nostra perurgens,
Vastatis proprijs, qui meruit ueniam.
Hunc Iustino polis feruens, & Iadra rebellis.
Pertimuêre trucem, percoluêre pium.
Hic Genuam bello claram, pelagoq; superbam,
Fregit ad Algerium, fertitioq; dedit.
Iustus, amans patriæ, magnos cui fecit amicos,
Ingenio præstans, eloquio omnipotens.

Benintendius Francisco Petrarchæ, S.

REuerende domine mi. Si plus debito importunus infestusq; sum, ascribite quæso ferenti in uos deuotioni meæ, quæ omnem à me pauorem simul & ruborem auertēs, nimirum deuiare facit à tramite rationis. scio quidem, nunquam erga uos ulla, ex me meritа præcessisse, unde tantum uirum sic audaci fronte, tàm crebris pulsare tædijs ausus sim, sed uestra summa uirtutis, omnem iam uulgata per orbem, & animus mihi famelicus, sitit bundusq; simul, timore nescius, in hoc quantulū cūq; futurū sit, hic tēporis moræ meæ pabulo generoso, quo diu delectatus sum cupiens saginari, faciunt audacem ex timido, & ex uerecundo securum. Epistolas duas ad Ciceronem habui, restat ea, quàm ad Anneū Senecam direxistis. & cum diebus octo uel circa, hic adhuc me moraturum existimem, supplico ne me ocioſum uestra benignitas esse sinat. quicquid uobis ad manū occurrerit, quæso copiandum transmittite, cui uestra omnia clarissima sunt, fulgentia super aurum, & quam libet margaritam. In quibus & si multa alia grandis utilitatis mihi futura sint, in summo tamen pretio mihi erit, quod ea intuens uidebor uos habere præsentem, quem in singulari patrem & dominum habere propono, cunctis temporibus uitæ meæ. Recommendans me humiliter gratiæ uestræ semper. Venissem nunc & frequentius uenirem ad uos, si his quibus utiliter insudatis operibus, meam uisitationem tàm utilem quàm superuacuam esse scirem.

Fran. Petrarcha Nerio suo, S.

GRauem curis, obsessumq; negotijs & perosum cuncta quæ uideo, nec aliter quàm fessus atque aridus ceruus solet, ad umbrosum fontem, ad solitudinem, unde latratu canum sequacium pulsus est, atq; ad silentium aspirantē, epistola tua parūper auertit, quæ tàm longa interfuisset, ut quod ad exiguum tempus fecit, rerum me præsentium obliuisci in perpetuum coëgisset, Ita enim me seculi nostri memoratorem scito, ut uix fuisse aliquid ætate, miserius, aut extremius putem. Vnum me solatur, quod si nasci oportuit, & pene tùs necessarium fuit, ut inexorabilis Clotho nos ad prædurū huius uitæ limen impelleret, nec prius in lucem erumpere datū erat, minus mali fuerit nunc natos esse, quā postea, talia de poste-

de posteritate coniecto, trepido, utinam ludar, augurio. Sed hanc mihi spem de se nostra tribuit iuuentus, ea indoles, hi mores sunt, is notorum modus, is terminus studiorum, deliros etiam senes nostris iuuenibus admotos sapere ad inuidiam putes, & fœlices dicas, quod prídie nati sunt, sic mundus indies ad extrema præcipitans secum omnia, in deterius trahit. Mitto autem, quandoquidem & quid sæuior ætas actura sit, quod de Sergio Galba fertur dixisse Tyberius Cæsar, ad nos nihil pertinet, & cauendum est, ne maior ingenio sit querela. neue mihi forsan occurrat illud Senecæ, ubi ait: Omnem ætatem de moribus suis questam. Credo enim, sed ni fallor, quo ad mores attinet, nulla unquā dignius questa est. Illud non omissum, quod ab amantibus sese. & sua cuncta mirantibus opponi posse uideo, non sum nescius Italiæ uulnerum, quæ nunc, quæue olim perpessa, iam malis induruit, & callum crebris cicatricibus superduxit, quanquam non Italia tantùm, sed terrarum orbis, ab origine clades tulit innumeras. Quid uerò est aliud, breuis hæc uita, quàm mors longior? quid aliud terrena habitatio quàm grauis seruitij fœdus carcer, & iugis mœstitiæ cæca domus? scio. sed aliud est ab hostibus, aliud à uitijs obsideri, urgeri, premi, uri, uastari. deficit aliquando hostis externus, & ipse alium fatigando lassatur, denique omnis hominum incursus breuis, nec ullum omninò bellum mortalium immortale est, cum auctoribus suis intercidat, oportet, & suis ipsum uiribus extinguatur. Vitia spatio temporis augentur, & exercitio roborantur, & quo plus nocuerint, incipiunt plus nocere. nemo crudelior quàm qui diù fuit, nemo tàm citò luxuriæ succumbit, quàm qui sæpè succubuit. multis ex actibus habitus fiunt, & assuescendo cur uescimus, ut pronos in terram sternere promptum sit. sic æuo crescit auaritia, sic senum pertinacior ambitio est, & sic reliquis pestibus processus est suus, neue mori unquam morbus possit, ægrorum intemperies facit. Cum his hostibus res est nobis, quibus modò non resistimus, sed fauemus, & ultrò nostros in iugulos ferrum damus, quinetiam mirum dictu, si lentescere ceperint, irritamus illos, quasi, minus miserum fieri, sit miseria summa. quod passim in multis modò lenibus, usq; ad tastidiū uidemus, quibus nihil obscœnius fœi uidet. De quibusdā legimus, at in primis de illo, cuius paulò ante memini, Tyberio, quem apud inferos quoque dij sui deæq; male torqueant, ita mihi stomachum torquet, bilem qúe agitat, quotiens senem illum lego, miris & infandis modis, atq; inter cæteros relatu etiam turpi, spectaculo concubitus monstruosi, ut Tranquilli uerbo utar, deficientes libidines excitantem. hinc ille ridiculæ, infames q; nostrorum senum querimoniæ, quod solito minus uoluptatibus inardescant, quod malæ suada titillatio, & pruritus iuuenilis abscesserit, quod gulæ somniq́ue & uentris illecebris, destituti sunt, postremò quod uires corporeæ ad eadem carnificinam q; defecerunt, at quid peius est, sanguinarium esse uelle, quàm esse quamuis qui malus esse cupit, utique iam malus ac pessimus est. nec quisquam peior, quàm qui peccato studet & flagitio gloriatur. Delectari equidem in malis, propè malorum omnium est natura, unde peccandi consuetudo iucundissima, apud Ciceronem dicitur, in medijs sanè delectationib. inhonestis, molestum aliquid pati, & uelut frenum aliquid sentire libidinum, malorum adhuc est, sed ad meliora tendentium, & quos sæpè de magnis tempestatibus liberatos, in portum peruenisse cognouimus. Effundi autem in malis, & efferri lætitia, & gestire, & niti, & quod est omnium pessimum gloriari, propè ultimæ desperataeq; nequitiæ est. horum uerò plena sunt omnia, hosq; inter uiuendum est nobis, & si inter hos tantū, ac non etiam ex his sumus, benè est, quanquam conuictus sceleratorum, nullis sit molestior, quàm his, qui ab illorum moribus insigni dissimilitudine secernunt. Vtcunq; est inter hos uiximus, & q; Psalmista regius deflebat, Inueterauimus inter inimicos nostros, quod q; mi ferrimū dixerim, inter hos ipsos moriendū est, quo enim patet fuga? quo ibimus? quo non nos sceleratorū acies ac signa præcesserint? ubi nō pessimis morib. imperiū partū atq; firmatum sit? Trans Oceanū nauigandū erat, nisi quia credibile est, uitia nostra iam ad Antipodas descendisse. ad cœlum potius euolandum, nisi nostris ad terram ponderibus premeremur, illa si salui esse cupimus, deponenda sunt, quod facilè factum esset, nisi quia malorū exemplis obruimur, quorū cum feracissima ætas nostra sit, ut dixi feratior est etiā

speranda

ſperanda poſteritas. Pugnarunt equidem maiores noſtri aduerſus Pœnos, Cymbros, ac Theutonas & Britannos, ægrè uel Italiã ab Hannibale uel Capitolium à Senonibus defenderunt, omnium tandem uera & indomita uirtute victores. nos ſi Capitoliũ noſtri arcem, à tanto Barbaricorum uitiorũ circunfuſo exercitu defendimus, ad tutelam noſtram, celeſti alite excitati, ſi circunſtrepentibus uulgi errorib. immota fronte reſiſtimus, & Manlio & Mario, & ipſo Cæſare fortiores erimus. Illos enim ab hoſte murus interdum uallíq; dirimebat, ſæpè noctibus quieſcebant, hyemis aſperitatem hybernorum ſolatio leniebant, nobis nulla quies, nullum ſine periculo tempus, non bruma, non inducíæ, nõ nox. nihil uſquam tuti pacatiq; eſt, aſsiduè de ſalute certamus, ſemper in acie ſtamus, temptamur, circunſidemur, impellimur. hoſtes intra muros ſunt, ad ipſam rationis arcem ſcalas applicãt. quid expectas ut dicam? in ipſas menſas noſtras, atq; cubilia irrumpũt, quodq; proximum exitio eſt, uulgus omne pro hoſtibus partes facit. In hoc tàm ancipiti duroq; certamine, nõ niſi de cœlo ſperanda victoria eſt. inde eam amice poſcamus, interea tamẽ ubi ſim uideo, non moueri nequeo, interdumq; tàm grauiter, ut meæ ſortis impatiens, mœſtis penè uincar angoribus. Aberraſſe fortè à propoſito uideor, tulit impetus, ſed redeo. his ergo hodie curis implicitus, quas mihi circumſtrepentiũ rerum fragor ſatietasq; pepererant, dum thalamo egrediór, epiſtolam tuam in limine obuiam habui, breuem quidem, è longa uelut peregrinatione ſuccinctam. Multa tamen, qui properantibus mos eſt, paucis illa uerbis expedijt, & qualiter affectus ſingula putas audierim. atq; in primis Lelij mei nomen, cum quo cupide oro uerſare, totaq; illum mẽte complectere. digni eſtis alterutro. Sane quod ſequitur, noſtræ gentis aduentu, Piſanum populum graui ſuſpitione turbatum, mirari non debes, nam neque gens ulla ſuſpitioſior, & uipera noſtra terribilis, rubentem dentibus uirum ſtringens, ſecuros quoq; ſollicita. in quo Cæſaris prouidentiam laudo, quæ & pauoricidium ſuccurrit, & pudori multum occurrit. Quod uerò de patria mea ſcribis, latè admodum legi, & Romano principi obedientiam non negari, & ſi qua iam toto orbe neglectæ libertatis cura eſt, eam in patria mea eſſe. Vltimum nihil miror, quod de auri poteſtate facetiſsimè cauillatus es, ſcio enim eſſe ueriſsimum illud Flacci:

Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa, potentius,

Igne fulmineo, quod ipſum in libris Methamorphoſeos ponit Apuleius. Certus, inquit, fragilitatis humanæ fidei, & quod pecuniæ cunctæ ſunt difficultates peruiæ, auroq; ſoleant adamantinæ etiam perfringi fores, quàm latè patens & quàm nota ſententia eſt, quæ non modò Philoſopho ſed philoſophanti tribuitur aſello. Legiſti credo apud Pomponiũ Melam Coſmographiæ lib. tertio eſſe gentem Aethiopum, auri ditiſsimam, æris indigam, cui raritate & frequentia pretia rerum alternantibus, & ornamenta ænea & uincla ſunt aurea. nobis amice omnia iam ex auro ſunt, & haſtæ & clypei, & compedes, & coronæ, hoc & comimur, & ligamur, hoc diuites ſumus, hoc inopes, hoc fœlices, hoc miſeri. aurum ſolutos uincit, uinctos ſoluit, aurum ſontes liberat, damnat innoxios, aurum diſertos ex mutis, ex diſertiſsimis mutos reddit. auro concionatus eſt Metellus in Cæſarem; auro Demoſthenes orator obmutuit. aurum & de ſeruis principes, & de principibus ſeruos facit, & audacibus metum, pauidis præbet audaciam, & curas inertibus ſollicitisq; ſegnitiem. Hoc & inermes armat, & nudat armatos, indomitos duces domat, magnos populos premit, ualidos fundit exercitus, bella longiſsima paucis horis conficit, pacem præſtat & eripit, ſiccat, flumina, terras luſtrat, maria concutit, montes æquat, pandit aditus clauſtrorum, urbes aggreditur, expugnat arces, oppida demolitur, & quod apud Ciceronem legimus. Nullus fortis eſt locus, in quem onuſtus auro aſellus non poſsit aſcendere. aurum claras parat amicitias, magnas clientelas, & honeſta cõiugia, quippè quod generoſos & fortes, & doctos, & formoſos, & quod miraberis ſanctos efficiat poſſeſſores ſuos. itaq; qui diuites ſunt, boni uiri in ciuitatibus appellantur, eis tantùm creditur. Nulla fides eſt pauperi, quia pecuniæ nihil adeſt, uerumq; eſt illud Satyrici:

Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca, *Tantum habet & fidei.*

Poſtre-

Poſtremò inuitus dicam, ſed ueritas cogit, non modò potens ſed omnipotens eſt auri, & omnia quæ ſub cœlo ſunt auro cedunt, auro ſeruiunt, & pietas & pudicitia & fides; omnis denique uirtus, & gloria aurum ſupra ſe uident, inq; ipſos animos cœlitus nobis datos, pudet fateri, etiam rutilanti imperium eſt metallo. Hoc reges ligat atque Pontifices, hoc homines, & ut aiunt etiam ipſos deos placat. nec quicquam inexpugnabilem inacceſſumq; auro eſt. quod ſciens Iuppiter, ut cuſtoditæ mulieris pudicitiam rapturus ferreas portas effringeret, in imbrem aureum ſeſe uertit. tali deo dignum opus. Deus autem noſter pudicitiam amat, aurum ſpernit, auaritiam deteſtatur. Optò tibi ualitudinem inconcuſſam mentis & corporis.

Fran. Petrarcha Nerio ſuo, S.

NOndum ſuperiori epiſtolæ ſignũ impreſſeram, dum ecce alia ſuperueniens coẽgit, ut poſito anulo, depoſitum calamum rurſus arriperem, & quamuis tua hæc, ſuperiori ſit lõgior, reſponſo tamen breuiore contenta erit. nam nec cui noſtri querelam iterare eſt neceſse, q̃ & tacitus loquor, & ipſa res clamat, nec quicq; phibet, q̃ in illa dixeram ad hanc transferri. neq; enim aut minor eſt hodie dolor meus, quàm heri et nudiuſtertius fuit, neq; minus efficax, epiſtolæ tuæ hodiernæ ſolatium quàm heſternæ. Accedit quod neq; de his, quæ nouiſsimè ſcripſiſti, auſim apertè pronunciare. quod ſentio, neq; tu ideò minus qd ſentiam, quidue protiunciem intelligis. ſæpè ſilentium ad exprimendum animi conceptus, quouis ſermone potentius fuit, nec minus ſilentio Niobe, quàm latratu Hecuba, dolorem animo inſitum deſignabat, itaq; cum illa in ſaxum, hæc in canem uerſa fingatur, nõ minus mutum illius ſimulachrum, quàm hæc querula rabies, ſuam miſeriam loquebatur. Illud non ſiluerim, agnoſcere me Cæſarum fatum; quod & in occaſu ſolis & ſub auſtro, denique ubilibet fœlicius fuerit, quàm ſub arcto; ita ibi gelida omnia, nullus ardor nobilis, nullus ui talis calor Imperij. Redde nobis fortuna, ſi Romuleos Cæſares, Parcæ uetant, at ſaltem ab Hiſpania Theodoſios, Seueros ab Africa. Heu, quid diceret nunc architector ille magnus Monarchiæ, ſucceſſorem ſuum, cum ſacerdote humili, de humilitate certare, dũ meminiſſet ſuperbiſsimum olim Galliarum regem, dum ſupplex, ut ait Florus hiſtoricus, in caſtra ueniſſet, phaleras & ſua arma ante Cæſaris genua proieciſſe, ac dixiſſe: Habe hæc, uirum fortem, uir fortiſsime uicisti: multa ſe offerunt id generis. nam & locuplex materia & multiloqua indignatio eſt, ſed frenabo impetum, ut qui hæc ipſa, non, mihi ira cogente ac dictante profuderim. ſanè de Cæſaris Legatiq; congreſſu, quod prouidentiſsimè uaticinaris amplector ac probo, & penè rem ipſam uideor uidere, non quod omnia iſta me moueant, contrà quæ multa ſæpè diſſerui, ſed ex præteritis uentura conijcio, Itaque nõ tangor, quod legati ſonipes in Cæſarẽ calcitrarit, quàm quod calcitrare animos nouit; & ſcio quod omnis poteſtas eſt conſortis impatiens. hæc hactenus. Lelium meum immò tuum, immò noſtrum, familiariſsimum & Cæſari factum gaudeo non miror, nihil enim eſt uirtute rapacius, nihil q̃ tenacius, rapit uincitq; animos hominũ, uinctoſq; ſemel in ꝑpetuum uinctos tenet. nulla mihi dubitatio unq; fuit, q̃n non ſolũ ab illo humaniſsimo Principum, ſed ab alio quolibet licet aſperioris ingenij, cũ tamẽ uirtus in pretio ſit, poſſet ille uir amorem ꝓmereri, nõ modò notitiã promeruiſſe. Quis enim tã agreſtis eſt, ut Leliũ nõ amet, et ſapientiæ laude ꝓſpicuũ, & in amicitijs fauſtũ nomen? Quod ſi ſola uirtutis fama efficit, ut quẽ nunq; uidimus, ſenem illũ Leliũ amemus, qd huius noſtri uirtus, ac p̃ſentia poſſe debet? itaq; minus miror, q̃ de Legato ſedis Apoſtolicæ idẽ ſcribis, cũ quo familiaritas Lelij uetus eſt, illud potiùs miror, q̃ prioribus literis p̃termiſſum his inſerui, q̃d ita illũ ad coronandũ Cæſarẽ, diù ante digreſſum iſte præuenerit, niſi quia ut arbitror, & ut ſolet, illũ fortuna ſegnem, hũc ſollicitũ uirtus facit. Vnũ non mirari cũ eodem nequeo, ambo pergerẽt, Modanoq; dimiſſo Tyberim peterent, unde reuerentior adhuc Romanus Princeps: diadema ſupremũ poſcit, q̃ Petri ſucceſſor, Cæſaris ſucceſſorẽ ſecurior nõ curat, q̃ fieri potuit, ut Cardinalis rutilo uertice, & purpureo fulgidus amictu, tantoq; ſpectabilis comitatu, noſtri huius lyncea lumina fugierit, aut cũ hic Piſas, ille uix dum Ianuam pueniſſet, ita ut illi obuiam iſte redierit: Auguror ſanè alterum terra, mari alterum ueniſſe. de hoc equidem ac

reliquo ſtatu ueſtro, tuis ac ſuis literis certior fieri uelim. Ad ſingula reſpondiſſe uideor. Nam ad epiſtolæ tuæ finem de familiaribus curis ſtylo, alio et ſeorſum loquar, ut ſoleo. Gratias autem tibi, quod quas ipſe iam obliuioni tradideram, adeò ut ne locutum tibi de his aliquid me putarem, tàm memoriter tenes, ut facilè pateat, rerum te mearum curioſiorem eſſe quàm meipſum. Mirum & penè incredibile, niſi claritatis tuæ miraculo incurioſitatem, mea longè lateq; nota detraheret. Vale fœliciter, noſtri memor.

Fran. Petrarcha Nerio ſuo, S.

MIrari cogor, in tantis occupationibus tuis, in his fluctibus rerũ maximarũ, quos ab aquilone ueniẽs, nouus Cæſar inuexit Italiæ, & quorum te ualde principẽ tua ſors facit, hanc tantam meis in rebus diligentiam tuam, ut uideri poſsis, nihil aliud q̃ me unũ cogitare, ita dico uideri poſsis ignaris induſtriæ ingenij q̃ tui. Nam qui te nouerunt, non mirantur, poſſe animũ tuũ ad multa, & multũ diuerſa ſufficere, p̃ſertim ubi illũ ſuis ſtimulis urget amor, quẽ omnis difficultatis uictorem, & regẽ nouimus animorũ. Hæc cur p̃fatus ſim interroges, quia dũ te literis priorib. feſſum reor, ecce duæ ſimul aliæ, à te mihi uir optimè reddunt, omnes impigerrimis digitis tuis ſcriptæ, ita mirũ plus tibi uacat in negotio q̃ in ocio. Mihi mirũ, inquã, niſi celeritas, q̃ ut Cicero noſter ait, ingenij laus eſt, mirũ eſſe diſcuteret. ſed uenio ad rẽ, & illud tranſeo, quod in primis quaſi magni criminis te mihi purgas infamiam, & ꝓpè ſacrilegij inſtar ducis, in tuis me literis ſingulariter cõpellaſſe. itaque ſtylũ mutas, quaſi uel ego blanditiarũ egeam, quas primũ Iul. Cæſaris fortuna mũdo intulit, aut te uilior ſtylus robuſtiorq; nõ deceat, cuius & ueteres omnes, quicũ q; calamũ attigẽre, quẽ articulũ quoniã alibi latius digeſſi, nũc ſuſpenſo pede p̃teruehor. & ſiqd auctoritatis apud te nõ q̃dem merui, ſed inueni, me quoq; nouiſsimũ omniũ habes auctorẽ, q̃ hoc ſtylo nõ tantũ, ad amicos, quos exæquo alloquor, ſed ad Reges atq; Pontifices, Cæſarẽq; ipſum uti ſoleo, quos reuerentius affari ius æquũq; eſt. Verũ ego reuerentiam uerã in mendacijs nõ repono, mẽtiri aũt dominis his uocibus, q̃bus nũc uulgò utimur, ætate ipſius Cæſaris inuentũ, Lucanus aſſeruit. Sentio aũt quid te mouit, neq; tu diſsimulas, motũ te literulis meis, in quibus ſtylũ hũc intermiſiſſe uideor, cuius rei ne de cætero moueare redden. da ratio eſt. Ego quidẽ amice ſtylo huic cõſtanter inhæreo, quotiens grandiuſculũ aliquid adorior, grandia enim nec huius anguſtiſsimi fugaciſsimiq; tẽporis, nec ingenij mei ſunt, nec huius calami, quẽ agreſtem rectius cũ liceret, cœleſtem urbanius dicere maluiſti. At quotiens ad plebeias atq; humiles curas, quas nec ſtylo dignas putẽ, aliqua rerũ neceſsitas me attraxerit, plebeiũ quoq; characterẽ nõ recuſo, ne forte plus opere uerbis impẽdam, q̃ ſententijs debeatur, idq; mihi nõ aliud cauſæ in illis literulis fuiſſe noueris. Et hæc quidem hactenus, ex nũc aũt quicq̃d agam, & ſtylo quolibet, illud ſaltẽ nõ admittam, ut plurali numero utar amico & uni loquens. idq; tũ p̃ meipſum ſum facturus, ne amicis mẽtiar, tũ uel maximè ne exemplo tibi noceam, cuius apud te nõ leue põdus eſſe uideo. Tu igitur ſime amas, ad ꝓprium ſtylum redi, & id agamus nõ ut auribus uulgi, ſed ut decori noſtro ſatisfeciſſe uideamur. Venio nunc ad acerrimum dolorem meum, quo in ſecũda parte literarum tuarũ, quaſi uenenata cuſpide aures meas, atq; animũ pupugiſti. ô factũ peſsime, de amico optimo. ô infauſtum negotiũ, ô rem triſtem, calamitoſam, & miſerã, ô nouũ & inauditũ ſeculis infortunij genus. Aſſueſeceram oculos triſtib. ſpectaculis, aures amaris rumoribus, pectus cunctis fortunæ uulneribus, & cogitabam aſsiduè, quid unq; mali, quid aſperi, q̃d acerbi acciditſſet homini, ut quidẽ mihi & meis, quoniã homines ſumus & nõ dij, uel euenturum eſſe, uel euenire poſſe certè ſcirẽ, utq; aduerſus omnia iacula duratũ, atq; armatum animũ haberem, telũ hoc, quia nunq; tale aliquid uideram, nil ſimile ꝓrſus audieram, aut legeram, cogitare & p̃uidere nõ potui. & ideò inermem improuidumq; transfixit. Hei mihi quid querar? unde ordiar? quid dicam? accuſabo fortunã? ſurda eſt. accuſabo mollitiẽ amici, qui ſibi mortem, mihi mortiferũ dolorem attulit? ſera eſt accuſatio erroris, irreuocabile damnum eſt. quo auctore potiùs inutiles ſint querelæ. Et tamen ô dulcedo effera, iuuat inſiſtere, & fando alimenta miſeriæ præſtare. quid enim aptius poſsit animus triſtis, quàm in triſti materia uerſari, habet & mœror uoluptatem ſuam, duram quidem ſed ſibi accõmodatam,

datam, in Arte poëtica ſcriptum eſt: *triſtia mœſtum*
Vultum uerba decent.

Vtar conſilio q̃ me decet. ſed quo pergo, ut illi nihil proſim, mihi noceam, fortè aures atq; oculos tuos lædam? ô cæca mens hominum, & nõ futuri modò, ſed ſæpè p̃ſentis etiam ſui neſcia. Ad Paulum Hannibalenſem unum ex Romanis principibus, cui me familiariſsimum uirtus & humanitas fecerant, q̃bus illum mirabiliter natura dotauerat, mandata dederam, tibi ignarus, illũ iam rebus humanis exemptum, taliter quidem ut non mortem quæ natis omnib. æqua eſt, ſed genus mortis unice miſerũ cogerer, uſq; ad meam ipſe mortem lamentari. O cogitationes hominũ uanas, ô inanem ſpem, ô lubricũ ſtatum, ô inſtabilẽ fortunã, ô ancipites uitæ uias. ô p̃cipites exitus, ô ꝓſperitates ambiguas, ô ineuitabiles ærũnas. amiſit filiũ Paulus, tritũ & intolerabile mali genus, q̃s enim nõ aliquando filiũ p̃didit, niſi q̃ nullum habuit? rari ſunt q̃bus fortuna prolẽ dederit, nec donũ ſuũ delibauerit, rapinã dicimus, primitiæ ſunt. amiſit Paulus noſter filiũ, rẽ nõ inſolitam narras, & alius Paulus filios amiſit, Hãnibalẽſis unũ p̃didit, Macedonicus duos, alij plures, quidã omnes, unũ iſte p̃didit. Priamus unus, ex tanta natorũ acie ſuꝑfuit, ſed hic ſuũ ferro amiſit. q̃d refert an ferro, an incẽdio, an naufragio, an febribus, an ueneno. mors aũt una eſt, ſed hæc iuuenẽ ablatulit. ſcio. Nã adhuc iuuenis Pater erat. quæ nã uerò hinc tanti doloris cauſa ſuit? q̃ An ignorabat doctus homo, & prudens, plures multò iuuenes mori ſolere, q̃ ſenes? & ut uulgò dicit, plures hœdos perire q̃ capras? Humani generis incremẽtũ terra nõ caperet, ſi omnes ſeneſcerẽt q̃ naſcuntur? q̃d igitur ploras? dicat aliq̃s. nihil adhuc noui audio. Adoleſcẽtem in p̃lio pugnantẽ, in p̃lio cecidiſſe. eueniũt iſta quotidie, & fortiũ patrũ innumerabilis multitudo eſt. nam q̃ ſcribis, corpus exangue, hoſtib. fuiſſe ludibrio, hoſtili ſauitiæ aliq̃d, ſed ſuꝑſtitis exiſtentiq; miſeriæ nil prorſus adiecerit. ſtultũ enim, cũ mortẽ ſpreueris, cadaueris in iuriam formidare. Patres obitum filiorum forti tulẽre animo, laceros quidem artus ſiccis oculis collegẽre, multi autem ſuos cum lachrymis ad ſepulchrum, ad inferos quidam uerſis in ſe gladijs proſecuti ſunt, fletu immodico. quod meminerim aũt Paulum noſtrum nemo. hic eſt nouus & rarus & inconſolabilis dolor meus, homo nobiliſsimus, & mea quondam opinione fortiſsimus, ſic fortunæ tergũ præbuit, ſic laxauit frena mœſtitiæ, ut illa eum præcipitaret in mortẽ. ô lachrymas meas, ô inexhauſtos fletu oculos, ô liuentia lumina. da ueniam Paule, fons ille aruit, qui cunctis amicorum miſerijs ubertim lachrymas dabat. ſiccare illum uel una Romana domus debuit. dum Columnenſium familiam fleo, flere alios poſſe deſij. omnes lachrymarum mearum ſcatebras illa conſumpſit, pumice ſiccior factus ſum. Tu tamen uir optime, ſine lachrymis meis non eris, quas de profundiſsimis atq; abditis animæ receſsibus fando eruam, & q̃bus mœſtũ funus abſens proſequar, immò uerò interiſtia funera fletu madidus p̃ſens quẽ uerſabor. Quid, heu, mihi feciſtis? cur in rebus alijs acer acſtrennuus, q̃d feciſtis? nõ ſat magna pietas eſt, uiſa paternis lachrymis, filij funus ornare, q̃ ipſum uirtute animi melius, & ſpe ac ſolatio promiſſæ reſurrectionis ornaſſes, ſed parũ piæ uiſæ ſunt lachrymæ, niſi mortẽ morte accumulans, chariſsimo & inſonti filio, paternæ mortis inuidiã, poſt fata relinqueres, & reũ atq; odioſum poſteris faceres, quem amabas. Non'ne p̃ſtabat quãuis præpoſterè filio ſuꝑeſſe, & te ſibi fratres, fœliciores tibi natos q̃rere? uirẽtiſsima ætas erat, uel q̃ Chriſtianæ pietatis propriũ fuit, pro illius ſalute animæ, cuius corporis p̃ceps & feſtinata mors fuerat, preces atq; ſuffragia ad cœlũ mitteres? uel ſi qua ea dulcedo eſt, recolligere animũ atq; firmare, & in extrema ſolatia patri uiroq; forti, debitæ ultionis intendere? Poſtremò q̃d uis facere potius, q̃ q̃ potiſsimũ elegiſtis? q̃ enim iſta dementia eſt, ſupbis hoſtibus, qui filij tui frigida membra calcauerant, quibus q̃ ſuus luctus, & crudelitatis & inſolẽtiæ ſupplicia debebant, de te quoq; duplex gaudium, & geminam ultrò uictoriam conceſsiſſes? ô mortalia pectora, in extremis ſemper cæca caſibus. audita primũ morte filij, cõſpecto q̃ cadauere, q̃ humanitatis immemor hoſtilis ita diſcerperat, cũ & ferro poſſes ulciſci, & animi uiribus grauẽ ferre fortunã, & fato ſuccũbere maluiſti, & te exitialibus atq; mortiferis ultus es lachrymis, cũq; uirorũ exemplis illuſtrium, quæ probè noueras, reuocaueris ad uitam & ad ſpem deſperatam in mortem neſcio, qua

ferali dulcedine raptus es. Nō'ne aūt, q̄ſo, luctus incōſolabiles parāti tibi occurrat Anaxagoras, q mortē nūcianti, Nihil, inquit, inopinū narres. cū enim ipſe mortalis ſim, ſciebam ex me genitū eſſe mortalē. Non'ne Xenophon in animū uenit, cui cū ſacrificāti. primogeniti mors filij nūciata eſſet, neq̄ cœptū ſacrificiū intermiſit neq̄ ſuccubuit fortunæ, ſed corpore atq̄ animo manſit immobilis, corona dū taxat, q̄ capiti geſtabat, depoſita, ne tātū uulnus nō ſenſiſſe uideretur, moxq̄ cū gaudio repoſita, ubi accepit, fortiter dimicantē filiū occubuiſſe. deos teſtes facīēs plus ſe uirtute filij delectari, quàm in morte torqueri. Non'ne unici filij dolorē immodicum, caſtigare uiſus eſt Pericles, qui duobus ſimul rariſsimæ indolis amiſsis filijs, neque coronam depoſuit, neq̄ concionibus abſtinuit, neque ullum penitùs, aut in uerbis, aut in uultu mutati animi ſignū dedit. Et ſi ōginqua reſpicere mens lachrymoſa non poterat, non'ne ſub oculis erant Romanæ uirtutis exēpla clariſsimæ? Non'ne aderat. M. Cato Senex ille famoſiſsimus, cuius cum innumeræ laudes ſint, tamen illa apud Ciceronem præcipua eſt, quod fortiter ac modeſtè optimi filij mortem tulit? Non'ne Catonis collega, Q. Marcius, qui cum Cos. eo ipſo die, quo Senatus ſecundum legē conuocandus erat, unicū ſpectandæ indolis filiū amiſiſſet, & ſepulturæ filij pius pater interfuit, & mox Senatū Cos. egregius conuocauit, unū diē inter diuerſiſsima priuati mœroris & publicæ maieſtatis partitus officia? Non'ne Paulus Aemilius cuius ſuprà meminerā, Paulo noſtro par nomine, ſed q̄ nollē uirtute ſuperior, q duobus primū filijs in adoptionē datis, & mox duobus, q̄s ſibi ſeruauerat? q quales eſſent inde cōijcies, q̄ inter datos, Africanus iunior) intra ſeptimū diem morte ſubtractis, orbitatē ſuam tàm inuicto animo pertulit, ut poſt triumphū Macedonicū, quē ſibi uirtus & fortuna de opulentiſſimo rege pepererāt, & quē alterius filiorū mors p̄ceſſerat, alterius inſecuta erat, P. R. alloquens, quaſi publici conſolatoris officio fungeretur, & id ſibi optato accidiſſe diceret, q̄ in tanto ſplēdore ſucceſſuum publicorū, metuēs ne qua forſan gaudio ut fit mœſtitiæ ſe nubes effunderet, deos anxiè precatus eſſet, ut ſi quid tacitū minaretur, totū à populi ceruicibus, in ſuam domum fortuna conuerteret. Non'ne M. Hor. Puluillus, cui cum Capitolium dedicanti ab Aemilio mors filij nūciata eſſet, ab opere glorioſo, quamuis equidem, ut falſo mœſto tamen rumore perculſus abſiſteret, nihil aut uultu, aut animo motus eſt, cœptū q̄ non amplius intermiſit, q̄ ut cadauer iuberet auferri, tēpli continuò poſtem tenens. q̄ ſi falſæ tantū ille religioni, dijs q̄ mendacibus tribuit, quantum uerę religioni, uero Deo tribuendum erat? quantoq̄ ſtudio prouidendum, ne tuo fletu Paule tu perires. CHRISTVS offenderetur? quanquā q d exempla uirilia colligo, cū Romanæ mulieres, pudorē tuū premere, & lachrymas ſiccare debuerint uir Romanę? nam ubi tunc quæſo, ubi tūc Cornelij Africani filia, Gracchorū mater. cui præter maternæ pietatis affectū, quàm chari filij eſſent, illud indicat, q̄ Campanæ olim hoſpitæ, apud ſe muliebriter iactabundæ, & ſua ſibi ornamenta mōſtranti, filios è ludo literarum reuertentes oſtendit. Et hæc, inquit, mea ornamenta ſunt. Hos illi filios, & hæc ornamenta ſimul omnia, ſæua mors rapuit, tantum tamen animi fœmineo fuit in pectore, ut ex morte illā cōplorantibus, & miſeram uocitantibus reſponderet, Mœſtam uticq̄, ſed miſeram ſe nō eſſe, q̄ tales filios genuiſſet. ô nō fœmineum ſed uirilem & uerè paterna gloria dignam uocem. Vbi erat Liuia Auguſta, cui cum è duobus filijs mors, ut fermè mos ſuum eſt, & peſsimum reliquiſſet, & optimum imperioq̄ digniſsimum abſtuliſſet, ita caſum ſuum fleuit, ut ultrò & modum & finem lachrymis imponeret, mediamq̄ ſe inter piam matrem & principem fœminam exhiberet, ne uel naturæ debitum negaret, uel tanti coniugis oculos ſpectaculo triſtiore confunderet. Quanto aūt exactius cauendum erat, ne gemitu nimio læderetur CHRISTVS ſpectator ac iudex actuum noſtrorum, cui mortalibus querelis, iudicia æterna conuelli, haud dubiè neque immeritò permoleſtum eſt. Sed Romanas tranſeo, quibus ut muliebris eſt pudor, ſic uirilis animi robur, atq̄ conſtantia, quas q̄ nunc etiam fama uulgaris, & ſi multa uiris detrahat, iure tamen omnium gentium mulieribus anteponit, cum in hoc genere laudis ſeſe offerat grata muliercula, ut prole impar ſic par animo, quæ audita morte filij, q in acie ceciderat. In hoc, inquit, illum genui, ut eſſet q mori pro patria non timeret. digna uel hoc reſpōſo, cui natus incolumis

incolumis redderetur, quem tàm fortiter amiſiſſet. Verū quo progrediar? quid ago? Conſternatos & abſq̄ reſurgendi ſpe deiectos animos, fortia exempla non decent. itaq̄ quando nihil mœſtius, nihil hoc tēpore dulcius poſſum, libet nūc incœpto hærere, & omnibus ſeculis flebiliora congrere, ut oſtendam Paulo meo, nihil toto orbe miſerabilius, nihil ulla ætate flebilius, q ut patrem indueret, uirum exuit, cōſecutus q̄ eſt, ut miſerrimus pater, potiùs, quàm modeſtus & ſapiens uideretur. Excutiantur Poëtæ, euoluantur Hiſtorici, ꝓtrahantur in medium inſignes gemitus, ut appareat quantū in hoc genere mali altior cunctis eſt Paulus, quantum q̄ ſupereminet, & toto uertice ſupra eſt: ut Maro ait: Fleuit ſuum Pallanta, miſerabilis Euandrus, ſed poſt fletum uixit, & uindictam p̄ſtolari maluit, quā filium ſequi. Lauſum quoq̄ Mezentius fleuit, nec immeritò, nam ſi credimus Virgilio, pietas patris, filio cauſam mortis attulerat, non multum hic filio ſuperuixit, temptauitq̄ uindictam, quæ cum parum ſuccederet, non tàm flendo mori uoluit, quàm pugnando. & erant ambo ſenes, & ut diutiùs uiuere, & animoſius pugnare potuerit Paulus meus. Legimus Phocæum Argi patrē, q nauali prælio, q̄ Marſiliæ geſtū eſt, cum traiectū iaculo, et expirantem filium uideret, uiolentius quidem indoluit, non tamen eatenus ut fletu ſolo, ſed ut gladio proprio confoſſus, ſaltu etiam præceps in medios fluctus, gemina uelut morte procumberet, quod genus mortis ô Paule utinam eſſes imitatus. ſic enim niſi fallor & partius & profectò uirilius doluiſſes. nullus enim maior dolor, quàm qui non eget auxilio, nec circumſpicit inſtrumenta, ſed ad inferendum mortem ſolus ſufficit. Ad hæc & honeſtius uiro eſt, uulneribus quàm lachrymis mori, hunc dolorē & has lachrymas conſumptrices, apud Lucanum, ut rurſum ad luctus fœmineos reuertamur: Pompeiana uxor optabat, ubi ait:

Turpe mori poſſit te ſolo non poſſe dolore.

Ipſa tamen hæc dicens uixit, ſicut Hecuba uixit, & Andromache poſt coniugum & natorum mortes. multum filios multæ fleuerunt matres, ſed plus omnibus Marcellum, mater Octauia Auguſti ſoror, quæ talis tantæq̄ ſpei filio amiſſo. qualem nullum Romæ puerum fuiſſe Virgilius æternæ memoriæ mandare non timuit, omni ſolatio reiecto, in tenebris perpetuis q̄ gemitibus æuum egit, pertinaciter infœlix, omnis illi lætior habitus, omne minus triſte uerbum irritamentum doloris, omnis illi conſolator hoſtis fuit. poſtremò ita ſemper uixit ut ait Seneca, talis per omnem uitam, qualis in funere. Multum fleuit apud Virgilium mater Euryali, multum apud Statium nutrix fleuit Achemori. ille tamen filijs uixêre ſuperſtites, hæc alumno ſic fletum legimus Antigenes & Argiæ mortem, nūc legimus mirum ſupfuiſſe iuuenculas dolori, cui uir fortis ſupereſſe nequiuerit. Fleuit Euadnes Capaneum, fleuit Brutum ſuum Portia, ſed illa ſe in ardentem uiri rogum intulit, hæc candentes hauriens carbones, præcluſo ſpiritu, q̄ pridem animo deſtinarāt, uirum ad inferos proſecuta eſt. & ut amores illicitos attingamus, q ut turpiores, ſic nonnunquam iuſtis amoribus fortiores ſunt. Fleuit Hero Leandrū, Phedra Hippolytū, neutra tamē gemitu, ſed illa præcipitio perīit, hæc laqueo. Apud Catulum Lesbia meretricio amore ſaucia, paſſerē ſuū fleuit extinctū, ita tamen ut oculorū aciem p̄deret, nō ut animam exhalaret. uerum hoc dicit aliquis, uiros aut fratres, aut amicos flebant, noſter hic filium, ſed quid ſuperioribus dicemus, quæ fleuerunt natos, uel plurimos uel unicos? Quid dicemus illis matribus, quas Romana narrat hiſtoria, poſt inſignem cladem, quæ ad Thraſymenum, ut Liuius tradit, cui potius fidem do, & quem Valerius ſequitur, uel Cannis; ut Plinio placet, eſt acceptа, nunciatis filiorum mortibus, attonitas fleuiſſe? utramq̄ autem poſt aliquantulū temporis, alteram ſcilicet mœſtam domi ſedentem, p̄ter ſpem cōſpecto filio, dum in occurſum eius aſſurgit exanimē corruiſſe, alteram percūctandi ſtudio anxiam, extraq̄ muros urbis egreſſam porta Flaminea, qua fuſæ redibant legiones, obuio repente filio, dū irruit in amplexus expiraſſe. has nempè non mœror, ſed quod multis accidit, gaudiū interfecit. fuiſſet ille utinam ô Paule falſus etiam rumor tuus, ut te quoq̄ non luctus, ſed gaudium peremiſſet. nunc quocunque me uerto, dolore ſimul ac pudore confundor. Legi ego permultos amantiſsimorū, legi matrum gemitus, ac ſororū & coniugum utriuſq̄ ſexus, ſiquidē duos Plautios mirū dictu, ut eiuſdē nominis, ſic paris amentiæ, in patientia doloris, in uxorum

mortibus sese gladio transuerberasse compertum est, quod apud Valerium Max. non excusari tantùm, sed laudari, si de proprio loqui datur, non excuso nec laudo. Legi mortem Indorum, apud quos cum mortuis uiris uiuæ cremantur uxores, legi singulorum hominum, legi populorum atque exercituum luctus, tàm uehementes, ut quidam arma reliquumq; ornatum, quidam etiam semetipsos ardentium ducum rogis iniecerint. legi quorundam fidem superuacuam amicorum, nulli utilem, & damnosam sibi, qui confodi gladij iuxta dilecta cadauera uoluerunt, quam dum liceret euadere. Ad summam multos inuenio, quibus causam mortis dolor attulit, cui uerò mortem intulerit, nullum nisi fortè prouerò recipimus, quod de Homero Poëta quidam scripsêre, remq; tàm stultam de tàm docto uiro, de tàmq; diuino ingenio suspicari libet. quod ipsum tamen, & si inter uera numerare uoluerimus, nec de morte altera dolor fuit, nec repentina uis doloris, sed ægritudo fortè animi, & ægritudinis, fortè inedia ac spiritus indies tristior, qui proculdubiò uitam imminuit, & sicut scriptum est exiccat ossa, & quem multos paulatim seu consumpturum esse, seu consumpsisse non negem, in quibus nomen habet Macedoniæ rex Philippus, morbo animi crudelitatis propriæ & insulsæ tristi seraq; pœnitentia Persei q; filij dolis & impietate contracto. Nam Paulus Rutilius, quem nunciata fratris repulsa, in consulatus petitione illicò expirasse, scribit Pliuius VII. Naturalis historiæ, ut uerum sit, huic sententiæ præiuditij nihil affert, quod iam ante morbo impeditus describitur. Itaque facilè parua doloris accessio, inclinatum animum strauit atq; integrum, quenquam subitus dolor de alterius morte susceptus, mœroris impetu & lachrymarum diluuio oppresserit atq; necauerit, hoc est quod apud auctores idoneos, uel non legi, uel me legisse non memini, eoq; insolabilior dolor est meus, quo inusitatior amici miseria, qui sic mori uoluit, ac potuit, ut sine exemplo sit mors ipsa mortalibus. Cæterùm, ego quoque fortasis impetu animi euectus sum longius, quàm debui, da ueniam quæso. amara mihi & dulcedo, & dulcis fuit amaritudo, cum amico iam sepulto, quasi responsuro ac præsente contendere, iam tandem detersis utcunque oculis, ad te redeo, atq; ita censeo, idem omnibus agendum esse, fortunæ sub imperio degentibus, quod solent, qui sæua premuntur tyrannide, tergum patientia durandum. sic instruendos oculos ac aures, sic formandos animos, ut quod uident non uideant, quod audiunt non audiant, & quod sciunt nesciunt, multa dissimulanda omnia toleranda, & ut Flaccus ait, amara lento risu temperanda. Horribile cogitatù est, quàm nihil est mali, quod non impendeat hanc uitã agentibus, cui nisi fallor optandus finis esset, quem tantoperè formidamus. Itaque sapiens omnia cogitat, omnia præuidet, omnia scit, multo ante quàm fiant examinans, nõ tantum quæ uentura sunt, sed quæ possunt euenire, tanquam quæ euenire possunt, prorsus non euenire non possint, & aduersus possibilia quælibet ceu necessaria atq; ineuitabilia sese armat, peruigilem intentumq; in excubijs animum tenens, & hæc quidem sapiens. Ego autem, qui tàm procul inde absum, ut sapientem si occurrat, ne nosse quidẽ uenerariq; dignè queam, meis hactenus amicorumq; fortunijs non possibilia fateor, & uerisimilia & inusitata præuidi. Videbam ergo nunc gladios, uidebam morbos & uenena, & incursus ferarum, & naufragia, & incendia, & laqueos; & ruinas, luctum repentinum mortiferum non uidebam. Vnde facie rerum in solita uehementer exterritus, atq; deiectus sum, sensim animum attollere, & sparsa arma colligere incipio. Discam cogitare, & expectare omnia, & si possim nihil ualde metuere, imparatum & inermem nostra fortuna reperit, lorica defuerat, ubi furtiua cuspis irrepsit. quamobrem uulnus hoc sentio, & Paulum meum, nunquam sine suspirio recordabor. Tu uale. nam de reliquis & præsertim ad summam Reip. quod ominer, & quod sperem ne dici, quidem opus est. Mediolani XII. Cal. Martias.

Fran. Petrarcha Guidoni Septem suo, S.

RVmores Italicos, quotidie nisi fallor ad satietatem audis, qui uel utinam rariores essent, uel minus immites. nũc crebri uehemẽtesq; sunt, & sonori adeò, ut nõ tantũ in Gallijs uicina regione, sed apud Indos atq; Arabes audiri queãt. Magni sunt rerũ motus, magni bellorũ strepitus, magna imperiorũ iugisq; collisio, magna denicq; famæ uox, quæq; non modò

non modò alpes patrias, sed maria transilit, & cum magna sint semper, mali præsentia, futurorũ apparatus continuò maiorẽ. Ita nobis q; in omni aduersitate durissimũ est, extremum malorũ solatium spes aufert. semper ne igitur sic inuicem conteremur? semper nostrorũ laborum sonitu, cunctarum q; gentiũ aures, atq; ora complebimus? semper mundo quod audiat, famæ dabimus qd loquatur? ita'ne uerò ætati tantũ suæ, sed omnibus seculis, nec poëtico magis, quàm prophetico ore locuti sunt Virgilius & Flaccus, quorum alter:

Grauidam imperijs bellisq; frementem Italiam dixit, alter,
Auditum Medis Hesperiæ sonitum ruinæ.

Agat modò fortuna, perficiat quod incepit, quando si Virgilio ipsi credimus, omnipotẽs & ineluctabilis dea est, de qua re, ne quid pcipitante iuditio diffiniam, nihil in præsens pronuncio, tu tamen sententiam meam nosti, si quid serium loq soleo, ab hac opinione remotissimus sum. nunc loquor ut uulgus à quo maximè dissentio. cæterùm siue illa nihil, siue aliquid est, nam dea proculdubiò non est, & rursus siue suis uiribus, siue nostra ignauia potens est, q quibus solis obstari illi poterit arma rationis obiecimus. Agat, inquam, sæuiat, tonet, ac fulminet, in hoc pcipuè mundi latus, ubi in utrãq; partẽ plurimum se semper exercuit, pergat, instet, premat, urgeat, & quando ita superis & inferis placet, ut dictũ est, cœpta perficiat. uereor sanè ne p̃sens præfatiuncula, quasi magnæ mœstitiæ index, amantem & amore pauidum, atq; sollicitum animum tuum fortè turbauerit. pone metum, priuatum nihil aduersi est, certè sicut publicæ nihil est prosperi. Quid enim prosperũ uiris? immò uerò quid nũc nõ triste prorsus, & miserũ, libertate mortua & sepultaq; qua multi sæpè uitam, cũ uoluptate & gloria perfudere, p̃sertim cũ nõ libertas sola perierit, sed cũ illa simul fides, pietas, pudicitia, pessimusq; iam morbus latè regnantibus, nullus usquam iustitiæ ac modestiæ locus est? quæ quoniam sine consensu generis humani contigisse nõ poterant, ideò stomachosus & indignans animus, non magis suam quàm publicam sortem luget, hic sæpenumerò dolor meus, his quæ nulli hominum prosunt, mihi etiam noceat, friuolis querimonijs euaporat. & hoc genere principium istud esse noueris. Nunc ne te amplius expectatione torqueant, quod destinaueram expedio, & omissis rumoribus, qui assiduè aures tuas fama uociferante circumsonant, quos nullis annalibus comprehendi posse crediderim, q Pisis & q Senis populorum motus, quod in latus reuoluta Bononia, quisnam patriæ meæ status, utinam & florentis semper, sic aliquando fructiferæ, quid fleat Roma, quid Parthenope metuat, ut regibus ipsis cognomen suum, Terra laboris æquauerit, quibus æstibus odiorum ferueat, sulphurea Trinacria, quid agat Ianua, quid paret Liguria, quid Aemilia cogitet, aut Picenum, quàm insomnis & laboriosa sit Mantua, quàm meticulosa Ferraria, quàm Verona miserabilis, Acteonis in morem, suis ipsa canibus laceretur, ut Barbaricis semper incursibus pateant Aquileia & Tridentum. Postremò pudorum maximus, qui prædonum cœtus per Italiam peruagantur, utq; de prouinciarum domina, seruorum sit facta prouincia. ad Venetorum, ut Liuij uerbo utar, angulum, & ad ea quæ uix dum potes audisse festino. Qui bello cũ Ianuensibus suscepto dicã ante detecto, latẽs enim bellum defuisse nunquam puto, intra breue tempus primum uicti, mox uictores, rursum maiore prælio uicti sunt, in quo illis quidem, ut hominibus, utque Italis compatior, mihi autem gratulor, quod hæc eis mala omnia uentura præuidi, prædixiq; non astrorum iuditio, aut ullo uaticinij genere, quod totum despicio reijcioq; e, sed præsagio quodam mentis, & urgentibus coniecturis, quibus in eam sententiam trahebar, ut uidere mihi tunc uiderer, quod nunc uideo. Atque utinam dux Andreas, qui rerum summæ tunc præerat, hodie uiueret, exagitarem eum literis, & omnes aculeos incuterem, ac tota uterer libertate. Bonum enim uirum, atque integrum, Suæq; Reip. amantissimum sciebam, doctum præterea & facundum, & circumspectum, & affabilem, & mitem, uno tamen offendebar, quod belli studio ardentior erat, quàm naturæ ac suis moribus conueniret. uiuenti equidem non peperci, & præsens uerbo & absens literis lacessere ausus tantùm uirum, quæ ille de animo meo certus, patienter ferebat, sed recenti uictoria clarus, consilium respuebat, consuluit illi mors, ut & acerbissimum patriæ suæ luctum, & mordaciores

ciores meas literas non uideret. Vti enim fortunæ testimonio solebat, nec dubitare, quin sicut illa prosperior uideretur, sic iustior causa sua esset, itaq; sæpè mecum illud Scipionis Aphricani dictum usurpabat, qui loquens cum Hannibale: Dij, inquit, testes sint, qui & illius belli exitum, sed ius phasq; dederunt, & huius dant & dabunt. illudq; Cæsareum:

Hæc fato quæ teste probet, quis iustius arma
Induit, hæc acies uictum factura nocentem.

Est et quantulum illi uiuendũ erat, ut in eundem ista reflecterẽ, nocentem teste fato cõuincens, qui teste fato innocentiam astruebat? Paucis ante obitum diebus, literulas meas acceperat, aculeosas fateor, plenas tamen affectuum optimorum, quibus ita se torsit, ita responsionis studio efferbuit, sicut postea retulerũt, qui præsentes erant, quasi summo pudori duceret, non æquasse stylum quod unum facillimum illi erat, literato in primis disertoq; homini, id enim puto, quod erat difficillimum non curabat, retundere scilicet & frangere sententias uerbis, equidem atq; dicendi exercitio ornatus, uerborum certamina non timebat. sed quid rebus ipsis facias, atq; apertissimæ ueritati quid respondeas, nisi ut taceas aut cõfirmes? uerba enim compares, aut par aut superior esse potes, rebus inferior sis oportet. sæpè phaleratam eloquentiam nuda ueritas uincit, itaq; cum se multum torsisset, septimo demum die, nuncium meum sine literis dimisit, responsum proprium q; nuncium pollicitus, quem non misit nec deinde respondit, seu morbo corporis, seu animi præuentus, quod per eos dies contra suam atq; omnium spem, animosissimè ad littus Venetum, ipsa eadẽ, quam penitùs uictam atq; exterritam extimabat Ianuensium classis accessit, cui tumultui Dux ipse præter morem armatus interfuit. nec post eum diem, ferè aliquid gessit, quasi festinans, impendentibus caput malis, matura morte subducere. & si quidam ferant, respondisse eum, nescio quid, quod nequaquam ad me morte forsan interuenientem peruenit. post quæ statim apud Achaiæ insulam cui Sapientiæ nomen est, Veneti ab eadem illa uaga classe Ianuensium deprehensi, ingentiq; prælio fusi sunt, eum honorem Duci optimo differente fortuna, ut sicut dixi dilatam patriæ suæ cladem in carne positus non uideret. certè ut ubi potissimum uinceretur, diuinitus euenisse crediderim, quo scilicet uocabulo loci, saltem reliqui duces admonerentur, ut sapientiam quàm fortunam sequi mallent, & à ratione abeuntibus rerum elicerent argumenta. Sed non ne fidifragus sum, qui noua pollicitus antiqua persoluo? expecta autem in fundo est, unde promisi mihi fides constet. hactenus audieras, quod sequitur nouum audis. Huic equidem tali duci iuueni, senior successerat, & ad patriæ gubernaculum serò licet, ante tamen quàm uel sibi uel patriæ opus esset accesserat, uir ab olim mihi familiariter notus, sed in quo fallebat opinio, animi quàm consilij maioris, Marinus Phalerius, uiro nomen. explere animum in summa dignitate non potuit, sinistro pede palatium ingressus, namque hunc Veneti ducem suum sacrosanctum, omnibus seculis magistratum, quem in illa urbe semper, ut numen aliquod antiquitas coluit, nudiustertius in ipsius palatij uestibulo decollarunt, causas rerum ut Poëtæ solent, in primordijs suorum operum explicarem, nisi comperta loqui uelim, nequeo, tàm ambiguè & tàm uariè referuntur. nemo illum excusat, omnes autem uoluisse eum in statu Reip. à maioribus tradito, nescio quid mutare, atq; ita cũcta cõueniunt, ut q ait Flaccus:

Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

nam quod nulli unquam arbitror euenisse, dũ ad ripam Rhodani pro negotio pacis, per me primum, & mox per eum frustrà temptato, apud Romanum Pontificẽ legationis officio fungitur, Ducatus honor non petenti, immò q dem ignaro sibi obtigit. reuersus in patriam, cogitauit q ut puto nemo unquam cogitarat, passus est, q nemo unq; in loco celeberrimo omniũq; clarissimo atq; pulcherrimo, eorũ q ego uiderim, ubi maiores sui, sæpè lætissimos honores pompis triũphalib. deduxerũt, illic ipse seruilẽ in modũ, cõcursu populi tractus. & capite trũcus occubuit, templiq; fores & palatij aditum scalasq; marmoreas sæpè uel festis insignib. uel hostiũ spolijs honestatas, sanguine fœdauit, prio. Locũ signaui, tempus signo. Annus est ab ortu CHRISTI M. CCC. LV. dies fuit ut ferũt XIIII. Cal. Maij, rumor est tãtus, ut siqs urbis illius disciplinã moresq; pspexerit, quantãúe rerũ mutationem unius

unius hominis mors minetur, quãquã alij plures, ut perhibent complicũ ex numero, idem suppliciũ uel pertulerint uel expectent, uix maior in Italia tẽporibus nostris emerserit. Hic forte meũ iuditium expectes. populum si famæ creditur absoluo, quãuis et lenius sæuire, & dolorem suũ mitius uindicare potuerint, sed nõ facilè iusta simul atq; ingens ira cõprimit, magno præsertim in populo, ubi iracũdiæ stimulos rapidis incõsultis q; clamoribus præceps atq; multiuolũ uulgus exacuit. Infœlici homini, & compatior & indignor, qui honore auctus insolito, quid sibi sub extremũ uitæ tempus uellet ignoro, cuius illud quoq; calamitatem prægrauat, q præscripto publici more iuditij, non modò miser fuisse, sed insanus amensq; uidebitur, & tot iã per annos sapientiæ falsam famã, uanis artibus usurpasse. Ducibus qui per tẽpora fuerint edico, positũ sibi præ oculis sciant, ubi se uideãt duces esse non dominos, immò uerò nec duces sed honoratos Reip. seruos esse. Tu uale & quoniam publica fluctuant, demus operam, ut priuatas nostras res, quàm modestissimè gubernemus. Mediolani, I x. Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Modio Parmensi, S.

SCripsit adolescens noster, tibi nescio quid, immò uerò nescio quibus uerbis aut qualiter. quid autem scio, scripsit autẽ non ut precibus te grauiter, sed ut animũ exploraret tuum, quàm pronus esset ad conuictum nostrũ. cæterũ quæ ex illo audisti, quo dubij nihil, ætas infirmior, & adoptata consequendũ præceps pariat, ex me forsan cupis audire. Accipe igitur, & ex paucis multa cõprehendens, hoc uelut socialium pactorũ chirographũ habeo. cupio equidẽ te, non ignarus magnorũ tibi ac præpotẽtũ hon inũ aulas patêre, sed ita mihi persuasi, melius tibi futurum nostra cum paupertate, quam cũ illorũ diuitijs, si bene animũ tuum noui. dulcior est enim honesta paupertas, cum amico, quàm sub domino diuitiæ ingentes, præsertim libertatis, quietis, & frugalitatis auido, qualem te si natura non fecisset, ut auguror studium fecit. Neúe paupertatis nomen suspectum sit, scito ut nihil hic sordidi, nullum mœstæ indigentiæ locũ esse, sic sollicitas & graues huic abesse diuitias. Comparatio sola est, quæ uulgo diuitias & pauperiem facit, quemlibet ex his querulis, qui perpetuis sortem suam nutilibusq; conuitijs ac lamentis exagitant. Amiclæ illi Cæsareo comparatum diuitem extimabis, quemlibet ex his beatis, qui non suis bonis auro purpuraq; superbiunt, si Marco Crasso illi diuiti, aut Lidorum regi Crœso admoueas, pauper erit. sanè uerum diuitẽ non uulgaris opinio, sed solus animus facit. Hunc tu qualem afferas ipse uideris, hic tibi rerum optima præsto sunt, mediocritas & libertas. non ego te ad seruitium, sed amicitiam uoco, aut nunquam pariter, ac nusquam, aut nũc mecum, si uocanti obsequeris, liber eris. si quæris igitur ad quid te uocem, iam respondi, ad amicitiam, ad conuictũ. Ac ne ad torporem uocari metuas, agere aliquid te uolo, ita tamen ut actionis modus, ex arbitrio tuo pendeat, an incipere, quorsum úe progredi libeat. nemo te calcaribus aut clamoribus urgebit, nemo tibi frena substringet, ipse uitæ tuæ cursum, regẽq; moderabere. hunc ipsum adolescentem, si se dignum exhibuerit, meliorem & doctiorem facies. aut enim ex te discet, aut ex nemine, te ab infantia mirari didicit, tequé ante alios amare. multum uerò doctrinæ conferunt, familiaritas, amor, admiratio. Ad hæc & nugarum aliquid mearum, non nisi quantum libuerit, & si libuerit scribes, tuum erit iuditium an dignæ sint, quæ tuum, rebus proprijs, non ociosum, calamum fatigent. in studij mei partem ueni, mea mihi magis probabuntur, si tuo scripta sint digito. Sperabo si quid mihi, uel obliuione uel incuria sit elapsum, subterfugere manus tuas ingenium q; non posse. Pro his tibi non montes auri, non purpureas togas, non marmorea atque ebore & hebano crustata palatia, sed quæ tibi gratiora conijcio? Victum non inopem, sed modestum, & philosophico non audeo parem dicere, sed proximum. Ocium præterea, solitudinem, libertatemq; polliceor, mirũ quàm præstare mihi ipse nõ possũ, hanc tibi spondeo. Sed sæpè pallẽs Medicus, salutẽ alteri tribuit, quã nõ habet. Ego quidẽ importunæ, & inutilis & molestæ famæ cõpedibus, sonituq; nominis ac fulgore supuacuo, uerũq; ut ingenuè fatear indigno, nec liber esse possum, nec latêre. Tibi in terra aliena, donec saltẽ nosci cœperis, & ociũ & libertas, & latebræ

iucundissimæ non deerũt. Hæc sunt quæ in præsens sese afferunt, aduentus tui præmia. uel lem addere posse, aliquam te fortè dulcedinem in scribendo ex nostrorum studiorum participatione sumpturum. sed & de hoc uideris. Vnum tibi præterea, quod non in ultimis licet, in ultima parte epistolæ posuerim, erit uicinus Ambrosius. Vale.

Fran. Petrarcha Nicolao Syocero Constantinopolitano, S.

CLari animi, clarum munus ut decuit, fuit, operationes enim hominũ animũ imitãtur, & qualis quisq; sit, ex actuũ qualitate conspicitur, singulare aliquid te decebat, nẽpè singularis es uir, & ab acie uulgari tota intẽtione remotissimus, si esses unus è populo, fecisses ut reliqui, nunc aũt implesti magnificè quod tuum erat, unoq; actu, & amicitiam & ingenium aptissimè declarasti. Misisti enim ad me, de Europæ ultimis, donum, quo nullũ uel te dignius, uel mihi gratius, uel re ipsa nobilius mittere potuisses. Magnus ille rex Syriæ Antiochus, ut quidã putant. siue ut Ciceroni placet, rex Pergameorum Attali, G. P. Scipioni, magnificentissima dona, usq; ad Numantiam misit, ex Asia, quæ ille uir clarissimus non abscõdidit, sed ut ait idem, inspectante suscepit exercitum, cuius auus Aphricanus ille superior, insignia munera Masinissæ regi legitur donasse, uirtutis ob meritum, qua Romanum exercitum enixè admodum, in bello iuuerat. Fecẽre idem sæpè alij. Neq; enim modò sæpè publicas priuatasq; munificentias enumero: sed attingo aliquas quarum relatu facilè quid sim dicturus intelligas. Donant aurum quidam, uel argentũ cõcupiscibilem forte, sed certè periculosissimam terræ fecem. donãt spolia rubri maris, & alge ditioris exuuias, lapillos gemmasq;, cometarum in morem sæpè lugubre, prorsus ac sanguineum rutilantes. donant monilia & baltheos suliginosorum decus artificum, donant squallentium opus archi tectorum, arces & mœnia. Tu uerò uir optimè, nihil horum, quæ & opulentiam largiẽtis, ostenderent, & accipientis auaritiã irritarent. Quid igitur? Rarum munus & iucundũ, meq; utinã, te profectò dignissimũ, ut dixi. quid enim ingeniosissimus atq; eloquẽtissimus, nisi ipsum ingenij & eloquentiæ fontem daret? donasti Homerum, quem benè diuinæ omnis inuentionis fontem, & originem uocat Ambrosius Macrobius, & si omnes tacerẽt res ipsa testatur, sed fatenẽ omnes. Ego aũt ex omnibus sciens, unũ tibi testẽ protuli, quẽ ex omnibus Latinis tibi familiarissimũ esse perpẽdi. illis enim facile credimus q̃s amamus. Sed redeo ad Homerũ. Hũc tu mihi uir amicissime donasti, cũ nõ in alienũ sermonẽ uiolẽto alueo deriuatũ, sed ex ipsis Græci eloquij scatebris purũ & incorruptũ, & qualis primũ diuino illi profluxit ingenio. Summũ utiq;, & si uerũ rei pretiũ exquiriẽ, inextimabile munus habeo, cuiq; nil possit accedere, si cũ Homero, tui quoq; præsentia largireris, qua duce peregrinæ linguæ ingressus angustias, lætus & uoti cõpos, dono tuo fruerer, attonitusq; conspicerem lucem illam, & speciosa miracula, de quibus in arte poëtica Flaccus ait:

Antiphatem, Scyllamq; & cum Ciclope Charybdim.

Sed nunc quid agam? Tu mihi nimiũ procul abes, fœlix utriusq; linguæ notitia singulari, Barlaam nostrum mihi mors abstulit, & ut uerum fatear, illum ego mihi prius abstuleram, iacturam meam, dum honori eius consulerem non aspexi. Itaque dum ad Episcopium scandentem subleuo, magistrum perdidi, sub quo militare cœperam, magna cum spe. Longè impar fateor, tui & illius ratio. Tu mihi multa, ego tibi quid conferre possim, non intelligo, ille autem, cum multa mihi quotidiano magisterio cœpisset impendere, non pauciora quidem, sæpè etiam lucrum ingens ex conuictu nostro sese percipere fatebatur. Vrbanè nescio an uerè, sed erat, ille uir, ut locupletissimus Græcæ, sic Romanæ facundiæ pauperri mus, & qui ingenio agilis, enũciandis tamẽ affectibus laboraret. Itaq; uicissim, et ego fines suos, illo duce trepide subibam, & ille post me, sæpe nostris in finibus oberrabat, quãquam stabiliore uestigio. nam & hic quoq; ratio. Illi enim plus multò Latini, quã mihi Græci erat eloquij, ego tùm primũ inchoabam, aliquantulum ille processerat, ut qui Italice natus esset in Græcia, et qui licet ætate prouectior, Latinorum conuersationem, magisteriũq; sortitus, ad naturã propriam facilius remearet, illũ mors, ut paulò ante questus sum, te mihi, morti non absimilis rapit absentia & si enim ubicunq; sis, de tãto gaudeam amico, uiua tamen illa tua uox, quæ dicendi sitim, qua me teneri nõ dissimulo, posset uel accendere uel linire, minime

minimè aures meas ferit, sine qua Homerus tuus apud me mutus, immò uerò ego apud illum surdus sum. Gaudeo tamẽ uel aspectu solo, et sæpè illũ amplexus ac suspirãs dico: ô magne uir, quàm cupidè te audirẽ, sed aurium mearum aliam, mors obstruxit, aliam longinquitas inuisa terrarũ. tibi quidem pro eximia libertate gratias ago, erat mihi domi, dictu mirum, ab occasu ueniens olim Plato Philosophorũ princeps, ut nosti, (neque enim uereor ne tu tantus uir, q̃, scholastici quidam solent, huic præconio obstrepis, cui nõ Cicero ipse, non Seneca, non Apuleius, non Plotinus magnus ille Platonicus, postremò non Ambrosius, non Augustinus noster obstreperet) nunc tandem tuo munere, uir insignis Philosophorũ principi Poëtarum princeps asserit. quis tantis non gaudeat & glorietur hospitibus? Habeo quidem ex utroque, quantum latinitas habet in sermone patrio, sed Græcos spectare, & si nihil aliud, certè iuuat. Neque præterea mihi spes eripitur, ætate hac profectus in literis uestris, in quibus ætate ultima profecisse adeò cernimus Catonem. Tu si quid forsan ex me cupis, redde mihi fidutiæ tuæ uicem, & in me iure tuo utere. ego enim ut uides, iure meo utor in re, & quoniam petitionis successus, petendi nutrit audaciam, mitte siuacat Hesiodum, mitte precor Euripidem. Vale uir egregiè, nomenq́ue meum quod sine ullis meritis, nescio qua indulgentia, uel hominum uel fortunæ satis in occidente cognoscitur, in orientali aula si uidetur, & inter uestros heroas notum facito, ut quod Romanus Cæsar amplectitur, Constantinopolitanus non fastidiat Imperator. Mediolani *IIII.* Idus Ianuarij.

Fran. Petrarcha Ioanni Aretino, S.

ROgas, immò uerò debiti mei admones, ut huius iunioris Iacobi de Carraria, uiri optimi optimeq; de nobis meriti, qui nuper Patauí dominus dictus est, re autem ipsa, nihil minus dominus magis, quàm uerissimus Patriæ Pater fuit, laudes atq; fortunam stylo amplexus, hinc aliquid ad te scribam, amoris scilicet mœroriscq; participem. Patua quidem res si superficietenus metiare, sin altius foderis, operosior fortè quàm putas. quoniam & panegyricum uiri uirtus, & mors exigit Tragœdiam, præclarissima duo poëtici laboris opera. Latam igitur atque uberem dicendi materiam affers, sed in qua disertum fieri, rerum potiùs, quàm ingenij laus sit. quid enim illi defuit, quod claro præconio dignũ esset? quid dolori aut desiderio nostro deesse? & natura facundus est dolor, & desideriũ uiri mutuæ relationis accẽditur. Pronũ opus, & de illo ad te scribere, & è duabus uitãdis, styli metis alterã nõ timere, ne q̃d nimis, quin etiã plaudẽte Italia cõcordi testimonio bonorũ, ne obstrepentibus quidẽ malis, apud amicas aures laudare, quẽ diligas. Accedit indignæ atq; insolitæ genus mortis, & in qua fides, apertissima uulgato illi prouerbio q̃reretur. Alienæ dominum fieri quemlibet, uitæ propriæ contemptorem. tã repẽtè enim, mediis licet in penetralibus, angustissimæ domus suæ, ingenti procerũ ac nobilium amicorũ custodumq; sui corporis circũuallatus agmine, luce media, die festo, securus & incautus, in obscœni ac desperati Canis, & ne quid immanitatis abforet, eius Canis quẽ ad mensam suam, illo die pauerat, assidueq; pascebat, rabiem cruentoscq; risus incidit, ut nullo unquã indigniori spectaculo, oculos hominũ pollutos rear. Cum enim ipsi qui scelus audiuimus, sic affecti sumus, quam miseri sunt, q̃bus uidere contigit, mitissimũ atq; alio fine dignissimũ illum uirũ, belluamq; infamem ac pestiferã, uno momẽto temporis, unoq; uelut turbine corruẽtes. tàm præceps enim inopinũq; malũ fuit, tamq; incredibillis astantiũ stupor, ut fidissima pectora, pro dilecti capitis salute, mortem æquo animo subitura, nihil illi pereunti tempestiuæ opis afferre potuerint, nisi ut pars expirantem attolleret, pars infandũ carnificem, excarnificatũ mille uulneribus conficeret. Heu impar sceleri uindicta, heu nimium par exitus imparium spirituũ, et in diuersa pergentium, quæ cũ ita sint, precibus tamen hactenus obluctor tuis, non laborũ fuga, non occupationũ mole, quãuis illa sæpè adsit, hæc autẽ nunquã desit. demũ nõ aliã ob causam, nisi nec semel absumpto doloris impetu, frigescat fortasse animus, q̃ tanti amici memoria, & indeficienti lachrymarũ materia delectatur, exhaurire oculos metuit, quotidieq; sibi aliq̃d reseruat. ô flebilem parsimoniã, quid de illo loquar? q̃d meminerit? quid deploret? Postremò cui ꝓpositũ est illius uiri faciẽ ac mores, illius uirtutẽ ac fortunam

semper

semper ante oculos habere,& cum cũcta suspiciat,nihil præter exitũ lamentari,quãquam hoc ipsum humani potiùs affectus,quã physici profectus esse non negem. quotiens enim rationis passibus ad altissimam illam arcem æthereæ mẽtis ascendo,unde nõminus,quàm è summis olympi iugis nubes sub pedibus cernũtur,uideo qua hinc rerũ caligine,qua erro rũ nube circundati,quãtis in tenebris ambulemus,uideo nihil esse,quopassim gaudemus aut dolemus,in hac uita nihil quod tãtopere uel cupimus uel horremus. Nugas meras qui bus angimur,laruas quas pueri senes expauescimus, aurãq; leuissimã qua derjcimur,aut leuamur,prsus arũdinea leuitate. Video eã ipsam,quæ mortaliũ fœlicitas dicitur,præter uirtutem solidi nihil esse,eã solam beatos facere,quos amplectitur,miserosq; quos deserit, & pedibus,ut aiũt,in hanc Stoicorum sententiã totus eo. ita quidem,ut definitionem illam, omniũ Philosophorũ definitionib. anteponam,quæ uirutem esse ait,rectè sentire de Deo, & rectè inter homines agere Profectò autem,cui talis animus contigerit,nulli unquam la mentabilis poterit esse fortuna,sed optãda potius,& inuidiosa fœlicitas. Sanè nos imbecil le caducumq; genus homines,imis in uallibus habitantes,graui premente sarcina,ratione quidem ad excelsa conscendimus,ideòq; uulgo,quam uero proximiora sentimus ac loqui mur. hic meæ multorumq; querimoniæ,de rebus interdum friuolis,interdum nullis,non nunq; uerò fœlicibus,tãta uotorũ puersitas,tãta est cæcitas animorũ. sed ecce iã sensim ab erramus ab incepto,ad primordiũ reuertamur. nõdũ itaq; de oblata mihi materia texere cõtinuum aliquid ausus sum,& causam audisti. Cæterũ omnis dies hominis,etiam nunc morbis obnoxio,nouũ aliquod de ipsius morte suspiriũ parit,ut si cũcta literis mãdare ue lim,nil ferè aliud acturus sim,ideoq; uẽtis mandare consultius sit. Interdum tamen & lite ris,quale est illud, quod cũ nudiustertius digressurus Patauo,ad m emoriam reuocassem, rogatum me,ut quod sine precibus debeo, illi caro & amato cineri,aliquod epigramma subscriberem,sed diem de die trahentem neglexisse,dolui mecum & erubui, quicquam omnino tàm pio & tàm debito obsequio prælatum. cumq; iam frequentes afforent qui me prosequerentur,& in primis promissa reposcerent,quæ nec negari pudor sineret,nec tempus impleri. quid facerem? cœpi impetu,si quo modo possem addere calcar ingenio, profectusq; cum paucis ad sepulcri locum,quasi licentiam,quam à uiuente consueueram, ab exanimi percepturus. intempestiua hora diei erat, obseratisq; templi foribus,& meri diantibus ædituis uix admissus,iussis expectare comitibus accessi solus ad tumulum, se dicq; iuxta, & non responsuris ossibus uerba dedi. Illic ergo pro tempore breuissimam moram trahens,non sine lachrymis,sexdecim Elegos dictaui,ardore magis animi,quàm studio aut ratione arctius adiutus, tradidiq; expectantibus amicis, uix ad exitum perductos atque abij,hortatus,ut si nihil,aut illis,aut mihi interim melius occurrisset,ex his si quid placeret eligerent,arbitratu suo,incidendum marmori,ad quod poliendum,in signis nunc artificum desudat industria. Vale.

Fran. Petrarcha Ioanni Boccatio suo, S.

BEasti me munere magnifico & insigni,iam Dauidicũ pelagus securior nauigabo, uitabo scopulos,neque uerborum fluctibus,neque fractarum sententiarum collisio ne terrebor. solebam ipsis meis uiribus in altum niti,& nunc altius brachia iactando,nunc posse fortuito subnixus, per obstantes fluctus fessum ingenium laborare,ita quidem,ut sæpe cum Petro mergi incipiens,exclamarem: Domine saluum me fac, & sæpe secum CHRISTO manum supplicibus porrigente,consurgerem. hos inter æstus,puppim tu mihi prævalidam, & nauclerum industrium destinasti, diuini ingenij Augustinum, cuius opus immensum, quod uulgo tres in partes, apud quosdam plurifariam diuisum, multis & magnis uoluminibus continetur,totum uno uolumine comprehensum,& à te mihi transmissum,lætus stupensq; suscepi. Et dixi mecum. non est inertiæ locus,si quid ocij supererit, iste discutiet. Magnus adest hospes,& magno curandus impendio. Dor mire totis noctibus non sinet, frustra palpebris in oculis coniunctis,uigilandum est,lucu brandum est, frustrà quidem meditamini, laborandum est, uerum dicam. nemo ex amicis illum sine admiratione respexit, cunctis una uoce testantibus, nunquã se librum tanti cor poris

poris uidisset q; de me ipse,pfiteor,rerũ talium haud ultimus inquisitor,nec mole literarũ,q; sensuũ ubertate, maius opus. Mõstrũ est cogitare, quãtus ille uir ingenio, quantus studio fuit,unde ille feruor impetus q; scribendi,sancto uiro illa rerũ diuinarum notitia,terrenis diù primum,illecebris capto,illa demum laborum patientia seni,illud otium Episcopo,illa Ro mani eloquij facultas Affro homini,de quo propriè dictum putes: quod ipse de Marco Varrone dixt Terentianum secutus. Vir inquit doctissimus, undecumq; Varro,qui tàm multa legit, ut aliquid ei scribere uacauisse miremur, & tàm multa scripsit,quàm multa uix quenquam legere posse credamus. Sed ut alia omittam,eiusdẽ ingenij monumẽta,seu quæ multa sunt mihi,seu quibus adhuc careo, & rursum seu qui Retractationum suarum libris, ipse idem commemorat, seu quæ ibi uel oblita fortè,uel neglecta,uel nondum scripta præte rijt, ad quæ omnia relegendũ, uita humana uix sufficit, quis eum,si nil aliud egisset, unum hoc scribere potuisse non stupeat? nullũ unũ, & uirius opus hominis Latinis editũ literis, huic magnitudini conferendũ scio, nisi fortè sit alter eiusdem liber in epistolas Pauli, quod nisi fallit extimatio, frustratur q; memoria, propè ad eandẽ literarum uidetur accedere, uel T. Liuij Romanarũ rerũ liber ingens, quem in partes quas Decades uocant, non ipse qui scripsit,sed fastidiosa legentiũ scindit ignauia, huic tali amicitiæ tuæ dono, præter eam quam loquor magnitudinem,& libri decor & uetustioris, literæ maiestas, & omnis sobrius ac cedit ornatus,ut cum oculos ibi figere cœperim, sticuloſæ hirudinis in morem, nequeam nisi plenus auellere. Ita mihi sæpè dies impransus præteri labitur, nox insomnis, in quo qui dem delectationi meæ, quam iam ferè unicam, nec nisi ex literarum lectione percipio, quantum hac tua liberalitate sit additum, non facilè uulgus existimet, cui extra corporeos sensus,nulla uoluptas est. Tu uerò perfacile,neque mirabere, libri huius aduentum me sci enter atq; anxiè expectasse. scis ut cupiditati longa breuitas festinatio tarda est, quod si a pud Nasonem,amantis insani uerbum est.

Septima nox agitur,spatium mihi longius anno:

quod mihi uisum putas,cui inter expectandum,ut ex persona alterius,ut idem.

Luna quater latuit,toto quater orbe recreuit?

Solet honesta cupientium flamma, serenior esse non segnior, consulto tamen actum rear. Non quidem abs te qui in mittendo multam sollicitudinem habuisti, sed ad formã potius, ut ipsa dilatio desiderio meo calcar,muneriq; tuo gratiam cumularet. Pro quo tibi grates meritas agendi, ne forte putes, quod huius epistolæ contextus aut dies unus modum sta tuat, non alium scio quàm legendi uiuendiq; finem fore. Vale nostri memor. Mediolani V. Idus Maij.

Fran. Petrarcha Benedicto de Columna Romano Episcopo Theatino, S.

NOn aliter literas tuas legi, quàm frontem oculosq; tuos spectare consueueram, quid tibi uis dicam pater? conscientiam meam testor,semper ego tecum sum,& cupidè tecum uersor, quantum sinor, interiecto tanto maris ac terrarum spatio. Cæterum illo die multisq; sequentibus, dum alternis epistolam tuam pono,& positam resumo, dumq; illam nunc lego, nunc cogito, diù toto animo tecum fui. Tibi sanè in præsens, occupatior etiam fragiliorq; quàm soleo, quod & loci mutatio curas auxit, et uires corporeas morbus imminuit, hoc unum pro responsione reddiderim. Gaudeo mediusfidius te ad proprias se des,incolumem peruenisse, atq; fœliciter Thirrenũ littus Adriatico permutasse. gaudeo atq; utinam propediem locũ hunc, fœliciore aliquo, ad extremũ uerò permutatione fœli cissima,terram cœlestibus permutemus. quid autem uetat augurjari? citò te Tirrheni maris oram reuisurum,ac propè Theanum tuum antiquũ,uel Parthenopeo littori, uel Casil linis collibus præfuturũ,Romuleis mallem,id q; magis uel origini tuo debitum uel uirtuti. Sed tã alta spectare prohibet durior nunc Italis fortuna,haud eqdẽ prorsus immeritò,neq; enim iniustũ est,ut eò diu careãt,quo se ultrò per insolentiã,atq; impatientiã spoliarũt,quã quam quid nos meriti,quos nondũ ad uitæ finẽ fors uiolenta protecerat? Sed neq; id no uum est Paternæ cùlpæ supplicium, infontem ferre progeniem. comederunt acerbas uuas

patres

patres nostri,& ecce filiorum dentes obstupescunt. Et iterum: Patres nostri peccauerunt & non sunt,& nos iniquitates eorum portauimus. Itaq; Tyberinos honores,cuncta rodens Rhodanus uorax,& quæ spectacula bone IESV? sed ne cōgratulatoriam epistolam querelis impleam, ad te reuertor. Gratulor quidem tibi,& spero dignitatis tuæ gradum hunc esse,non terminum.cæterum quocunq; pedem moueris,animo consequar,& ubi cunq; fueris tecū ero.quod si imaginariæ præsentiæ forsā uera successerit,te pater optime, Barbatumq; meū eximiè gauisuros,tacentibus licet uobis,certè scio.nō opus erat huic rei asserendæ,multum tempus impendere,animos uestros noui. Verum id hac tēpestate,uerum fatear, occupationes meas circumspiciens, non tàm spero quàm cupio,ò si quotiens uellem,possem ut animum sic corpus hoc in longinqua transmittere,quàm sæpe me hospitem haberetis.sed enim id nō ante futurū credimus,quàm corruptibile hoc in corruptionē, & mortale istud naturā induerit immortalē. Vale. IIII. Nonas Octobris.

Fran.Petrarcha Episcopo Cauallicensi, S.

VT cum que alijs,quorum uel libertate uel opera fretus eram,quid dicerem inueni,ad te scribere cogitanti,mirum ut sæpè uerba defuerunt. Quid enim dicerem? Ita mihi persuasum profundeq; insitum est,tuum te negotium agere,dum meum agis,idq; non emolumenti consideratione uulgaris,sed alia quadam generosa & ingenua expectatione paucorum,& in primis tua. Sunt enim qui nihil nisi pecuniario pretio extimare didicerūt, tempus amicitijs impendunt,quo nihil est carius,tamē nil sibi uidentur impendisse,nisi forsitan quantum lucri idipsum tempus, intentis ad alia, collaturum fuisse uidebitur. dant consilium, dant auxilium,dant animam,dant seipsos,nihil se dedisse putant,forte etiā nec falluntur.at siquid pecuniæ impensum,est,id extimatione tacita,id importunis uerbis exaggerant.haud immeritò,quando eis pecunia pretiosius nihil est, non tempus,non fama, non sanguis,non uita,non anima tantùm imperij inter miseros mortales, auro argentoq; dedit insana cupiditas. Tibi uerò mens alia, diuersi mores, iuditiumq; dissimile,non te superficies rerum fallit,solertèr introspicis,& suū pretium rebus ponis.non tu ex me aurum speras,non ambitiosa suffragia,sed animum meum,& obsides,animi effectus tenes potius quàm speras,de futuro etenim spes est,itaq; q habet,sperat nemo. Tu quidē pleno iure animum meū habes,ubicunq; sim, ille tecū est,quem tibi pulchra negociatione mercatus es.Pietas,fides,humanitas,sapientia,eloquentia, literarum amor,charitas mei,conuersatio suauis,& seruata dignitate familiaritas inaudita. hæc sunt pretia, quibus me hominem liberum comparasti.Posses,non inficior,contractum communi iure rescindere,ultra dimidiam iusti pretij deceptus,non tamen id uereor,nam & præscripta res est, & multa præterea licet exigua,in se adeò posterioribus cara sunt,ut ea uix ullis pretijs commutasse uelint. innumerabiles sunt affectuum humanorum causæ, & inextimabiles extimantium uoluntates,inuestigabilesq; respectus.Quidam uasti animi sunt,& appetitum non nisi ab immensa transmittūt. His orbis ipse terrarū carcer uidetur,& angustiæ, q de Alexandro Macedone,ac de Iulio Cæsare lectū est.contrà alij minimis delectant.magna fastidiūt, his tugurijū regia est,ampla domus ergastulū,tales puto fuisse Diogenē & Amiclā illū Cæsare um,prius q̄ uector sibi permaximus obtigisset, multos quoq; alios p̄cipuè & nostris,qui pauperē ducē nacti,omni studio fecerūt sibi familiarissimā paupertatē,in scissuris lapidum atq; in desertis speculū habitantes.sic & in reliquis inuenies.Quidē purpuras mirantur,& quicqd supra humanæ mensuræ modū attollitur,attoniti et hiantes aspiciūt.his regnare felicitas prima est, id si fortuna negauerit, at saltem amicitijs regū studēt,& proximū regno putant esse sub regibus Alij omnem potestatem perosi, ferre nequeunt regis occursum, quibusdam melle dulcior ut dixi,alijs amarior felle pecunia est, itaque nummos alij,non quasi fallax & fragile mortalis uitæ præsidium,sed quasi fratres aut filios amant, sæpe plus etiam quàm se ipsos, quando ut nummis parcant,fame pereant. Horum alij contactum ceu cōtagiosum aliqd euitant,& quasi nō sufficiat auaritiā declinasse,nisi in cōtrariū relabātur,bellū indixere diuitijs, quas ut ualdè optare imbecillis, sic nō posse pati eneruati animi, hinc est

hinc est apud Flaccum extrema illa ridicula, procul à uirtute distātia Saberij & Aristippi, quorum primus multiplici pœna hæredibus appositā,ni paruissent;omnem ingentis patrimonij sui modū, sepulchri saxo iussit insculpi,quo scilicet posteritati nota fœlicitas sua esset,quam in diuitijs reponebat.alter in Lybia seruos,aurum suū,quo grauati tardius incedebant,quasi cœnum iussit abijcere.cum ille posset rem caducam peritus uenerari,& hic in meliores usus largiendo,quàm proijciendo conuertere.sunt quibus in rebus omnibus mediocritas placet.Horum ex numero esse uelim,nec uerebor pusillanimitas infamiam,meq; illo Senecæ testimonio tuebor.Magni,inquit,animi est magna contemnere,& mediocria malle,quàm nimia.sed omissa uotorum uarietate mortalium,ad nos & rem nostram redeo. Tu quidem, quàm industriè amicitias regum colas,insigni nuper experimento,& præclara usque ad exitum fide monstrasti, adeò ut te & amicum rex dum uixit,& nunc etiam regnum ipsum Siciliæ patrem uocet.nec ideò quod in monte stare consueueras, uallem odis, doctus & suspicere, & æqua conspicere,nec tamen ima despicere. omnia enim agere uirtus docet,& diuersissima,licet uno rationis impio administrat. nonsum Rex. quid refert si apud eum,cuius sum,quantuluscunq; sim, in pretio sum? Multi deformes cōiuges ardentius amauēre. sæpè quò minor filiorū indoles, eò parētum amor fuit intentior. Scipio Aphricanus,summus hominum,filium usqueadeò dissimilem pueri,ut hostis nō filius uideret, plusq̄ paternè dilexisse traditur.mirū, sed aliqd latet,q̄ amorem excitet amantē q̄ sollicitet.sine causa enim nullus amat,quanq̄ alijs nō tàm pronis ad amandū,eadē causa tāto impar forsitā sit amori.certè ego dū me metior,qd de me ipso sentiā,in dubio sum.fateor enim, ipse mihi nō placeo, nec mirari sufficio,qd est hoc,q̄ clarissimis uiris,neq; enim uereor,ne uanitati detur,si hāc mihi ueræ licet immeritæ gloriæ partem summo, clarissimè, inquam, omnium qui nostra ætate uixerint, charum fecit.Dum equidem,ipse res meas funditus excutio,nihil inuenio,quod in me bonis amabile suspicer, præter unum hoc,quod ipse etiam, quisquis sim,bonos semper amaui,& colui,semperq; ab his amari & uolui & optaui, nec ullas mihi in uita maiores opes posse contingere ratus sum,quam beneuolentiam bonorum atque illustrium uirorum, quorum quò minor est copia,maior est gratia, optabilisq; conuictus.Sed dum cogito, tot claros uiros, haud facilè ineo simul omnes errore uersari, nescio quomodo de me mihi spes oboritur, ita ut dixi dubius sum, nec scio quid mihi, quid alijs credam, uos uideritis, quicunq; me uobis amandum,nullis causis apparentibus delegistis.Verum ut non alios sileam,de te loquar,quem à principio crebrioribus & clarioribus indicijs patrem sensi. Veni Mediolanum,inquit,Augustinus & Ambrosium episcopum,in optimis notum orbi terræ.& post pauca. Suscepit me,inquit,paternè ille homo Dei, & peregrinationem meam episcopaliter dilexit. quid tibi? quid mihi conuenientius dici potest? Veni ego non Mediolanum,unde tibi tamen hæc scribo(quo pridem à te corpore digressus)cum aliò pergerem, fortuna sic res hominum uoluente,perueni,sed in ruris tui secreta, non te quidem, quem adhuc nisi facie non noram, sed solitudinem ab infantia dilectam, ac locorum silentium quærens. ueni ubi à te,q̄ paternè susceptus sim,quàm erga me familiariter simul episcopaliterq; te gesseris,tu fortè uel nihil extimes, uel quod ualdè beneficis inesse solet, oblitus sis, ego non si læthei gurgitis fluenta transierim,obliuiscar. Vt me semper una fronte,unoq; animo uideris,ut ad te inde uenientem exceperis, morantem excitaueris, segnem increpueris, & adhortationum stimulis sæpè segnitiem excusseris,sæpè nec stimulis q̄ parentē, urbe relicta tua, quoq; me dignatus sis consolatusq; præsentia, teq; hospitis amor attraxerit,quo locorū tuorū charitas nō trahebat.Me ne,ut cæteras prætermittam, illius loci immemorē arbitratis.dū coactis sarcinulis Italiā repetēs,serò ad te p benedicti one ac licentia ueniissem,ante solis occasum Ruentiā transiturus, ut te grauiter ægrotantē, q dolori meo parcens me celaueras, mœstus & admirans reperi.ut subitò factus alacrior, totos pœnates læto quidē. sed modesto clamore cōplesti, te sanitati redditum, aduentu meo prædicans, ut in egregiū fratrem tuū uersus, nihil iam te de salute dubiū dixisti, quia

quem

quẽ querebas inuenisses, ut mox dũ ego dolens quidem, & inuitus, sed urgente hora, quæ ad transitum rapidissimi fluminis iam tardior uidebatur, propositi mei summam, & ad quid uenissem, quoue iter intenderem indicassem tibi, repentè tristior & penè intermortuus orasti, ut illam tibi noctem darem. Affuturũ enim deum, & aliquid remedij monstraturum quod cũ pietate tua uictus annuissem, meruisti, ut precibus credo tuis, ꝙ Scholastica quondã uirgo sanctissima, pro Benedicto fratre promeruit, ingẽs & inopinus imber affuit, cum tota non pluisset æstate. cæterũ quia seu laborũ usus, seu naturæ est satis, iã cõtra uentos & fulgura & æstus & pluuias induruisse, uideor uni fortè cessurus impedimẽto. ꝙ & si librorum quos mecũ ferendos assumpserã, amore tangebar, ac uehemẽtissimè retrahebar, post me tamen illos dimittere non uetabar, & tergum indomitũ imbribus dare, obstaculo interim ualidiore detineor. Siquidem nocte illa, priusquam à colloquio tuo in cubiculũ transissem, rumor ad nos incredibilis peruenit, te gaudente, me propter miraculum fictam, à te fabulam opinante. Iter quod destinaueram bello fractũ, quod nec nostra unquã nec aurorũ nostrorũ ætas audiuerat, qui cũ mane percrebuisset auctus, subsititi, atꝙ his causis in unũ conuentibus effectũ est, ut sicut Olympia soror, noctis spatiũ fraternæ moræ, sic tu pius Pater moræ meæ propè integrũ anni tempus adiũgeres. cui totũ, ut quicquid id est uitæ reliquum adiungere potuisses, ut non à te magis corpore, quã mente diuellerer, sed ꝙ tũc nequiuisti, nunc implere satagis, idꝙ nõ uerbo, cui tamen fidei plurimũ inesset, sed his quæ mentiri nescium, rebus probas. Taces tu quidẽ, sed pietas tua loquitur, clamãt actus, pro quo gratias agens, clamat animus meus, lingua tamen silet, cui paria meritis tuis uerba nõ supperunt. Id enim agis, non ut uulgare aliquid, sed ut suprema uitæ gaudia, libertatem, solitudinem, ocium, silentium, id agis ut laborum ferias, ut tranquillæ mentis statum, ut te postremò, ut me mihi restituas. In quo te adeò peruigilem probes, quasi rerum immemor maximarum, huic uni omne studium curamꝙ deuoueris, quod mihi stupens Socrates meus scribit, & stylo efficit, ut penè rebus ipsis interfuerim. Perfecisti iam tandem ut spero, quod sæpè temptaueras, obluctantem què fortunam pro nisu & indefessa diligentia fatigasti, uicta iam nobis cedit & patitur, ut quod semper optaueram propè te uiuam, propè te moriar; quod si ita est, ut audio fecisti rem fateor, qua nescio an ulla mihi gratior fieri posset. Cæterum ut principio finem iungam, conscientiam tuam interroga, illa tuum te quoque negocium fecisse fatebitur, supple igitur inscientiam meam, & tu tibi gratias age, quod licet à nemine fieri, ipsi ego patri nostro Moldensis scripserim, sic habeto, efficacissimam uberrimãque omnium in terris esse gratiam, quàm benè conscius animus, in silentio refert sibi. Viue & uale. Mediolani *V II.* Cal. Maias.

Fran. Petrarcha Barbato Sulmonensi. S.

INuidisse fortunã nostræ amicitiæ crediderim, ita nos distraxit ac dissuit, ut uir hoc ipsum commercium literarum, extremũ solamen absentiæ, sit relictum. ubi enim ut sit ocium, ubi inquam nuncijꝙ ubi fidesꝙ piget occupatos ac defessos hos digitos, tantum quotidie literarum perdere, tu mihi, nam memini, pontem nescio, quem dudum traiciendis animi conceptibus struxisse uidebare, & monstrasse iter quo, siquid omninò familiarium nugarũ ad te haberem, facilè mitterem. Nempè pons ille illicò, quo nàm terræmotu, seu quibus imbribus incertum, ita corruit, ut ne uestigium extaret, itaque iam desperare cœperam posse curas meas illuc, nisi data opera, missis ad te nuncijs peruenire, eò nunc libentius, & religiosum hunc uirum, & quam sinu extulit epistolam tuam uidit, restituit enim spem uetusti moris renouandi, quo scilicet absentiæ dispendia leniremus. Quid autem quæso fœlicius, quid dulcius, quàm cum amicis totum si detur tempus agere uitæ, atque qui tecũ ero, dum me leges, mecũ eris dum te legã? Semper mihi fateor præsens es. utor enim priuilegio amantiũ, & absentem absens audio & uideo. potest Appẽninus corpora nostra dirimere, animos loca nõ dirimũt, alpes ipsas interserere, & Caucasũ & Athlanta & Olympũ nubibus altiorẽ, ipsũ denicꝙ Oceanũ interpone. cõgrediemur tamẽ, confabulabimur, colloquemur, unà erimus, simul deãbulabimus, simul cœnabimus, simul pernoctabimus,

bimus, nec epistolis uentis allata qualem Tiberianus hemispherij huius accolis, ab Antipodibus missam fingit, sed præsentibus ac notis affectibus, importunam uincemus absentiam, & licet obstantibus elementis cõuenienter, cum quo uis uultu assiduè mecũ sis. nec aliquando discesseris, ex quo primum meus esse uoluisti, tamen in literis recentior atꝙ uerior facies tua est, ut intelligendum multis post diebus, præter solitum quasi uiuas uoces audierim, frontemꝙ quodammodo, & ipsos amici oculos aspexerim, ita mihi in paucis uerbis eminebas. totus ut dicerem. ô fœmineum ingeniũ, ô bona Carmentis, quæ hoc inter absentes remedium meditata es. fecerat idem apud Chaldæos Abraam, apud Hebræos Moyses, apud Græcos Cadmus, Aegyptijs & Latinis mulieres argutissimè prouidistis. Isis Aegyptijs, tu nobis. Hoc igitur mihi solatium restitutũ gaudeo, teꝙ longo uel ut postliminio redeuntem lætus amplector. Nunc ad epistolæ tuæ sensum uenio, ubi si brepior sum quàm uelis, ueniam dabis. Nam & hospes mea tertiana, & september familiaris hostis meus, sic in me nuper coniurati exarserunt, ut si paulò uel illa acrior uel ille longior fuisset, oppressuri fuerint haud dubiè. à primo enim ad extremum diem, in grabatulo meo uinctum, ac semianimem propè tenuêre. tempus affuit, & aër blandior, & mensis amicior. sensim redeo, unde raptim excidi, tamꝙ nullarum adhuc uirium sum: ut uix ad scribendum digitos explodam, uix papyrum explicem, uix calamum uersem ipsum iacet ingenium, proprij carceris conculsione dejectum. sed assurget indies, & si eum noui, fiet intermissione uegetius. interea tamen has notulas, quales excudere potuerunt ægra mens, frons pallida, manus imbecillis & tremula, æquo animo ut perlegas, & præterea eadem amicitiæ uis compellet, quæ te adeò sollicitum ardentemꝙ coaceruandis opusculis meis fecit, quæ ut memoras ab innumeris, & mirum in modum patria moribus ac professione distantibus mendicasti. Stupui audiens, sit licet, beneuolentiæ antiquæ nouus stupor, uetus hic mos tibi, mihi propter perseuerantiam admiratio quotidie recens est, quod ita nihil affectui tuo detrahebat, cuncta consumens ætas. Quibus autem armis, amor, aut quibus uiribus uinceretur, quem seu uincere seu uincire omnia, secretorum naturæ conscius Poëta confirmat. Quintusdecimus nisi fallor annus agitur, ex quo immortalem amicitiam, & uitæ nostræ finibus non contentam, saluberrimam ad umbram pastoriæ gregis, syluæꝙ domino, tunc Argo dextras iũgente contraximus, ecce idem hodie, mirator es rerum mearum qui tunc fueras. mirum & prorsus impossibilè, si autem me minus, aut te solito plus amares. Minus enim seipsos amantibus, & sua cuncta mirantibus alienum omne sordebit, tibi animus idem atꝙ uniformis est, semper itaꝙ tua legens dixi. Magna est Barbati mei humilitas, magnus amor, adamantinas opiniones & radicatos in silice sensus habet. en ut anxiè quàm magnas opes, non etiam ineptias meas quærit. unde hocꝙ nimirum non ingenij mei, sed illius indulgẽtiæ laus est, has illi curas amor, hoc studium, hos labores, qui efferet nisi amaret, haud noua quidem res. Inops iuditij omnis amans, lippos amicus oculos laudabit, obliquũ nasum, nodosos digitos, mœstam frontẽ, genas aridas, squallidam comam. quid enim inter adulantem & amantem interest, nisi quod ille fallit, hic fallituꝙ ille persuadere uult, alijs hic iam persuasit sibi. uidi ego barbate uirũ optime, & quem strumosæ humerus, quem claudicantis incessus, & quem blesæ confabulatio delectaret. nouissimum hoc & tibi accidit. quid enim flagitasꝙ quid quærisꝙ Facessat ad horam amor, non ames partius, sed incorruptius iudices. uidebis quoqꝙ balbutientis amici sermunculos, tantò studio optare, quantò nisi amor esset abijceres. sit tamen ita. errori enim tuo gratulor, nam & ex amore oritur radice pulcherrima, & plusculum fortè quàm suspiceris nomini tuo conferr, dum integrè iudicas hæsitare. Quis scit an & interdum de rebus meis mutare sententiam cogit testimonium, talis uiri. Vt, in quam; ita sit, profectò literularum mearum, quæ tibi sine ullo discrimine placent omnes, partem exiguam, tanta sollicitudine congregasti, cum tibi interim uoti tui conscius, multa parauerim. Tibi equidem, quodcumꝙ mihi est epistolare carmen scripsi, quod ne pridem acceperis, nõ mea sed scriptorum culpa est, quorũ semper insidijs ac fraudibus patui, homo incautus, intentusꝙ alijs studiorũ meo tam iactura non ultima. Ita sæpenumerò, mèꝙ measꝙ res, reculas dicere debebã, negatis

pactis auxilijs retardarint, & ad proprios cuncta digitulos redegere, quæ mihi uel non attingendorũ uel deserendorũ plurium causa fuit. Hactenus hæc. Nam operosioris uigiliæ labores, nec promisisse tibi uelim, nec negasse. primũ ideò, quia sentio fidem meam, hac in parte suspectam, eo q̃ dudum promissa distulerim, secundum quod nec uiri boni nec amici, arbitror aliter, quàm in animo habeas loqui, unum hoc dissimulasse noluerim, quoniam de stupendis amoris effectibus sermo susceptus est nobis, mirari me, q̃d hic iterum rei est, q̃ mihi tàm facilè Poëtarũ regis titulũ, de inexhausto charitatis & indulgentiæ tuæ fonte largiris, cuius rei sanctum hunc atq̃ deuotum hominem testem dicis, qui id mihi cognomen his in locis esse narrauerit. Idq̃ quàm cupidè ac scienter arripueris, epistolæ tuæ superscriptio, & finis indicãt, quasi uerò nõ cuilibet idẽ narranti, pari facilitate crediturus fueris. Enimuerò primũ tibi amice, quem passionibus expeditũ, in omni uero iuditio, nulli secundum facio, meis in rebus quantum fidei sit, si ad teipsum redis intelliges. deinde hũc testem, de re sibi incognita locutum scire debueras, & scires, nisi persuasor potentissimus amor obstreperet. Non equidem tantum prona, sed præceps ad delectationem est humana crudelitas, cum ad contrarium pigra sit. Cernis ut amari fugitans, quocunque tàm dulcis aliq̃ rumor uocat, uento uelocior fertur. Sed oro te, non'ne huius testimonium audienti, primum illud occurrit, ut piscatorem de aquis interrogandi, de nemoribus uenatorem, pastorem de gregibus, de uentis naturam, de bubus agricolam, sic & de armis militem, & de bellis ducem, sic religiosum denique de sacris, Poëtam de Musis, Oratorem de causis, de naturis rerum & uitæ ratione Philosophum. extra suos hunc terminos eduxisti, dum coëgisti ut de Poëtica sententiam ferret. Sed dices: Nihil est de proprio, uulgi iuditium referebat. sentis ut pedetentim ad corruptissimi iudicis tribunal accessimus, iam mallem de proprio loqueretur. cogita Barbate acriter, quantò priscis uatibus, nostris aut fœlicior aut certè facilior ætas fuit, prius dico, quàm Pierides ex Græcia in Italiam commigrarent, ea scilicet tempestate, quando ut Sulmonensis tuus ait:

Qui benè pugnabat, Romanam nouerat artem,
Mittere qui poterat tela disertus erat.

Haud magni negotij tunc fuit, esse Poëtarũ regem. Vt fileam reliquos, quantus Lucilius est habitus, quẽ tu in aliquo reprehendisse prope sacrilegiũ uideretur, cum in multis impunè reprehendatur Maro. quantus alijs quantusq̃ sibimet uisus est Næuius, quantus Plautus, & qui fuerint scimus, ars exigua, mediocre ingenium, uiuax fama, magnus populorũ fauor, rerũ suarũ extimatio immensa. Lege epigrammata sepulchrorũ ab his edita, satis superba fateberis, & si ab alio dicta essent, & si alter horũ Homerus, alter Virgilius fuisset. Blanda, inquam, ætas & fauorabilis Poëtis, quæ de tàm paruis radicibus, tàm magnificas opiniones eliceret, nobis durior nostra est ætas, à quibus exactiora omnia requiruntur, limatiori sæculo successimus. alta sapere non sinimur, cultioribus ingenijs circũsepti sumus, quorum admiratio insolentiam nostram frenat. cauè igitur, ne me amando prægraues, obruasq̃ non mei mole cognominis. Ingenuè quidem regis Poëtarum appellationem respuo, ubi enim regnum, hoc exerceam quæso? quos mihi statuis regni fines? occupata utraq̃ sedes est, cognomenq̃ istud apud Graios senex ille Mẽonius, apud nos Venetus pastor tenet. ubi sedere, quoue ire iubes, ut sim uatum rex, nisi fortè in solitudinem meam transalpinam, atque ad fontem Sorgiæ me restringis? illic iocari enim tecum dulce est, nescio an rei, sed certè cum Nasone tuo gloriari solitus sum, forsan audacter, ut ipse ait. sed sicut in suo Poëtico exilio Istrum ille, sic in meo peregrino ocio Sorgiam ego:

Ingenium nullum maius habere meo.

Ludo equidem amice, ut uel sic intelligas, omnibus me modis id agere, ne titulo premar importabili, neue non mihi debitum regnum petens, læsæ reus inueniar Maiestatis. Reliquum est, ut noris, me indies magis ac magis, congressus ueros atq̃ complexus tuos optare, quod utinam uel semel mihi contingat antequàm moriar. Et uale Barbati fidissimè, nostri memor. Mediolani *iiii.* Idus Octobris. postridie quam literas tuas acceperam.

Fran.

Fran. Petrarcha Amico, S.

Miratur ille uir doctus, sed docendus adhuc, quid est, q̃ in epistola quadã, nuper Senecã ac Tullij, quodq̃ Christiano ingenio maius est, ipsum quoq̃ Hieronymũ notare nõ sim ueritus. Vltimũ nego, de reliquis rationẽ cũ illo cõmunicandã accipe. Nemo ferè est, cuius aliqua non reprehendantur, non tàm subtilè, quàm laborioſum fuerit, rẽ exemplis asserere, uerte Philosophorũ libros, ac sanctorũ quorundã, quorũ celebrior fama est, multa passim apud illos, uel ab ipsis, uel ab alijs retractata, seu certè retractanda cõperias. Notaui ego aliquot Senecæ sententias, sed ut arbitror non iniustè, notaui aliquas, crede mihi, plures poteram, & tamen Senecam ipsum miror ac uenero. Notaui Ciceronis mei unicam, uerum id non sic accipi uelim, ut quasi alienæ famæ delatoris titulo gloriabundus, insultem, sed ut ex unius hominis, duabus inuicẽ contrarijs sententijs, perferam ueriorem, idq̃ non arroganter, ut qui me non modò non inferre maioribus, sed nec paribus cõferre, nec minoribus p̃ferre consueuerim, nec iniuriosè quidẽ, ut, cui, fateor, Cicerone ipso, scriptorũ nullus acceptior sit. illam itaq̃ sententiarũ repugnantiam, quamuis ab ineunte ætate perpenderem, tamẽ uerecũdius asserebam, donec ciuitatẽ Dei Augustino duce ingressus, animaduerti opinionẽ meam illius auctoritate firmari. Leges illum Augustini locũ. est aũt magni operis Liber primus, haud procul à fine. Videbis illic Catonis uoluntariã mortem improbari, quam Seneca ante omnia uiri illius egregia facta collaudat. Cicero aũt excusat. & licet aliquanto modestius, non negem excusare culpam, quàm laudare, tamen si Augustini rationes dicto conferas, intelliges nec metu imminentis mali, nec p̃sentis odio, nec spe uitæ melioris arcessendam mortẽ, nec in iussu eius à quo corpus istud accepimus emigrandum. Nec Catonis in morte ne dicam laudem, sed excusationem ullam esse, & quãuis pluriformiter, utrinq̃ suppresso Ciceronis nomine, conijcies tamen Ciceronicam Catonis excusationem eiusdem Ciceronis sententia meliore damnari. De me autem sic habeto breuiter. Mihi quidem nomina uirorum Illustrium si dici phas est, totidem prope numinũ loco sunt, & tamen in his ipsis, cum multa delectent, ueritas primæ reuerẽtiæ causa est, quæ ubi cultoribus etiam suis neglecta uidebitur. q̃s enim tantus amicus ueri est, qui non interdũ à ueritate deuiet, seu illa segnities sit, seu rerũ obscuritas, seu ingenij hebetudo. Tum proculdubiò rem solidam, umbris inanibus & ueritatem ipsam, quantorumlibet nominum gloriæ anteponam, nec metuam hoc meo iuditio, uel hostes uel amicos ueritatis offendere; quod illos oderim, hos certè sciam mecum esse sensuros, atq̃ illam semper propriæ sententiæ prælaturos. denicq̃ sic animum instituj, ut cuius benedicta laudare ausim, eiusdẽ errores improbare, nõ uerear, quamuis illud uolens, faciam hoc inuitùs. si enim uerè sit, utrũq̃ p̃missum, alio quin et alterũ honestius, utrobiq̃ par mẽdaciũ. Vale & iterũ Vale.

Fran. Petrarcha Gerardo Fratri germano suo, S.

SVbit animum, luce mihi charior Germane, longæuo silentio finem ponere. q̃ si forsan obliuioſi animi iuditiũ arbitraris, falleris. non, prius te q̃ me ipsum obliuiscar, timui hactenus tyrocinij tui quietẽ interrũpere, fugere te strepitũ, amare silentiũ sciebam. me uerò, si semel incipere, haud facilè desiturũ. Is amor tui est, ea rerũ tuarũ admiratio. E' duobus igitur extremis, nõ quidẽ mihi gratius, sed tibi tranquillius eligebã. nũc ut uerũ fatear, non tàm tibi q̃ mihi cõsulturus, ad scribendũ uenio. Quid enim tu sermũculis meis eges, q̃ cœleste iter ingressus, angelicis assiduè colloquijs recrearis? fœlix animi fortunatusq̃ ppositi, qui mundũ tàm maximè blandientẽ, medio ætatis flore, sic spernere potuisti, interq̃ Syrenum uoces obstructa tutus aure transire. dum ego te alloquor, ipse res meas ago, si fortè uel sic sacro ardori tuo, ad modũ torpens & longo gelatũ situ pectusculum meum incalesceret. Tibi autẽ clamor meus, ut minimè utilis, sic minimè importunus esse debebit. Neq̃ enim Tyro ut olim, sed CHRISTIam miles es, longa militia probatus. gratias illi, qui tanto honore dignatus, et ut sæpè aliàs, ex agmine medio aduersarũ partium insignem transfugam, ad sua signa conuertit. prius ergo uerebar intempestiuas tibi uoces ingerere, deinceps securus te securum, ipse compello, incipientibus formidolosa sunt omnia. quæ timuimus pueri, adolescentes risimus. Militem inexpertum strepitus omnis exanimat, duratus

bellis nullo fragore concutitur, rudis nauta, primo uentorum murmure terretur, gubernator antiquus, qui totiens fathiscentem & exarmatam puppim perduxit in portum, exalto despicit iratum mare. Spero aũt in illo, qui te ab utero matris tuæ, ad hoc laboriosum certè, sed glorioſum iter assumpsit, ut per uarias difficultates tutus in patriam peruenires, q̃ nulla te amplius rerum facies mouebit, non luctus, non curæ, non morbi, non senectus, non metus, non fames, non egestas, terribilis uisu formæ, lætumq; laborq;:

postremo non ingens ianitor orci.
Ossa super recubans antro semesa cruento.

Et quicquid illud ad exterrẽda corda mortalium, Poëtarũ ingenijs cogitatũ est, neq; plus constantiæ tribuerit aduersus omne terrificũ, Herculi suo Iuppiter adulterio pater, quam tibi natus Virgine, pater omnium æternus, qui rectas in se sperantium respicit, & adiuuat uoluntates. quæ cum ita sint, sine metu iam tuorum uoces audire, & siquid uacui temporis inter occupationes optimas affulserit, & respondere breue aliquid potes. Patere autem me secularibus tecum uti testimonijs, quibus non solum Ambrosius, & Augustinus noster, ac Hieronymus abundant, sed & Apostolus uti interdum non erubuit, neque cellulæ tuæ, aditu prohibeas, quæ & ore meo digna sunt, & tuis auribus non indigna. Pythagoras peracuti uir ingenij fuit, sed eius acumen longè relicta ueritate, sæpè usq; ad aniles ineptias penetrauit. hinc illa ridicula, & permulta uaria corpora uolutatio animarum & renascens, de bellatore Philosophus, Iliaci belli testis, Euphorbius, denique famosa μετεμψυχωσις quam miror sequi uel Platonem, uel Aristotelem potuisse, sed magis miror Originẽ, qui eandem complecti uisus insaniam, ab ipso miratore suo, & laudatore Hieronymo, & à reliquis ueri sectatoribus meruit in finem damnari. Verum ne Pythagoræ occursus, me deuiare coëgerit, uir ille cuiuscunq; ingenij, morũ illa ætate grauissimorum fuit, clarissimæq; modestiæ, unde & uiuẽti summus honor impensus, & ipse post mortẽ Deorũ cõsilio ascriptus est, & domus eius apud posteros ꝓ tẽplo habita. Huius ergo prima institutio q̃ nam fuit? nẽpè ut discipuli sui quinquennio silerent p̃clarè. stultũ est enim prius uelle loq; quàm discas. cæterũ amouendũ ori nõ dico custodiam, quæ amouenda nunquam est, sed repagulum quinq; tempus annorum sufficiens extimauit. Tu uerò si ritè computo, in seruitio IESV CHRISTI: & in schola eius, iam septimũ annũ stiles, tẽpus est, ut loqui posse aliquid incipias, uel si p̃ omnib. silentiũ dulce est, mihi uel in silentio respõdeas. Meministi frater qualis olim rerũ nostrarũ status erat, & animos nostros quã laboriosa dulcedo, & quantis amaritudinibus cõsperſa torquebat. meministi puto ut nũc & libertati tuæ cõgaudeas, & fraternæ cõdoleas seruituti, q̃ me adhuc solitis compedibus arctatũ tenẽs, iã cultrũ lateri, iam laqueũ collo parat, peregisset q; iã pridem ni liberatoris, in dextera, quæ te seruitio exemit, me ab interitu defendisset. Orabis frater, ut me quoq; iam tandem libertati restituat, & uno uentre progressos, pari fine fœlicitet, & si præire debuerã, nõ pudebit seq. Meministi, inq; s ille, & quàm superuacuus exquisitissimæ uestis nitor, q̃ me hactenus fateor, sed indies solito minus attonitum habet, quod illud induendi exuendiq; fastidiũ, & mane ac uesperi repetitus labor, quis ille metus, ne dato ordine capillus effl ueret, ne complicitos comarum globos, leuis aura confunderet, quæ illa contrà retroq; uenientium fuga, quam diù pedum, ne quid aduentitiæ sordis redolens, ac fulgida toga susciperet, neu in præmissas rugas collisa remitteret. uerè inanes hominum, sed præcipuè adolescentium curas. quorsum enim ea mentis anxietas, ut placeremus scilicet oculis alienis? & quorum oculis q̃so? ꝓfectò multorum, qui nostris oculis displicebant. Seneca in quadam ad Lucilium epistola. Quis eam, inquit, quam nulli ostenderet induit purpurã? mira quidem dementia, statũ nostrum non animi ratione, sed uulgi furore moderari, & in consilium uitæ nostræ illos admittere, quorũ nobis uita contemptui est. Nemo cicatricosum tergo ducem, nemo gubernatorẽ naufragijs insignẽ eligit, illos legimus quos miramur, illis solemus nostra committere, quos rerum suarum administratio claros facit, itaque uulgus insanum, cuius mores rideas, cuius omnem opinionem uitam q́e despicias, in moribus tuis, sequi plusquàm uulgariter insanietis est. Vt enim cœptũ sequar, cesset ambitio, & uulgus ꝓcul exulet, quanto uilior,

uilior, atq; ad omnes opportunitates aptior, quantoq; tractabiliot est uestis plebeia, quàm regia? nobis tamẽ, eo tempore longè aliter uidebatur, quorum studij laborisq; pretiũ erat conspici, & ut ait ille, *digito monstrari & dicier hic est:*
Quàm Hortensius orator fuit clarus, sed delicatior quàm deceat uirum, & formæ non minus q̃ eloquentiæ studioſus? nunq; speculo inconsulto in publicũ ꝓcesſit, in illo se comere, in illo se mirari, in illo uultũ togamq; componere consueuerat. multa sunt eius uiri muliebria, sed illud in primis. Collegam suũ, q̃ is casu obuius arcto quodã loco, in eum impegisset, & artificioſum ex humero togæ sinum turbasset, collisione fortuita, iniuriarum accusare sustinuit, prorsus fœminea uanitate, quasi capitale crimen esset, tàm compositi habitus, qualis offensio. Nos frater, & si nulli diem diximus, ob eiusdem iniuriam animo tamen haud absimiles fuimus, sed te de tantis errorum tenebris eduxit, repentina mutatio dexteræ excelsi. ego sensim multisq; laboribus assurgo, credo ut intelligi detur, nullum hic adminiculum literarum, nullum opus ingenij, sed totum Dei munus esse, qui fortè mihi manũ porriget, imbecillitatem meam ingenuè cõfitenti. Id sanè si ratio nõ persuaserit, senectus coget, quã magis magisq; indies aduentare, & iã finibus meis obequitare sentio. Quid de calceis loquar, pedes quos protegere, uidebantur, q̃ graui & q̃ cõtinuo bello premebant? meos fateor inutiles reddidissent, nisi extremis necessitatibus admonitus, offendere paululũ aliorũ lumina, quàm neruos & articulos meos conterere maluissem. qd de calamistris, & comæ studio dixerim? quotiens somnum, quem labor ille distulerat, labor ille abrupit? quis pyraticus tortor, crudelius arctasse, quàm propriis ipsius manibus arctabamur? quos male nocturnos sulcos, in speculo uidimus, rubenti fronte transuersos, ut qui capillum ostentare uolebamus, faciem tegere cogeremur? Dulcia sunt hæc patientibus, passis uel memoratu horrida, incredibilia inexpertis. quantum uerò te nunc illa præterita memorantem, præsentia ista delectant calceus laxus, pedis non uinculum, sed munimen, coma alte resecata, & capillorum sepes, non iam auribus importuna, nec oculis, toga simplicior, & quæsitu & custodia facilis, nec egressu laboriosior q̃ ingressu, tanq; animũ ab insania defendens, sic corpus defendit à frigore. O te fœlicẽ, qui ut hæc dulcius saperent, illas amaritudines p̃gustasti, & ut hæc leuiora p̃teream, recordare etiam, quo promptius è tanta Charybdi liberatus dignas Deo gratias agas, quanta nobis fuerat cura, quanta q; uigiliæ, ut furor noster latè notus, & nos essemus populorũ fabula. Quotiens syllabas contorsimus? quotiens uerba transtulimus? deniq; qd non fecimus, ut amor ille, quem si extinguere non erat, at saltẽ tegi uerecundia iubebat, plausibiliter caneretur? laudabamur in studijs nostris, & capita delirantiũ peccatoris oleũ impinguabat. sed inefficabilis Dei pietas, gressus tuos interea, pedetentim reuocabat ad rectum iter, & satietate rerũ pereuntium, p̃ceps illud desiderijũ castigabat, ut scilicet diuersis ætatibus utrobiq; incola, qd interesset inter Babylonẽ atq; Hierusalẽ exptus agnoscere. O misericors Deus, q̃ tacitè cõsulis, quã occultè subuenis, quã insensibiliter mederis. qd enim tantis laboribus bone IESV? qd aliud nisi amorẽ mortalem, immò uerò mortiferũ petebamus? cuius nos fallacẽ & multis sentibus obsitam suauitatem attingere summotenus permisisti, ne grande aliquid inexpertis uideret, & ne tanta esset ut opprimeret misericorditer ꝓuidisti, delitijs nostris è medio sublatis, cũ q̃bus dextera tua, spes nostras è terra penè radicitus extirpauit: Iuueniliæta te reuocasti eas, morte quidẽ ut spero illis utili, nobis necessaria, & abstulisti à nobis animarũ nostrarũ uincula. & tamẽ ô cæca mens mortaliũ, quotiens questi sumus, quasi ante tempus accidisset, q̃ cũ summo uitæ nostræ discrimine trahebatur, aui quasi salutare aliquid intempestiuũ sit. Quot suspiria, quot lamẽta, quot lachrymas in uẽtos effudimus, & morem phreneticorũ medico nostro insultantes, manũ tuã repulimus, lenimẽ optimũ, nostris uulneribus adhibentẽ. Nũc ergo dic mihi uir Deo ex hoste familiaris, ex aduersario ciuis, dic mihi, quoniã & ista ꝓtractas, & illa retractas, qd simile sint cantiũculæ inanes, falsis & obscœnis mulierculariũ laudibus refertæ, turpi & apta cũ cõfessione cõsilijs, qd simile habẽt diuinis laudibus, & sacris excubijs, in q̃bus modò p̃ mœnia & ꝓpugnacula ciuitatis Dei mira ordinatione dispositi CHRISTI uigiles, aduersus antiq hominis insidias intẽtissimè

pernoctatis? fœlix & inuidiosa militia, magnus? q̄ fateor, et durus labor, sed breuis & æterno pēsandus p̄mio. Mihi aūt adhuc restat de quo tecū si pateris Deus meus, disceptare uelim. qd est enim respondemihi, q̄ cū ego et frater meus, gemino laqueo teneremur, utrunque cōteruit manus tua, sed nō ambo pariter liberati sumus? ille quidē euolauit, ego nullo iam laqueo tentus, sed uisco cōsuetudinis pessimè delinitus, alas explicare nequeo, & ubi uinctus fuerā solutus hæreo. quid causæ est, nisi q̄ cōtritis pari ratione laqueis nequaquam q̄ sequitur par fuit, Adiutoriū nostrū in nomine Domini. Cur aūt hanc Dauidicā cantile. nam tanto cōceptu cœptam, tàm dissona uoce compleuimus? nulla Dei uolūtas sine causa est. quippè omnes inde depēdent, & illa sit omniū fons causarū. Frater ergo ritè cecinit, erecto ad cœlū animo. Ego terrena cogitans, et curuatus in terram, & fortè liberatricē dexteram, nō agnoui, fortè de propriis uiribus speraui, aut hoc aut illud causæ fuit, cur effracto laqueo nō sum liber? Misereberis domine ut dignus sim, cui amplius miserearis. sine enim gratuita misericordia tua, nullatenus potest humana miseria misericordiā ꝓmereri. Nunc ad te frater redeo, & sensim ad grauiora conscendo, ut gradatim te tibi fœliciss imū ostendam. Recordare quis ille hominū concursus, quæ nam prælia salutantium, quanta cōcursantiū offensio, quantūuis sudoris ac laborū ut compti & elaborati nūc hic, nūc illic in publico cerneremur. Et Deus optime, qui cæcos illuminas, claudos erigis, mortuos suscitas, qualis illa iactatio est, post? enim omnib. uicis, omnibus q̄ noti erimus, omnibus scænis circumacti, restat iter patrū nostrorum agere, & formidatum sepulchri limen irrediturope de transcendere. Adde nunc conuiuiorum gloriosa fastidia, quæ sine magno ut aiunt famæ discrimine nō uitentur, & epularum uariam procellam, cōcusso stomachulo fluctuantem. q̄ si ab amicis patimur incommoda, quid expectet ab hostibus? quorū multa sunt genera, domestici, externi, horum q̄ alij clandestini, alijs ex professo inimicitias agunt, & rursum alij lingua, alij fraudibus, alij gladio decertant. Breuius loquor, omne genus experto. Ad hæc, quid quæso, non iniuriarū à seruis contumeliarum q̄ ppetimur? Excusat eos Seneca multis quidem uerbis, & omnē culpam reflectit in dominos. Luciliumq̄ suum laudat seruis familiariter conuiuentē. quid dicam? Vereor tanti uiri uillicare sententiam, & tamen q̄ phibet longè mihi aliter uidetur. potuit illis fortè uel prudentia, ut bonos seruos faceret, uel fortuna ut inuenirent p̄stitisse, mihi fateor, neutrū fuit, cum utriusq̄ studium semper fuerit. Itaq̄ de se alij uideantur, ego quod nescio, laudare non possum. apud me & iniquissimū est, seruorū genus, & prouerbium illud uetus à Seneca reprehēsum ueri locum habet, Totidem hostes esse quot seruos. at de bonis seruis epistola illa est, mali enim eodem auctore, à dominorū cōsortio excludunt? credo, sic enim sonat uerba, & bonorū exēpla, deliberis nō pauca colligimus, hæc id quidē ignoro, nec q̄ scriptoribus fidē nego, sed siue temporum mutatio, siue sors, siue impatientia mea est, ego bonum seruum nunquam uidi, quæro tamen, & si fortè obuius fuerit, uelut occursu bicipitis hominis obstupescam. At ne qs hoc uel fœuitiæ uel desidiæ meæ imputet, omnia tēptaui, nec q̄ minus ego, quā Lucilius familiariter cū seruis meis utxi, & ad cōsiliū, & ad cōfabulationē, & ad cœnam illos admisi, mec q̄ ipsum, & res meas illorū fidei cōmisi, fideles q̄ ut facerē credidi, nec credendo profeci, quin potius ars omnis in cōtrariū uersa est. Seruorū enim à colloquio meo, nemo non procacior discesserit, nemo non cōtumacior à cœna surrexit, & ut familiaritas insolentes, sic fiducia fures esse docuit. Vt ergo Senecæ de suis, sic mihi de meis, & cunctorū seruis, omnes enim ferè nescio quomodo pares sunt, uera loqui liceat. Ego quidem fateor, seruili pertinacia nil molestius patior, in uita. cætera enim bella, inducias habent, cū domesticis hostibus, sine intermissione pugnamus, quāuis nō sim nescius, æquo animo ferēdum esse, quod maximis uiris accidisse uideo. Nempè & Vlyxem illa prima ætate, quàm heroicam uocant, inter multos quos sustinuit labores, seruorum & ancillarum quoq̄ contumelijs affectum, clarissimi loquuntur auctores. & hoc recentiori æuo, Fredericus Romanus Imperator, de seruorum iniurijs, ut fama fert, uiuens moriens q̄ conquestus est. Cæterum hæc seruorum incidens querela, hoc agit, ut te fœlicem scias, qui seruili tyrannide liberatus, leuissimo ac suauissimo CHRISTI iugo colla subieceris. quid de alijs dicam? quod illud adulationis

adulationis latens, inter dulcia uenenum coram arridentium retro q̄ mordētium? quæ illa de transuerso famæ uulnera, incertis auctoribus, & è media uulgi acie, clàm iaculata conuitia? quæ illa auaritiæ rabies, animos efferantis, omnis q̄ diuini & humani iuris obliuionem pestiferam afferentis? Hæc de curatoribus prædones efficit, extremum autem mali genus est, dum remedijs attonita miscentur. elígis hominem, cuius fidē inter hominum fallacias sis tutus, ille te primum fallit. Quid huic consilij capias? & ut Satyricus ait:

Quis custodiet ipsos custodes?

Hæc nos pestis ab infantia persequitur, seu fortuna seu simplicitas nostra est, adolescentes soli incuriosi, & apti iniuriæ uisi sumus. tritum assiduitate prouerbium est: Occasio facit furem. hæc nos Frater, ut semel expediam, de diuitibus inopes facit, immò certè, quod diuini muneris recognoscimus, de occupatissimis ociosos, de impeditissimis expeditos. Accessit, q̄ omnes qui se spolijs nostris onerauerint, breui quidē ipsius fortunæ manibus excussos, uel graui morbo cōsumptos, uel miseri senectutē languētes uidimus. nec paruū iniuriæ solamē ultio est, Deo p̄sertim auctore cōtingēs. Quid dicam de fori ac litium tempestate, q̄ mihi nō curiam modò, sed terrarū orbē odiosum facere potens est? quid de alijs quæ p̄ter mortē grauissima iudicant? captiuitatis insidiarū q̄ periculis, qualia multa olim terra pelago q̄ ptulimus? quorū commemoratio stupore mihi renouat, & horrorem. Sed euasimus. non id nostræ naturæ priuilegio accidit, sed diuina clementia euasimus, sed perire potuimus, & certè debuimus, nisi nos misericors pater uiuificis oculis aspexisset. euasimus, sed eisdem periculorum generibus noti, & socij perīre incendio, gladio, carcere, naufragio, alijs q̄ innumerabilibus modis, quorum propter duros & recentes amicorum casus, tristis & acerba narratio est. Inter hos laqueos ambulauimus, atque inter hos scopulos nauigauimus, Frater, quid loquor? quasi æqua condictio sit amborum? ego miser, inter eosdem uersor assiduæ, tu iam Deo gratias, portum tenes, fœlix hora, qua natus es, fœlix omne periculum, quod te per multa experimenta formidabilium rerum, ad amorem securitatis adduxit. Confer oro, nunc ista cū illis, cum turbulentis opibus quietissimam paupertatem, cum amaris negotijs, dulce ocium, cum iniquis hostibus optimos fratres, denique cum litibus silentium, cum turbis solitudinem, cum urbibus syluas, cum comessationibus ieiunia, cum diuturnis choreis, nocturnos choros, postremò cum Auinione Carthusiam, cum terrenis periculis cœlestem pacem, cum seruitute Diaboli amicitiam Dei, cum morte perpetua sempiternam uitam. necesse erit te fœliciss imū fateare. urge propositum, preme quod cœpisti. non te labor terreat, nō frangat asperitas. Flacci uerbū est:

nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Quod si in hac uita, de qua ille loquebatur minima, etiam magno constant, q̄ totiens incassum aucupando, pbauimus, quis labor magnus uideri debet, quo ad æternam beatitudinem peruenitur? abest segnities, languor abscedat. dū matutino tēpore excitaris, ad diuinū te colloquium euocari credito. & heu quoties nos mortalis domini iussus excíuit, quotiens periculis ac laboribus obiecit, & quis oro te fructus? Nempè nō nisi amicitia humana, anceps, piculosa, difficilis. tibi amicitia diuina proponit, certa, secura, parabilis. crede mihi, cadet ex animo tædiū, somnus ex oculis, cū tibi, ppositis, uocante Deū & optime tecū agi senties, q̄ uigilare uulgo circūstrepente iubearis. Mos imperatorū est, pbatis militibus difficilia cōmittere, dū cocí piscatores q̄, & ut Horatiano sermone utar, Ambubaiarū collegia, circa forū cupedinariū oberrant, illi inter gladios ac tela uersant, & periculum ingens tenui gloria cōsolantur. Cū aūt orando colloqui ceperis, gaudiū cū reuerentia certabit, ut insomnē te atq̄ impigrū sub tanto p̄beas spectatore. Audisti ex historijs M. Catonis, milites illo p̄sente, & sitim & puluerem, & æstū, & serpentū morsus tolerare solitos, & sub illo teste, sine gemitu ac lamentis occumbere. Audisti Scæuam illū fortē, potiùs quàm iustum uirum, sub oculis sui ducis nō modò pugnare, sed mori etiam exoptātem. q̄ si mortalis domini ueneratio p̄stare potuit, q̄ CHRISTI p̄sentia posse debet? Is equidem non expectandus ut ueniat, sicut Cæsarem suū infœlix ille bellator expectat, sed suscipiendus

colendusq; omnibus locis omnibusq; tẽporibus p̃ſens eſt. uidet actus noſtros, cogitationes introſpicit, ingens calcar animo, niſi funeſtæ cõſuetudinis torpor obſiſtat. Epicuri doctrina eſt, Imaginarium uitæ teſtem q̃rere, amico ſcribens. Sic, inquis, fac omnia tanquam ſpectet Epicurus. Seneca uerò ut illuſtrioris uiri p̃ſentia, Lucilij ſui uitã formet, monet ut Catonem eligat, Scipionem, Leliũ uel aliũ quemlibet ſpectatæ uirũ famæ, nõ poteſt non placere ſententia à magnis uiris laudata. nam & M. Tullio placuiſſe eam uideo, quam. Q. Ciceroni Fratri ſuo ſcribens, licet alijs uerbis inſeruit. Placet ergo conſilium Epicuri, inter illos à quibus ſcriptũ atq; probatum eſt. nobis hac arte nil eſt opus. Teſtem fictũ, nõ quærimus, cũ uiuũ atq; uerũ præſentemq; ſemper CHRISTVM habeamus. Nam etſi aſcendero in cœlum illic eſt, & ſi deſcendero in infernum adeſt. Omnia igitur coram illo, quaſi ſpectante, ſed uerè ſpectante faciamus. Pudebit non modò actuum, ſd arcanarum etiam uoluntatum, quas non tantùm fictus, ſed etiam uerè præſens Epicurus teſtis, non poſſet agnoſcere. nouit autem eas ille, cuius oculis nihil eſt imperuium. Putemus illum ante oculos noſtros poſitum clamare. Quid agitis ò cæci & ingrati? ego pro uobis mortẽ ſponte ſuſtinui, uos mihi laborem exiguũ negatis? hoc ueſtra pietas? hæc accepti beneficij memoria eſt, qui nutu cœlum terras q; & maria guberno, qui fulmina de nubibus iacio, qui alternis uicibus tẽpeſtates ac ſerenũ reueho, qui diẽ noctemq; ſuis luminibus exorno, & uario horarũ numero, tenebras lucemq; dimetior, qui perpetuum ſolis obſequium duodeno ſtellarum ordine, ad quaternas temporum uarietates adhibeo, & faſtidio conſulens grata rerum & inacceſsibili nouitate anni circulum circumuoluo, quã non modò calcabilem terram, labilem aquam, atq; auram ſpirabilem, ſed innumerabiliũ rerũ nobis p̃ſidia, & oblationes & ornamenta congeſsi, denicq; qui ad imaginẽ meam, quamuis ſtulti obſtrepent, de nihilo uos creaui, & quo me, quo quæri uellẽ, iter uobis oſtendi. Ipſe ego, inquam, ut poſt tot beneficio rebellantes ac deuios reuocarem, inter uos ex alto ſub ſeruili habitu diſsimulata maieſtate deſcendens, pro ſalute ueſtra, paupertatem, labores, inſidias, conuitia, contumelias, carcerem, uerbera, flagella, mortem crucemq; non timui. Vos mihi quid redditis? non dico par tantis meritis, quod nec cogitare ſufficitis, ſed quod omnino ſignum oſtenditis animo ingrati? Quid ad hæc Frater reſponſuri ſumus? an hic quicq; ambigui eſt? profectò ſi hæc intus in anima, loquentem dominum audire uoluerimus, ſurgemus nocte alacres, hoc enim agere cœperam, ut eo tempore deuotiùs CHRISTO laudes canamus, quo illum pro nobis opprobria & iniurias paſſum eſſe meminerimus. Sed quia diù te iam Frater ab altitudine contemplationum tuarũ diſtraxiſſe uereor, hæc ſumma eſt. CHRISTVS tibi totius uitæ teſtis aſsiſtat. illum igitur intuere, ſi uis in illo labore, nullis omnino uigilijs fatigari. ad hoc enim inacceſsibili & inenarrabili trinitatis conſilio effectum eſt, ut æternus, & immortalis omnipotens Dei filius, ueſtem noſtræ immortalitatis indueret, ut ſcilicet, quoniam inter Deum & hominem, nulla proportio erat, ipſa Dei & hominum mediator, utramq; perfectiſsimæ in ſe uniens naturam, & ad Deũ homines attolleret, & Deum ad homines inclinaret, poſſetq́ue mortalis acies, in Deum figi mortali carne ueſtitum. Quod ſi immortalitate recepta, in gloriam ſuæ diuinitatis aſcendentem, ſequi oculis & mente difficile eſt, & puri hominis teſtimonio delectaris, elige tibi aliquos, de profeſsionis tuæ ducibus, Ioannem Baptiſtam, Antonium, Macharium, uel ſi rigidiores hi uidentur, elige Benedictum, elige ab erroribus ſeculi redeuntes Auguſtinum, & Arſenium, quos multum ſemper placuiſſe tibi ſcio, habes patrum uitas, illas perlege ut facis, ubi amicum inuenies, quem teſtem ſecretis conſilijs non recuſes, quo ſcio te ipſum uitamq́ue modereris tuam, ſine quo denique nil agas, nihil cogites. Lege Gregorij dialogum, Auguſtini Soliloquia, & ſcatentes lachrymis Confeſsionum libros, de quibus quidam ridiculi homines, ridere ſolent. Tu in eis ſolamen ac refugium non mediocre reperies. De Pſalterio enim non dubito, te Hieronymi conſiliũ ſequi, ut è manibus tuis, nunquam excidat, de quo more meo, poẽticum neſcio quid pridem ſcripſi, quod quoniam placere tibi animaduerti, ne modò graueris, ſecuturo reſeruatũ nuncio excipies. Tu uerò, ut finem faciam, uitam omnem inter contemplationem ac Pſalmodiam & orationem lectionemq; partire,

partire. Corpori tuo, tanquàm, rebellaturo ſi poſſit, & contumaci mancipio, nihil tribuas, niſi quod negare non potes, in uinculis habe, ſeruiliter tractari debet, ut intelligat unde ſit. Suſpectam pacem facit hoſtis infidus, noſti quorum inſidias in ſeculo pertuleris, ab hijs in perpetuum caue. Cum fidefragis inimicis, non tuto reditur in gratiam, hæc inter gaude, ſpera, ſuſpira, ſeruiens domino in timore & exultans ei cum tremore: ac gratias agens, quod tibi pennas dedit, tanquam columbæ, ut uolares & requieſceres, quibus non ſegniter uſus es, ſed elongaſti fugiens, ut in ſolitudine conſtitutus, innumerabilia mundi mala de cætero non ſentires, quæ ego miſer ſentio, quibus & obſideor, ac circunſpiciens contemiſco. nec addo, dum adhuc de Babylone patet exitus effugio. Noli tamẽ deſperare, obſecro te, ora potius, ut aliquando conſurgam. Multum eſt fateor peccati mei pondus, ſed finitum tamen, at eius unde auxilium expecto, infinita clementia eſt. Hæc tibi Germane unice, nõ meo, ſed peregrino ſtylo, ac propè monaſtico dictaui, te potius, quàm me ipſum cogitans, leges dum ex commodo licebit, & ſi hinc perfectioni tuæ nihil acceſſerit, ſcito me mihi ſaltem profuiſſe, dum ſcriberem, quoniam mea me pericula meditantem, ſtatus tui fœlix interim torſit inuidia. Vale memor mei. VII. Cal. Octobris, ex oppido Carpenſi.

Fran. Petrarcha Amico ſuo, S.

SOlebant Romani Coſs: legatos conſulares ad exercitum ducere, quibus in bello cooperatoribus et conſultoribus uterent. Horũ crebra Romanis in annalibus eſt mentio, Legatorum clariſsimus, Africanus eſt meus ille ſuperior, qui L. Scipioni Aſiatico Fratri ſuo Legatus in Græciam atq; Aſiã profectus, ut fraternæ pietatis præclariſsimũ exẽplum, ſic ingens magnæ uictoriæ cauſa fuit. Regum quoq; gentiũ q; nuncios ſolennes, Legatos dici ſolitos ſcimus, horũ plena eſt omnis hiſtoria, q reges aut populi, ſiue hoſtes, ſiue fœderati, ſiue bello domiti, legatos uel auxilij poſcendi, uel res ablatas repoſcendi, uel miſericordiæ implorandæ, gratia Romam miſerũt, Romaq; trãſmiſſos acceperunt, ſiue harũ aliqua, ſiue alijs cauſis. clariſsimè quidem hoc in genere habentur, & Fabij Maximi legatio, ad bellũ Carthaginenſibus indicendũ, et Sulpitij ac Vilij ad bellum Scitiacum compeſcendum, & T. Flammij in Bythiniam ad Hannibalem depoſcendum. Externorum uerò legatio inſignis fuit, Haſdrubalis ſenis cognomento Hædi, qui miſſus à Carthagine ad miſericordiam excitandam, & poſcendamq; à Romanis pacem, animos ſolo flexit aſpectu. nec minus illuſtris Africani iunioris quolibet, in genere numeranda Legatio, qui ut ait Cicero, obijt Legatus Aegyptũ, Syriam, Aſiam, Græciam, atq; abſens ad bellum Maximũ conficiendum conſcidendamq; Numantiam Cos. iterum eſt directus Philoſophorum quoque legatio præclara, ad impetrandũ mulctæ remiſsionem ab Athenienſibus Romam miſſa, in qua & Academicus Carneades, & Stoicus Diogenes fuerunt, & Peripateticus Critolaus, quorum quænam in publicis ac celeberrimis Romæ locis ingenij atq; eloquẽtiæ oſtentatio, quænam Catonis Cenſorij. & quæ ſeuera ſententia, de illis dico dimittendis, & tibi notum eſt, & locus iſte non exigit. quorſum enim hæc? Nempe non niſi ut aduertas hoc legati nomen apud maiores tritum atq; uulgatum, nec omnibus ereptum. longa quid non mutat dies? Romanam eccleſiã ſibi propriũ uendicaſſe, ne dicã uſurpaſſe. Itaq; iam Legatos exercituũ ſuis quoq; nominibus uocat. at quibus mandata regum aut urbiũ cõmittuntur, nuncios dicũt, ſiue aliter, aut uulgo, alius atq; alius ſermo eſt. Soli igitur ſunt Legati, quos ut aiunt Romanus Pontifex ad aliquas prouincias deſtinauit. è quibus quidam legati tantũ, qdam uerò de latere legati nũcupantur, quos uidelicet miſſos, collegio quid ſacrũ uocant Romulei Cardinis fulgor illuſtrat. Ita mihi fando uideor audiſſe, neq; enim res eſt, cui ediſcendæ multũ tẽporis impediſſe uelim. ſit aũt ita, qd enim ad nos? Et ferẽdũ eſt æquo animo, ut qui rerũ potiũtur ſumma, nomina rebus uel auferant uel imponãt. Quando etiã ſenes noſtros modeſtiſsimos hominũ, tamẽ propter potentiã atq; opes, quibus teſte Liuio ante ipſum Romanũ imperiũ floruerũt, geminis æquoribus quibus Italiæ magna pars cingit, nomina quæ adhuc durãt, tot circũ littoreis gẽtibus nihil obluctãtibus, impoſuiſſe meminimus. His ante propoſitũ decurſis ad rem uenio. Legatus iſte de latere, qui iam ſolus

mundo patiente, nomen hoc habet *xv iii.* Cal. Octobris, Mediolanum obuio domino & magna celebritate populi fauentis ingressus est. cui ego nescio qua recti confusione iuditij, ut me urbanum ostenderem, quod non sum, nec esse uelim, neq; si uelim natura permittet mea, prægressus alios, Ticinensi porta, ad secundum fortè lapidem occurrens didici, si nō antea didicissem, quàm sit rerum naturalium fragilis ac lubricus status. Cum enim ingentes puluerís globi, rotarum atq; quadrupedum agitatione commoti, fusca nube cœlum solemq; texissent, conspectu mutuo erepto, contra morem meū, ut me malus abstulit error, inferor in mediam cohortem. At uix data & reddita salute, sic puluis omniū fauces & ora compleuerat, aridumq; præcluserat uocis iter, dum me recolligerem, ut & alijs parcerem & mihi, equus quo uehebar, & ipse oculis captus, postremisq; pedibus in præaltam iunctamq; me foueam dilapsus, omnes qui aderant metu & horrore compleuit, præter me unum, qui quid mecum ageretur nesciebam, tanta caligo puluereæ noctis incesserat, eò mihi molestior, quod à luce uenientis oculi sunt in tenebris pigriores. At uerò ille magnanimus adolescens, quem nisi cœptam successionum telam fata præciderint, Mediolani Liguriæq; dives expectat hæreditas, & quo nisi iuditium amor fallit, inter iuuenes fortunatos, nullus est melior, nullus humanior, ante alios me nomine inclamans, ut cauerem admonebat. Ego ignarus, & plus fateor clamore omnium, quàm periculo meo motus, non prius intellexi quid rei esset, q̄ solas equi auriculas extantes, meq; densis uepribus oppressum uidi. Profuit ad salutē pprium nō nosce discrimen, quosdam iuuit ignorantia, & dum nil metuunt nil nocuit, sic cōtra multos ægros, morbi fecit opinio, ut aliquādo essent, q̄ diu esse credidērāt, neq; enim de nihilo dictū est: Imaginatio facit casū. Cui pari ratione illud obiecerim, imaginatio casū tollit. Ita cū multa scire sit optimū, quædā melius nesciūtur. Certè cū discrimē ipse mecū nescio, dūq; nil mali suspicer, nil incōmodi passus sum, neq; enim periculū nisi post periculū agnoui, magisq; cū iā timēdū nihil esset, timui, & nūc ut ait Maro horresco referens. Tūc ut erā in pedes subitò desilui, supremūq; ripæ marginē, plusquā meo saltu tenui, illæsus & inuisibili subnixus auxilio. Subsisterat eqdē adolescēs ille mitissimus, iussisq; famulis descēdere, ipse nō modo uocis obsequiū mihi p̄buerat, sed dexteræ. Dū interim equus meus magno nisu sibi consulens, primisq; dictu mirum ungulis dependens, attritus genua, uix tandem emergenti, qui si ut natura rei poscebat, repentè post quàm labi cœperat, in tergum cecidisset, actū erat, & absolutus eram omnibus curis. Affuit hominum succursus, Affuit equi uigor. Dicet aliquis, ingratum mendacium, mendax ingratitudo, uana salus hominis, fallax equus, ad salutem. ipse suā ut alias suppositit manum, præsentiq; meso lus exitio CHRISTVS eripuit. Quod idcircò tibi notum uolui, ut sicut apud Flaccum, caducæ arboris ruina: sic apud me instabilis equi lapsus, propriè nos conditionis admoneat inanem esse prouidentiam humanam, ineluctabilem fati uim, innumerabiles mortalium casus, inextimabilem cæcitatem. Itaque dum huic occurrimus, in illud occurrimus, & dum maximè circumspicimus ac multa prouidemus, tum maximè, unde nihil metuebamus opprimimur, fitq; ue quod ait ille uerissimum. Improuisa leti uis rapuit, rapietq; gentes, ne quicquam extruamus atque angimur, sola potens est occurrere cunctis diuina clementia. Ea tunc Flacco affuit, nunc mihi, sæpe alijs, alio quin nec ille suum, nec ego meum, nec multi bellorum casus in pace, pelagiq; pericula in littora renarrarent. Hic super scrupulus premit, quod dum difficultatem unam euasisse credimus, supereſt altera. tota nostri nostrarumq; rerum custodia cōmittenda Deo est, & de propriis utribus aut consilijs nil sperandum. Sed iam de moribus satis est dictum, ad familiaria cōuertamur. Legatus ergo hic, de quo ambiguè tibi scripseram, spem meam liberalitate uicit sua, ut propè me diffidisse pœniteat, quamuis semper minus sperare sit tutius. Nihil omnium quæ petieram negauit, ultrò etiam pro me ipso grande aliquid peterem hortatus est. ego autem pro me nihil, fallor, immò uerò pro me omnia. quid enim uerius meum, quàm quòd amicorum est? Cæterum ego iam pridem mihi modum statui, & fines posui, quos ne transeat siticulosa cupiditas, uallum ac foueam circumduxit, coëgiq; animum stare, ne ue illum testimonio

monio suo priuem. neq; renuentē iusta imperia, neq; recusantem frenos, neq; suadentem ferocia, si obstrepere pestilens consuetudo desierit rebellantem. sic sementem qui dedit adiuuet, ut mihi fragilitas grata est, ut læta & ociosa paupertas, amicior quàm tristes occupataq; diuitiæ. Si quid secus hac loquor ac facio, & præ rapido rerum humanarum torrente raptatus, indignans tamen, & in diuersū nitens. Mitto autem hæc. sic enim glorior, sic quæror, sic omnia tecum loquor, ut mecum. Idem animus, eadem Patria est, idem studiū, idem nomen, par uoluntas affectusq; persimiles, tu pietate prior, tu religione præstantior & familiarior Deo. sed & hæc fileo. Verum ut intelligas quod mallem, clariori aliquo scire posses, iuditio quanto p uris ego faciam, preces tuas, quàm tuipse, qui eas uerecundè porrexeras, ut inter poscendum omnem mihi negandi uiam ostendere uideris, scito quod & si pro his amor, pro his sanguis, pro his miseratio, pro quibusdā familiaritas meritumq; certarent, prima tamen omnium petitio tua fuit, quam tuis scriptam ut misisti, legatiq; signatam digitis accipies huic epistolæ intercluſam, literas hinc fieri non illud modò, pro quibus executionib. uti uelles erā nescius, sed extræmæ tēporis angustiæ uetuerunt. Petitione enim mihi serò tradita ille mane discesserit, ita tamē res acta est, ut amātissimus pater Egitanēsis episcopus cancellarius suus, literas ipsas expediri iubebit, ubi tu eū, uel, p parte mea uel nostra alter adierit. ibis ergo, uel mittes aliquem ex tuis Pisas aut Senas qua ille iter acturus est, Episcopūq; cōuenies, & uiua uoce de negocio instructū, & literis ad eū meis, quæ cū istis ueniunt excitandū, palijs uerò unum ex meis seq illū iubebo, nullas enim hic literas scribi temporis fluit inopia, doleo quod tibi laboris aliquid aut negotij reliqui, sed necessariū fuit,

nil sine magno
Labore uita dedit mortalibus.

Iergo, & laborem tibi, certum imaginaria condias uoluptate, iucundum si tibi finxeris efficies. Estima tibi ocio, non negocio trahi. semper sedes, nunquam patrium limen transis, in hoc nempè differimus, ad cætera penè gemelli & hic quoque meum morem indue, tuum exue. Habet & motus suam dulcedinem. & sæpe quiete gratior fuit labor, ut nihil aliud quietem ipsam efficit gratiorem. Incipe, surge, age, moue te loco, reuersus saltem melius sedebis. qui semper alienas facis, aliquando res tuas facito. Fallere te & si possim nolo, & si uelim nequeo. artificium meū iudex facio, quod consolatores solent. fando quod oportet ut delectet nitor. Cuperem legatum ipsum Florentiam inuisere, quod & optare illum arbitror, sed puto non poterit, magnis & grauibus Ecclesiæ negotijs recto Romam calle festinans. Ipse uerò, quantum obliquo atque udo calle festinauerim, frustra tamen, ut huc ante crepusculum peruenirem, claudicantes lineæ, & fesso simillima uiatori, uel sola frons indicat literarum. Vale.

Fran. Petrarcha Nicolao Florentio, Regis Siciliæ Seneſcallo, S.

IAm tandem uir clarissimè, perfidiam fides, auaritiam largitas, superbiam uicit humilitas, iam charitas odiū, desperatio spei cessit, perseuerantiæ difficultas. iam sub malleo ueritatis, pertinax mendacium, & mendax obstinatio uotis tuis obstantium fracta est. Immortale bellū est, inter inuidiam & gloriā, inter nequitiā & uirtutem. Gratias illi, qui est dominus uirtutum & rex gloriæ, q̄ eò Duce, in præsenti certamine uicta parte deterrima, cuius sæpè contrariū uidemus optima pars triumphat. ecce nūc unita tua cura, glorioſissimi Siculi regis uertex, negatos honores inuito liuore suscipiet. Peccator uidebit, & irascetur, dētibus suis fremet & tabescet. Ipso autem solito anguſtior multumq; serenior auito solio residens, pulsis Latio mœstitiæ nubibus, atq; imbribus lachrymarū, orbem nostrū fronte siderea, & stellanti diademate serenabit, ereptam restituens regno pacem, tranquillitatēq; populis exoptatā. In quam rē ut feciſti hactenus, mundo notissimum tuum illud ostendēs ingenium, eoq; uigilātius, quo m ioris est laudis, iuste modestēq; regnū regere, quā fœliciter adipisci. Nūc siquidē tempus est, ut omnes animi tui uires colligas, atq; ingentibus negocijs accingaris. nihil est actum, si quid Cæsarei moris habes, cū & multa supersint, & supremam tua celebris gloria manū poscat. uidimus te aduersæ fortunæ magnificentissimè reluctantem, iam cernimus te uictorē, sed en totiens uicta reuertitur aspectu mitior, & auratæ cassidis,

ut ita

ut ita dixerim, fulgore suauior, uicisti aduersam, prospera redit in præliũ. quid putas? Mutata sunt arma non hostis, & tibi quoq; nouo armorum genere opus est. nolo enim extimes, minus esse negotij, quãdo hostis est blandior, nullũ insidiosius bellum est, quàm ubi blanditijs, credulitas oppugnatur, in arcto quidem egregiè rem gessisti, qualem te in aperto exhibeas expectamus. multos in angustis indefessos, cãpestris pugna lassauit, multos in aduersitatibus fortes uiros, fortuna prosperior strauit. Hannibal Cannis uictor, uictus est Capuæ, & ardorẽ quẽ Trebia glacialis accẽderat, tepor extinxit. sæpè pax periculosior bello fuit. multis nocuit aduersario caruisse. quorumdam uirtus ocio latuit, quorundam uerò prorsus emarcuit, locũ submoti hostis occupante luxuria. nulla homini pertinacior lis est, quàm cum animo moribusq; suis. nusquam minus inducíarum, intra murum pugna conseritur, hoc genus hostium bello languidum, pace feruidum experimur, & sub toga plus ausurũ quàm sub galea. ut cæteras gentes sileam, Romanos bello indomitos & omnium gentiũ uictores, pax tranquilla perdomuit, & ut quidam illius ævi scriptores, elegantissimè lamentãtur, uictum orbem, uictorum uictrix luxuria ulta est. quod præsagire uidebatur Scipio ille uir optimus, à senatu habitus, dum tàm enixè Catonis sapientissimi, licet senis, aduersante sententia, deleri Carthaginẽ prohibebat, non quod illam parcius odisset, sed ne ut ait Florus metu ablato æmulæ urbis, luxuriari fœlicitas nostræ urbis inciperet. qui utinam consilio ualuisset, mansissetq; potius nobis cũ hostibus & cum Carthagine, quàm cum uitijs & uoluptate certamen. meliori loco res starent, ut puto rariusq; pugnatũ esset & crebrius triumphatum. Quorsum hæc forsan interroges? quia scilicet multos auguror futuros, quibus quiescendi iam tempus esse uideatur. mihi penitùs diuersa mens est, sime audire uolueris, scies unũ esse laboris & uitæ finem, tibiq; & omnibus claris uiris, usq; ad extremum spiritum, uel cũ uisibili, uel cum inuisibili hoste luctandum fore. qu in etiam uide, quantũ à communi opinione dissentio, geminatũ tibi laborem & senties & gaudebis. nullo unquam tempore, tàm magno conamine consurgendũ tibi tàm supra seipsum attolendus animus fuit, ad summa certamina uentũ est, uniuersus orbis intelligat, in utraq; fortuna. qualis quãtus úe uir fueris, neq; tu tantũ, sed qui tuis etiã consilijs obsequunt. Habes regem animo senem, annis adolescentẽ, cum quo terra mariq; iactatus es, quem per multa præcipitia cogente fato, in summũ status humani fastigium perduxisti. Ostende illi, quibus in hunc fortunæ uerticem sit euectus, quibus artibus consistendũ sit. neq; tàm deinceps extendum, ut ascendat altius, quàm ut ascensu sese approbet. Non indignum & hæreditarium sceptrum, nõ magis sanguini debitũ, quàm uirtuti. nõ facit uirum, sed detegit principatus, & honores non mutãt mores, atq; animum se ostendunt. Persuade illi minus esse Regem nasci, quàm iudítio regem fieri, esse enim fortunæ illud, hoc meriti. Doce: deum colat, patriam amet, iustitiam seruet, sine qua regnum licet opulentum, ac ualidum stare nequit. Discat uiolentum nihil esse longæuum, & amari multo tutius esse, quàm metui. Assuescat nihil in terris optare, nisi bonam mentem, nihil sperare nisi bonam famam, nihil nisi dedecus formidare. cogitet quò altior est, eò se clarius uideri, eoq; minus occultare posse quàm gesserit, & quò potẽtiæ plus est, eò minus esse licẽtiæ. nouerit regẽ à populo nõ magis habitu differre quã moribus. studeat ab extremis æquo spatio discedẽs, uirtutẽ in medio suam sequi. Cesset prodigalitas, absit auaritia, illa opes uastat, hæc gloriã. sit sanè tenax famæ ppriæ, sit parcus honoris, sit auarus tẽporis, sit largus pecuniæ, & illud Romani ducis modestissimũ animosissimũq; resp̃sum, semp in auribus eius sonet. Nolle aurũ sed aurũ habẽtibus imperare. malit subiectos abũdare, quã fiscũ, & intelligat diuitis regni, dominũ inopẽ esse nõ posse. Calamitatũ semp meminerit ac laborũ, q̃s calamitosa terra laboris, his tẽporib. passa est, tunc se fœlicẽ, tũc se uoti cõpotẽ, tũc se uere regẽ putet, quãdo criminibus alienis inuectas miserias, ppria uirtute discusserit, dãna restituerit, ruinas erexerit, pacem cõfirmauerit, Tyrãnidẽ oppresserit, reddiderit libertatẽ. Inducat in animũ amare, q̃s regit, nã & amando amor quæritur, & nullũ certius regnũ est, quã præesse uolentibus. Salustianũ illud dogma. Regni nun q̃ ex animo regis tui, nõ exercitus, neq; thesauros præsidia regni esse sed amicos, eosq; nec armis cogi, neq; pecunia parari, sed officio & fide. & quæ in eandẽ sententiam sequuntur.

sequunt. Cõcorditer uiuẽdũ esse cũ suis, cõcordia enim paruas crescere, discordia maxima res dilabi. Exẽplo M. Agrippæ plurimũ huic sententiæ debeat, p q̃ & frater & socius, & amicus et Rex bonus fiet. Amicitijs post Deũ, post uirtutẽ nihil charius habeat. quẽ semel amicitia dignũ duxerit. nulla cõsilij parte submoueat. sequẽs q̃ Senecæ cõsiliũ, omnia cũ amico deliberet, sed de ipso prius. Multũ fidat, sed nõ multis, & instat. uerũ amicũ à blando hoste discernere, ueras laudes accipiat, ut uirtutũ stimulos, blanditias coẽrceat ut uenenũ. Tardè eat in amicitiã, tardius inde discedat, et si fieri potest nũq̃. idipsum nõ p̃cipitãter, sed pedetentim faciat, & ut est antiquo, puerbio. dissuat amicitiam, non discindat. qualẽ præstat, talem ab alijs animum speret, neque à quoquam diligi sibi fingat, quem ipse non diligit. Error iste potentum est. Liberrimi autem sunt affectus, iugum non ferunt, dominum non agnoscunt, nunqam amor nisi amore cogitur. de amico sanè nihil mali cogitet, nihil temerè cuiquam credat, pellat suspitiones, delatoribus aurem neget, pertinacius instantes arguat, non desinentes puniat. Imperatoria uox est, Princeps qui delatores non castigat, irritat. Alexander Macedo, licet imperuosissimus adolescens eximia tamen fiducia, conẽpsit accusatorem, & fœlix fuit euẽtus ut debuit. siquidem porrectam sibi potionem à Philippo medico, quem amabat in manibus habenti, superuenerunt literæ à Parmonione, quibus admonebat Philippũ Darij muneribus expugnatum, necem eius hosti promisisse, itaque cauendas insidias, & mortiferam potionem. his ille perlectis, protinus exhausit poculũ, & mox Philippo literas tradidit legẽdas. obtrectatores alto animo despiciat, & sic uiuat, ut eos uel in silentio redarguat probetq́e mentitos. Memorans Augustum rescripsisse Tyberio, non esse indignandum, quod de se quisquam malè loqueretur. Satis est enim, inquit, si hoc habemus, ne quis nobis malè facere possit. præclarè. alioquin plus haberet homoq̃ Deus, qui licet inaccessibilis, sit nec possit offendi, humanis tamen sæpè cõuitijs attentatur. hac igit̃ in re rex tuus exerceat animũ atq; aures, in qua non tantũ huius omniũ maximi ac modestissimi principis, cuius modo mentionem feci, sed & Magni Pompeij ciuis amplissimi, & Pirrhi regis & Pisistrati Athenienſis tyranni, patientia commẽdatur. Secretum uerò suum ab alijs inquiri æquo animo ferat, alienum non magnoperè scrutetur. magni animi est talia non curare. contrà autem propè par utrobiq; diffidentia. talis fiat qualis uideri uult. Tũ demũ in se nihil occultũ uolet, nec magis horrebit hostis occultum quàm amici, nec pluris faciet consiliũ quã testimoniũ æmulorũ. Pari fiducia Scipio tot castris exploratores, Romanorũ atq; Carthaginenſiũ circũduxit, pari animi magnitudine, Iulius Cæsar, & captum Domitiũ dimisit, & transfugã Labienũ spreuit, rerũ licet conscium suarũ, & nõ semel archana hostiũ inuẽta, nec unquam lecta combusserit. ad hæc nõ temerè neq; fortuitò serenissimi titulũ sibi impositũ arbitretur, sed ut in animũ eius Deo pximũ & humanis passionibus altiorem, nulla mœroris nebula, nullus flatus lætitiæ gestiẽtis, nulla pauoris glacies, nullus libidinum terrenarum fumus possit ascendere. Iram in principe turpissimam non ignoret, crudelitatem uerò nominari etiam nephas esse, eò funestiorem, quò noscendi plura suppeditant instrumenta. sentiant uerum esse, quod ait Tragicus:

Omne sub regno grauiore regnum est,

atq; ideò minaci tumore depositò, communem se subiectis exhibeat, & quicquid in illos statuerit, de manu sui superioris expectet. Superbiam, nec minus inuidiam plebeium malum credat esse non regiũ. cur enim uel superbire regem oportere, q debitor munerũ tantorũ, & tantò sit obnoxius creditoriq; uel cur etiam inuidere, qui supra se neminem tàm multos autem infra se uidet? ueritatem totius fidei fundamẽtum esse non dubitet, & mendacio prouenire, ut uera loquentibus non credat. plurimum enim ueri parua falsitati aspersione fuscari. itaque si credi sibi aliquid cupit, omnia uera loqui in consuetudinem trahat, atq; ita linguam instituat, ut mentiri nesciat. quid enim ridiculosius, dicam an periculosius rege mendaci? sub quo necesse est incertam trepidamq; Remp. fluctuare? stabile prorsus ac solidum uerbum esse debet, in quo fundata est tantorum spes ac tranquillitas populorum. Cur autem mentiatur, cui maximè expediat, nullum si fieri possit usquam esse mendacem? cur aduletur, qui nullum metuat, nihil speret? quos adulatorum stimulos

stimulos non impropriè uideor dicturus. cõtra etiam, cur se iactet, cum laudare seipsum rebus deceat non uerbis; cur minetur, cum sola ualeat fronte terrere; cur in quẽpiam excandescat, cum possit etiam tranquillus ulcisci, possit & parcendo uindictæ genus nobilissimum exercere; caueat præterea immoderatius exultare, occupationes circumspiciens immortales, desinat tristari, honores suos & diuinam erga se munificentiam recognoscens, nulli se negare audeat, cum non sibi soli, sed Reip. natus sit. Compertum habeat, se res suas agere, quotiens subditis opem ferret. Sit æquitate temperatus rigor, sit seueritas mixta clementiæ, prudentiæ insit alacritas, maturitas celeritati, securitati cautio, modestiæ iocus, auctoritas leuitati, sit in gestu decor, conuiuio sobrietas, suauitas in sermone, in reprehensione charitas, in consilio fides, in iuditio libertas, in risu tarditas, modus in accubitu, grauitas in incessu. sit enim calcar in præmio, frenum in supplicio, ad illud ardenter ad hoc pigrius accedat, alio uultu superbum hostem, alio ciuem noxium feriat. illic exultet, hic doleat, exemploq; ducis eximij, suorum scelera inuitus tanquàm uulnera attingat, quæ nisi tracta tractata què sanari non possunt, ut Liuius ait, & cum gemitu ac lachrymas. haud secus quàm uiscera secet sua. affigatquè animo regem misericordia simillimum Deo fieri, & penitùs erasse Philosophos, qui misericordiam damnauerunt. Magnanimitatem peculiarem regibus esse uirtutẽ, sine qua nec regno nomine digni sunt, humanitatem si adsit, non uirtutem esse hominis sed naturam, si desit monstrum potius esse quàm uitium. eò magis regis debitum, quò magis reliquos homines debet excellere. Is qui primum in hominibus locum tenet, eam quæ in hominibus pulchra sit, esse pulcherrimam in principe castitatem, nil pudico rege formosius, nil obscœnius impudico. gratitudinem mutis etiam animantibus insertam, turpiter humanis abesse pectoribus, eam cæteris ornamento regi etiam præsidio fore. Ingratitudinem regi neruos roburq; corrumpere, dum & obliuioso piget obsequi, & ingrati animi uoraginem fundo carentem, permittis explere muneribus. denique oneroso honore, & onerato se pressum onere fateatur, eumquè qui rex fiat, & si autem fuerit expeditus, ac liber, ex illo tamen honestam suscipere, sed laboriosam ac sollicitam seruitutem, & sub qua publica sit libertas, uiuendumquè sibi deinceps exemplaritèr. Exemplo enim regum regna componi, & requiri solere de manibus præsidentum, quicquid uulgus errauerit. Nihil sibi proprium uelit præter sceptrum, & diadema, & quæ hinc oritur curam de salute, omnium gloriosam sed difficilem, ac multorum capitum hydræquè non dissimile renascenti. Præstet acrimoniam ingenio debitam, uerecundiam ætati, uirtutem generi, impio maiestatem. Purpuram spernat, contemnet gẽmas, despiciat uoluptates, & irride at uniuersa quæ fugiunt, æterna sola suspiciat ac miretur. Arma, equi, literæ, supellex regia, pax, & bellum, exercitationes regis sint. utrobiquè Romanis artibus regnet, quæ ut Maro meminit:

paciq; imponere morem.
Parcere subiectis & debellare superbos.

Postremò norit hanc uitam aliam esse magni discriminis, non ad ludum iocumquè, non ad iners ocium, non ad degenerem luxũ. Ad nihil aliud demum hominibus datam, quàm ut breui merito æternitatis aditum pandat, & famæ materiam sempiternæ. Itaque rerum se bonarum docilem prebeat, cupidè legat, atque audiat maiorum gesta uirorum, & exemplo illustrium sit scrutator sollicitus, & feruidus imitator. Illud nominatim demum tenet at, quod olim ab illo magnifico inimicarum urbium euersore seruatum in exercitu Numantino, multis deinde Romanis ducibus disciplinæ militaris exemplũ fuit, ut sicut ille castris, sic iste urbibus ac regno instrumẽta luxuriæ depellat, & mores longa licencia deprauatos corrigat, sine quo spes salutis, non dicam uictoriæ nulla est, hoc ab ipso illo, alia sumant ab alijs, è quibus omnibus perficiat clarũ uirũ. quotq; insignia nomina præcesserũt, tot sibi magistros uitæ, tot sibi duces ad gloriã datos sciat, nõ minus interdũ accẽdũt generosos animos exẽpla, quã premia, nec minus uerba quã statuæ, iuuat laudatis sese cõferre nominibus, & pulchra æmulatio est, quæ de uirtute suscipitur. Ac ne curiosa inquisitione tempus teram, habeat ante oculos rex tuus, nõ peregrinũ uetustũq; sed recens ac domesticũ uirtutum omnium, nisi me amor fallit, exemplar idoneum, illustrem ad diuinum eius patruum

truum Robertum, cuius quàm regno utilis uita esset, mors damnosissima declarauit. Illum intueatur, ad illius gloriam se nitidissimo speculo contempletur. Ille sapiens, ille magnanimus, ille mitis, ille rex regum, erat. Illum ut tempore, ut sanguine, sic animo sequat̃, & moribus. sæpe enim cũ cæterarum rerũ, cũ præcipuè ingeniorũ immutatio fœlix fuit tã bonus est, qui fieri bono similiter studet. Multa dixi, sed præ magnitudine rerum pauca, plura etenim sunt quæ restant. tu quidem, ppè omnia pclarissmè Vir, humeris tuis sentis incũbere, uerũ magno moribus, nihil est arduũ, nihil durũ, nihil graue, nisi nõ amari. Id tu causari non potes, de alumni tui amore, iuditioq; certissimus, duxq; & auriga conciliorum eius, non Chiron Achilli gratior, non Palinurus Aeneæ, nõ Philoctetes: nõ Lelius Africano. Eia ergo pfice quod cœpisti, omnia fert enim charitas, omnia uincit amor, pfecto autẽ, q gloriæ partẽ petit. cõsequẽs est, ut solicitudinis partẽ ferat, aurũ pfundè fodit, de longinquo uehunt̃ aromata, Thus Sabeis sudat arboribus, Muricẽ Sydõ, ebur India, margaritas mittit Oceanus, difficile paratur omne, qd̃ in pcio est, nõ est q̃situ facile, pciosissima rerũ uirtus, auro splẽdidior fama est, labore q̃ritur, studio detergit̃, diligentia custoditur. Rosa inter spinas habitat, inter difficultates uirtus, inter curas gloria, illic dignus periclitãdus, hic animus, hũc tu igitur gloriosissimis accinge primordijs, dũ enim cõsumasse putas omne, incipies, hũc optimis & regis & reip. curis exerce, qbus exagitatus, & fœlicius hic aget, & postquã hinc abierit, Cicero opinatur & nos scimus, uelocior ad sethereas puolabit. Vale patriæ decus ac nostrũ. x. Cal. Martij, Auionensi. M.CC.L.

Fran. Petrarcha Amico suo, S.

ONerabo te literis, obruam te papyro, non sinam te aliud legere, quàm nugas meas, nullum respirandi spatium dabo, comminatus siue pollicitus eram, tibi breuiores deinceps epistolas meas forma, quod occupationi nostræ debitum erat, ne dicam fastidio eorum, qbus omnia sunt plixa, nisi quæ hæbes atq; insolens eloquẽtiæ suæ forceps, abscinderit, nũc ut uideo multiplicat̃, & crescũt, nil amicitia loquatius, amicorũ colloqo, nulla enim breuis uox, nullus nõ angustus dies fuit, cupidũ dũ cõuenerit amicorũ par, improuisè fugiunt horæ, nõ loquentib. tẽpus, nõ ambulantibus rura sufficiunt, non gelu, non æstus, non fames, non lassitudo sentitur: *Omnia uincit amor:* Duo sunt benè instituti animi solatia, literarũ ociũ, & fidelis amicitia, duo tædia, occupatio & turba, ultimũ in urbibus primũ, illud optimè in solitudine, & in Helicone nostro semp expior, siue mane solus in syluas ierim, siue dulcis interuenerit amicus, nullus est finis, non prius obire solem, quàm abijsse perpendo, sin uespertina cõgressio est, nõ axem flecti, non stellas labi sentio, denique non fugam noctis intelligo nisi solis aduentu. Ego quidem perlibenter sum tecum, nunquam non præsentior es mihi, quàm dum uel te alloquor, uel loquentem audio, hic & epistolarum tuarum ista cupiditas, & prolixitas mearum. Inuitus enim auellor, alloquor te dum scribo, audio te, dũ epistolas tuas lego, utrobique te audio, tecum sum hodie, sanè, quia serium nihil erat, & intermissiones occupatis animis non minus quàm exhaustis agris utiles esse solẽt, aures magnis rebus parũper ablatas, nõ inamœno ridiculo, pstabis. Theophitus qdẽ ille, quẽ hactenus nescieba, eo q; literas tuas illũ loq̃ntes de manibus non suis acceperã, ab ipso die, dũ fortè huius sociã scriberẽ, ad me uenit, cũ uestibulũ prius atq; atriũ totã; q domũ uerbis implesset, nihil mot⁹, ab assuetis enim nõ fit passio, excipio hominem, uultu quã animo lætiore, nõ q; aut me etiã intermissio nõ delectet, aut hospitẽ nõ amẽ, sed q; tẽpe minus idoneo obambulens, & nescio unde reuehẽs, meliorib. curis, nõ satis opportunis incessisse uideretur, quid multa? concedimus. Incipit ille de inexhausto fonte uerborũ, immò uerò continuat, iam enim antequàm limen attigisset inceperat:

Demitto auriculas ut iniquè metitus asellus:

cum grauius dorso subit onus. Ille mox urgebat instare, linguæ fustibus, ad pistrinũ agere, ego autem nihil, nisi q; dũ ille mihi linguã suam, ego sibi aures meas accõmodo, ita illinc loquẽdo, hinc tacẽdo, impari pugna cõseritur, dum in hoc statu res esset, hortari illũ incipio subducat equum, se q; familiari prandio, cuius iã tẽpus instaret, æquum præbeat. Ille aũt ad hæc surdus, sed non mutus, ad propria cœpti sermonis torrente profluebat, multa de te in

primis

primis, quàm mihi, q̃ illi itidẽ amicus, mirari cœpi quisnam iste Dionysius, qui nobis quoque tertius accessisset, Damonis aut Phitiæ moribus simile, nihil habens, nec satis intellige re, unde ille te noscet, de me enim nõ miror, ab extrema infantia, nescio quo sidere hæc me lingua p̃sequitur, nec mutasse climata, & effugisse patriam me iuuat, in te nostra omnis admiratio, ut nobis non animus modò, sed fatũ idẽ, ut euntibus uia sacra Bolanus iḋẽ semper obuius, q̃bus enim ad te ille tramitib. penetrasset incertus erã nec meminerã, me illi aditum p̃buisse, cũ enim ante aliq̃t menses, ille mihi sub ardẽtissimo sole puluerul̃to, & arcto quodã loco occurrisset, me q̃ cõfestim ex more uerbis aggressus esset, nec spes operis superesset, aut fugæ, sed hinc sol, hinc puluis, hinc cicadæ, hinc Bolanus iste certaret q̃d facerẽ, iubebat ille aliq̃d sibi cõmitti in patriã, ad amicos, negabã ego cõmisso opus esse, ille transuerso quadrupede, occupatis angustijs, obstabat, cœpi consiliũ ex tẽpore, utriq; te meis uerbis salutaret imposui, ita cõtentus ille ministerio cessit, & ego è manibus amici hostis euasi, ratus id uerbũ, q̃ mihi elapsum esset, nequaq̃ tãto studio colligendũ seruandũq̃, sed uerborum impiger agricola loquẽdi semẽ oblatũ, nõ tã sterilibus sulcis mandat, q̃n tàm centesimũ fructũ ferat, sic semẽtis exiguæ copiosissimam messem referens, capax horreũ, patulæ auris impleuerat, multa super Priamo cumulans, super Hectore multa, super te aũt tante alios, quæ stylo quolibet ad me perlata mulcebãt, cætera uerò rãcidiora, de seipso, de amicis, de cognatis, de affinibus, de uernaculis, de clientulis, omniq̃ sodalitio, de uniuersa familia, quid germana, q̃d neptis, q̃d uicinæ omnes agerent, postremò de canibus ac lupis, de leone patrio, de tota Rep. de p̃side prouinciæ, de primoribus populi, de sterilitate annua, & de innumerabilibus alijs, q̃ memoriã uincũt, ut nõ minus ego, q̃ apud Milonem suũ Apuleius posset, si nox esset, nõ modò somnolẽtus balbutire, sed stertere, conatusq̃ solis fabulis cubitũ ire. dũ ecce cocus increpitãs, horam prandij transire denũciat, nihil ille lentescere, sed enixè q̃dam excusare, q̃ literas ad me tuas quas afferre debuerat p̃misisset, nũcij celeritate fortuiti, festinationi tuæ cõsulẽs, nec dũ talia dicente illo: ò segne cerebellũ, subibat animũ quid præsagij esset, ita mihi persuaseram, illum in somnio fabulare, inde cum miris modis obtũderet, ut iam in labijs esset illud Horatij: *Confice, namq̃ instet mihi fatum triste,*
subito expergiscor tacitusq̃ respicio, ut noti noua forma uiri, ut religio sine literis, ut cætera omnia, quæ epistolæ conuenirent tuæ, simulq̃ ad meipsum redeo, & mecum posset ne is esse Neophytus quẽ mihi pridiè meus ille sapidissimo sale descripserat? Ille est haud dubiè. En rudis & noua religio, en illa uerborũ largitas, singula conueniũt, ille est: talia cogitantẽ tantus risus arripuit, ut nec rationis freno, nec cõmorsicatis digitis, nec ulla meditatio dolendarũ rerũ cohibere potuit, tũ liquido expertus sum esse ut aiunt: affecti animi motus indomitos: ut uerò ridentem ille me uidit, q̃siuit quid rei esset, admirans: ingenio impigro erat opus, nec enim cõsultandi, quid loquaciter spatiũ inopina res dabat, ex improuiso respõdẽdũ erat: uerũ enim uerò ex hominis habitu, materiã responsionis arripio, et heus, inq̃, q̃s nõ stupens rideat, q̃ te meminerit armorũ gloria paulò ante clarissimũ, eundemq̃ nũc uideat tantà gratia religionis insignem? utramq̃ uitæ uiã, multũ diuersis studijs, breuis spatio tẽporis honestasse? lætari p̃conio uisus est, et rauco plausu titulũ bellicæ laudis amplecti, secq̃ ptinus in talos attollere, q̃ grãdiusculi formã bellatoris indueret, hæc inter discubuimus, ille plenus lætitia, cibo feriari cõtentus; bibere et loq, ego aũt satis habui audire, & silere, & uicissim erupenti cachinno frena substringere, cũ totus non nisi de re Militari sermo esset, q̃liter arma mouẽda, qualiter ferẽdus hostis, qualiter declinandus, Phormionẽ illũ dicẽs, nisi q̃ ego Hãnibal nõ erã, cæterũ nostri quoq̃ seniculi, mirus feruor, & inexhausta copia pegrinæ materiæ, singula nutu quidẽ approbabã, nã hæc loqui poterã, nec si possem, ille p̃mitteret: sic totus ille transisset dies, nisi publicũ horologiũ, quo ultimo inuento, per omnes ferè iam cisalpinæ Galliæ ciuitates metimus tẽpora, p̃lium diremisset, admonitus enim diẽ ire, surrexit. Ego illũ ad limẽ cũ pueris p̃secutus sũ, et egregiũ bellatorẽ, uix omnes subtulimus in tergũ equi, cui ad capellæ squalẽtis effigiẽ, p̃ter cornua nihil desit, cũ interea nil nisi rei militaris, epilog⁹ loquereẽ, q̃d te in uerbis teneas? uix tandẽ inde diuulsus est, nescio historiæ finẽ, nutantes ruinãq̃ minitantes abierũt, nec q̃ cõpertũ habeo, in quã foueã æquus sessorq̃

sessorq̃ ceciderit, quod extremum petijt fuit, ut per me tibi, per te familiæ eius innotesceret, cum huc corpore quidẽ, ut ipse ait, ut ego testificor lingua incolumẽ peruenisse. Vale.

Fran. Petrarcha Amico suo, S.

RIsi ut iubebas, non ea tamen, qua iubebas ratione, sed alia quadam, nec enim ideò, quod tibi tãtis per Latini sermonis uestigia titubasse̅t ridiculũ extimaui, sed quod titubasse tam grauiter puduisset. Ita ego te unius uerbi, immò unius syllabæ, immò uerò unius literæ sollicitũ uidi, q̃ tibi quidẽ elapsa, & haud duriter aurib. meis illapsa erat, ut dicerẽ ò doctissimorũ licet hominũ curas? cui enim q̃so nõ idẽ possit accidere? Cicero noster summus Latini eloquij parens est, proximus illi Virgilius, seu quoniam de hoc ordine dubitasse quosdam uideo, sunt certè Romanæ facundiæ parẽtes Tullius & Maro, quod qui mihi negauerit nil ipse sibi consenserim, utriq; tamen Grammaticale est, integrarũ etiã dictionũ, cuius tædio Cicero ipse in epistolis ab Attico suo poscit auxiliũ, quo se magna molestia liberandũ dicit, at qui siquid est in arte Grãmatica, ubi titubanti labentiq̃ uenia debeatur, in Præteriti perfecti propemodum ambiguitate posuerim, cum ut Grammaticorũ princeps ait, ipsi probatissimi artiũ scriptores, non omnino certis hæc regulis differuisse noscantur, sed non ego perinde, tibi nunc excusationes aucupor, quasi ille tuus, & non calami potius, quam inaduertentis animi lapsus sit, quod ipsum quoq̃ uenia dignũ erat, hic uerò tam nihil culpæ est, ut nullus ueniæ locus deẽ, quãdo enim ingenio tuo, oriq̃ aureo excideret, q̃ procul dubiò si uel in somnis loquereris aduerteres, multa furatur calamus, & plura sæpe magnis ingenijs & magna tractãtibus. Nihil habẽti nihil eripitur, magnorũ domini parua dãna non sentiunt, pauperis est numerare pecus inqt Naso, sic est ingeniũ locuplex, quasi diuitis heri domus, quæ quò maioribus aucta lucris, eò magis seruilib. furtis obnoxia est, tu ergo perfluxi dicere uoluisti, & profectò dixisti, calamus iugi opere fatigatus gemina sub ticuit consonantẽ parce suspitionibus, iã maior es, quã qui uel obtrectatorũ iudicio, in talib. per ignorantiã labi passis, sed uide oro cogita, & intẽde acriter, nõ tãtũ stylo ne obsit, sed ut animo prosit error calami, uide amice quanto nobis omnib. qui puluerẽ palestræ huius attingimus, maior sit eloquentiæ cura, quàm uitæ, & antiquius famæ studiũ quàm uirtutis, quanta quæso uigilãtia cauemus, ne quid in sermone sordidum, incultum ue sit, cũ uitæ interim negligẽtes, multa ibi squalida prorsus & horrẽtia contemnamus. Ita paucorum humanorũ seruantissimi, diuina iussa trãsgredimur, quando ut benè uiuamus, lex immobilis Dei est, ut nõ sic aut sic loquamur, humanũ placitũ atq̃ cõuẽtum, quotidiani usus imperio motũ, sæpe mouendũq̃. hæc nimirũ est illa peruersitas quã pater Augustinus in Confessionibus suis deflet. cuius uerba quoniam mihi placuerant, & tibi placitura ratus inserui. Vide ingt, Domine Deus meus, quomodo diligenter obseruent filij hominũ pacta literarũ, & syllabarũ, accepta à priorib. locutorib. & à te accepta æterna pacta perpetuæ salutis negligant, ut qui illa sonorum uetera placita teneat aut doceat, si cõtra disciplinã Grãmaticam, sine aspiratione primæ syllabæ hominẽ dixerit, magis displiceat hominibus, q̃ si contrà tua præcepta hominem oderit, cum sit homo. multa tibi præterea in hanc sententiam queritur nec iniustè. Cum enim eloquentia sit paucorum ualdè, uirtus aũt omniũ, q̃ est paucorum omnes appetunt, quod est omnium nemo. Nemo enim hoc Grammaticæ tanum exprobatum putes, quem mihi Poẽtarũ dabis, qui non prius eligat uita claudicare, quã carmine? quem historicũ, qui cum res omnium sæculorum literis, quod memoriæq̃ mandauerit, q̃d reges egerint aut populi, quæ rerum series, quæ tẽporum alios docuerit, quid ipse agat, rerumq̃ suarũ ordinem, uitæq̃ breuis reddere rationem uelit aut ualeat? iam ut percurrã reliquos. ostende mihi Rhetorem qui nõ magis orationis deformitatẽ horreat, q̃ uitæ. ostende mihi Dialecticũ, qui non ab effectibus proprijs, ab conclusiuncula uinci malit, q̃ aduersarij? Sileo Arithmeticos & Geometras, qui omnia numerant, omnia metiuntur, unius animæ numeros ac mensuras negligunt. Musici numerum ad sonum referunt, huic studio omne tempus impendunt, hi sunt qui cõtemptis morib. tractãt sonos, Ciceronianum illud obliti. Maior & melior est actionum, quàm sonorum concentus, illic ne discreparet elaborãdum

erat,hic sperni poterat,in quo tanto opere laboratur. Astrologi cœlũ Iustrãt,astra connumerent,ausi rem ut ait Plinius,etiam Deo improbam,quid imperijs aut urbib.euenturum sit,tanto ante denũciant,quid sibi quotidie eueniat,non attendũt,lunæ solisq; defectus prouident,præsentem eclypsim animæ non uidẽtes. Iam q clarũ Philosophiæ nomẽ habent, uel rerũ causas quærunt uentosa iactãtia. Scire aũt negligũt,quid est Deus rerũ creator omniũ uel uirtutes loquendo describunt,uiuendo destituunt,postremò qui sibi nomẽ honestius præsumpserunt,& diuinorum scientiã sunt professi,quo deciderint uides. Ex Theologis Dialectici,atq; utinam nõ sophistæ. neq; enim Dei amatores,sed cognitores, neq; id esse cupiũt,sed uideri. Itaq; cũ alterũ silẽtio sequi possent,alterum strepitu consequuntur: en quo mortaliũ redacta sunt studia. O scires,quãtus nũc me urget impetus,quãtus docẽdi calor accẽdit, ut de his copiosissimè disserã,sed maior confusiorq; rerum area est,quã quæ præsenti calamo uereri queat,& nisi fallor,sup iocoso tui breuis epistolæ fundamẽto, satis ædificatum est. Ad hæc & mih semper optatæ solitudinis,ociiq; dulcedinẽ,quanta nuper in uisæ frequentiæ,& insperatarum occupationum amaritudo cõsperserit,forsan audisti. nimiùm diù fœlix fueram,nimiùm meus. inuidisse fortunam dicam, an forte cœlitus,ac esset ne lasciuirè animus uoti cõpos inciperet? fateor enim solitudo,ocium,libertas,tamen nisi perfectæ uirtutis consũmatiq; animi bona sunt. unde me multum abesse sentio,& lugeo,profectò autem animo passionib. obsesso,nil ocio peius,nil solitaria libertate damnosius,tunc obscœni subeunt cogitatus,subit insidiosa luxuries,blandũ malũ,& famelicis occisarũ mentium pestis amor,quib. ego me laqueis absolutum rebar, sed forte fallebar,ferenda fidelis medici,licet asperior manus,forte latentib. consulitur malis,aut rediuiuis morbis occurritur: & forte breui incõmodo, lõga præteriti uenturiq; ocij fœlicitas cõmẽdatur. Certè ego dum fata Deusq; sinebãt,ocio meo cupidissimè fruebar,& fruererisi mãsisset. nẽpè q; in finẽ ualde optas,ut mereare is inter discipulos meos dici,qd nisi nimis amicũ,& modestũ & humile notũ est? inter amicos diceris,eosq; nõ uulgo,sed ut docti uocãt quorũ uides quanta penuria est. ego te quidẽ,ut studiorũ & uoluntatũ omnium,ut patriæ nominisq; participẽ habeo,sic siquid id est,& gloriæ uelim,haud ignarus,fœliciter me hoc contubernio mercari opulẽtãq; sacietatẽ,magnãq; lucri spẽ,paruo mihi famæ peculio cõparari. Et uale.

Fran. Petrarcha Guilielmo de Pastrengo, S.

HEus chare,quibus'nam luce latibulis lates? quibus in abditis abderis? en ad Lelij nostri pergo fores,te peto,uox non datur,pulso non aperitur, quorsum hæc? egredere, coràm cupido tu exhibe,fare,age,coràm quem quæritis,adsum.

Fran. Petrarcha Guilielmo de Pastrengo, S.

DIgne quidẽ admiraris,quibus ego latebris delitescerem quærebas,aut quid nouæ rei contigisset,propter q tibi oris mei præsentia,solito rarior occurreret, & nũc aliquãto dignius miraberis,quid hic præstigij sit,q cũ relicto rure,mihi hac præsertim anni parte gratissimo,faciem tuam uisurus,ad odiosam semper ciuitatem redijssem,te insalutato,sic repentè discesserim. Vtriusque ergo rationem accipe, quam breuissimis uerbis, digerendam fortè latius apud te. mihi enim & nuncius hic, & sol ad Oceanum properans, breuiloquium suadent. Subegerat me sibi pridem uita lautior,ea quæ in urbibus agitur, & in ea urbe potentissimum, ubi tu nunc es,illic multos per annos,quas miserias,quos ue labores pertulerim infœlix,non epistolæ breuis opus est,quibus tandẽ exagitata mente cernens, nullam nisi in fuga libertatis,spem relictam retrahentibus,quanquam his,quibus me amando perditum ire mos fuerat,profugi,& eripui, meipsum periculis quacunq; patuit uia. atque omnes fortunæ minas perpeti decreui, dum mihi uel propè mortem aliquantisper uiuerem. Cœperat enim sensim quod optabam contingere,& animus ex diuturnis compedibus relaxari inenarrabili quadam dulcedine,& cœlesti uitæ simillima. Sed quanta est duratæ consuetudinis uis. sæpe ad huc infaustam mihi ciuitatem repeto, nec ullius unco necessitatis tractus,ultro in laqueum redeo,& ex portu totiens naufragiũ passus,relabor in pelagus, quibus urgẽtibus flatib. incertũ est. Mox omne meius eripit, mihi undiq; uentorũ rabies,undiq; fluctus & scopuli cœlũ undiq; & undiq; pontus, postremò mors

morsundiq;,& peius morte uitæ præsentis tædium & uenturæ metus ante oculos. Quod itaque me his proximis diebus uidere nequiueris,scito nullam causam fuisse aliam, nisi cuiquam fugitiuo & contumaci seruo,iniecerãt manum,& iam mihi flagra nota cernebam, iam carcerem,iam cathenas & uerbera,cum uelut experrectus. noctu quia luce non poteram euasi. Ignoscis igitur,si & me uidere posse te, non uiso abij & aduersus uulgus insanum,causam meam ages,à quo dementiæ arguor,quod quietem ruris,urbanis ipso rectà mante prætulerim. Vale memor nostri.

Fran. Petrarcha Guilielmo de Pastrengo, S.

HAud equidem fugam tuam,æquo amice ferebam animo,priuor nãq; conspectu grãto,careo dulci eloquio, ueras nõ audire datur uoces,nec mente profectò concipio, quo'nã pacto eius queat nõ esse tristis absentia,cuius cõuersatio fuit dulcis, sed tabescenti ægroq; animo,curarumq; undanti fluctibus,epistolæ tuæ occurrit lenimen,hac edoctus te carceris exosi euasisse claustra,uincla rupisse,laxasse compedes,ergastula reiecisse, procellosum transnasse salum,cupito appulsum littori, optato potitum solo, edaces animi sedati sunt turbines, & furenti freto,lenis suborta tranquillitas. Liber nunc uolatus tui liberi,de plurimis pauca referre,uidere nempe sæpe te uideor, parente Memnonis equis euecta roseis,auium concentu dulcisono, prælabentis riui garrulo excitum murmure, per anfractus collium rosidos montium,iuga conscendere,& herbido sedens cespite, mare fortè ueliuolum,culta terræ,iacentesq; de spicis terras. non pugillares desunt, meditaris sedulò, semper aliquid scriptitas,ut te tibi meliorem reddas. Delio cœli petente summa,domũ repetis Fabricij,Curijq; nõ aspernatus epulas,membra paulisper à thoro leuas. at cœli medij,rapidos ut summoueas ignes,uallem illam uere Clausam ingrederis; ubi sole iã in gyrũ flexo montes ad ortum umbram iaciunt,illic fons ille mirabilis,ex radicibus scaturiens, rupium centum fermè perora,argenteas singultans aquas,totidem uomit fluctus,qui grãdi fragore,rapidis per uallis ima præcipitatis uerticib. inter saxa confraga,rauco murmure sonantibus,allisus scopulis,amœnũ post paulò crescit,in amnẽ. Illic antrũ illud ingens, atq; terrificum,laticibus nũc silentib. tacitum,nonnũ quã horrendos fluctus eructuans,miram gratamq; æstuantib. temperiem præbet. Ibi specus alter aquis illimibus, uitro candenti lucidioribus imminens,nympharũ ut reor domus,Illic tibi certam delegisti sedẽ, hunc iuxta crassa sedens in umbra,uatem suum saxo repetẽs, dum protegit hædera,oblectãte prospectu,amœnas oculos pascis intuitum, ibi tui acumẽ intendis ingenij perspicacis. In ibi de se deanimi archana depromis. Tunc Helicõ,Aganippe,Aon,Pierides,præsto sunt, tũc Fauni,Nymphæ,Satyri, Panes,Naiades: Orcades,Dryades tibi plaudunt,tibi cõcinunt. orbis tũc delitias,fugacem reputas umbrã,nec his comitatus choris torpes ocio,desidia marces, uacas omnino, nõ inde profectò ante discedis,quã tabellas portes plenas,licet manus ut plurimũ uacuas, bonus huiusce non solus,ut fortè autumnas amice potiris,adsum coràm, tecũ fruor pariter refocillor,exulto, & cresco. Dilecte Vale,eiusq; q tu alter est, memoriã habe.

Fran. Petrarcha Guilielmo de Pastrengo, S.

TEnes memoriæ diem illam,qua de patria mea discedens,Pischeriam appulisti oppidũ sanè munitum, decorum,mirabileq;,hoc solis ab ortu Benaco ex patre,per pascua læta prælabens,alluit Mintius, hic post largas dapes quieti dediti, honestis sermonibus insomnem parte ex magna traximus noctem. Illuscente die,conscendimus equos,non auora uibrantes detexerat radios,nusquam cœli læta facies,tristem nubila tenebant lucem. iam mœnium liqueramus septa,camporum tenebamus culta, iam parẽtes exieramus in agros, cũ subitò uisib. nostris,hinc Benaci placida se offerũt terga,illinc Licana sylua,diffusos explicat saltus,festinares licet uotis iter, captus'ne loci am œnitate an amici, quẽ relinquebas dulci præsentia, pigrius incedebas. uentum erat ad locum,quo limes breuis Veronen. solum à Brixiensibus discriminat, amenti similis,continuisti animam atque amantis implicitus collo,in hæc tãdem uerba rupisti. Distrahor à te chare,regionis exteræ futurus incola, nunquam fortasse meis te præsentabis obtutibus,fidus semper dubitabit amor. Nulla unquam sæcula,

quam sæcula, distãtiam ueram obliterabunt amicitiam, me possides, ego te, Vale dilecte:
sit tibi cura mei, sit mihi cura tui:
& Vale dicens parce quæso, lachrymis non pepercisti. at ego distractus mente, mœrens corde, imbre suffusus, oculos nil aliud potui dicere, preter, Erit diuellimur, abeuntem uisu prosequor, spectare iuuabar, morantem uix retrahunt comites, sæpius lumina torqueo, Lucem illam è linguis ferre pertranseo. curarum nutrix sequitur, nox fugatur, somnus membris non datur quies. Dũ profectionẽ tuam mẽte agito, cœli inclementiam, soli malitiam, ardua montiũ, lubrica ualliũ, obruta niuiũ, lutosa camporũ, uentorũ rabiẽ proluuiones torrentum animo uerso, solabar me, curasq; his demere tentabam dictis. uiget ætas, ualent mẽbra pernicia, robur adest, ualitudo suffragatur, iuuentæ flore potitur, præstat animus cũcta uirtuti cedunt, nũc sollicitudinib. huiusce liber, edomitis alpibus, ante reuerendissimorum patrũ ora uersaris, huic semita cedis, caput aperis, assurgis, illi alteri dexterã porrigis, & nõ nunquam de more patrio in oscula ruis, nunc in Agricolæ nostri æde iactaris, uacas sacris, elisias circum agis sedes, columnæ adhærens Paphice sacras colis lauros, frondis delphice in umbra gratularis Gratulor & ego, nec liuoris felle torqueor, sed exuberanti gaudio fatior. Vale fœlixq; uiue, mi luce charior.

Fran. Petrarcha domino Guilielmo de Pastrengo, S.

GRatiam tibi habeo uir optime, quod te mihi adeò morigerũ præbes, ego enim multo malim studijs meis, quàm uoluptatibus opem ferri, quamuis & studia suas uoluptates habeant immarcessibiles, honestasq;, quas nulli hominum notiores arbitror esse, quàm tibi, libro illo ualde egeo in Virorũ illustrium congerie, cui hos humeros qualescunque subieci. Oro ergo festina, scis quàm carum est, tẽpus, horas & momẽta librantibus, insup & pro eo nominatim gratias ago, q; me tam debiti admones officij, tentaui ut suadebas, q; per meipsum fecissem, & iam cœperã, sed tarditatẽ meã nosti, & cõtemptũ rerum, ita enim mihi cõtingat mori, ne totus moriar, ut multa uersanti, ineptissima fabula & prorsus inane somnium uidetur ferè quicquid in terris agitur. Stimulis ergo opus erat, hos mihi, morũ meorum conscia tua fides, adhibuit, de euentu uiderit fortuna, sed qd loquor. nihil illã esse didicisti, præter nudum nomen, & præualuit apud me Graij uatis auctoritas. uiderit ergo Deus omnipotens cui Dauidicum illud dixi. In manibus tuis sortes meæ pium certè consilium, esse inefficax non debebit. Tu uale Raynaldum nostrum ut saluere iubeas precor. Mediolani. VII. Cal. Augusti propere.

Fran. Petrarcha Guilielmo de Pastrengo, S.

NOmen tuum optime atq; exoptatissime mihi Vir, quo nihil dulcius audio, quodq; hodie huius deuoti tui ore auribus meis insonuit, nõ dicam me coẽgit ad calamum, qui nescio quo seu errore, seu fato, seu actuum humanarũ odio, uix nisi somno uel necessitate alia excussus è manibus meis cadit, sed alio tendentem calamũ huc cõuertit, ut tibi scriberẽ, Esse me Pataui corpore uiciniorẽ tibi, quã soleo. nã omnia uidẽtem Deũ testor, semper animo præsens sum, sanũ præterea & beneualentẽ ac iocũdissime senescentem. qd ad ætatẽ attinet, fortunæ nẽpè uulneribus, nõ aljs, q; nimiũ crebris charorum mortib. impelli & concuti, me fateor nõ, prosterni, de reliq; ueterib. illis meis deditũ curis, quas & si taceã nosti, atq; in primis tui memorem, tuiq; auidũ, q; desideriũ lenire propè diẽ spero, apertũ est enim iter, q; nisi fallor immeritò clausum erat, permisit nanq; mihi dominus beneficium illud, pro quo totiens laborastis, & quod multo pluris facio, arram mihi magnæ humanitatis exhibuit, beneficiũ quidẽ ipsum, simulq; adolescẽtem cuius fuerat. ô res hominũ, mors abstulit, qui cum paucos dies læto uidisset in uita, eo ipso die, mirũ dictu, quo iuri suo restituus uidebatur, uitali destitutus est, spiritu, Deo gratias, qui me lõgo labore, sed nõ sine dolore liberauit, tu Viue fœliciter nostri memor & Vale. Patauii. x. Augusti seró.

Fran. Petrarcha Guilielmo de Pastrengo, S.

VIrũ hũc si nosse cœpis, & amare incipies, & mirari, lõga est historia, sũma est q; honestis ex causis familiarissim⁹ & amicissimus fact⁹ est mihi, & serò licet tãtus eũ discẽdi ardor cœpit, ut neglecto studio rei familiaris, et deserta fabrili officina, in q; insigniter eminet totum

totum se literis dederit. Itaq; iam nil nisi scholas, libros & magistros cogitat, inq; hoc unũ noctes insomnes, & sollicitos dies agit, amplectere eum oro te, & proposito suo faue, nihil est deformius, quàm iustis desiderijs opem non ferre, & quid putas ambiat, non opes, non potentiã, non honores, non uulgi compedes ac uenena mentiũ uoluptates, sed unicũ ocij sui præsidium, & uitæ solatium, libellos quærit, sine suo ductu, tuisque auspicijs nil aursus, suspirabis intelligens quo aspiret, & tacitus dices, utinam tempestiuius cœpisses, sola enim ætas obstat ingenio, quãuis & Plato prouectior Philosophiæ, & Cato senex Græcis literis operã dedit: hæc hactenus: Raynaldũ nostrũ mei memorẽ saluere iube, cui hoc ipsum scribere uolui nec potui, expecto enim Calphurni Buccolicum carmen, & tuam Varonis agriculturã, ualde enim memini si quid mihi, pmittitur. Vale Patauii 17. Aprilis ppere.

Fran. Petrarcha domino Guilielmo de Pastrengio, S.

Discolor ut Nymphæ, tegit ueſligia pellis,
Lectior, & cunctis nimis inuidiosa puellis.
Nescit habere locum, refugit sub claustra reuerti.
Et tibi purpurei, dedecus, addidit innuba serti,
Teq; per arua canens, uarios legit undiq; flores.
Et timeat humentes pedibus calcare sorores.

LIteras tuas ornatissimas, atq; pulcherrimas, obiurgatus à me Lelius meus, sed iaculo tamen meo clypeum legitimæ excusationis obijciens, misit tandem. Qui te salutatum cupit, poteris eum ut auguror cum Ludouico, & Gerardo fratre, hodie uel cras hospites habere, & sitientes ad riguum fontis mei, iam istic degenerantẽ, sed adhuc quidam originis suæ signa gestantem, inducere, peponem optimum non comedi, sed deuoraui: nemine in partem admisso, præter Nympham, pictis, iã tunc pedibus deorum conuiuia meditãtem, & Neptuni nuptias, aut Nærei, aut Tritonum obsequia, & siquid uel æquorei uel flumi-nei numinis usquam est.

Prioribus Artium, uexillifero Iustitiæ P.Q. Florentino, S.

SAepè mihi propositum fuit, egregij Ciues, pro uarietate rerũ ac temporũ, aliquid ad uos scribere & uicissim nunc frenũ ais, nunc calcar incutere, nũc indignari perdita, nunc recuperata libertate gratulari, non nunquã flere uobiscum, multiplices & uarias Reip. tempestates, & impẽdentis naufragij fideliter admonere, ut ita me uobis, quoniam aliter non dabatur, uerbis saltem, animi testibus, & si non habitatorem, certæ amatorem patriæ comprobarem, sed dum cogitarem mecum cœpi, quantum ab altitudine curarum ueſtrarum distaret, meorum humilitas studiorum, subito semper mihi è manibus calamus lapsus est, nũc autem cogor ut scribã, nec reluctari ualeo, ualeo urget enim animũ dolor ingens, & ex torquet mihi uerba cum lachrymis. Ecce etenim, quod ignorabam hactenus, atq; utinam perpetuò ignorassem, suauissimus & meritò charissimus, ciuis ueſter & amicus meus intimus, Maynardus Acursij, Fores dũ è Romana curia, Florẽtiã redit, molestias atq; pericula, tàm longi itineris transgressus, & iam dilectæ patriæ uicinus, in ipso penè portarum limine, & in ueſtro, ut ita dicam gremio, crudeliter interfectus est: heu uir infœlix, quantos ætate uiridi pertuleras labores? quotiens ignota terrarũ circũiueras, ut trãquillam in patria tua tãdem & honoratam ageres senectutem? quo pergis, ah miser, fatiq; tui nescie? & ubiq; tutior, q; in patria future? quo pgis? quo ruis? quo miserãdæ festinas? tibi canit Poëticũ illud:

Fallit te incautum pietas tua.

Quæ cum sit magna in parentibus, & propinquis, ut ait Cicero, tamen in patria maxima est. Illa re proculdubiò trahebat soli natalis amãtissimũ, illuc iam senior redibas, unde puer excesseras, & illæ terræ, quæ te infantẽ pauerat, fatigatæ uitæ reliquias referebas, cupiẽs ubi ortus eras, mori, & ubi reptaueras sepeliri. sed ô scelus, ô inhumana feritas, truculentissimi homines, immò uerò cruẽtæ & immanes belluæ, te improuidũ & inermẽ calle medio spectabãt, horrendum & ignotũ orbi Italico prædonũ genus, qui non saturati auro quiescere, quæ summa uo torũ raptorib. esse solet, nisi sitiẽter tuæ sanguinem hauririẽt, & exoptatũ ingressum patriæ tibi præriperẽt, ac sepulchrũ: ô sitim sanguinis inauditã, quid amplius q;-

ritis sæuissimi canes? quid q̃ritis in corpore spoliato? odiũ quidẽ ignoti & innocentis hominis, nec uilũ erat certè, nec fingi poterat. Si auri fames uera sceleris causa est, reddite iam nepharij uoti cõpotes ad prædam, & graues speluncas criminũ officinas, & qui illic auidè uos expectant hospites uestros inuisite, sinite nudũ peditẽ abire, satis est, nihil ulterius pos scitur, ne in latronũ manus inciderit, sed hominũ, nil inde uobis metuendũ est, tàm munitis habitatis arcibus, ut impunè & cœlũ & Florentiã cõtemnatis. homunculũ solũ fessum, & attonitũ timetis? habẽtes receptacula tàm uicina, tàm ualida? Nolite igitur auaritiæ seuitiã cumulare, quicquid populabile manu erat, q̃dq̃ in uestros usus uerti poterat abstulistis, animam sibi & amicis, & uobis nulli usui futurã linquite, quid torũ intueminiᷤ quid cogitatis? quid molimini? quæ ista rabies est? quid micantes uolunt gladij? quid petunt? ô uoluptas effera, nullo odio, nulla spe proposita, & nullo metu sacrosanctũ & Deo simillimũ animal hominẽ trucidare, ferre rapidas manus in uiscera, & quod ne generosè quidẽ feræ facerent, lacerato cadaueri incũbere, & spumanti sanguine delectari. Pudet ac miseret, ô clarissimi ciues, nec de paruo doloris scaturiunt tot lamenta, neq; magis talis amici talẽ casum lugeo, q̃ tantùm tàm gloriosæ Reip. pudorem. quid enim dicetur apud gentes? quid posteritas loquetur? innoxiũ hominem, qui interseras ut Lucanus ait Rhodani gentes, qui per deserta, puinciæ qua nulla usq; hodie dissolutior nulla desolatior terra est, ac per Alpes medias, nõ niuibus tantũ, aut uagis excursoribus. sed armatis hoc tẽpore exercitib. cæsas nõ modò per diem, sed sub tempesta etiã nocte incesserit, in finib. Florẽtinis, luce media, procubuisse, uelut ouem impiæ uictimæ destinatam? & ô æternũ ætatis nostræ dedecus, inuentos esse qui audeant è cõspectu quodãmodo urbis uestræ, & illius olim formidati palatij, in quo celeberrima iustitiæ sedes erat, laniare pro libito ciues uestros. ô tempora, ô mores libet enim exclamare cum Tullio. Ego quidem puer, audiebam maiores natu, narrare solitos, populi illius uirtutes omnimodas eximiãq; iustitiam, nõ in cõtradictionib. modò placitisq; cõuentis, sed in his duob. maximè, quib. solũ sapientissimus legislator ait, Rempublicam cõtineri præmio scilicet & pœna. quorũ profectò si desit alterũ, necesse est uelut altero pede claudicantẽ efficiat ciuitatem, sin utrãq;, eneruatã prorsus & languidã, frigescente hinc bonorũ uirtute, illinc malorũ inardescente nequitia in utrãq; partem magnificè prouiderãt patres nostri, quib. artib. Romanæ origini q̃ fama uulgauerat, certissimã fidẽ dabãt, itaq; ut olim genitor ille, uester, pop. Rom. toto polluit orbe terrarũ, sic illos acceperam, quantũ cœlitus datũ erat eisdẽ uestigijs gradiẽtes, & singularẽ in primis quãdam laudem, apud omne genus hominũ meruisse, & inter Tuscorũ populos longis temporib. tenuisse uoluntariũ quodãmodo principatũ, titulo quidẽ Imperij abstinente, & quo superbiæ inuidiæq; minus, eò laudis & gloriæ plus erat in nomine, nõ ergo dominiũ dicebat, sed auxiliũ ac profugiũ uicinorũ. Vt nõ immeritò cẽseret, floridũ illud nomẽ sortitã Florentiã, in qua flos uirtutũ omniũ, & gloriosorũ actuũ abũdaret, erat omniũ finitimarũ gentiũ, ad tã benè moratũ populũ, amore & reuerẽtia mixtus timor, neq; solũ in ꝓprijs, sed in extremis, q̃q; Tusciæ finibus, timebatur ciuitas magistra iustitiæ, quid enim aliud causæ fuit, q̃ inter lapidosos & asperos colles, in solo arido, nec maritimo portu, nec nauali flumine adiuto, tàm breui tẽporis spatio ferè enim omniũ Italiæ ciuitatũ recẽtissima ciuitas uestra est, in eam sic creuerit magnitudinẽ, ut uicinas omnes amplissimas, quidẽ urbes, ꝓpè incredibiliter supergressa, nõ solũ forma nominis, aut p̃tiosis mercibus, q̃ ipsum miraculi instar erat, sed & ipsa etiã fœlix prole uirũ, & in hoc quoq; matri similis, at tãtæ sobolis, iã nõ capax dissemina tis toto orbe ciuib. omne mũdi latus impleuerat? q̃ nam q̃so? tot præsertim aduersantib. huius tantæ & tã repẽtinæ magnitudinis causa fuit? dixerit aliq̃s, fortasse aẽrẽ causam esse, & q̃ uirtuti est propriũ tribuet fortunæ, alter impigerrimæ gẽtis industriã uersatilesq; animos, & applicabile ad omnes artes ingeniũ, inter causas numerabit nõ ineptè quidẽ, dũ memineritᷤ tãdiù primã & maximã huius rei causam fileri, donec iustitiæ studiũ fileretᷤ. Illa, in quã incremẽti, uestri uera et p̃cipua causa est, sine qua, nedũ ciuitas, sed nec domus exigua nõ dicã crescere, sed nec stare quidẽ poterit. Fũdamentũ ciuitatũ omniũ iustitia est, sup q̃ si uerum q̃ritur, uestri maiores ædificatã uobis Florentissimã atq; firmissimam Remp. reliquerunt.

Id si

Id si modò per ignauiam labi permittis, quid sperari licet, aliud quã ruinã? Surrexerunt ecce sicarij infames, & q̃ unum ad excitandũ omnes irarũ aculeos satis erat, ciuem uestrum optimum, cui uirũ ut creditur, ab eo die, quo sinistrum pedẽ domo extulit, insidias tetenderunt, nusquam nisi in sinu uestro mactare ausi sunt, quodq́ue auorũ temporibus cogitare etiam in cubilibus timuissent, id sub oculis uestris, & in uia publica, crudeli atq; intolleranda prorsus audacia peregerũt, quod scelus si inultum linquitis actum est de statu publico, actum de iustitia, actum denique de salute, de libertate, de gloria. Corruit fundamentum illud, super quo usq; ad sydera creueratis, & Deus bone, quorũ manibus euersum? Magna pars doloris est, uilis auctor, iniuriæ, furciferi, carnifices, syluicolæ, ferino uictu assueti, sed ferino magis pectore, & ferinis moribus. uix carcere, uix cathenis, aut funib. uestris digni passim in iugulos uestros ruũt, & ad satietatẽ suam pascuntur cædibus, & sanguine miserorũ, profectò nunquã hoc ausuri, nisi uel in uestra segnitie, uel in suis latibulis spem haberent, q̃ spes, si uos ut soletis, uiri estis, ab omni eos parte deluserit. Exercuit uos fateor, & impulit his temporibus fortuna, sed non strauit neq; debilitauit, usq; adeò ut paucos in circuitu sæuientes latrunculos perferatis: solet uera uirtus, & clarior ex aduersitate consurgere, et si benè mores uestros noui, nec me longa de uobis fallit opinio, uos à populo Romano, unum hoc inter multa præcipuum, & uelut hæreditariũ possidetis, ne scilicet fortunæ uos deijciat aut frangat iniuria, sed attollat, & quod maximè uirorum est, inter difficultates crescãt animi. hinc mihi spes non parua suboritur, audio enim uos accensos atrocitate negotij, & generosa indignatione flammantes, ad solita arma iustitiæ conuerti, quod si uerum est, nullus unquam locus ut spero, nulla ars, nullus sceleratorum fauor hominum, ab infandis ceruicibus, meritum iracundiæ uestræ fulmen auertet. Verum ego prædulcis amici, lachryma bilis iactura, supra quàm dici posset amarissimè cruciatus, multa uobiscum uiri illustres familiariter locutus sum, heu frustrà, heu serò, sentio enim damnũ meũ, non posse restitui, nõ si mille linguis adamantinis in sempiternum loquar, aut Orpheo dulcius flebilibus ad lyram querimonijs saxa permulceam, unquam mihi redibit amicus meus, irremeabile iter ingressus est. neq; nunc id agitur, ut ille resurgat, sed ne illò corruat decus uestrum, quorũ alterũ impossibile, alterum uerò perfacile, & in uestra positum manu est. Illud quidem admonere non est necesse, quod scelerum iudices, non præterita sed futura respiciunt, quid enim prodest, ad ea quæ retractari nequeunt studium adhibere? similibus tamen malis occurritur, & exemplo terribili humana temeritas coërcetur, hinc illa nimirum doctissimorũ hominum laudata sententia est. Non quia peccatum est, sed ne peccetur inuenta supplicia. quæ quanquam sint pro huius sceleris immanitate dignissima, quanquam tacitus expectare nõ prohibear, expectare tamen rector. Vniuersa igitur hæc sic intelligar dixisse, ut apud beneuolas aures dolores mei sensum lõquendo deponerem, ac graui molestia tumidum cor leuarem, potiùs quã ut animos uestros ad uindictã sanguinis inflammarẽ. id enim nec professioni, nec statui meo conuenit, itaq; testatus, quod ad illam quicquid dicturus sim, aut dixerim non aspiro. Id q̃ honestius possum flagito, quatenus antiquæ gloriæ uestræ iustitiæq; memores, qua singulariter floruistis, eam uestris perire temporibus non sinatis, idq; obnoxius precor, ut uiæ salutis publicæ, per quas & ad uestra, & ad ipsa parentis mœnia, semper quidẽ, sed nunc præcipuè, instante ut nostis Iubileo, fidelium ex omni regione concursus erit, purgatæ latronibus pateãt peregrinis, ne iusto mœtu territi, uel pium opus omittere, uel rectũ iter flectere compellantur, quod nisi acriter prouideritis (sed spero utiq; prouisuros) æternæ uobis infamiæ maculam irrogabit. In primis autem expeditũ esse decet Apennini trãsitum, unde numerosior populus expectatur, ad quod utinã tempestiuius in animũ uenisset, uestrã magnificentiã exhortari, fuisset prouisum fortasse maturius, nec alijs cauendi circumspiciendiq; materiã infœlicis amici mei miserabile spectaculũ prebuisset. at qd suspecti erat, id ætas nostra nõ uiderat sed sic à senioribus acceperat, esse qdẽ Apẽnini iugũ natiua asperitate difficile, cæterũ nil uiatori tutius uel hospitalius. Quid aũt erit, si de custodib. fures, de canibus lupi fiũt? ubi ad suũ syluosi montis horrorẽ, nequissimorum hominũ terror accesserit? breuis nempè totus ille terrarum tractus, ab hominibus deseretur,

inhospitalior Athlante uel Caucaso, huic ignominiæ & huic pesti, Viri fortes occurrite. ut debitis saxa nondum sicco, ciuis uestri cruore rorantia, inde discetis cæterorum saluti quo nam remedio prouidẽdum sit, qui amputare uult arborẽ, à radicib. incipiat, qui siccare uult riuulos, fontem siccet. Qui extinguere uult latrones, insistat receptatoribus extirpãdis, ite celeriter, ite fœliciter, quo cœpistis, & benè iuuantibus superis, fœda scelerum claustra cõfringite simul ac notam ab oculis nostris abstergite, relinquẽtes posteris iustitiæ famam, q̃ à patrib. accepistis. Illuc nominatim precibus istis addiderim, ut dominum Lucam cognomento Christianũ, uirũ sanguine ac uirtutib. clarũ, qui eidẽ Mainardo infaustæ uiæ comes fuerat, & de quo dubiè fama loquitur, pro honore uestro iubeatis inquiri, an impiorũ manibus euaserit, quod quidam narrant, an pari li feritate consumptus sit, q̃ potius timeo, & timere non desinam, donec aliud sciuero. parcite aũt multiloquio, tulit me longius fortè q̃ decuit, hinc humanitatis uestræ fiducia, illinc doloris mei impetus, & amicorum pietas, de quibus ante modò scripsi, ut eos per dies singulos præstolabar. Ita enim concorditer de Auinione discesserant, ut me uisuri, nulla alia causa suadente, per hoc iter longius uenirent & cum Parmæ nõ inuenissent in domo mea per noctẽ & diem non integrũ morati discesserunt mœsti, literis ibi demissis, quarũ summa erat, se huc ad me è uestigio reuersuros, cũ qúe ego rediès, & multis diebus spectans, lõgiorẽ promissio moram inciperem admirari, famulum unum cum literis misi. qui eos tarditatis argueret, per quem didici, hoc eos charitatis & amicitiæ pretium percepisse. quamobrem si loquaciorem fecit dolor, ignoscite. Licet enim rerum nescius & absens tunc fuerim, quia tamen mei solus amor uidendi q̃ desiderium, eos hac traxerat, solus ego ut mihi uideor, totius infortunij causa fuit. Omnipotẽs Deus, uos tãtis mundi malis incolumes conseruet, in statu fœliciss imo. Parme 11. Iunij consulso animo grauiterq̃ prostrato festinanter.

Fran. Petrarcha Amico suo, S.

TEmpus breue, magnum scribendi desiderium angustat. & ardorẽ animi prægelidus aër frenat, sine exemplo annus est, & bruma horrida, uulgo iam penè in miraculũ, atq; ut dici solet in religionem uertitur. ô tranquilla Parthenope, & magnis ingenijs laudata Cãpania, uestrum est quod ait Maro:

Ver perpetuum atq; alienis mensibus æstas.

at profectò non talis ipsa loquentis mater, glatialis Mãtua, & importunis frigoribus oppressa, niuosisq; alpiũ & Apennini iugis obsessa Liguria, quanquam præsens annus, qui nouitate sui attonitos etiã senes habet, nescio an aliquid causæ secretioris offenderit, quòd scilicet Germaniæ finib. ueniens nouus Cæsar, cœlo nostro, suum fortè frigus inuexerit, cuius is rigor est, ut ipsos quoque Germanos instuporem cogat. certè ego nudiustertius Mantuæ, quo ad ipsum Cæsarem, multum rogatus accesseram, in familiari colloquio quo princeps ille mitissimus, lingua & moribus non minus Italicus quàm Germanus, me nũquam ante hac, præter quã in literis uisum, sæpe dignatur, sic eũ dicentẽ audiui, Vix se unquã tale aliqd in Germania sensisse. cui ego respõdi, Fortè cœlitus actũ esse, ut miles Theutonicus, subitam cœli mutationẽ & Italicã temperiẽ nõ horreret. Mitto autem hæc, hyems zephyrijs cædet, æstas aquilonib. omnia senectuti. ueniet dies, quæ diebus omnib. metam ponat, & hãc tẽporum uarietatem stabilis cõcludet æternitas. natura suũ opus, nostra interim nos agamus. equidẽ non me gelu, quodcũq; Ripheis montib. Meoticisq; paludibus adiacet, retardasset. multa scribere cupiebam, si literas tuas in tẽpore recepissem, sed dum iste uir clarus & nobis charus huc attigit Mediolanũ aberam ut dixi, reuersus & tuas ornatissimas quatuor epistolas, quibus totidem meis serò licet, abundè tamen satisfactum fateor, & latorem abitum meditãtem repperi. Superuacuũ uisum est, inchoare quod perficere non erat, reliqua igitur suum diem, qui longior forte dabitur atq; tranquillior, in hoc breui & turbido nil aliud dixerim, nisi nil penitùs tuarum ad me literarum hoc biennio peruenisse, q̃ mirari te non miror, atq; etiã indignari, sed ferendum est quod murari nõ potest. literæ nostræ medio uiarũ suos raptores inuenerũt, qd aũt scimus: multos forsitã amice studijs nostris accẽdimus, multis gloriæ stimulos fortassis inculsimus, sine, pgant q̃ cœperũt,

Sæpe

Sæpè nobis displiceant, labores & epistolas nostras detineant & auertãt, modò nos amẽt, & quod rapiunt mirentur. Vale.

Fran. Petrarcha Philippo de Vitriaco Musico, S.

AMicas aures, amicus sermo pulsabit, non tàm blandus quã uerax, neq; tàm compositus quàm fidelis. quid enim loqui uerear, de longinquo, quid corã positus non uerear? magna est amicitiæ libertas, magna securitas, qui multum diligit nihil timet, immò uerò timet omnia, & omnia circunspicit. magnus amor, illa, inquam, omnia quibus amatum suspicatur offendi, de amico quidem suo Seneca uiderit, de quo ait: Non amo illum nisi offendero, ego nihil minus uelim, quã te offendere, sed absit, ut offendi uerò possis, ueri semper acutissimus & ardentissimus inquisitor. delectare potius spero, & imbecillitati animi, uirtutis ope succurrere, ut tãtus ætatis nostræ Philosophus, abiectis uulgi delirãtis ineptijs, & iam nõ modo uiriliter sed Philosophicè sentias & loquaris, quid enim quæso te, ne dicã æternum sed uel diurnũ restat homini, si in animũ quoq; senectus admittit? ego quidem & ratione insignita, & experientia magistra, & illustri etiã historico attestante didicerã, Orta omnia occidere, & aucta senescere: sed ab hac ineluctabili sorte mortaliũ, exemptũ animum arbitrabar, quippè qui nõ terrestris, sed æthereæ substantiæ sese in altũ ui propria, & quibusdã, ut ita dixerim, naturæ suæ alis attolleret, mortẽq; despiceret, quodq; de quibusdã uetustissimis Italiæ populis apud Poëtam legerã, q; scilicet, nec tarda senectus debilitat uires animi, latius extendens ad omne genus hominũ referebam, cogis me, in hac dubiũ opinione subsistere, uideris enim mihi, & eloquar apertè, quod sentio, uideris, inquã, mihi uir egregie, non tàm corpore q̃ animo senuisse. quod si accidere tibi potuit, in tanta bonarũ artiũ copia, tantaq; uirtutũ suppellectili, quid euẽturũ credimus his nudis & inermibus, nullum uirtutis solamen habentibus, nullũ præsidiũ literarũ? his dico, qui palsim in triuijs oberrant, curis, inanib. circumacti, ad nil aliud explendũ turbæ numerũ idonei, & fruges cõmedere nati? ut eleganter ait Flaccus: Atqui hoc mihi non negaueris, si senescere animus potest, posse etiam interire, cum haud dubiè ultima uitæ pars, & quasi quidã descensus ad interitum sit senectus, quod ubi concesseris uide, quid sequitur. Dulcedo enim uitæ intercidit, spe immortalitatis erepta, quæ una præstabat, ut me hominẽ, non dolorẽ ex parte alterã morti tẽporaliter obnoxiũ, nobiliori interim & q; naturæ fides addiderat, utraq; tãdem parte uicturum. Nec sum nescius mirari te, quorsum tàm lõgis anfractib. mea pergat oratio, immò uerò si ingeniũ tuũ noui, iamiam cõscientia bellicante, quid dicã, & qd sim dicturus intelligis. est hic ut nosti, p̃clarissimus pater, & cõmunis amborũ dominus Guido Bolomẽsis Cardinalis, et Apostolicæ sedis Legatus, iã facilẽ tuã intueri uideor, modestus illam rubor inuasit. Nõ p̃sagiebas me de manib. suis, tuas literas inspecturũ, quod si euenturum cogitasses, nunc̃q; profectò tàm molliter, tàm demissè, nunc̃q;, da ueniã ueris nominib. tàm muliebriter loqueris. & si non mihi, at saltẽ missis hospitib. meis parceres, quæ ne modò aduersus te numeris suis armentur, nõ illarũ patientia, sed tẽporis breuitas causa est. qd enim ais oro te, cognosce mecũ, uerborũ tuorũ formulã, cõsignatis, ut dici solet, tecũ agitur tabellis. hũc ipsum dominũ nostrũ, arguis, pũgis, increpitas, & nimis intollerãda mollitie, nõ absentiam, sed ut tu uocas, exiliũ eius defles, peregrinationemq; sanctissimã, & q glorioſior nulla esse potest, exilij cognomine decoloras. hæc nimirũ est illa senectus animi, q̃ in te lugeo amice. nũquã quo primum mihi tẽpore notus esse cœperas, ista dixisses, deferbuit sanguis, & ille ardor egregius, quo nulli secũdus uidebaris, abdita q̃libet & incognita pscrutandi. Ita ne inter curiositatẽ anxiã ultimamq; segnitiẽ, nihil est mediũ? parũ tibi distans India uidebatur, Iam Thaprobanẽ, & si quid oriẽtalis oceanus habet occultius cupido metiebaris ingenio. iam ad extremã Thilen ignotis littoribus latitantẽ suspirabas, q̃niam Orcades & hybernæ & qcquid terrarũ noster fluctus aluit, ipsa in ciuitate sordebant. quid aũt miri, si angusta animo literatissimi hominis terra erat? in hũc assiduũ cœli uerticẽ, qui supra nos stabili temone cõuertitur, inq; illũ aliũ, quem se qui sunt Antipodes suspiciũt, in obliquum, deniq; solis callẽ, inq; fixas & errantes stellas, infatigabili studio cõscendentes. nam quid non dies longior euertit? Esse in Italia miserũ exilium reris, extra quàm esse, nisi qa omne

ſolum forti patria eſt, potius uideri poſſet exiliũ: pace tua dixerim, nimis tibi Paruus pons Pariſiẽſis impreſsit, teſtudinei ſui arcus effigiem, nimis aures tuas ſubterlabentis Sequanæ murmur oblectat. Poſtremò nihil calceo tuo, niſi gallicus puluis inſedit. oblitus mihi uideris illius, qui interrogatus cuiãs eſſet, Mundanum ſe eſſe reſpondit. tu uſqadeò Gallus es, ut Galliæ fines excedere, quamlibet ob cauſam exilium uoces: eſt quidem non inficior, natalis patriæ dulcedo nobis inſita, ſcio præclariſsimos uiros, nequaquam huius affectus expertes, audio apud Liuiũ reſtitutorem Vrbis & Imperij Camillũ, quibuslibet ſummis ducibus parem, ſeſe in exilio Ardeatino tactum fuiſſe, cœli patrij memoria, cõfitentem audio Diomedem apud Vergilium ſuum Calydona. Deorum inuidiæ aſcribẽtem audio Naſonem ſuam abſentiam, non paucis uerbis, ſed integro uolumine deplorantẽ. cum hoc aũt & illud ſcio, puſilli & inualidi animi eſſe, ubi honeſtæ uacãt cauſæ, abiectis his cõpedibus, non poſſe conſurgere. Ingens eſt Romanorũ & externorũ ducũ, ingens quoq; Philoſophorum copia, qui uel ut bellicam, uel ut ingenij gloriã cumularent, uitam in perpetuis peregrinationibus exegerunt, ſed quia libentius profeſsioni noſtræ uiciniora commemoro, Philoſophorũ aliquos attingam. Plato relictis Athenis, ubi ſi dici fas eſt, pro terreſtri quodam numine colebatur, Aegyptum primò, deinde Italiam circumiuit, At quãtus labor homini ſedere ſolito, ſed per omnes uiarũ difficultates, diſcendi cupiditate, pro uehiculo utebatur. eſt & peregrinatio famoſa Democriti, famoſiorq; Pythagoræ, q ſemel domo egreſſus, nũquam redijt, ueri flagrantior amore, quàm patriæ, luſtrauitq; Aegyptũ ut ait Cicero, Perſarum Magos adijt, tantas regiones barbarorum pedibus obiuit, tot maria tranſmiſit. cuius peregrinationis extremum ſi quæritur, in Italiã ipſam uenit, ibiq; reliquũ uitæ ægit, & quatuor ibi luſtra cõſumpſit, ubi tu nũc annuã domini noſtri moram, uelut flebile exilium, & prorſus perditũ tempus doles. Expergiſcere, expergiſcere obſecro, & ingeniũ tuũ excita, uir inſignis, atq; inclinatũ animũ attolle, uidebis quanta opinionũ nube uulgarium teneatis, dum illæ tibi uoces exciderint, quas utinam non legiſſem, non eſt exiliũ q̃ tu putas, ſed breui labore famæ materia ſempiternæ. hoc tibi perſuadere nunc difficile eſt, qui ut uideo, nihil extra Pariſius magnificum, aut delectabile ſuſpicaris, & extrema illas agelli tui glebulas, quibus animum addidiſti. cum uerò ad te ipſe redieris, & prophanis uulgi rumoribus excluſis, te unum percunctari, tibi credere malueris, benè de te ſperare non deſinam. Redde mihi collocutorem meũ, redde mihi priſtinũ Philippũ, me quidẽ tacente ueritas perorabit. at modò non tecũ, ſed cum altero neſcio quo, Philippi illius hoſte, cõflictatio mihi iſta ſuſcepta eſt, quãobrem ſiquid fortè liberius dictũ legis, quàm blanditiarũ noſtri æui mos habet, ignoſcito. iuuat enim magnificè loqui, & certè decet, ut quadam ad Ciceronem epiſtola Brutus ait: aduerſus ignorantes, quid pro quoq; timendum ſit. Vt enim ad exulem tuum reuertamur, uideres hunc autem auguſtiorem ſolito, & fronte ſiderea per urbes Italicas incidentem. Videres populorum ac principum concurſus, ſummo illum honore proſequentium, audires plaudentium atq; fauẽtium uoces, eneruati puderet eloquij, neq; iam exulem, ſed pacis & quietis auctorem, atq; ſoſpitatorem Reip. nũcupares ueriore uocabulo. cum enim inter Vngariæ & Siciliæ regna profundius odiorum fontib. ſcatentes, bellorum cauſæ, magnam Europæ partem in diſcrimen traherent, tãto par oneri, nemo alter inuentus eſt. Hunc Rom. Pont. iuditiũ, hunc ſacri collegij conſenſum, ſi tu tibi miſerum aut pœnitendum cenſes, quod fœlix fauſtumq; dicturus ſis neſcio. ſed adiuro te, per illam quæ præeſſe debet affectibus rationem, quod tu mihi ocium, cum hoc negotioq; quas mihi delitias, cum his curis, quàm mihi requiem cum his laboribus comparabis, uiderit Epicureum uulgus quid pronunciet. ego tàm generoſum exercitium, omnibus delitijs, omnibusq; uoluptatibus prætulerim, quas ſomnus aut uenter aut ambitio præſtare poteſt. omnis enim uirtus, omnis gloria, omnis honeſta delectatio in arduo ſita eſt. ad obſcœna deſcẽdimus, condeſcẽdimus ad honeſta, noli igitur domini noſtri deplorare fortunam, exulem te potius credito, & exilium tuum geme, qui tàm procul à contemplanda illius gloria receſsiſſe, dolerem & ego, nunc pariter uicem tuam, niſi tu iter eius miſeratus, tacitè quidem te fœlicem abſentia iudicares. gaudenti autem compati, non pietatis ſed dementiæ opus eſt, niſi

eſt, niſi fortè miſerari falſo gaudio gaudentẽ, ea demũ miſericordia ſumma eſt. Cæterũ & ſi tu antè tempus immobilis factus es, patere tamen æquo animo, hunc quem tota te mente diligere certè ſcio, inertes moras itineri poſthabuiſſe magnifico. uirẽs enim ætas eſt, cor pus ualidum, præclarus ſanguis, altum ingenium, ardens noſcẽdi cupiditas, hi ſunt ſtimuli, quibus impulſus & Sequanam & Rhodanũ amittere auſus eſt, neue ſolos Philoſophos peregrinatos, atq; hoc obtentu, hunc regia proſapia ortum, ab illorum humanitate ſegregandum putes, illuſtrioribus exemplis agam. Quatuor & uiginti annos natus erat Scipio, cum aduerſus quatuor ualidiſsimos Carthaginenſium exercitus, totidemq; clariſsimos duces in Hiſpanias profectus eſt, inde innumerabilibus uictorijs ornatus rediens, cum parta laude contentus domi manere poſſet, tonante per Italiam Hannibale, in Africam tranſire maluit, & ſe inter aſperrima uocantem maioris ſpem gloriæ ſecutus eſt, non inde diuitias relaturus, ſed ſalutem patriæ, agnomenq; ſibi, qui enim Cornelius iuerat, rediit Africanus. Iuit ad Troiam Neoptholemus, contemptis aui precibus ac lachrymis, Iuit Vlyxes per omnes terras ac maria, & erat illi domi decrepitus. pater, infans filius, coniunx adoleſcens, & procis obſeſſa, cum ipſe interea Circeis poculis, Syrenum canibus, Cyclopum uiolentia, pelagi monſtris, ac tempeſtatibus decertaret, uir erroribus ſuis clarus, calcatis affectibus, neglecto regni ſolio, & tot pignoribus ſpretis, inter Scyllam & Charybdim, inter nigrantes Auerni uertices, ſeneſcere maluit, quàm domi, nullam aliam ob cauſam, quàm ut aliquando ſenex, doctior in patriam remearet. Et reuera ſi experientia artem facit, quid artificioſum, quidue alta laude dignum ſperare relinquitur illi, qui paternæ domus perpetuus cuſtos fuit? Boni uillici eſt, in auito rure conſiſtere, telluris ſuæ uim bonumq; cognoſcere, contra nobilius & in altum nitentius ingenij eſt, multas terras & multorum mores hominum uidiſſe, ueriſimumq; eſt quod apud Apuleium legiſti. Non immeritò enim, inquit, priſcæ poëticè diuinus auctor, apud Graios ſummæ prudentiæ uirum monſtrare cupiens, multarum ciuitatum obitu, & uariorum populorum cognitu, ſummas adeptum uirtutes cecinit, quod Poëta quidem noſter imitatus, ſuum Aeneam noſti, quot urbibus ac littoribus circũducit. Tu domino noſtro cõpateris, quòd aliquid præter Pariſius uidit. nec intelligis quàm gratum ſpectaculum illi fuit, ingenio oculis cernere, quod cogitatione præuiderat. Etenim ſi in Tuſculano diſputans Cicero, ait. Aliquid aſſequi ſe putant, qui hoſtium Ponti uiderunt, & eas anguſtias per quas penetrauit, ea quæ eſt nominata Argo, quàm Argiui in eadẽ lecti uiri uecti petebant pellem auratam arietis, aut hi, qui Oceani freta illa uiderunt.

Europam, Libyamq; rapax ubi diuidit unda.

Quid ſe hic adeptum putare poteſt, qui fractas punico aceto, Italicas Alpes uidit, & ciſalpine Galliæ lætiſsimos atq; latiſsimos campos, libero permenſus intuitu, Mediolanum urbem egregiam, & à maioribus neſtris condita, Brixiãq; & Veronã, ab eiſdem ueſtris maioribus poſſeſſa loca proſpexit? Inde petens Patauium Troici opus Antenoris. hinc Venetorum inter cunctas littoreas mirabilem atque permaximam urbem, mox cinctum fluminibus & æſtiuis delitijs amœnum paruumque Triuiſium, quàm ſibi ſedem delegit, delectationis non tàm patriæ, quàm undique conuenientium commoditati proſpiciens. Inde ad compeſcendos arctoos motus, Aquileiam præteruectus Alpesq; noricas tranſgreſſus, lõgè lateq; Germaniã peragrauit, & illũ olim imperij limitẽ Danubiũ, Nilo parẽ, mille ſuperbũ fontibus, & horrificis gurgitibus æſtuantem attigit. Inde nuper multa reuerſus cum laude, hodie minoris corpus Antonij ingenti populi deuotione tranſuexit, quæ una ſibi apud Patauium longiuſcule moræ cauſa fuit, cui translationi ego interfui, grauitatis eximiæ ac cerimoniarum mirator unus ex plurimis. Craſtino iter inceptum aget, ut ſicut Adriatici fremitum maris uidit, ſic Thirrenas aſpiciat tempeſtates. & primo quidem fluuiorum regem tranſibit Eridanum, & antiquiſsimã ciuitatũ Rauennam, poſt Ariminum, mox fanũ, inde Peruſiũ præualidã urbem, atq; inter iacẽtes alias randẽ, rerũ caput, & dominam Romam petet, quam quicunq; non uiderit, temere alias admiratur, cuius urbis aſpectus, ut interdum ſpecioſior foret, P. R. fortuna præſtabat, ut uerò nunquam ſalu

tatior

tatior iubileus annus efficiet. Voces licet exulem, ille mihi uidebitur fœliciſsimus peregrinus, Ibi Apoſtolorum limina & terram calcabit, ſacro martyrum purpuream cruore, uidebit uel muliebri linteo, uel in cunctarum Eccleſiarum matris parietibus, extantem domini uultus effigiem. Videbit ubi profugo Petro CHRISTVS occurrit, & ſuper præduram ſilicem, æternum gentibus adoranda ueſtigia. Ingredietur in ſancta Sanctorum, locellum cœleſtis gratiæ plenum, Vaticanum luſtrabit, & beatis oſsibus extructus Calixti ſpecus, incunabula & circunciſionem Saluatoris aſpiciet, & uirginei lactis uaſculum candore mirabili. Videbit Agnetis anulum, & diuinitus extinctæ libidinis miraculum, recognoſcet. Contemplabitur truncum Baptiſtæ caput, & Laurentij craticulam, & aduectum aliunde Stephanum, unoq; duos contentos hoſpitio. Videbit ubi pauli fuſo ſanguine dulcis aquæ fontes eruperint, unde nato domino fons olei deſcendit in Tyberim, ubi templi pulcherrimi fundamenta, æſtiuæ niuis inditio iacta ſunt, & ubi partu Virginis templa fortiſsima corruerunt. Cernet lapidem infando Simonis cerebro maculatum, monſtrabitur ſibi Sylueſtri latibulum, & uiſio Cõſtantini, & dicta cœlitus inſanabilis morbi cura. Innumerabilia quoque alia, quorum partem idem ego, ad Clementem VI. ſcribens, loquaci quondam ſum complexus epiſtola. Siquando uerò à cœleſtibus ad terrena deſcendere libuerit, cernet Romanorum principum ſtupenda licet collapſa palatia, Scipionum, Cæſarum, & Fabiorum domos, uidebit ſeptem colles, unius muri ambitu circumcluſos. Mirabitur latas uias, captiuorum contra agminibus auguſtas, & triumphales arcus, ſubactorum quondam regum, ac populorum ſpoliis onuſtos. Capitolium aſcendet omnium caput arcemq; terrarum, ubi olim cella Iouis fuerat, nunc eſt ara cœli, unde Auguſto Cæſari puer CHRISTVS oſtenſus eſt. Hæc ille. Tu uerò quotiens prata Germani & Genouefe collem contemplabere, ortum ſolis tibi luſtraſſe uideris, & occaſum, opinione tua fœlix, ſi tamẽ ulla eſt in errore fœlicitas. Roma autem digreſſus ille, nequid ſcias, per Italiam Italiæ regionem Hetruſcorum urbes inuiſere in animo habet, gelidis ac tepentibus circũfluum fontibus Viterbium, & Vrbem ueterem, prærupti ſaxi in uertice ſedentem. Senas præterea & lupa altrice, & ſeptem collibus Romæ æmulam ciuitatem, Romanorum opus ducum Florentiam, de qua nihil ad præſens, ne qui te mihi, me tibi ſuſpectum faciat amor patriæ. Inde ſuperato rurſus Apennino, per ſtudioſam tranſire Bononiam, atq; hinc iterum reuerti cogitat, omnium hinc legationis ſuæ prælatorum ſolenne concilium acturus, atq; ita cum demum Mediolanum repetet, & ad læuam flectentes, tertio tranſiliet Apenninum uiſurus & Ianuam, nec immeritò. Nulla enim animoſior, nulla hodie uerius regum ciuitas dici poſſet, ſi ciuilis inde concordia non abeſſet. Ita per Liguſticum ſinum, quo nullus amœnior, per cedrinos ac palmiferos ſaltus, per odoriferum atque undiſonum littus, ad Italiæ finem ueniet in Gallias reuerſurus. Non hæc properantis tædio affecti animi ſigna ſunt, uides ut Menandreo more circunflectitur, quo & à pluribus locis aduẽtus ſui iucunditas ſentiatur, & generoſa mẽs pluriformium rerum recreetur aſpectibus. Habet igitur exul tuus magnam gaudendi materiam, multa & magna & memorabilia uidiſſe, & ubi præclariſsimũ nomen ſuum, illa quæ minuere famam ſolet, auxiſſe præſentia, habet & quo lætetur Italia, quæ inter præſentis æui nubila hoc uelut benigno quodam ſidere, ſerenata eſt, & quæ ab initio rerum, ut ipſe non ignoras omnium auctorum teſtimonio laudatiſsima terrarũ omnium ſemper fuit, tantùm præconem noſtra ætate, unde non ſperabat inuenit. Crede enim mihi, mirabere, ubi eum reducem audies, de rebus Italicis prædicãtem. itaq; ut iam tandem, aliquando concludam, ſi deſiderium tanti patris ægrè fers, ſi ſolitudinem tuam, & ſi tu nimio contractam animi rubiginem lamentaris, poſſum humani paſsionibus ueniam dare. ſi uerò uel nos illi, uel illum nobis inuides, prorſus Satyrico dente mordendus es, quem torqueat aliena lætitia. Proinde quicquid eſt, breue eſt, Aeſtas te proxima uictorem faciet, redditura tibi quem nobis eripiet, imaginem tamen illius, nulla dies de noſtris præcordijs extirpabit. & quantò putas alacrior, quantoq; rerum experientior redibit, quãtò non ſolum cæteris, ſed etiã ſemetipſo ſublimior, qui tàm multa oculis ſuis uiderit, & urbanitatẽ Gallicam Italica condiuerit grauitate. In plauſus illud tuum omnipotens uerteres eloquium, pudebitq;

inutilium

inutilium querelarum, quarum nulla quidẽ erat excuſatio, niſi, quia uulgari ſermone conſcriptæ ſunt, ut intelligi detur non te in illis tuam, ſed uulgi ſecutum eſſe ſententiam, cuius recum deprehenſum q; iuditium ſemper fui. Tu uiue & Vale noſtri memor. Salutat te Marcus Medicus compatriota Virgilij. Patauij XV, Cal. Martias.

Fran. Petrarcha Honorabili & inſigni uiro domino Franciſco Bruno, S.

EPiſtolam tuam, apoſtolicis literis inſertam, non tantũ lætus & ſoleo, ſed ſolito lætior uidi, grauib. enm me curis explicuit, Nam ne quid te nõ actuum modò, ſed cogitatuũ meorum lateat, ſuſpicari fateor, nondũ quidẽ plenè cœperam, ſed iam incipere meditabar te mei oblitum, non quia id naturæ tuæ, ſeu moribus conueniret, ſed fortunæ proſperitas certè, quæ nũquam tanta tibi eſſe poteſt, quantum cupio, obliuionẽ amicitiarũ parere ſolita, parumper mihi eſſe incipiebat annuo iã ſuſpecta ſilentio. feciſti optimè, q me hoc labore animi liberaſti. Quieui illicò lecta excuſatione tua, quã prius ex ore amici præuenientis audieram, ſed magna apud me eſt calamo tuo fides, Ad rẽ uenio. Sãctiſsimus dominus noſter mihi ſcribere dignatus eſt, & qd ſcribat noſti, literas enim tu dictaſti filius tuus qui & meus eſt filius niſi fallor, ſcripſit. Literis tanti patris reuerẽti metu ſed non ſine quadam fiducia concepta, non de ullis meritis meis, ſed de ſola ipſius & olim et nunc maximè cognita mihi humanitate, reſpondeo, quid non dico, tu qui ſuas dictaſti literas meas leges. Permiſi mihi paulò liberius euagari, quam conſiderata ipſius magnitudine debuiſſem, ſed humanitatem ſolam, & clemẽtiam cogitaui, ne tamen nimiũ multiloquio importunus fierem, frenaui impetum, & in finem remiſi eũ, ad has tuas literas ut uidebis. Summa aũt hæc eſt. Ego fraterſi quid mihi ad uitam unius canonici deeſſe dicam, mentiar, ſed ſi dixero, me plures habere notos, & plura inde grauamina quàm totum ferè capitulũ cuius ego pars ſum, forſitan non mentiar. quæ an declinari ulla arte ualeã ignoro. ſæpè certè tentanti, nunq; hactenus ſucceſsit. unde mihi non exiguus uitæ labor, & quãuis forſitã gloriola, tamen haud dubiè tædioſa perplexitas. Si quæras, num q reſtat tranſire poſſim, ut nunc uſq; tranſiui, poſſum planè, ſed haud quãquam facilius quàm olim, immò uerò difficilius, quod ad ſarcina indies augetur, & uires minuũtur, habeo hic prebendam, quæ mihi panẽ & uinum dat non ſolũ ad utendũ, ſed etiam ad uendendum. Reſidentia mihi aliqd ualeret, ſed ego urbes, uti ergaſtula fugio & magis eligo ſolitario in rure, ſi oporteat eſurire, q̃ in urbib. abundare, quamuis nulla fuga, nullæ me latebræ à cõcurſu protegant, habeo famulos, ſine quibus utinam uiuere poſſem, aut ſcirem, habeo equos, quando pauciores duos ſaltem, & ut ſileam quæ ſunt hiſtoriæ longioris, ſoleo habere ſcriptores quinq; uel ſex, habeo tres ad p̃ſens, & ne plures habeam cauſa eſt, quia non inueniuntur ſcriptores ſed pictores utinam non inepti. Habeo unum presbyterum uenerabilẽ uirum, q̃ dum in Eccleſia ſum aſsiduus mecum eſt, cum quo ſæpe, ubi ſolus prandere diſpoſui, ecce ſubitò è tranſuerſo cõuiuarum acies, uel cibo paſcẽda uel fabulis, uitari enim prorſus nequit, ne uel ſuperbior appareã, uel auarior quàm ſum. Sic me Deus amet, ut nonnunquam ſpectare mihi uideor, illos Penelopeos Homericos procos, niſi quod hoſtes illi fuerant, hi autem ſunt amici. Exonero animum loquendo tecum, immò mecum, & ideò te tandiù hoc inutili ſermone occupo, quãdo autem de me Frater hæc crederes? & totum hoc mihi facit lenitas mea, quæ me natura licet uulgo abſtractum in commune reſtituit. Cupio præterea & diſpono Deo dante, non templum Marti, quantum nuſquam eſſet, ut Iulius Cæſar, ſed unum hic paruum Oratorium Beatæ uirgini extruere, iamq; opus aggredior, ſi deberem libellos meos pignorare uel uendere. & ſi ad opuſculum hoc explendum, CHRISTVS mihi uitam & facultatem dederit, ſtatim ſi uenire ipſe non poſsim, ſicut non poſſe arbitror, defectus uirib. corporeis, famulum unum ad dominum meum Sabinenſem, & ad te mittã, ad retendandũ iſtic, quod olim me fruſtrà noluiſſe, & ipſe ſcit, & tu etiã nõ ignoras. Hæc amice curarũ mearum pars milleſima eſt, ſi his ergo atq; alijs, & qd mihi à prædeceſſore ſuo promiſſum erat ut noſti, dominus noſter quieti meæ conſulere dignaretur, nõ tenetur fateor indigno & immeritò, niſi ad imitationẽ forſan illius, cuius uicẽ gerit, qui multa bona quotidie cõfert immeritis & indignis. Et ſi quidẽ hoc uelit, ut literæ eius indicant, poteſt perfacilè profectò uno uerbo.

Nullus

Nullus enim dominorum, tàm facilè potest benefacere quib. uult, quàm Romanus Pontifex. qui se fortè mihi facere uellet, secundum suam condecentiam, quod dixisse fertur Alexander Macedo, multum esset aut nimium, si uerò secundum meam insufficientiam, nihil esset aut modicũ. Temperet hæc igitur, ut sibi uidebitur. siue enim multum faciat, siue nihil, siue modicum, contentabor. Quin tu potius, dicat aliquis, pete quod uidetur, quando paratum habes animũ largientis, hoc amicè non possum, triplici ratione. primũ nempè quid petam prorsus nescio, sicut ille qui raro unquam de talibus cogitaui. omnia ferè uitia mihi obijci, uel ab amico patiar, uel ab hoste, dum dolus malus, dumq; ambitio sequestretur. Deinde, esto quod amicorum indagine, aliquid quod peterem inuenirem, antè tamen quàm nuncius meus ad pedes Apostolicos perueniret, esset de facili idipsum petitũ ab alio & concessum. Non est enim ut opinor dominus noster in illa duritie, qua fuerunt aliquin diebus nostris, negare omnia parati, dum non nisi perfectis uitis dare aliquid uolunt, quod si fiat, aut omnia beneficia uacabũt, aut pauciſsimis omnia conferentur, tàm rara est humana perfectio. postremò fieri posset, ut aliquid peterem, quod eidem domino non placeret, sed propter incomparabilẽ benignitatẽ suam, supplicationibus meis condescenderet, quod ego nullo modo uellem habere aliquid, quãuis magnificũ, & mihi utile, quod sibi nõ penitùs gratum esset. Quid fiet igitur. dicam tibi: Si uolũtas domini est, qualis uidetur esse, ipse sit & benefactor & cõsultor, nec mereẽ id sibi dici, quod fœlicis recordationis domino Clementi, patruo suo dixi. Cum enim sui gratia, officiũ quod tu nunc industriè geris, mihi obtulisset, quod me nolente, tunc habuit magister Frãciscus de Neapoli, & deinde me sæpè, licet indignũ, Episcopũ facere uoluisset. & ego indignantibus dominis, & amicis cõtinuè recusassem, ultimo mihi dixit. Pete quod uis & faciam tibi. Cui ego respondi: Si benè facere mihi uultis, nõ solum beneficentia, sed electio Pater sanctissime uestra sit. Vos scitis optime quanti me facitis, quando aliquid petente alio, uel quomodolibet ad notitiã uestram uenit, quod me dignum uideatur, mei si placet memoriam habetote. quod ipse se facturũ clementissimè repromisit, & fecisset non dubito, nisi eum mors, multis & inter alios mihi damnosa præuenisset. Ita ergo mihi expedit, ut dominus noster faciat, si mihi aliquid uult facere. Nam si expectatur, ut ego senex nunc sollicitus sim petitor, quod iuuenis nunquam fui, actum est, nil penitùs unquam fiet. In hoc sanè domini mei Sabinensis interuentio, & tua sedulitas efficacissima erit, & neutram defuturam certè spero. Alios ibi non habeo, nam quos habui, uel defuncti uel alienati sunt. Solus ipse dominus Sabinensis tribus & triginta annis, in eodem proposito erga me mansit, nec ulla unquam, siue propter occupationes eius inextimabiles, siue propter silentiũ meum, siue propter absessum suum facta mutatio est, nisi de bono semper in melius. secũ de his ergo delibera, & ipsum ad omnia fidenter require, animũ eius ad me, uerbis ut puto tibi cognitum, factis animi testibus recognosces. Ego enim sibi breuiter scribam, & eum quoq; ad has literas remittam, ne minutias & fabellas meas sæpè repetã. de quibus scis q; nunquam tibi aliquid scripsi, neq; nunc quidem fueram scripturus, nisi quia sic res poscere uisa est. Et nunc frater habes totam hanc historiam, necessariã potius quàm iocundam, si unũ addidero, quod posset forsan in colloquium uenire. Nam si roget in hunc modum: Quamuis nominatim nescias, quod petendum sit, cuius generis tamen beneficio optares edicito: dicam quod apud Ciceronẽ Cotta: Omnibus ferè, inquit, in reb. quid nõ sit citiùs, quã quid sit dixerim. Prælaturã itaq; nullam uolo, nec uolui quidem unquã, similiter nec beneficium curatum, quodcũq; quamuis opulentissimũ, satis est mihi uniùs animæ meæ cura, atq; utinam illi uni sufficiam. De reliquo faciat dominus noster, ut sibi placuerit, ut unũ sciat, quod siue mihi prouideat, siue non, seruus suus sum, quamuis ad nihil utilis at fidelis saltem, meq; suis sustis obnoxium fateor, & suis olim alloquijs, & nunc suis literis insigniter honoratum, ita ut sibi non iam sua libertate deuotior, sed obligatior fieri possim. Illud quoq; sibi persuadeas, quod siquid mihi contulerit, idipsum citò alteri conferre poterit. Ego enim iam delebor, & ut extimo tempus meæ resolutionis instat, heu mihi misero, quia quæ sequuntur dicere non possum. Certè ego frater, præter naturalem uitæ legem, quæ non est aliud quàm cursus

cursus ad mortem breuis & lubricus, sentio me indies ultra etiam ætatis exigẽtiam rapi, & uehementer imminui, atq; umbræ in morem euanescere. De quo miror quidem, quia non ita uixi, nisi fallor, ut id adhuc mihi deberet accidere sed Deo teste non doleo, & si pro peccatis meis accidit ualde etiam gaudeo, Ita enim dudum me adeò popoſciſſe bis in deuotiuncula quadam memini, his uerbis. Fiat mihi thalamus meus purgatorium meum, & lectulus meus lachrymarum conscius mearum, & in corpore meo doleam, priusquàm præceps corruam in tartara. & iterum, Sit mihi pars purgationis labor meus, quo hic per singulos dies exerceor, reliquũ in hac uita, & in his membris exige, priusquàm ueniat tempus egestatis. si quod bis petij semel assequor, benè habet. Tu uiue fœliciter mei memor, & uale. Arquade inter colles Euganeos: in uigilia Penthecostes.

Fran. Petrarcha Philippo Cauallicensi Episcopo, S.

TRia tibi ueniunt pater, multum diuersa munuscula. Vnicus auro nitens piscis, & squamis maculatus argenteis, Torrentinam alij, Turturam quidã uocant. gratius tamen fuerit saporem nosse, quàm nomen hunc hospitis mei filius seruus tuus, in his hodie lucidissimis undis cœpit, Item pinguis anas amœni dudum fontis incola, cui aduersus raram indolẽ egregij canis, nec liberas aër uias, nec tutas fluuius latebras dedit, nec natanti fuga patuit, nec uolanti. Ad hæc epistola quædam recens, quàm in rure tuo nuper hamo debilis ingenij, inter animi mei fluctus, & rerum scopulos, ipse quoq; piscatus sum. Cætera tamen ita ueniunt, ut apud te maneant, hæc uenit ut redeat. neq; diutius quàm ut oculos tuos semel impleuerit, tecum sit. Scis causam? quia ueritas odium parit. quod si iam tunc tempore Terentij uerum erat, quid hodie arbitraris? Perlege ergo si libet atq; secretius, ac remitte, donec sciamus, quid mundo Deus aut fortuna parauerit, tunc consultabimus, quid huic fiat, an danda sit flammis, an sororibus ascribenda. Interim scito, & huic fidem mentire meam, nullis me oculis hanc alijs ostensurum fuisse, quàm tuis. Vale decus meum. ad fontem Sorgiæ. XIX. Cal. Ianuarij silentio noctis intempestæ.

Fran. Petrarcha Philippo Episcopo Cauallicensi. S.

SI quicquid mea mens cogitando concipit, scribendo parturiat, ingens digitis meis oculisq; tuis opus exoritur, Quod & si ualdè aggredi cuipiam pater amabilis, tempus uetat, ita distrahor incertis affectibus, & dum necessitati pareo, desiderio obluctor. sed benè habet, quicquid scripturus fueram, tacito me luculenter intelliges. Nosti animum, ubi cogitationum actuumq; nostrorum radix fixa est, unde fit, ut quæ ex illo prodeunt, ignorare non possis. Familiariter olim tibi nisi fallor, studiorum finis & uotorum meorũ intellecta modestia est, utor enim fidenter, hoc nomine non superbè, cõscius suæ humilioris originis, quod unde modicum, inde & modestia dicitur, & à modo nomine utrunq; descẽdit. Quæ cum ita sint, cogita pater indulgentissime, quid uelim. Nullis ariolis, nullo opus interprete, ne ipso quidem uel meæ uel alienæ uocis oraculo, Intus ad aurem cordis tui clamat animus meus, & noster nihilominus Socrates non tacebit, quàm improbat concupiscentia, & si probè noueris, certius tamen, nunc ex amici colloquio pensabis. Tu autem pater, apud communem dominum, in quo spei anchora, & quod propriè titulo suo conuenit, rerum nostrarum cardo consistit, preces meas si fauorem merẽtur adiuua, Si minùs excusa, ut enim magister amorum ait:

Quid deceat non uidet ullus amans.

Amo ego uos, ita me ille amet, in cuius amore summa fœlicitas est sita. amo, inquam, & ueneror, uestram q; præsentiam eximijs præcordijs concupisco. Itaq; dum uoto meo obsequor, uestra forsan fastidia, non aduerto, si quid importunius agit, hoc me precor absoluat, intensi enim affectus regi nesciunt, frenũ mordent. Epistolam illi inscriptã, quãuis lõgiusculam, plura tamẽ uolentis dicere, animi nuncia efficacissima uocis tuæ auctoritate confirma interpretare, iustifica, paucis enim, uersiculis, summã tibi meæ mentis approprio, præsta te mihi, ne frustrà ꝓptauerim, q; hominũ magna pars metuit silentiũ, solitudinẽ, paupertatẽ, mirùm. solus ego ex omnib. mortalib. diues fiam, cum pauperũ qui frustrà diuites fieri uolunt, passim tot milia uideamus. Occurrite omnes, qui me diligitis huic monstro. non

cogar

cogar unus, unde tàm multi se exclusos dolent, & unde tàm cupidè omnes fugiunt nõ excludar. Diuitias alij, ego paupertatem appeto, sed non omnem profectò, non sordidã, non tristem, neq; sollicitam, sed tranquillam, sed pacificam, sed honestam, hanc mihi nisi ab illo dari posse despero. & si uerum loqui iubes indignor, atq; ab alio dari nolim. Apud eũdem igitur intercede, pulsa, urge, insta, opportunè quidem, uel si res exigit importunè. Facilem pro me aditũ inuenient preces tuæ, non solet suas ille despicere, proinde ne uidear precando diffidere, age non ut mereor, sed ut spero. Mediolani Idus Martias.

Fran. Petrarcha domino Francisco Bruno, S.

PRædilecte frater, casus fuit. ut cũ satis multa per alterius manus ad te uentura scripsissem, iterum mihi in manus calamum necessitas honesta reponeret. Siquidẽ lator præsentium presbyter. N. plebanus &c. & domini capitanei capellanus, cum præfato domino suo, ad dominum nostrum uenit. Est autem uir, ut mihi dicitur bonus, & in suo genere singularis, propter quod inter tàm multos, ad tãtum officiũ prælectus est, quibusdam quoq; mihi uenerabilibus ac dilectis charus admodũ & acceptus, quibus cum notũ esset, quod hic paucis bonis est incognitum, quanta scilicet inter nos sit identitas animorum, optarũt ut ad te commendatorias literas meas ferret, ad quas nõ difficilis fui, quia & amicis talibus nil negare didici, & apud bonũ pro bonis, intercessionem fauorabilem reor. Faue illi quæso, qua potes rem mihi feceris gratissimam. Vale.

Fran. Petrarcha Francisco Bruno, S.

NIsi ualdè fortibus humeris sis, tot mearum intercessionum sarcinas, ferre non ualeas. Scripsi sæpè & repeto, notã adeò his in locis amicitiæ nostræ famam, ut si passim omnibus annuam, literas ad te meas, optantibus sat negotij, unũ hoc tibi allaturum sit. Parco aũt labori tuo, parco & meo, & ad multa facilimus, hac in re difficilẽ, immò inexorabilem me præbeo nisi his solis, quos mihi uel uirtus uel singularis amicitia conciliat. Vtroq; uero latorem præsentium affluentem noueris, N. uirum scientificum atq; honestum, & mihi has ob causas atq; insignem morum suauitatem qua delector, acceptissimũ. Hunc tibi dudum cõmẽdasse memor sum, & ipse tuæ benignitatis ac uirtutis præco ingens, mihi se ne dicam tibi, tuum ob meritum perpetuò obligatum fert. Nunc fortè alijs ex causis, sed ut reor, licet hoc taceat, quia unus est ex illorum acie, quorum uirtus malis, ac morum diuersitas odiosum facit, studuit aliquantisper peregrinari à patria, & tentare si qua sibi sors alibi prosperior foret. Recõmendo eum tibi iterum, eò arctius, quo sola olim fama, nũc experientia notus insuper & dilectus, tunc amicus amicorum, nunc uerò amicissimus mihi est, quod nõ esset nisi talem scirem qualem dico. Si sibi ergo uel ope uel consilio prodesse potes, te hinc uitro bono, immò optimo profuturum, hinc mihi cui semper places eximiè placiturũ scito. De me siquid nosse uoluerit ipse dicet. De alijs enim pridem latius scripsi, & responsum tuum expecto. Vale Paduæ XXVI. Nouembris mane.

Hæc epistola, Canceris in modum retrograda, ingenij exercitio insigni ab authore conscripta, lecta siquidem, in genere demonstrationis uersatur, à principio de cursu laudat, à fine incepta uituperat.

Fran. Petrarcha amico, S.

IVcunda ipsa fœlicitate, lætisq; issdem successibus te prosperis potiturum, nunquã quæsiuit te passurum aduersa, probate re uera, fide & operibus amice non ficte uir intimis affectibus gestio, ac iugiter Deum oro. Prolõgentur dies tui, nec tibi sit uita breuis, Diuitijs affluas, neque careas ergo cunctis optatis, debita quæpiam hæc tuæ uirtuti non uitijs. Verũ ad commendationes tui, promere uolui, stylo sonante dispositus fidelitatis in tuæ laudes, non iurgia criminandum, si quid fuerit, tegens de tui rubore, pandens tua tamen egregia, non infima opera prædicanda. Cognoui te moribus perfectum, in cunctis quadrupli uirtutum cardinalium radio, absq; uitiorum maculis aspersum, sic iugiter extitisse. Virtutum ipsarum ordinem seruandum non iam præposterandum ideò duxi, singula ordinata in te facere, quoniam semper noui. Probas te prouidum in futuris, caues semper pericula, neque prospera fortunæ nisu animi complecteris. Disposita in te præsentia, solerti non segni studio,

studio, certa in actibus tuis ostendis, cõpositum hic animum, nonq; rudem effectibus monstras. Amplectenda sunt utique, non aspernenda operum tuorum gesta, probanda re ipsa exemplorum ueterum illustriũ memorẽ, nõ excordẽ, nãq; te fuisse prorsus, & esse homines proclamãt, prompta nõ disgregata memoria. Tribus itaq; temporib. tuus animus manet, dispẽsantibus in singulis, prudentia omni, ac pitia rerũ absq; cordis ignorãtia quorũcunq; naturaliter insita tibi dilectam te iustitiam in iudicando foues, præmia bona, non supplicia iustis, iniqs pœnarũ discrimina nõ coronas, dudũ tribuere didicisti. Veritati similis, abdicatis tibi flagitijs reddis, hominibus omnib. sua, non piger, aut iniqssimus cẽsor, seruãs dubio procùl misericordiã in seueris, & pietatem in rigoribus, semper tuis cedẽs exemplo clemẽti in adiectionibusq; pœnarũ. Donator liberalis, nemini parcus, largitor munificus, nõ auarus. Execratis uitia nõ uirtutes, mores honestissimos insectaris. honesti nilq; penitùs est, iniquum quod operaris, iustos & bonos sequeris, per omne tempus, plus in consilijs, iustus in omnibus operibus tuis. Cõstantem in animo te certè noti ferunt, fœlici statu humiliari, non exaltari, aduersis euentib. fortẽ non depressum te reddere. Fortitudinem ac uirtutem omnibus temporibus inuincibilem, sic seruans agnosceris. Declinaris animo probo, re uera, famaq; publica longa, nimis non trepidus, feruidus nõ remissus, strenuus non uecors. diceris apparere. Sancta modestia, pulsa gastrimargia fungeris, castimonia reiecta lasciuia, delectaris. Temperatum in uerbis & actibus cibis & potibus. te die ac uitæ experti manifestius attestantur. Deo atq; hominibus gratia omnibus opera tua patent. Meditaris nam iugiter quodq; fas, & pereas anima mala nece. Fœlicem in gradibus singulis dicere malim te, probandum te consona ueritate perspicua, cunctis nota, regno dignissimum, indignissimum rure, cunctis notoria.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. IN LIBRVM DE SVIIPSIVS ET ALIORVM ADDONA tum Apennigenam Grammaticum, Præfatio.

IAbes enim Amice iam tandem expectatum promissumq; librum, paruum de materia ingenti, mea scilicet ac multorum ignorantia, quam si ingenij in incude studij malleo extendere licuisset, crede mihi in cameli sarcinam excreuisset. nam quæ latior loquendi area, quis capus ingentior, quàm humanæ tractatus ignorantiæ, & præsertim meæ? Ita uerò hunc leges, ut me ante focum hybernis noctibus fabulantem audire soles, & qua impetus fert uagantem. Liber quidem dicitur, colloquiũ est. Nil de libro habet præter nomẽ, non molẽ, non ordinem, non stylum, non denique grauitatem, ut qui cursim in itinere approperante conscriptus sit. Sed ideò librum appellare mos fuit, ut paruo te munere, magno sed nomine promererer, & fisus licet nostra tibi omnia placere, tamen ita te fallere cogitaui. Est & inter amicos hic fallendi usus, pauxillum pomorum uel exiguũ obsonium missuri, uase argenteo incluſum, candido linteo obuoluimus, nec plus nempè quòd mittitur, nec melius sed accipienti gratius, honestius sit mitteri. Sic & ego rem paruam, pulchro uelamine honestaui, eique epistolam possem dicere, librum dixi, qui tibi non ideircò uilior fuerit, quòd lituris & additionibus plurimis intertextus, & pleno undique margine circũfertus est. Et si enim oculis demptum aliquid sit decoris, animo tamen tantundem gratiæ additum uideri debet, quod hinc uel maximè te mihi familiarissimum intelligis, cui sic scribam, ut additiones ac lituras ceu totidem signa familiaritatis ac dilectionis aspicias. Nec præterea dubitare possis, meum esse, qui & manu mea tibi olim notissima scriptus, & quasi de industria tot cicatricibus deformatus, ad te ueniat. Memorans tale aliquid de Nerone scripsisse Suetonium Tranquillũ. Venêre, inquit, in manus meas pugillares, belli cum quibusdam notissimis uersibus ipsius cyrographo scriptis, ut facile appareret, non translatos aut dictante aliquo exceptos, sed planè quasi à cogitante atque generante exaratos. Ita multa & deleta & inducta & superscripta inerant. & hæc quidem ille, Nil tibi nunc aliud sum scripturus.

Viue mei memor, & uale. Patauij. Idibus Ianuarijs, mei doloris in lectulo. hora noctis. XI.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. DE SVIIPSIVS ET MVLTORVM IGNORANTIA,

Liber.

NVnquam ne igitur quiescemus? semper conflictabitur hic calamus? nullæ nobis erunt feriæ? quotidie æmulorum ingenijs respondendum erit? nec inuidiam aut latebræ excluserint, aut tempus extinxerit, nec quietem mihi omnium fermè pro quibus humanum laborat atq; æstuat genus, rerum fuga pepererit? nec uacationẽ denique iã deuexa, ac defessa ætas attulerit? O uenenum pertinax, quæ me pridem Reip. excusasset, nondum excusat inuidiæ, cumq; illa cui multum debeo me absoluat, hæc cui nil debeo me molestat. Olim fateor styli tempus erat amicioris, & naturam meam semper, & ætatem iam tranquillior decebat oratio. date ueniam amici, & tu lector quisquis es parce oro, tuq; ante alios Donate optime, cui hæc loquor ignoscito. Loqui oportet, non quia id melius, sed quia contrarium difficile. & si enim ratio silentium suadeat, digna nisi fallor indignatio & iustus dolor uerba extorquent. Auidissimus pacis in bellum cogor, rursus ecce inuiti trudimur, rursus ad censorium agimur tribunal. Mirum, nescio an inuidæ amicitiæ an amice dixerim inuidiæ. quid non potes liuor improbe, si amicos etiam flammare animos potes? Multa experto, hoc mali genus inexperto hactenus, nũc primum mihi mea sors obiecit, omnium grauissimum pessimumque, nam cum hostibus, congressus sæpe prosperi, dulcis ut quibusdam placet, ita est dulcis profectò uictoria, cum amicis decertanti & uincere & uinci miserum. Mihi uerò neque cum amicis modo, neque cum hostibus, sed cum inuidia bellum est, non nouus hostis, licet insolitum pugnæ genus, pharetrata ferè quidem in acie descendit, sagittis aggreditur. è longinquo ferit. hæc boni habet, cæca est, & ut facile declinetur, si prouisa sit, & sine delectu iaciens, suos uulneret. Hoc mihi nunc monstrum, salua amicitia transfigendum, anceps sanè negocium, è duobus inuicem se complexis, illæso altero, alterũ confodere. Tenes puto memoria, ut apud Alexandriã Cæsar in opino marte circũfluus, Ptolemæũ regẽ secũ in omnes belli casus trahit, ne sine illo pereat, q̃ res sibi nõ exigua euadẽdi, ut creditũ causa fuit, q̃ illũ scilicet mactare, simulq; hũc seruare difficile censuissent, qui illum oderant, hunc amabant. Nec id puto excidit, ut die illo quo Persarum regnum Ortanis uiri prudentis ingenio, & septem uirorum fortium uirtute, seruili tyrannide liberatum est, Gophyrus unus ex coniuratis, fusco in loco tyrannorum alterum amplexus, socios ut uel per suum corpus illum feriant hortatur, ne parcendo sibi, ille forsan euaderet. Et mihi nunc igitur sancta clamat amicitia, ut uel per suũ latus styli acie, impium feriam liuorem, quem ipsa non æquis amplexibus sinu fouet. durum inter res tàm iunctas, tantis in tenebris discernere. Nitar tamen, ut sicut tunc Gophyro incolumi hostis occubuit, sic confutato nunc & perempta acri inuidia, dulcis amicitia saluasit, quæ si uera est, ad quod necessaria uera est uirtus, ubi non aliter fieri possit, extincta inuidia lædi mauult, quàm illa superstite supraq; se regnante nõ lædi. Sed iam tandem ipsam rẽ aggrediar, mox ut loqui cœpero, & ni fallor antequàm cœperim, notã tibi non aliter, q̃ mihi eoq; fortasse notiorem, quo amici fame quã propriæ studiosior est amicus. Et facilius quidẽ & honestius irascimur, si quid in amicos dictũ fuerit, q̃ si in nos. Itaq; multi sua spreuêre conuitia, atque hinc laudati sunt, amici nemo tranquillus iniurias uel spectare põtuit uel audire. neq; enim par animi magnitudo est, alienis ac propriis offensionib. nõ moueri. quo modo aũt ignotũ tibi esse potest, q̃ ut mihi notum esset, tu fecisti, de quo me spernente ac

ridente doluisti? nota igitur tibi loquar, non ut amplius innotescant, sed ut scias, quo aduersus inuidiam sim animo, et eodem esse incipias, nec grauius alienum uulnus, quã proprium ingemiscas. Denicq; ut agnoscas, quibus contra illam armis utor, qualiter longo usu, atq; acri studio, & aduersus oblatrantium murmur obsurdui & aduersus liuidos dentes obdurui, & præsentis quidem textus historiæ hic est. Veniunt ad me de more, amici illi quatuor, quorum nominibus nec tu eges, gnarus omnium, nec in amicos, quamuis unum aliquid non amice agentes, nominatim dici lex inuiolabilis sinit amicitiæ. Veniũt autem bini & bini, ut illos seu morum paritas, seu casus aliquis cõglutinat, nonnunquam uerò simul omnes, & ueniunt mira suauitate, lætis frõtibus dulcibusq; colloquijs nec sim dubius, pijs intentionibus, nisi quod nescio, quibus rimulis in illas meliori hospite dignas animas, infœlix liuor obrepsit. incredibile negotium, uerum licet, atque utinam non tàm uerum (quem non saluum modò sed fœlicem cupiunt, quem non solum amant uerum etiam colunt, uisitant, uenerantur, cui non tantum mites, sed obsequiosi ac liberales esse omni studio nituntur. O natura humana, & patentibus & abditis plena languoribus) eidem illi inuident. quid? Nescio fateor, & inquirens stupeo. non opes certè, quibus me tantum singuli superant, quanto:

Delphinus Ballena Britannica maior.

ut ait ille: quas præterea & maiores optant mihi & mediocres, easq; non proprias sed communicabiles, non superbas, sed humillimas, sine iactantia, sine fastu, nec ulla prorsus inuidia dignas norunt. non amicos, quorum mihi partem maximam mors abstulit, quosq; ut reliqua omnia, partiri libens cum amicis soleo. non formam corporis, quæ siqua unquam fuit, cuncta uincentibus annis euanuit, & quamuis huic ætati satis adhuc Deo largiente ac seruante habilis, at certè inuidiosa iampridem esse desijt. & si qualis unquam fuit, adhuc esset, an uel hodiè possem, uel tunc poterã obliuisci. uel Poëticum illud q̃ puerulus hauserã:

Forma bonum fragile est.

Vel illud Salomonis in eo libro quo paruulũ docet. Fallax gratia & uana est pulchritudo. quomodo igitur inuiderent mihi quod non habeo, quod dum habui ipse contempserim, quodque si redderetur, nunc uel maximè cognita & experta eius instabilitate contemnerem? Non denique scientiam aut eloquentiam, quarum primam penitùs nullam mihi esse confirmant, altera siqua esset, apud illos hoc moderno Philosophico more contemnitur, & quasi literatis uiris indigna respuitur? sic iam sola Philosophantis infantia & perplexa balbuties, innitens supercilio atque oscitans, ut Cicero uocat, sapiẽtia in honore est. nec redit ad memoriam Plato eloquentissimus hominum, nec ut sileam cæteros, dulcis ac suauis sed ab his scaber factus Aristoteles, sic à suo desistunt seu deerrãt duce, ut eloquẽtiam (quam illæ Philosophiæ ornamentum ingens ratus, ei studuit adiungere, Isocratis ut perhibẽt oratoris gloria permotus) hanc isti impedimentum probrumque existiment. ultimo non uirtutem ipsam opportunam, haud dubiè, inuidiosissimamq; rerum omnium, sed ut illis ut puto uilem, eo quòd nec tumida nec elata est. Hanc mihi ergo uerè optarem, sed profectò concorditer ac libenter tribuunt. Et cui parua negauerint, muneris instar exigui, quod est maximum largiũtur, uirũ bonũ, immò optimũ dicunt, qui ô utinam non mallus, ut nanq; non pessimus, in iuditio Dei sim. Eundem tamen illiteratum prorsus & idiotam ferunt, cuius aliquando contrarium, iudicio literatorum hominũ diffinitum est, quam ueraciter non laboro. neque enim magni facio quod mihi eripitur modò quod concediture uerum esset. cupidissimè cum his fratribus meis nostræ parentis gratiæ cœlestis hæredi ditatem sic partirer, ut ipsi quidem literati omnes, ego autem bonus essem. Literarum uerò uel nihil uel non nisi quãtum quotidianis Dei laudibus opportunum est, nouissem. Sed heu uereor, ne & humile me frustretur uotum, & superba illos opinio. ipsi autem mitem bonis moribus, & multa me asserunt amicitiarum fide, in quo quidem ultimo nisi ego fallor, non falluntur. Cæterum ea est causa, cur me in amicis habeant, non ingenium illum non industria, non doctrina, nõ studium honestarum artium, aut spes ueri ex me unquam audiendi discendiq;. Ita planè eò reditum, quod de Ambrosio suo narrat Augustinus. A-

mare,inquit,eũ cœpi non tanquam doctorẽ ueri,ſed tanquã hominũ benignũ in me. ſeu quod,de Epicuro ſentit Cicero,cuius cum multis in locis,mores atq; animũ probet, ubiq; damnat ingenium,ac doctrinam reſpuit. quibus ad hunc modum ſeſe habentibus, quid mihi inuideant dubitari poteſt. cum inuidere aliquid non ſit dubium. neque enim benè diſſimulant,nec interius pulſas ſtimulis linguas frenant,quod in hominibus, alioquin non in compoſitis nec inſulſis,quid niſi euidens paſsionis indomitæ ſignum eſt? quàm ſi inuident ut faciunt,nec quod inuideant eſt aliud utique latens uirus per ſeipſum panditur, unum enim hoc inane inuident,quantulumcunque eſt nomen & hanc famam, quæ uiuenti maior,forſitan,quàm pro meritis,aut pro communi more obtigit,qui perraro uiuos celebrat. In hoc illi obliquos defixêre oculos,quo & nunc & ſæpe utinam caruiſſem. crebrius enim damno id memini mihi fuiſſe,quàm uſui,cum qúe non paucos mihi fecerit amicos,hoſtes fecit innumeros. Et ita mihi accidit,ut his qui inſigni caſside uiribus haud magnis in pugnam eunt,quibus nil aliud Chymeræ fulgor præſtat,niſi ut à pluribus feriantur. Hæc mihi olim peſtis,perquàm familiaris uiridioribus annis fuit,nunquam uerò moleſtior, quàm quæ nunc exarſit, quod & ego delicatior ineundis bellis iuuenibus, ac talibus ſubeundis oneribus & illa unde nec uereor nec uerebar, & quando uel meis moribus uicta uel æuo iam conſumpta eſſe debuerat, inopina renaſcitur. Sed progredior. Cogitant ſe magnos & ſunt planè omnes diuites , quæ nunc una mortalibus magnitudo eſt. ſentiunt etſi in hoc multi ſeſe fallant,nullum ſibi nomen partum,nullum ſi ritè præſagiunt ſperatum. has inter curas anxij tabeſcunt,& quanta uis mali eſt? rabidi uelut canes,in amicos quoque linguas exerunt,dentes acuunt,uulnerant qúe quos diligunt. quæ nam hæc cæcitas? quis nam furor? nonne enim ſic etiam Pontheum furens mater lacerat,& Hercules paruos natos? amant iſti me & mea omnia,præter unum nomen,quod mutare nõ renuo, ut Therſites dicar,aut Chærilus,uel ſi quid aliud malunt,ſi uel ſic obtineã,nequa ſit penitus tàm honeſti amoris exceptio. Eo uerò acrius urũtur,& cæco æſtuant incẽdio, quod & ipſi ſtudioſi omnes & lucubratores magni ſunt,ita tamẽ ut primus literas nullas ſciat,notatibi loquor omnia,ſecundus paucas,tertius nõ multas,quartus uerò no paucas fateor,ſed perplexas adeò tamqúe incompoſitas,& ut ait Cicero,tanta leuitate & iactatione,ut fortaſſe melius fuerit nullas noſce. ſunt enim literæ multis inſtrumenta dementiæ, cunctis fere ſuperbiæ,niſi quod raro in aliquam bonam,& benè inſtitutam animã inciderunt: multa igitur de belluis,deqúe auibus ac piſcibus, quot leo pilos in uertice , quot plumas accipiter in cauda,quot Polybus ſpiris naufragum liget. Vt aduerſi coëunt Elephantes,biennũqúe uterum tument,ut docile uiuaxqúe animal,& humano proximum ingenio , & ad ſecundi tertijq; finem ſæculi uiuendo perueniens,ut Phœnix aromatico igne conſumitur uſtuſqúe renaſcitur,ut Echinus quouis impetu actam proram frenat, cum fluctibus erutus nil poſſit.ut uenator ſpeculo Tygrem ludit,Arimaſpus Gryphen ferro impetit, Cete nautam tergo fallunt,ut informis urſæ partus,multæ rarus,uiperæ unicus,iſqúe infœlix, ut cæci talpæ,ſurdæ apes,ut poſtremò ſuperiorem mãdibulam omnium ſolus animantium crocodylus mouet: quæ quidem uel magna ex parte falſa ſunt,quod in multis horum ſimilibus, ubi iri noſtrum orbem delata ſunt patuit,uel certè ipſis auctoribus incomperta,ſed propter abſentiam uel credita promptius uel ficta licentius. quæ denique quamuis uera eſſent, nihil penitùs ad beatam uitam,nam quid oro, naturas belluarum & uolucrum & piſcium & ſerpentum noſce profuerit,& naturam hominum ad quid ſumus,unde & quo pergimus uel neſciré uel ſperniere. Hæc & alia huiuſmodi aduerſos hos ſcribas,non Moſaica uti,utique nec Chriſtiana,ſed Ariſtotelica ut ſibi uidentur in lege doctiſsimos,eum ſæpe liberius agerem, quàm ſoliti ſint audire , idqúe fortaſsis incautius,ut qui inter amicos loquens, nihil inde periculi prouiderem. mirari illi primùm,poſt iraſci ,& quoniam contra ſuam hæreſim ac paternas leges dici iſta ſentirent, collegerunt & iſti conſilium, ut me quem profectò diligunt,ſed ut famam meam quam oderunt ignorantiæ crimine condemnarent. uocaſſent utinam & alios. Fuiſſet forſitan in conſilio. dicendæ ſententiæ contradictum,ipſi uerò ut concors eſſet,& unanimis ſententia,ſoli quatuor conuenêre. Ibi de ab ſente

ſente atq; indefenſo,multa & uaria,nõ q; uariæ animati eſſent,cũ unũ omnes ſentirent,unum qúe dicturi eſſent,contra ſe tamen ſuũq; iuditium , peritorum more iudicum arguentes,ut uelut contradictionum anguſtijs eliquata,& expreſſa ueritate coloratius diffiuirẽt. Dixerunt primo,famam publicam pro me ſtare,ſed parum fidei merita reſponderunt,nec mentiti ſunt,eo quòd uulgus rariſsimè uerum cernat. dixerunt deinde,maximorum atque doctiſsimorum hominum amicitias, quibus ornatam quod in domino glorier uitam egi, eorum ſententiæ obſtare,quin & regum familiaritates plurimorũ, nominatim Roberti Siculi regis,qui me iuuenem quoque crebro & claro ſcientiæ atque ingenij teſtimonio honeſtaſſet. Reſponderunt , & hic planè mentita eſt iniquitas , & nõ dico iniquitas,ſed uanitas, ſibi Regem ipſum literatum magna etiam fama,ſed nulla fuiſſe notitia . Reliquos quamuis doctos,in me tamen non ſat perſpicaci fuiſſe iuditio, ſeu amor ille,ſeu incurioſitas fuiſſet. illud ſibi præterea obiecêre,quod Rom.Pon.tres proximos , pro ſequemq; certatim, me ad ſuæ familiaritatis inſignem gradum, ne quicquam licet euocaſſe & hunc ipſum qui nunc præſidet Vrbanum,de me benè loqui ſolitum, mitiſsimisqúe me literis uiſitaſſe. iam inſuper & Romanum hunc principem,neque enim alius ætate hac legitimus princeps fuit,me inter familiares charos numerare,meq; ad ſe multa quotidie precum ui & nũcijs repetitis atque epiſtolis ſolitum uocare,late notum nulliqúe dubium eſt. ex quibus aliquid mihi nonnullius pretij argumentum quæri ſentiunt. Sed & hunc obiectum diſſoluentes,& Pontifices uel ſecutos famam,aberraſſe,cum cæteris uel moribus,non ſcientia inductos,ut id agerent aſſeruêre,& principem ſtudio geſtarum rerum, atque hiſtorijs motum,quarum mihi aliquam notitiam non negant. Ad hæc obſtare ſibi dixerunt eloquentiam,quàm ego Mediuſfidius,non agnoſco. ipſi autem perſuaſorem ſatis efficacem perhibẽt,quod & ſi rhetorici ſiue oratoris officium ſit, appoſitæ dicere, ad perſuadendum finis,perſuadere dictione,multis tamen indoctis cõtigiſſe aiunt,quodque eſt artis, tribuũt fortunæ, uulgatumqúe illud afferunt: Multum loquentiæ, parum ſapientiæ. nec aduertunt diffinitionem Catonianam illam oratoris huic calumniæ aduerſantem . Obſtare demum & ſcribendi ſtylum,quem non ſolum uituperare, ſed partius laudare ueriti elegantem prorſus & rarum,ſed abſque ulla ſcientia faſſi ſunt. ſed qualiter hoc fieri poſſet non intelligo,nec intellígere illos reor. & puto ſi ad ſe redeant,dictumqúe recogitent, tàm facilis pudebit ineptiæ. ſi enim primum uerum eſſet,quod ego rurſum nec fateor, nec opinor, ſecundum falſum eſſe non dubitem. nam quo pacto omnium ignaro ſtylus excellens ſit, qui eis nihil ignorantibus nullus eſt? Ita ne fortuita omnia ſuſpicantes, locum non linquimus rationi. Quid autem uis, ſeu quid reris? Expectas credo iudicum ſententiam. omnibus igitur ad examen ductis, neſcio quem Deum , quoniam nèc Deus uolens iniquitatem , nec Deus inuidiæ aut ignorantiæ ullus eſt, quàm geminam ueri nubem dixerim,ante oculos habentes,breuem diffinitiuam hanc tulêre ſententiam,ſcilicet me ſine literis uirum bonum. O utinam ueri nihil unquam,præter hoc unum dixerint,aut dicturi ſint. & ô alme ſalutiferqúe IESV uerè literarum omnium & ingenij Deus, & largitor uere Rex gloriæ ac uirtutum Domine,te tunc flexis animæ genubus ſupplex oro , ut ſi mihi non amplius uis largiri, hæc ſaltem portio mea ſit,ut uir bonus ſim,quod niſi te ualdè amem,pieq; colam, eſſe non poſſum. ad hoc enim , non ad literas natus ſum,quæ ſi ſolæ obuenerint inflant,diruuntqúe non ædificant, fulgida uincula,laborioſumqúe negocium ac ſonorum pondus animæ . Tu ſcis Domine coram quo omne deſiderium atque omne ſuſpirium meum eſt, quod ex literis, quando his ſobriè uſus ſum, nihil amplius quæſiui,quàm ut bonus fierem,non quod id literas,aut quamuis id polliceretur Ariſtoteles , & multiqúe alij omnino , aliquem niſi te unum facere poſſe confiderem , ſi quod per literas quo tendebam iter,honeſtius ac certius,ſimulq; iucundius extimarem, te duce non alio. Tu ſis, inquam , ſcrutator renum & medullarum , ita eſſe ut dico. nunquam tàm iuuenis , nunquam tàm gloriæ cupidus fui , quod interdum me fuiſſe

non inficior, quin maluerim bonus esse quàm doctus. Optaui utrunque fateor, ut insti-
nita est & inexplebilis humana cupiditas, donec in te sistat, supra quem quo se erigat non
est. Duo optabam, sed quoniam alterum eripitur seu negatur, gratiam iudicibus meis ha-
beo, qui è duobus mihi optimum reliquerunt, modò ne id quoq; mentiti sint. Et ut mi-
hi præriperent quod uolebant, quod non erant dederunt, quo iacturam ipse solarer me-
am, sed inani solatio morem in me muliebris inuidiæ secuti. quæ si quæritur de uicinæ for
ma, bonam illam & benè moratam dicit omnes denique titulos fallos licet illi cedit, unum
& fortasse uerum, ut eripiat formosæ nomen. At tu deus meus scientiarum domine, ex-
tra quem non est alius, quem & Aristoteli & Philosophis quibuslibet ac Poëtis, & qui-
cunque multiplicant loqui sublimia gloriantes, quem denique literis & doctrinis & omni
no rebus omnib. p̃ferre debeo & uolo. Tu mihi quod illi falsum tribuunt, uiri boni nomen
tribuere uerum potes, & ut uelis precor, neque tàm nomen bonum, quod unguentis pre-
tiosis præfert, Salomon quã rem ipsam posco, ut sim bonus, ut te amem amariq́ue merear
abs te. nemo enim sic suis amatoribus uicem reddit, ut te cogitem, tibi obsequar, in te spe-
rem, de te loquar. Recedant uetera de ore meo, & tibi præparentur cogitationes meæ, ue-
rè enim arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore, fœliciorq; est multo
unus ex pusillis istis, qui in te credũt, quàm Plato, quàm Aristoteles, quàm Varro, quàm
Cicero, qui suis omnibus cum literis te non norunt, & admoti iunctiq; tibi, qui petraes,
absorpti sunt, iudices eorum & literata ignorantia patefacta est. Literæ igitur sint, uel ho-
rum qui illas mihi auferunt, uel quia horum nisi fallor esse non possunt, sint quorumcun-
que potuerint, horum autem si suarum opinio rerum ingẽs & Aristoteles nudum nomen,
quod his quinque syllabis multos delectat ignoras. Insuper & inane gaudium, & elatio
fundamenti inops ac ruinæ proxima, omnis q́ue quem inscij & inflati de suis erroribus fru
ctum, uana & facili credulitate percipiunt, mea uerò sit humilitas & ignorantiæ propriæ
fragilitatisq́ue notitia, & nullius nisi mundi, & mei & insolentiæ contemnentium me, con-
temptus, de me diffidentia, de te spes. Postremò portio mea Deus, & quam mihi non in-
uident, uirtus illiterata, rídebunt planè, si hæc audiant, & dicent me, ut aniculam quamlibet
sine literis piè loqui. his enim literarum typo tumidis, nil pietate uilius, qua ueris sapienti-
bus ac sobriè literatis nihil est charius, quibus scribitur, pietas est sapientia, meisq́ue sermo-
nibus magis ac magis in sententia firmabuntur, ut sine literis bonus sim. Quid uero nũc
dicimus, Donate fidissime? te alloquor, quem magis horum liuoris aculeus, quàm me-
ipsum cui infligebatur pupugit, quid inquam amice agimus? an æquiores iudices prouo
camus? an silemus, & silentio sententiam confirmamus? hoc satius, immò ut scias quàm ni
hil obluctor, ne decimus expectandus dies sit, nunc qualiumcunque sententijs iudicum ac-
quiesco, tecq; & reliquos quos res tangit, qui de me contrarias sententias tuleratis obse-
cro, ut & uos mecum pariter manum detis, & uobis patientibus horum iudicium uerũ sit,
Verum, utinam, in eo quòd mihi tribuunt, nam in eo quod eripiunt ultrò, fateor, im-
mò profiteor uerum esse. Et si iudices idoneos planè negem, nisi fortè eo iure niti uelint,
quod istorum Deus Aristoteles, ait. Vnusquisq; benè iudicat quæ cognoscit, & eorum
bonus est iudex, melius nempè cognosci nihil posse uideatur, quàm quo abundat ipse qui
iudicat, ut scilicet hoc obtẽtu possint ignorãtissimi homines, de ignorãtia iudicare. non est
autem ita. & de ignorantia enim, & de sapientia, & de re qualibet, sapientis est iudicium
in eo inquam sapientis, de quo iudicat. neq; uerò ut de Musica Musici, de Grammatica
Grammatici, sic de ignorantia ignorantes iudicant. Sunt quibus abundare inopia summa
est, & quæ melius à quolibet iudicentur, quàm ab eò qui maximè his abundat. Deformi
tatem nemo minus intelligit, quàm deformis, cui cum illa familiaritas iam contracta est, ut
quæ formosi oculos uulneraret, hanc iste nõ uideat. eadem ratio reliquorum omnium defe-
ctuum. nemo peius iudicat de ignorantia, quàm ignorans. Non hoc dico, ut declinem fo-
rum, sed ut pudeat si quis est pudor iudicasse qui nesciunt. ego enim de hac re non modo
senten-

sententiam amicabilis amplector inuidiæ, sed hostilis odij, & ad summã quisquis igna-
rum me pronunciat, mecum sentit. nam & ego ipse recogitans, quàm multa mihi de-
sint, ad id quo sciendi auida mens suspirat, ignorantiam meam dolens, ac tacitus recog-
nosco. Sed me interim, dum præsentis exilij finis adest, quo nostra hæc imperfectio
terminetur, qua ex parte nunc scimus naturæ communis extimatione consolor, idq́ue
omnibus bonis ac modestis ingenijs euenire arbitror, ut agnoscant se pariter ac solen-
tur, his etiam quibus ingens obtigit scientia, secundum humanæ scientiæ morem lo-
quor, quæ in se semper exigua pro angustijs quibus excipitur, & collata alijs ingens fit.
alioquin quantulum quæso est, quantumcunque est, quod nosce uni ingenio datum
est. immò quàm nihil est scire hominis quisquis sit, si non dicam scientiæ Dei, sed suip-
sius ignorantiæ comparetur. & hanc sui cognitionem, ac propriæ imperfectionis extí-
mationem, suiq́ue ipsius, quam dixi, consolationem, his maximè, qui plus sciunt plusq;
intelligunt inesse auguror. fœlices errore suo iudices mei, qui huiusce modi consolatio-
ne non indigent, fœlices in quam non scientia, sed non errore & ignorantia arroganti,
qui sibi ad angelicam scientiam, nil deesse autumant, cum ad humanam proculdubiò
desint multa omnibus, & multis omnia. Sed ad me reuertor, & heu amice, quid non
mali affert uita longior? cui unquam tàm firma prosperitas fuit, ut non quandoque ua-
riauerit, & quasi uiuendo senuerit? Senescunt homines, senescunt fortunæ, senescunt
famæ hominum, senescunt denique humana omnia, quodq́ue aliquando non credidi,
ad extremum animi senescunt, quamuis immortales, uerumq́ue fit illud Cordubensis.
Longius æuum destruit ingentes animos. non quod animi senium, mors sequatur, sed
discessus à corpore, resolutioq; illa, quam cernimus, & quæ, uulgo mors dicitur, & est
mors corporis profecto, non animi, Senuit, ecce, refrixit animus meus. nunc experior
senex, quod iuuenis inexpertus & pastorium canens dixi. quid uiuere longum fert ho-
mini? quo enim ante hos non multo annos hec tulissem animo? quibus nisibus obstitis-
sem? crede mihi, bellum graue, inter ignorantiam & ignorantiam fuisset. nunc senem
inuadere, eò turpius, quò tutius tollo manum, & mea illorum cessit ignorantiæ. Certè
ego, quàm præsagiens quid mihi restaret, nunquam sine compassione quadam Labe-
rij historiam legi, qui cum uitam omnem honesta militia exegisset, sexagenarius ad ex-
tremum Iulij Cæsaris blanditijs ac precibus (quæ de ore principum armare prodeunt)
productus in scænam de Romano equite factus est Mimus, quam iniuriam ipse quí-
dem non tacitus tulit, immò multis interq́ue alia his questus est uerbis:

Ego bis tricenis annis actis sine nota
Eques Romanus lare egressus meo,
Domum reuertar Mimus. nimirum hoc die
Vno plus uixi mihi quàm uiuendum fuit.

Ego quidem, gloriari licet apud te, literatus nunquam uere, sed aliquando creditus,
domo puer egressus mea, nec uel senex rediens, totum penè tempus in studijs
triui, raro unquam sanè mihi dies præterijt, quin aut legerem, aut scriberem, aut de lite-
ris cogitarem, aut legentes audirem, aut tacitus scisciterer, neque uiros tantum, sed &
urbes doctas adij, ut doctior inde meliorq; reuerterer. Montempessulanũ primo, quod
per annos pueritiæ propinquior essem illi loco, mox Bononiam, pòst Tholosam & Pa
risius Patauiumq; & Neapolim ubi studia tunc florebant, scio me multorum aures pun
gere. Illo Regum & Philosophorum nostri æui maximo Roberto, non doctrinæ quàm
regni gloria inferiori quem mei iudices, ut infamiam tanto cum rege communem, pe-
nè mihi arbitrer gloriosam, quanquàm & cum alijs, ut nostrum possit esse communis,
ætate & fama maioribus, de quo in fine dicturus sum, nulla fuisse dicũt notitia. cæterùm
de hoc rege, & orbis totus, & ueritas in contraria fuere sententia. ego autẽ iuuenis se-
nem illum non ut regem colui, Reges enim passim plurimi, sed ut rarum ingenij mira-
culum uerendumq; sacrariumq; literarum. Ego illi & fortuna & annis tantò impar, quod
adhuc

adhuc multis est notum, in illa urbe præsertim familiarissimè charus fui, non meritis meis ullis, aut meorum, neq; militaribus aut aulicis artibus, quæ mihi penitùs nullæ erant, sed ingenio, ut aiebat, ac literis: Aut ipse igitur iudex malus, aut ego custos pessimus, qui studendo semper & laborando dedicerim. Maximam præterea atq; optimam studijs uitæ partem, illa in curia, quam Romanam nescio cur dicebant, leuam Rhodani ad ripam, ubi quinquaginta uel eò amplius egit annos. atq; unde nuper hoc ipso anno, utinam irredirura digrediens ductu & auspicijs sancti si perseuerauerit Vrbani Quinti, almam urbem & sacratissimam Petri sedē utinam permāsura repetijt. nec procùl inde transalpino in Helicone meo, ubi Sorgia oritur, Rex fontiū consumpsi, quarum in altera, omnium fermè nostri orbis literatorum hominū conuentus assiduus præsto fuit, in altero solitudo & silentium, & quies meditantibus aptissima. itaq; illuc studēdo, & nunc scholas nūc magistros adeūdo, nūc amicis quæ didicerā aut scripserā recitādo, hic uagādo & cogitando, & licet peccator sæpè etiā orando, ac mecū semper, rarocq; nisi de studijs liberalib. conferēdo, omne meū tempus in literis actū est, mille interea doctis ac probatis senib. & notitiā & in gratiā ueni, quos si pergam numerare, commemoratio quidē dulcis, sed Catalogus haud quaq; breuis euaserit. his sanè omnibus uel solā uel præcipuā hanc ob causam placui, q; literati famā, studiosis in urbibus adolescens habui, quā nunc seni in nautica ciuitate, quatuor iuuenes per sententiā eripiūt, ita & mihi ut Laberio accidit, post & sexagesimum annum meo de statu excidi, non ut ille saltem Mimus, quod artificium unū licet, & ingeniosum tamen quærit artificē, & suum inter mechanica locum tenet, sed quod est ultimum ignorans. sic res eunt, huc & studia & labores nostri nostræq; uigiliæ peruenēre, ut qui iuuenis doctus à quibusdā dici soleo, profundiore iuditio senex idiota reperior. Dolendū forsitan, sed ferendū, forsitan nec dolendum, ferendū sanè, ut reliqua omnia, quæ hominib. accidunt, damnū, pauperies, labor, dolor, tædiū, mors, exilium, infamia, quæ si falsa est, spernenda est, nam & cōtradictores inueniet, & eundo deficiet. Si uera autem recusanda non est, ut nec alia culpis hominum inuenta supplicia. equidem si scientiæ uerum decus, mihi uerbis eripitur, ridebo, at si falsum non feram modò sed gaudebo, non meis sarcinis excussus, & indebitæ famæ laboriosa custodia liberatus. Melius cum prædone agitur, dum iniustus spoliis exuitur, quā dum impunè furto utitur, iniusti possessoris exclusor iniustus esse potest: ut exclusio utique iusta est. Quod ad me attinet ut dixit, non iustam modò sententiam, sed iniustam probo, nec iudicem quemlibet nec raptorem renuo. operosa ac difficilis res est fama, & præcipuè literarum. omnes in eam uigiles atq; armati sunt, etiā qui speare illam nequeunt, habentibus nituntur eripere, habendus calamus semper in manibus, intento animo erectisq; auribus semper in acie standum erit. Quisquis quocunque proposito, me his curis, atque hoc fasce liberauerint, assertori meo gratiam habeo, & seu uerum seu falsum, certè laboriosum ac sollicitum literati nomē, quietis atq; ocij auidus, libens pono memorans illud Annei Senecæ: Magno impēdio temporū, magna alienarū auriū molestia, laudatio hæc constat. O hominem literatum, scimus hoc titulo rusticore contenti, ô uirum bonum consilio tuo sto. præceptor morum optime, titulo rusticore ut tu ais, ut ego arbitror, meliore ac sanctiore, atq; ob eā rem etiam nobiliore contētus sum, quando præsertim mihi hunc mei iudices relinquunt. illud tamen metuo ut dicebam, ne hic ipse titulus fallens sit, nitor tamen ut sit uerus. neq; hinc desinā, nec lassabor usq; ad extremos, halitus nouissimūq; singultum, & si quod idem alibi dixisti, ut sim bonus, opus est uelle, siue hoc perficit, benè erit, siue inchoat, & pars est bonitatis, uelle bonū fieri, pro ea saltem parte, titulum uerum spero. Redeo ad censores meos, de quibus, & multa dixi, & ut nil te lateat, nunc etiam aliquid est dicendum. neque enim ut si literatus, sic & amens ac stupidius dici uelim: literæ enim sunt aduentitia ornamenta, ratio autem insita, ipsius quę hominis pars est, non ergo, ut illis ita, & hac non me pudeat caruisse. neque uerò hæc defuit, qua illorum tendiculas declinarem, circumueniri eorum artibus non facilè potuissem, mea ipse puritate & uelo honestissimo fidelis, utre

bar amicitiæ obuolutus sum: fidentem fallere, perfacilè est. dixi & repeto, ad uisendum me ut multi alij, illius pulcherrimæ maximæq; urbis ciues soliti uenire, bini sæpius & interdum simul omnes. Ego autem lætari, & quasi totidem angelos excipere, oblitus rerum omnium, nisi illorum qui totum animum occupabant, & miris serenabant modis. Ibi confestim ut inter amicos multa & diuersa collo quia. Mihi autē nihil curæ esse, qualiter seu quid dicerem, seu omnino aliud, quàm ut læta frons lætiorq; animus esset, talium hospitum aduentu, ita ut interdum gaudio in silentium cogerer, interdum reuerentia quadam, ne concursu, ut fit loquendi auidos impedirem, & nunc nihil, nunc uulgaria loquerer. nil enim in amicitijs comere didici, nihil dissimulare, nihil fingere, sed in lingua atq; in fronte animum habere, neq; aliter cum amicis, quā mecum ipse loqui omnia, quo ut ait Cicero, nihil est dulcius. quid enim ostentare amicis eloquentiā aut scientiam opus est? qui animū, qui affectus, qui ingeniū, ipsum uident, nisi fortè aliud, nō tentandi, sed discendi gratia quæsierint, ubi tamen nec ostentatio, ulla nec ornatus exigerit, sed fidelis ut reliquorū omniū, sic scientiæ participatio, exceptionis expers & inuidiæ. Itaq; sæpè miror Cæsarē Augustū tantum principem, tantā rem exiguæ rei curam, inter tot maximarū rerum curas, alias suscipere potuisse, ut non modo ad populū aut Senatum, seu ad milites, sed cum uxore etiā atq; amicis, nil nisi de libertate, & crebro in scriptis loqueretur. Fecit hoc forsitan, ne quid superuacuū & insulsum, casu aliquo sibi excideret, quo cœlestis oratio reprehēdi posset aut sperni. Licuerit hoc illi summo de culmine subditos scriptis uelut oraculis alloquēti, mihi aūt sermo, uagus inter amicos inelaborantecq; sententiæ, ualeat eloquētia, si tamē iugi studio quærēda est, indisertus malim esse, quā sollicitus semper ac tristis. Hoc proposito, cum sæpè inter charos ac familiares, uti solitus meæ præsertim facultatis cōscios, tū præcipuè nuper usus inter hos nostros, amica fiducia, in hostilē calumniam inaduertēs incidi. nihil enim accuratè, nihil anxiè, ut quodq; in animū, utq; ad os primū ueniisset prius erūpere. illi ex cōposito circunfusi, singula trutinare, quicquid dicerē, sic excipere, tanquā nec melius ad me quicquam, nec id ipsum cōptius dici posset. Id semel idq; iterū atq; iterū cum fecissent, in sententiā quàm ueram optabant facilè cōfirmati sunt. nil nempè facilius, quā persuadere uolentib. iamq; credentibus eò illi fidētius, ut ignarū aliqui credo, insuper, quod tūc minimè suspicabar, & inscitiam redire. Sic incautus unus, plurimū insidijs circūuentus, ignorantium gregibus ignorans misceor. Solebāt illi uel Aristotelicū problema, uel de animalibus aliquid in mediū iactare, ego aūt uel tacere, uel iocari uel ordiri aliud, interdumq; subridēs quærere, quo'nā modo id scire potuisset Aristoteles, cuius & ratio, nulla esset & experimentum impossibile. Stupere illi & taciti subiraſci & blasphemum uelut aspicere, cui ad fidem rerū aliud, quàm uiri illius auctoritas quæreretur, ut iam planè de Philosophis & sapientiæ studiosis amatoribus, Aristotelici seu uerius Pythagorici facti simus, renouato illo more ridiculo, quo quærere aliud non licebat, nisi an ille dixisset. Ille autē erat Pythagoras, ut ait, Cicero. Ego uerò magnum quendam uirum, ac multiscium Aristotelem, sed fuisse hominem, & idcirco aliqua, immò et multa nescire potuisse arbitror, plus dicam, si per istos liceat nō tàm mihi amicos quā sectarū. Credo, hercle, nec dubito illū non in rebus tantum paruis, quarū paruus & minimè periculosus est error, sed in maximis & spectantibus, ad salutis summā aberrasse, tota ut aiunt uita & licet multa Ethicorum in principio, & in fine de fœlicitate tractauerit, audebo dicere, clament ut libuerint cēlores mei, ueram illū fœlicitatē, sic penitùs ignorasse, ut in eius cogitatione non dico subtilior, sed fœlicior fuerit, uel quælibet anus pia, uel piscator, pastorue fidelis uel agricola. quo magis miror quosdā nostrorū, tractatū illū Aristotelicū sic miratos, quasi nephas cēluerint, idq; scriptis quoq; testati sint, de fœlicitate aliquid post illū loqui. Cum mihi tamen audacter forsan dixerim hoc, sed ni fallor uerè, ut solē noctua, sic ille fœlicitatē hoc est, lucē eius ac radios, sed non ipsam uidisse uideatur, nempè, qui illā non suis in finibus, nec solidis in reb. ædificiū, uelut excelsum, pcùl in hostico tremulaq; in sede

reprobat Aristotelis sententiam de felicitate. in primo Ethic.

fundauerit, illam uerò non intellexerit, siue intellectam neglexerit, siue quibus prorsus esse fœlicitas, non potest, fidem scilicet atq; immortalitatem, quas ab illo uel non intellectas uel neglectas dixisse iam me pœnitet: alterum enim tantum dicere debui, non intellectæ erant, nec nouerat illas ille, nec nosse potuerat aut sperare. Nondum enim uera lux terris illuxerat, quæ illuminat omnem hominem, uenientem in hunc mundum. Fingebant sibi ille & reliqui, quod optabant, & quod naturaliter optant, cuiusq́ contrarium optare potest nemo, fœlicitatem dico, quanquam uerbis ornatam, absentem uelut amicam canentes, non uidebant gaudebantq; de nihilo prorsus, quasi somnio beati, uerè autem miseri, uicinæq; mortis tonitruo ad miseriam excitandi, apertis oculis conspecturi, quæ nam esset illa fœlicitas, de qua somniando tractauerant. quæ quidem ne quis ex me dicta omnia, atque ideò nimis temerariè dicta putet, tertium decimum de ciuitate Dei Augustini librum legat, ubi de hoc ipso contraq; Philosophos qui fecerunt sibi, suo utor uerbo, sicut eorum cuique placuit, uitas beatas suas, multa grauiter atque acriter disputata reperiet. Hoc, fateor, dixi sæpè & dicam quo ad loqui potero, quia uerum me dixisse ac dicturum esse confido, si hoc sacrilegum opinantur, uiolatæ me religionis accusent, sed Hieronymum simul non curantem, quid dicat Aristoteles, sed quid CHRISTVS. ego contrà, illos si diuersum sentiunt impios sacrilegosq; non dubitem, priusq; uitam & quicquid charum habeo Deus abstulerit, quàm sententiam hanc piam ueram salutiferam, aut quàm amore Aristotelis CHRISTVM negem. Sint planè Philosophi, sint Aristotelici, cum proculdubiò neutrum sint, sed ut sint utrumque, neque enim clara hæc nomina illis inuideo, quibus falsis etiam tument, non mihi inuideant humile, uerumq́ Christiani nomen & Catholici. Sed quid peto, quod ultrò facere illos & facturos esse scio, Non quidem nobis hæc inuident, sed contemnunt tanquam simplicia & abiecta, ingeniisq; suis imparia & indigna. Secreta igitur naturæ atque altiora illis Archana Dei, quæ nos humile fide suscipimus, hi superba iactantia nituntur eripere, nec attingunt, nec appropiant quidem, sed attingere & pugno cœlum stringere insani extimãt, & perinde est eis, ac si stringerent propria opinione contentis, & errore gaudentibus, neq; illos ab insania retrahit, non dico, ne rei ipsius impossibilitas, ad Romanos Apostolicis uerbis expressa. quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Vel illud Ecclesiasticum ac cœleste consilium. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit Deus tibi illa cogita semper, & in pluribus operibus eius non fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt uidere. Non hoc dico, ex quo enim sperauerit quicquid cœlitus, immò ut dicam quod est, quicquid quid Catholicæ dictum sciunt, at saltem de Democriti non ineptus iocus. Quod est, inquit, antè pedes nemò spectat, cœli scrutantur plagas. & facetissima illa Ciceronis irrisio temerariè disputantium, nullaq́ de re dubitantium, tanquam modò Deorum ex concilio descendentes, quid ibi agatur oculis suis aspexerint, quibusq́ perceperint. Vel illud antiquius atque acrius apud Homerum. Iuppiter non mortalem hominem, non ex communi grege Deum aliquem, sed Iunonem illam suam coniugem ac sororem reginamq́ Deum, graui comminatione deterrens, ne secretum suum intimum auderet inquirere, aut sciri posse præsumeret. Sed ad Aristotelem reuertamur, cuius splendore lippos atque infirmos præstringẽte oculos, multi iam erroris in foueas lapsi sunt, scio enim unitatem principatus posuisse, quàm iam ante posuerat Homerus, sic enim ait: Quantum nobis in Latinum soluta oratione translatum est. Non bonum multitudo numinum, unus dominus sit unus Imperator. isti autem pluralitas principatuum bona, unus ergo princeps, sed ille humanum, hic diuinum. ille Græcorum, ille omnium principatuum, ille Atridem, iste Deum principem statuebat, eousque ueri sibi fulgor illustrauit animum, quis hic princeps qualisue & quantus, nescisse eum, & qui multa de numinibus curiosè admodum disputasset, unum hoc & maximum non uidisse crediderim, quod uiderunt multi literarum nescij, iubentq́ luce non altera, uerum aliter illustrante. Idq́ amici isti mei ita esse non uident, cœcos ego illos planeq́ exoculatos esse uideo, & sic omnibus uideri, quibus oculi sani sunt non magis, hæsitauerim quàm smaragdum uiridem, niuem candidam: coruum nigrum. utq́ audaciam meam æquanimius Aristotelici nostri ferant, non de uno tantum ita sentio, & si unum nominem, lego quamuis ignorans, & antequàm isti nostram ignorantiam deprehendissent, intelligere aliquid uidebar. lego, inquam, sed uiridioribus annis attentius legebam. adhuc tamen Poëtarum & Philosophorum libros lego. qui Ciceronis ante alios, cuius apprimè & ingenio & stylo semper ab adolescentia delectatus sum, inuenio eloquentiæ plurimum & uerborum elegantium uim maximam, quod ad deos ipsos, de quorum ille natura nominatim libros edidit, quodque omnino religionem spectat, quo distertius dicitur, eò mihi inanior est fabella, Deoq́ tacitus mecum gratias ago, qui hoc mihi seu iners, seu modestum dedit ingenium, animumq́ non uagum neque altiora se quærentem, neque his scrutandis curiosum, quæ quæsita difficilia, pestifera sint inuentu. sed quo plura contra CHRISTI fidem dicta audio, & CHRISTVM magis amem, & in CHRISTI fide sim firmior, ita nempè mihi accidit, ut siquis in patris amore tepentior, de illo audiat obloquentes amorq́ue qui sopitus uidebatur, illicò inardescit, ita enim euenire necesse est, si uerus est filius. Sæpè me CHRISTVM ipsum testor, de Christiano Christianissimum hæreticorum fecêre blasphemiæ. pagani enim illi uereres, & tsi multa de his fabulentur, non blasphemant tamen, quia ueri Dei notitiam nullam habent, neque enim CHRISTI nomen audierunt. Fides autem ex auditu est. Et quamuis in omnem terram exiuerit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum, Apostolorum tamen uerbis ac doctrinis toto orbe sonantibus, illi iam mortui ac sepulti erant, miseri magis quàm culpabiles, quorum aures quibus haurire fidem salutiferam potuissent, inuida iam tellus obstruxerat. Inter cunctos tamen potentissimè illi tres libri Ciceronis, quos de Natura Deorum inscriptos supra memini, sæpè me excitant, ubiq́ue scilicet tantum illud ingenium de his agens, ipsos sæpè Deos irrideat ac despicit, non quidem seriò fortè supplicium timens, quod antè aduentum Sancti spiritus, ipsi etiam Apostoli timuerunt, sed his quibus abundat iocis efficacissimis, quibus clarum fiat intelligentibus, de eo ipso quod tractandum assumpserat, quid sentiret, ut sortem suam sæpè interlegendum miseratus, ipse mecum tacitus dolensq́ue suspirem. quod uerum Deum uir ille non nouerit, paucis autem ante CHRISTI ortum annis obierat, oculosq́ue mors clauserat, heu quibus è proximo noctis, erraticæ ac tenebrarum finis, & ueritatis initium ueræq́ue lucis aurora & iustitiæ sol instabat. qui tamen Cicero, ipse suis in libris, quos in numeros scripsit, & si errorum torrente uulgariũ lapsus, sæpè Deos nominet, & sæpè illos tamen deridet, ut dixi, & iam inde à iuuentute sua libros Inuẽtionum scribens, dixerat eos qui Philosophiæ dent operam, nõ arbitrari Deos esse. Nempè Deum nosse, non deos, ea demũ uera & summa Philosophia est ita dico, si cognitioni pietas & fidelis cultus accesserit. idem quoque iam senior his ipsis in libris, quos de diis, non de Deo scribit, ubi sese colligit, quantis ingenij alis attollitur. ut interdum non paganum Philosophum, sed Apostolum loqui putes, quale est illud in primo contra Velleium, Epicureæ sententiæ defensorem. Eos, inquit, uituperabas, qui ex operibus magnificis atque præclaris, cum ipsum mũdum cum eius membra, cœlum, terras, maria cunque eorum insignia, Solem & Lunam, stellasq́ uidissent, cumque temporum maturitates mutationes uicissitudines, q́ue cognouissent, suspicati sunt aliquam esse excellentem præstantemq́ue naturam, quæ hoc effecisset, moueret, regeret, gubernaret. In secundo autem. Quid, inquit, potest esse tàm apertum, tàmq́ue perspicuum, cœlum, si aspeximus, cœlestia q́ue contẽplati simus, quàm esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur. Et eodem in libro.

Crysippus

Cryſippus quidem, inquit, quanquam eſt acerrimo ingenio, tamen ea dicit, ut ab ipſa natura didiciſſe, non ut ipſe reperiſſe uideatur. Si enim, inquit, eſt aliquid in rerum natura, quod hominis mens & ratio, quod uis, quod poteſtas humana efficere non poſsit, eſt certè id, quod effecit homine melius. atqui res cœleſtes, omneſqúe hæ, quarum eſt ordo ſempiternus, ab homine confici non poſſunt. eſt igitur id quo illa conficiuntur, homine melius. Id autem quid potiùs dixerim quàm Deum. deinde paucis interiectis, quod ſi omnes, inquit, mundi partes ita conſtitutæ ſunt, ut neque ad uſum meliores, neque ad ſpeciem pulchriores, effici potuerint, uideamus utrũ ea fortuita ſint, an eo ſtatu quo cohærere nullo modò potuerint, niſi ſenſu moderante diuinaq; prouidentia. Si igitur meliora ſunt quæ natura, quàm quæ arte perfecta ſunt, nec ars efficit quicquam ſine ratione, nec natura quidem rationis expers eſt habenda. non igitur conuenit ſignum aut tabellam pictam cum aſpexeris, ſcire adhibitam eſſe artem, cumq; procul curſum nauigij uideris, non dubitare, quin id ratione atque arte moueatur, aut cum ſolarium uel deſcriptum, aut ex aqua contemplari intelligere declarari horas, arte non caſu mundum qui & has ipſas artes & earum artifices & cuncta complectatur, conſilij & rationis expertem putare, quod ſi in Scythiam aut in Britanniam ſpheram aliquis tulerit, hanc quàm nuper familiaris noſter effecit Poſsidonius. cuius ſingulæ conuerſiones idem efficiunt in Sole & Luna & in quinque ſtellis errantibus, quod efficitur in cœlo ſingulis diebus & noctibus, quis in illa barbarie dubitet, quin ea ſphera ſit perfecta ratione. hi autem dubitant de mundo, ex quo oriuntur & fiunt omnia caſu, ne ſit ipſe effectus, aut neceſsitate aliqua, aut ratione, ac mente diuina. Archimedem arbitrantur plus ualuiſſe in imitandis ſpheræ conuerſionibus, quàm naturam in efficiendis, præſertim cum multis partibus ſint illa perfecta quàm hæc ſimulata ſolertius. Hæc ut audis apud Tullium ſcripta ſunt, quibus dictis, rudem mox paſtorem illum ſumit, ab Actio Poëta, & ad propoſitum ſuum trahit. Nauim nunquam antea ſibi uiſam, illam ſcilicet, quàm in Colchon uehebantur, Argonautæ, procùl è monte cernentem, atque attonitum nouitate miraculi pauentemque, & multa ſecum opinantem, montem aut ſaxum, terræ uiſceribus ereptum, ac uentis impulſum pelago rapi, aut atros turbines conglobatos fluctuum concurſu aut tale aliquid, uiſis inde iuuenibus, quorum ope atque opera nauigium agebatur, & cantu nautico audito, heroumque uultibus conſpectis, & ad ſe reuerſum, & errore ac ſtupore depoſito, quid nam rei eſſe intelligere incipientem. poſt quæ ſtatim infert Cicero. Ergo, inquit, ut hic primo aſpectu inane quiddam ſenſuq; uacuum ſe putat cernere, poſt autem ſignis certioribus, quale ſit illud, de quo dubitauerat incipit ſuſpicari, ſic Philoſophi debuerunt, ſi fortè eos primus aſpectus mundi conturbauerat, poſtea cum uidiſſent motus eius infinitos & æquabiles, omnesq; ratis ordinibus moderata immutabilitq; conſtantia, intelligere ineſſe aliquem, non ſolum habitatorem, in hac cœleſti ac diuina domo, ſed etiam rectorem ac moderatorem, & tanquam architectum tanti operis tantiq; muneris. quod ipſum, alio loco penè iſdem uerbis poſuit, Tuſculanarum quæſtionum libro primo. Hæc, inquit, & alia innumerabilia cum cernimus, ne dubitare, quin his præſit aliquis, uel effector ſi hæc nata ſunt, ut Platoni uidetur, uel ſi ſemper fuerint, ut Ariſtoteli placet, moderator tanti operis & muneris? Vides ut ubique unum Deum gubernatorem ac factorem rerum omnium, non Philoſophica tantum, ſed quaſi Theologica circumlocutione deſcribit, ita que magis hoc probo, quàm quod in ipſo naturæ Deorum libro ſequitur, auctore quidem Ariſtotele, quamuis namque ſententia una ſit, ibi tamen mentio eſt deorum, quorum nomen in omni ueritatis inquiſitione ſuſpectum eſt. Sic enim ait, præclarè ergo Ariſtoteles, ſi eſſet, inquit, qui ſub terra ſemper habitaſſet, bonis & illuſtribus domicilijs, quæ eſſent ornata ſignis, atq; picturis, inſtructaq; rebus his omnibus quibus abundant, hi qui beati putantur, nec tamen exiſſet ſuper terrã. acceperat aũt fama & auditione, eſſe quoddam numen & uim deorũ, deinde aliquo tempore

patefactis terræ faucibus, ex illis abditis ſedibus euadere in hæc loca, quæ nos colimus atque exire potuiſſet, cum repentè terram & maria cœlumq; uidiſſet, nubium magnitudinem & pulchritudinem uentorum qúe uim cognouiſſet, aſpexiſſetqúe ſolem eiuſqúe magnitudinem & decorem, quem tamen per efficientiam cognouiſſet, quod is diem efficerer toto cœlo luce diffuſa: cum autem terram nox opacaſſet, tum cœlum totum cerneret aſtris diſtinctum, & ornatum, lunæq; luminum uarietatem tum creſcensis, tùm ſenescentis eorumq; omnium ortus & occaſus, utq; inibi omni æternitate ratos immutabileſq; curſus. quæ cum uideret, profectò & eſſe deos, & hæc tanta deorum opera eſſe arbitrare tur. atque hæc quidem ille, Ariſtoteles, ſcilicet, cuius exemplum quod peregrinum nimis & ab experientia ſemotum uideretur, factam & non fictam rem, memoriæ qúe proximam in medio deducit, idem Cicero. Et nos autem inquit, tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione æthneorum ingenium finitimas regiones obſcuraſſe dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnoſceret. cum autem die tertio ſol illuxiſſet, ut reuixiſſe ſibi uiderentur, quod ſi hoc idem externis contingeret, ut ſubitò lucem aſpiceremus, quæ nam ſpecies cœli uideretur? ſed aſsiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſſueſcũt animi neq; admirantur, neque requirunt rationes earum rerum quas ſæpè uident, perinde quaſi nouitas magna, quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas cauſas excitare. quis enim hunc hominem dixerit, qui cum tàm cœli motus certos, tàm ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa & apta uiderit, neque in iis nullam ineſſe rationem eaqúe caſu fieri dicat, quæ quanto conſilio gerantur, nullo officio aſſequi poſſumus? An cum machinatione, quadam moueri aliquid uidemus, ut ſpheram, ut horas, ut aliud, per multa non dubitamus, quin illa opera ſint rationis? cum autem impetum cœli admirabili cum celeritate moueri uertiq; uideamus, conſtãtiſsimè conficientem uiciſsitudines anniuerſarias, cum ſalute rerum omnium dubitamus, quin ea non ſolum ratione fiant, ſed etiam excellenti quadam diuinaq; ratione? Licet enim iam remota ſubtilitate diſputandi, oculis quodammodo cõtemplari pulchritudinem earũ rerum, quas diuina prouidentia dicimus conſtitutas. Audis amice quod prædixeram, non quaſi Philoſophum loquentem, ſed Apoſtolum. quid enim aliud tibi ſonare uidentur hæc omnia, & ſingula, quàm Apoſtolicum illud ad Romanos? Deus enim manifeſtauit illis. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius uirtus ac diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles, quia cum cognouiſſent Deum, non ut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. quid quæſo aliud ſibi uult Cicero, totiens repetẽdo mundum, diuina prouidentia conſtitutum, diuina etiam prouidẽtia gubernari, idq; uelut manu, linguæ, oculis hominum ingerendo, niſi ut auctore ac factore rerum cognito, puderet uiros ingenioſos à fonte ueræ felicitatis auerſos, per opinionum deuia, uanis atq; aridis cogitatibus circumuolui. Poſſes autem admirari, niſi me noſſes, quod à Cicerone uix diuellor, ſic me illud delectat ingenium. Ecce nunc rerũ ſtyliq; dulcedine quadã, non inſolita raptus, quo non ſoleo, ut alieno mea inferciar opuſcula, patientiam non tàm tuam, quàm lectoris imploro. equidẽ, dum habere meum aliquid uiſus eram, de proprio ueſtiebar, mercator inops, literarum ab his quatuor ſcientiæ famæqúe prædonibus ſpoliatus, cum mihi iam proprium nihil ſit, ſi aliena mendicem, importunitatem atque impudentiam paupertas excuſat, & quàm putas magna animi paupertas ignorantia eſt? & qua nulla maior præter uitium, ſed ne, tres illos libros in libellum hunc unicum coanguſtem, Ciceronianum nihil hodie amplius tranſcribam, quamuis & ſæpè alibi, & hic præſertim, plurima ſtudioſè, operioſiſsima diſputatione perſtrinxerit, ad hunc ipſum finem, ut ex his omnibus quæ uidemus eſſe Deum & factorem & rectorem omnium cogitemus. hæc enim ferè diſputationis illius ſumma eſt, ut cœleſtibus ac terreſtribus penè cunctis expoſitis, cœli ſcilicet ſpheris ac ſyderibus, tum ſtabilitate ac fœcunditate terrarum maris ac fluuium opportunitatibus, temporumqúe uarietatibus ac uentorum, herbis quoq; & plantis, & arboribus atq; animãtibus miris, uolucrum

& quadrupedum piſcium naturis, deq; his omnibus commoditate multiplici, cibo, labore, uectura remedioq; morborum, uenatuq; & aucupio, & architectura & nauigatione, & artibus innumeris omnibusq́ uel ingenio uel natura inuentis. denique corporum ac ſenſuum & membrorum compage ac diſpoſitione mirabili, ad ultimum ratione & induſtria, in quorum explicatione curioſè admodum ac facundè uerſatur, ſic ut neſciam, an ſcriptorum aliquis, tàm anxiè unquam tamq; acriter iſta tractauerit. ſemper una ſi concluſio, omnia quæcunque cernimus oculis, uel percipimus intellectu, pro ſalute hominum & diuinitus facta eſſe, & diuina prouidentia ac conſilio gubernari. Immò etiam ad indiuiduam condeſcendens, cum quatuordecim niſi fallor inſignes Romanos duces nominaſſet, addidit quorum neminem niſi adiuuante Deo talem fuiſſe credendum eſt. & poſt pauca. Nemo, inquit, uir magnus, ſine aliquo afflatu diuino unquam fuit. quem afflatum quid aliud, quàm Spiritum ſanctum homo purus intelligat? itaque præter eloquentiam, quæ nulli hominum par fuit, quod hic in ſententia tractatur, quis unquam Catholicus immutaret? Quid nunc igitur? Ciceronem ne ideò Catholicum inſeram, uellem poſſe, ô utinam liceret, utinam qui tale illi ingenium dedit, & ſeipſum cognoſcendum præbuiſſet, ut quærendum præbuit. etſi enim uerus Deus nec noſtrarũ laudum nec mortalis eloquij egens ſit, haberemus tamen, nunc in templis ut arbitror Dei noſtri, non quidem ueriora nec ſanctiora, id enim fieri non poteſt, nec ſperari debet, at forſan dulciora & ſonantiora præconia. Verum abſit, ut uno aut altero bene dicto, totum quicquid eſt ingenij unius amplectar, nam Philoſophos non ex ſingulis uocibus ſpectãdos, ſed ex perpetuitate atque conſtantia ab eodem ipſo Cicerone immò à ratione inſita didici. quis tàm rudis, ut non quandoque gratum aliquid dicat? an id uerò ſatis eſt? ſæpè una uox ad tempus multam tegit ignorantiam, ſæpè ſplendor oculorum aut flaua cæſaries, fœdas corporum mendas uelat. qui totum tuto uult laudare, totum oportet ut uideat, totum examinet: totum libret, fieri poteſt, ut iuxta illud quod delectat aliud lateat, quod tantundem uel multò etiam magis offendat. Ecce idem Cicero ibidem: Vbi multa pergrauiter diſſeruit, & pietati ſimillima, mox ad Deos ſuos, ut ad uomitum redit, expeditiſq́ue nominibus, ac qualitatibus ſingulorum, nec iam de unius Dei, ſed de deorum prouidentia acturus. Audi, quæſo, quid interſerat. Quos Deos & uenerari, inquit, & colere debemus. cultus autem deorum eſt optimus, idemq; caſtiſſimus pleniſſimuſq́ue pietatis, ut eos ſemper pura integra & incorrupta, & mente & uoce ueneremur. Heu, mi Cicero, quid ais? tàm citò Dei unius & tuiſpſius obliuiſceris? ubi excellentem illam præſtantemq́ue naturam, numenq; illud præſtantiſsimæ mentis, ubi meliorem Deum homine, atque eorum quæ humana uel ratione uel potentia fieri nequeunt, cœleſtium ſcilicet? huius ne quem cernimus ſempiterni ordinis effectorem? ubi illum denique cœleſtis ac diuinæ domus habitatorem, inſuper & rectorem ac moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, reliquiſti? & quaſi è domo illa ſyderea, quàm grata ſibi confeſsione præbueras depuliſti, dum tàm fœdos, tàm indignos ei comites dares, aſpernanti, atque ore Prophetico proclamanti. Videte quod ego ſim ſolus, & non eſt alius Deus præter me. qui ſunt igitur ij noui recentesq; & infames dij, quos in domum domini conaris intruderes? ſunt ne hi de quibus Propheta alter ait: Omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. tu mihi nunc de hoc cœlorum rerumq; omnium factore & creatore loquebaris, meritaq; pij auditoris aures atq; animum delectabas, ſic repente illum creaturis rebellibus atque immundis ſpiritibus miſcuiſtis? euertiſti uno uerbo, omnia quæ ſapienter ac ſobriè dixiſſe uidebaris, ſed quid dixi, uno uerbo, immò compluribus. Sæpè enim, immò paſſim eodem quaſi dormitãs, ueſtigio nutante relaberis, & quos modò deos irriſeras ueneraris, quin & Solem & Lunam & Stellas, & poſtremo palpabilem hunc mũdum, ipſum quem uidemus, quem tangimus, quem calcamus, ſenſu prædítum, animantẽ, & quo nihil eſt ſtultius Deum facis. idq́ue licet non tu tibi, ſed Balbo tribuas, apud te loquenti, quod ipſum Academicæ fuerit cautelæ, in fine tamen libri illius Balbi diſputationem non auſus, ne in Acade-

Academiæ legem pecces ueriorem dicere, ueriſimiliorem dixiſti. Vt quicquid ille diſputauerat, approbando tuum feciſſe uidearis. Verè autem tuum ſit, quod Platonicum ſecutus morem, alteri tribuere, tuaſq́ue ſententias proferre, ficto alterius ore malueris, quam quam ſanè quodam loco dicti operis, Deum unum plurinomium Balbus idem afferre uideatur, quo uelut erroris clypeo uti ſolent Stoici ad excuſandas inſanas deorum turbas, quaſi diuerſis uocabulis, non niſi rem unicã deſignari uelint & intelligi, ut ſit ſcilicet exempli gratia Deus unus. isq; in terra Ceres dictus, Neptunus in pelago, in æthere Iuppiter, in igne Vulcanus. tamen hæc excuſatio, & ueritatis obumbratio, quàm ſit friuola quis non uideat? qui ut reliqua ſileam, apud ſcriptores gentium præeminentiam inter ſe deorum diſcordiasq; & bella ſacrorumq; diuerſitatem uiderit. Deus enim uerus, niſi unus eſſe non poteſt, neque ſe maior, neque ſe minor alicubi, cum ſemper & ubique idem ipſe ſit, neque aliquando ſecum diſcors eſſe poteſt, aut fuiſſe, neque nunc. qui non tauro, ſed uno ſemper laudis & iuſtitiæ & contribulati ſpiritus ac lachrymarum ſacrificio delectatur, unus ille in cœlo & in terra, una illi utrobique ſubſtantia, unum nomen. illa quoque diuerſoria ac fictionum ſubterfugia, quod uidentes Philoſophi quæ de Ioue dicerẽtur, Deo non conuenire, duos Ioues, unum naturalem, alterum fabuloſum ut Lactantius ait, ſeu potiùs tres Ioues, ut ait Cicero, numerant hi qui Theologi nominantur, deorum inquam Theologi non unius Dei, quantas uires habeant, & quanti extimanda ſint pretij, ne nimis à propoſito deerrem, apud ipſum Lactantium Firmianum qui quæret, inueniet Inſtitutionum ſuarum libro primo, nam illud piget etiam attigiſſe, quod Soles quinque totidemq; Mercurios, totidemq́ue Dionyſios, totidemq; Mineruas, quatuor uerò Vulcanos, quatuor Apollines, quatuor Veneres, tres Aeſculapios, tres Cupidines, tres Dianas dicunt, ſex Hercules, ut Cicero ait, aut ut Varro tres & quadraginta, neq; illos pudet & ea dicere, quæ nos pudeat audire, ne dicam credere. rogo enim. quis has non ſtomachetur ineptias? quis has ferat ambages? omnia non errorum modò, ſed ſic inanium ſomniorum plena undique ac referta ſunt, ut miſerear interdum atque indigner, nobile illud eloquium in his poſitum & conſumptum curis. nam de reliquis ut libet, at quæ circulatio? quis hic ludus? quæ nam hæ fabellæ? quinque Soles facere, cum ab eo quod ſolus luceat Solem dici uelint, & cum plures non fuiſſe quidem unquam, ſed oculorum uitio fortaſsis aut animorum conſternatione uiſos eſſe, nonnunquam inter prodigia numeratum ſit? pace ueterum ſit dictum, Ciceronis antè alios. nec ſcribenda hæc fuiſſe cenſeo, nec legenda cenſerem, quibus conſcribendis ille uir tantus incubuit, niſi ut lectæ & cognitæ deorum nugæ, ueræ diuinitatis & unius Dei amorem, & contemptus ſuperſtitionis externæ noſtræ religionis reuerentiam legentium animis excitarent, nullo enim clarius modo, unaquæque res, quàm contrario admota cognoſcitur, nil magis amabilem lucem facit, quàm odium tenebrarum. quæ ſi de Cicerone meo dixi, quem in multis miror, quid de alijs me dicturum ſperas? Scripſerunt multa multi ſubtiliter, quidã etiam grauiter, dulciter, eloquenter, ſed in his quaſi uenenum in melle miſcuerunt, quædam falſa ridiculoſa periculoſa, de quibus nunc agere longum nimis & impertinens. neque enim in omnibus ea mihi excuſatio fuerit, quæ fuit in Cicerone, non ſic omnes allicíunt, quibus & ſi materia alta ſit, non eſt eloquij par dulcedo. Sæpè cantus idem pro uarietate canentium, nunc delectabilis nunc moleſtus fuit, & eandem Muſicam longè uariam uox oſtendit. ne tamen res egeat exemplo, Pythagoram ſummi uirum ingenij fuiſſe, quis non nouit? eius tamen eſt nota illa μετεμψύχωσις, quam in caput non dicam Philoſophi, ſed hominis ſcandere potuiſſe, ſuprà fidem ſtupeo. ſcandit tamẽ, & à magno ingenio profecta, magna etiam ut perhibent infecit ingenia. dicerem hic aliquid ſi auderem, quod quia non audeo, audentiorpro me dicet Lactantius Firmianus, qui in libris Inſtitutionum, hunc ipſum de quo loquimur Pythagoram uanũ ſenem & ineptũ, hominemq; leuiſsimũ perridendæ uanitatis, appellare non ueritus, totum hoc fabuloſum & inane mendaciũ, atq; illud in primis, quod ſe in priore uita Euphorbium fuiſſe mentitus eſt, generoſa ſtyli atq; animi libertate deſpicit ac

cit ac refellit. Hoc est autem unum illud electissimum, inter Pythagorica dogmata, quibus ille uir aduena apud Metapontinos credulos, ubi diem obijt tantum meruit nomen, ut domus eius pro templo, ipse pro Deo cultus atque habitus sit. & quamuis hæc ipse non scripserit, nihil enim scripsisse traditur, dixi tamen, & post eum scripsere alij. Quis atomorum turbas, concursus q; fortuitos non audiuit? ex quibus in unum coëuntibus, cœlum & terram & uniuersa constare uult Democritus, secutus q; Democritum Epicurus, qui ne quid penitus deesset insani, mundos innumerabiles posuere, quod cum audisset, suspirasse fertur Alexander Macedo, quod nondum unum ex innumeris subegisset, uani uasti q; animi suspirium: certè hi duo philosophicæ hæresis huius auctores, millesimam nondum partem mundi huius agnouerant, dum mundos innumerabiles somniabant. I nunc, & non solum doctos, sed sobrios etiam ac discretos, quod q; est euidentissimum ociosos nega, quibus uacauerit talia cogitare. quid de alijs dicam, qui non mundorum innumerabilitatem, infirmitatemque locorum ut hi proximi, sed mundi huius æternitatem astruunt, in quam sententiam præter Platonem ac Platonicos, Philosophi ferè omnes, & cum illis mei quoque iudices, ut Philosophi potius quàm Christiani uideantur inclinant, & ut illum famosissimum, siue infamem Persij uersiculum defendant.

De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.

Non modò mundi fabricã Platonis in Timeo, sed Mosaicam Genesim fidem q; Catholicam totum q; CHRISTI dogma sanctissimum ac saluberrimum, & cœlesti rore melliflu. um, oppugnare non metuant, nisi humano magis, quàm diuino supplicio terreantur, quo cessante submotis q; arbitris, oppugnant ueritatem & pietatem, clanculum in angulis irridentes CHRISTVM, atq; Aristotelem quem non intelligunt adorantes, me q; ideò quod cum eis genua non incuruo, accusant, quod est fidei ignorantiæ tribuentes. Fidem enim ipsam incusare ueriti, sectatores fidei insectantur, obtusos q; & ignaros dicũt, nec q; quid alij sciant, aut quid nesciant, sed in quo secum sentiant aut dissentiant attendunt, omnis q; dissensio apud illos ignorantia est, cum ab errantibus dissentire summa sit sapientia. Ita autem proposito insistũt, ut quoniam ex nihilo fieri aliquid impossibile sit, natura, Deo ipsi impotentiam hãc ascribant. cœci ac surdi, qui non saltem naturalium Philosophorum antiquissimum audiant Pythagoram, solius hanc Dei fortè uirtutem ac potentiam asserentem, ut quod natura efficere nequeat, Deus facilè possit, ut qui sit omni uirtute ac potestate potentior atq; præstantior, & à quo natura ipsa uites mutuetur, non miror si CHRISTVM, si Apostolos, si Doctores Catholicos non audiunt, quos contemnunt. hũc Philosophum non audire, uel spernere illos miror, sed nec non legisse hoc, sed tantos aliorũ iudices phas est suspicari, quæ si tamen forsan non legerunt legant, si quis est pudor apud Chalcidium in Timeum Platonis secundo commentario: sed ne quicquã moneo, omne quod ad pietatem tendit, à quocunq; dictum, pari temeritate atq; impietate despiciunt, & ut docti uideantur insaniunt, quod ancillæ humili negatum sit, omnipotenti quoq; domino uetitum opinantes. Quin etiam quod in horũ tumultibus aduertere potuisti, ubi ad disputationem publicam uentũ est, quia errores suos eructare non audent, protestari solent se in præsens sequestrata ac sepositа fide differre, quod quid, oro, est aliud, quàm reiecta ueritate, uerũ quærere, et quasi sole derelicto in profundissimos & opacos terræ inhiatus introire, ut illic in tenebris lumen inueniant, quo nihil amentius fingi potest. Ipsi autem ne nil agere illos putes, seu quid agant ignorare, quod aperta professione non audent, protestatione clandestina fidem negant, nunc serijs Sophisticis q; blasphemijs, nunc Iudicris & malè falsis & olentibus iocis atq; impijs, atqui magno audientium assensu, de quo apud ipsum Ciceronem loquens Balbus. Mala, inquit, & impia consuetudo est, contra deos disputandi, siue ex animo id, siue ex simulatione loquebatur, ut deorum culto piè, quanquam pietas illa impia esset, ac pestifera. quàm ergo mala, quàm q; impia consuetudo, ueri Dei cultoribus

ribus uideri debet, contra Deũ suum, hoc est contra unum uerũ uiuũ cœli Deũ disputandi quocunq; proposito. nam si ex animo fiat, scelus ingens & impietas, si ludẽdo aũt, ineptissimus ludus, & censoria dignus est nota. nõ hoc tamẽ aspiciunt iudices mei, quorũ in iudicio nõ ignorans adeò uiderer, nisi Christianus essem. quo modo enim Christianus homo literatus uideretur, His qui idiotã CHRISTVM magistrũ & dominũ nostrũ dicũt? nõ facilè rudis magistri discipulus eruditus fiet, ab illius uestigijs non diuertẽs, cupidè igitur & audacter, & importunè cõtra præceptorẽ cõtraq; discipulos eius clamant, immò latrant & insultant, inq; eo maximè gloriantur, si cõtusum aliq ad perplexũ dixerint, nec sibi nec alijs intellectũ. Nã qs p̃cor intelligat, nec intelligentẽ se. nec audiũt Cæsarẽ Augustũ, inter multa animi ingenij q; bona, disertissimũ principẽ, qui ut de illo scribitur, genus eloquendi secutus est elegans, & temperatũ, p̃cipuam q; curã duxit, sensum animi, q̃ apertissimè exprimere, & amicos irrisit, uerba insolita & obscura captantes, & hostẽ increpuit, ut insanũ, ea scribentẽ q̃ mirentur potiùs audientes quàm intelligant. Verè ergo miri homines, q hinc doctrinæ gloriã aucupentur, unde apud doctos ignorantiæ merẽtur infamiam. summũ enim ingenij & scientiæ argumentũ claritas. nam q clarè quis intelligit, clarè eloq potest, quod que intus in animo suo habet auditoris, in animũ transfundere, ita uerè fit, q in his dilectus nec intellectus Aristoteles ait, in primo Metaphysicæ: Scientis signum posse docere, quam uis hoc ipsum artificio nõ uacet. quia ut ait Cicero 2. de Leg. non solũ scire aliquid artis est, sed quædam ars est etiã docendi. At ars hæc nimirũ intellectus ac scientiæ claritate fundata est, & si enim ars huiusmodi p̃ter scientiã exigatur, ad exprimendũ scilicet imprimendũ q animi cõceptus, nulla ars tamen de obscuro ingenio, claram promet orationem. Amici aũt nostri, nos luce gaudentes, nec q secũ in tenebris palpitantes, quasi nostræ scientiæ dissisos, & ob id omnium ignaros, q a nõ de omnibus p cõpita disputamus, ex alto despiciũt, tumẽtes inauditis ambagibus, sibi q p̃cipuè hinc placentes, q cũ nihil sciant, p̃fiteri omnia & clamare de omnibus didicerũt. nec q illos hinc retrahi pudor ullus aut modestia, & conscientia latitantis insciticæ, nec q nõ dicam ille Publij Mimus: *Nimium altercando ueritas amittitur.*

Sed illud Salomonis autenticũ, uerba sunt plurima, multaq; in disputando habentia uanitatẽ. aut illud Apostoli. Si quis aũt uidetur cõtentiosus esse, nos talem consuetudinem nõ habemus, nec q ecclesia Dei. atq; illud eiusdem. Videte ne quis uos decipiat, per philosophiã & inanem fallaciam, secũdũ traditionẽ hominũ, secundũ elementa mũdi, & non secũdum CHRISTVM. qd est aũt hoc q loquor, aut quomodo paulò unq; credituros sperẽ? an nõ ipse CHRISTI discipulus, quò magistro gratior, eò istis inuisior contẽptiorq; q̃s aurẽ odioso unq; p̃buit cõsultoris? non si amicus, nõ si ipse frenũ stringat Aristoteles, quiescent, tantus est impetus, tanta animi temeritas, tantus timor, tanta philosophia nominis & tam uana iactantia, tanta denicq opinionũ pudicatia, & peregrinorũ dogmatũ uentosæq; disputationis improbitas, cuius illud suprapositũ, inter multa damnabile, q coëternũ Deo mundũ uolũt. ubi ꝓphanas illas cantiunculas, grauí nõ sine stomacho solitus sum audire, quas hi nostri in triuijs passim, apud Ciceronem uerò Velleius, Epicuri partiũ defensor quærit, his uerbis. Quibus enim, inquit, oculis animi, intueri potuit Plato fabricam illam tanti operis, qua cõstrui à Deo fabricariq; mundũ facit? potest utcunq; hæc interrogatio tolleranda, nisi q iam quærendo responsum est, quibus hæc oculis uidit Plato, nẽpè animi, quibus inuisibilia cernuntur, & quibus ipse ut Philosophus fretus acerrimus atq; clarissimus multa uidit, quamuis ad hanc uisionem, nostri propius accesserunt, nõ uisu quidẽ sed lumine clariore. atq; sequitur quis ferat. Quæ molitio, inquit, quæ ferramenta, qui uectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? quemadmodum aũt obedire & parere uoluntati architecti, aër, ignis, aqua, terra potuerunt? quæstio diffidentis & irreligiosi animi, ita enim quasi de lignario aut ferrario fabro quærit, non de illo de quo scriptũ est: Ipse dixit & facta sunt. dixit aũt nõ uerbo uocali, ne laborasse uel iubendo somnient, ut multa sunt soliti, sed p uerbũ internũ sibi q coëternũ. q erat in principio apud Deũ, Deus uerus, de Deo uero, consubstantialis patri, per quem facta sunt omnia. Hic profectò mundum fecit ex nihilo, uel si ut Philosophi quidã uolunt, ex informi materia quam ὕλην Graij, quidam alij syluam

uocant, factus est mundus. Hæc ipsa ut ait Augustinus, facta est de omnino nihilo. Fecit, inquam, Deus igitur mundum uerbo illo, quod Epicurus & sui nosse non poterant, nostri uerò Philosophi non dignantur. eoq; sunt priscis illis inexcusabiliores. Potest etiam lux in tenebris non uidere, qui in luce apertis oculis non uidet, planè est cæcus. atq; apud ipsum Ciceronem in processu quæritur, quomodo qui mundum natum seu factum introduxerit, is eum dixerit fore sempiternum, haud iniustè quidem queratur. nos autẽ & principium habuisse, & finem habiturum mundum dicimus. Illa quæ sequitur uana magis, sed uulgaris est quæstio. Scisciter, inquit, cur mundi ædificatores repentè exciti, ante innumerabilia secula dormierunt. qui hæc interrogant, non attendunt, si ante centum millia (uel quia id q; apud Tullĩũ scriptũ est, Babylonios quadringenta septuaginta annorũ millia numerare) ante hæc omnia seu plura multò millia factus esset hic mũdus, id ipsum similiter queri posse, cur non prius cum mille annorum millia infinito collata, nihil amplius quàm totidem dies sinnt dicente Psalmographo: Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies externa quæ præterijt: uel multò etiam minus, seu uerius nihil penitùs, unius enim diei uel unius horæ ad mille annos, siue ad millemillia annorum, sicut unius exiguæ stillæ leui imbre delapsæ, ad omnem occeanum cunctaq́e maria, per quem minima quidem, aliqua tamen est comparatio & nonnulla proportio. at multorum & quotcunq; uolueris millium annorum, usque dum numero nomen desit, ad æternitatem ipsam, prorsus nulla. Illa enim supra mundum, hinc maxima & hinc parua, utriusq; certè finita sunt. hæc autem contra hinc infinita, licet maxima quæ illis admota, non exigua extimanda esse, sed nulla aut ille uir magnus Augustinus, qui de hoc ipso ualidissimè disputat libro XII. ciuitatis Dei. Et hæc est illa perplexitas, quæ Philosophos coẽgit æternitatem mundi ponere, ne tàm diù otiosus fuisse uideatur Deus, quàm multorum sententiam paucis uerbis stringere. Theodosius Macrobius secundo commentario, in sextum Ciceronianæ Reipublicæ. Mundum quidem, inquit, fuisse semper Philosophia auctor est, conditore quidem Deo, sed non ex tempore. siquidem tempus ante mundum esse non potuit, cum nihil aliud tempora, nisi cursus solis efficiat. quæ tamen apud ipsum Ciceronem his uerbis eliditur. Non enim si mundus nullus erat, secula non erant. secula nunc dico, non ea quæ dierum noctiumq́; numero anni cursibus conficiuntur, nam, fateor, ea sine mundi conuersione effici non potuisse, sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporũ circumscriptio metiebatur. Spatio tamen qualis ea fuerit intelligi potest, quod ne in cognitionem quidem cadit, ut fuerit aliquod tempus, cum nullum esset, quæ uerba penè ad contextum idem Augustinus interserit. Addunt sanè ingeniosi magis homines quàm pij, ad æternitatem ipsam de qua dictum est, mutationes rerum uarias, ex incendijs ac diluuijs terrarum mundo inuectas, quibus & temporalis & quodammodo nouus uideatur, cum æternus sit. quo in genere toto ut iam tandem serò licet unde discessi redeam, euectus enim sum rerum cohærentium cathenam) maximè uitandus Aristoteles, non quod plus errorum, sed plus auctoritatis habet ac sequacium. Fatebuntur forsitan, seu uerò seu uerecundia coacti, diuina non satis Aristotelem uidisse, neque æterna, quod à puro ingenio semota sint, sed humanorum atque prætereuntium nihil non peruidisse contendent, ita eò reuertimur, quod contra hunc ipsum Philosophum disputans Macrobius, siue ioco siue serio. Videtur, ait, mihi uir tantus nihil ignorare potuisse, mihi autem prorsus contrarium uidetur, neque ulli hominum humano studio eorum omnium scientiam fuisse concessam. hinc laceror, & quamuis alia sit inuidiæ radix, hæc tamen causa prætenditur, quod Aristotelem non adoro, sed alium quem adorem habeo, qui mihi non inanes rerum fallentium ac friuolas coniecturas, ad nil utiles, nulli subnixas fundamento, sed sui ipsius notitiam pollicetur, quam si præstat, cæterarum ab eodem conditarum rerum, & accessio super uacua, & apprehensio facilis, & inquisitio ridiculosa uidebitur. hunc igitur habeo de quo sperem, hunc habeo quem adorem, quem piè utinam & iudices mei colant. quod si faciunt, sciunt Philosophos multa mentitos, eos dico qui Philosophi dicuntur, ueri enim Philosophi, uera omnia loqui solent, horum tamen ex numero, nec Aristoteles nec Plato est, quem

quem ex omni prisca illa Philosophorum acie, ad uerum propius accessisse nostri dixêre Philosophi. Isti uerò ut diximus, sic amore solius nominis capti sunt, ut secus aliq̃d, quam ille de re qualibet loqui, sacrilegio dent. hinc maximum nostræ ignorantiæ argumentũ habent, quod nescio q̃d aliter de uirtute, neq; sat Aristotelicè dixerim, en crucibus dignũ crimen, perfacilè fieri potest, ut non diuersum modò aliquid, sed aduersum dixerim, nec malè illicò dixerim: *Nullius addictus iurare in uerba Magistri*, ut de se loquens Flaccus, ait:
Illud quoq; possibile est, ut id licet aliter dixerim, atq; ijs omnia iudicantibus, sed non omnia intelligentibus dicere, aliud uisus sim. Magna enim pars ignorantium, ut ligno naufragus uerbis hæret. neq; rem unam benè aliter dici putat, tanta uel intellectus uel sermonis quo conceptus exprimitur, inopia est. Equidem fateor, me stylo uiri illius qualis est nobis, non admodum delectari, quamuis eum in sermone proprio, & ducem, & copiosum, & ornatum fuisse Græcis testibus, & Tullio auctore didicerim, antequàm ignorantiæ sentẽtia condemnarer. sed interpretum ruditate, uel inuidia ad nos durus scaberq; peruenit, ut nec ad plenum mulcere aures possit, nec hærere memoriæ, quo fit ut interdum Aristotelis nõtem, non illius, sed suis uerbis exprimere, & audienti gratius & promptius sit loquenti. neque illud dissimulo, quod sæpè cũ amicis dixi, nunc ut scribã cogor, non ignarus, magnum mihi hinc famæ periculum instare, magnumq; & nouum eius quæ mihi obijcitur ignorantiæ argumentum, scribam tamen, nec iuditia hominum uerebor. Audiant me licebit omnes qui usquam sunt Aristotelici, scio quàm facile solum hunc peregrinũ & exiguũ conspuent libellum, est enim in conuitia pronum genus, sed de hoc libellus ipse uiderit, quo se linteo detergat, modo me ne conspuant, sat est mihi. Audiant Aristotelici, inquam, omnes. & quoniam Græcia nostris sermonibus surda est, audiant quos Italia omnis & Gallia et contentiosa Pariseos ac strepidulus straminũ uicus habet, omnes morales, nisi fallor Aristotelis libros legi, quosdam etiam audiui, & antequàm hæc tanta detegeretur ignorãtia, intelligere aliquid uisus eram, doctiorq; his forsitan nonnunquam, sed non qua decuit melior factus ad me redij, & sæpè mecũ & quandoq; cũ alijs questus sum, illud rebus nõ impleri, q; in primo Ethicorũ Philosophus idẽ ipse præfatus, eam scilicet Philosophiæ partem dixi, nõ ut sciamus sed ut boni fiamus. Video nempè uirtutẽ ab illo egregiè diffiniri & distingui, tractariq; acriter, & q̃ cuiq; sunt propria seu uitio seu uirtuti, quæ cũ didici, scio plusculũ q̃ sciebã, idem tamẽ est animus qui fuerat, uoluntasq; eadẽ. idẽ ego, aliud est enim scire atq; aliud amare, aliud intelligere, atq; aliꝺ uelle: docet ille nõ inficior qd est uirtus, at stimulos, at uerborũ faces qbus ad amorẽ uirtutis uitijq; odiũ, mens urgeꝛ atq; incendiꝛ, lectio illa, uel nõ habet, uel paucissimos habet, quos q̃ quærit, apud nostros p̃cipuè Ciceronẽ, atq; Anneũ inueniet, & q; quis fortè mirabitur, apud Flaccũ Poẽtã quidã stylo hispidũ sed sententijs periucundũ. qd profuerit, aũt nosse quid est uirtus, si cognita non ametur? aut quid peccati notitia utilis, si cognitum nõ horreatur? immò herclè si uoluntas praua sit, potest uirtutum difficultas et uitiorũ illecebrosa facilitas, ubi innotuerit, in priorẽ partem pigrum nutantemq; animũ impellere. neq; est mirari, si in excitandis atq; in erigendis ad uirtutẽ animis sit partior, qui parentem Philosophiæ huius Socratem circa moralia negociantem, ut uerbo eius utar, irriserit: & siquid Ciceroni credimus contempserit, quamuis cum illi nõ minus, quàm nostri q; nemo nescit expertus, acutissimos atq; ardentissimos orationis aculeos, præcordijs admouent infliguntq;, quibus & segnes impelluntur, & algentes incenduntur, & sopiti excitantur, & inualidi firmantur, & strati eriguntur, & humi hærentes ad honestissimos cogitatus & honesta desideria attolluntur, ita ut terrena iam sordeant, & conspecta uitia, ingens sui odium, uirtus internis spectata oculis, forma q́e & tanquam honesti uisa facies, ut uult Plato, miros sapientiæ, miros sui pariat amores. Quæ licet præter *CHRISTI* doctrinam atq; auxiliũ omninò fieri non posse, non sim nescius, neq; sapientem, neq; uirtuosum, neq; bonum aliquem euadere, nisi largo hausto, non de fabuloso illo Pegaseo, q̃ est inter conuexa Parnassi, sed de uero illo & unico, & habẽte in cœlo scatebras fonte, potauerit aquæ salientis in uitam æternam, quam qui gustat amplius non sitit. ad hæc tamen ipsa pergentibus, illi ipsi quos dicebam, multũ conferũt multumq;

tumq́ adiuuant, quod de multis eorum libris, multi ſentiunt, & de Ciceronis Hortenſio nominatim, in ſe expertus gratè admodum profitetur Auguſtinus. Et ſi enim nõ ſit in uirtute finis noſter: ubi eum Philoſophi poſuêre, eſt tamen per uirtutes inter rectũ eò, ubi finis eſt noſter, per uirtutes, inquam, non tantũ cognitas ſed dilectas. hi ſunt ergo ueri Philoſophi, morales, & uirtutum optimi magiſtri, quorũ prima & ultima intentio eſt, bonum facere auditorem & lectorem, quicꝫ non ſolum docent, qd eſt uirtus aut uitiũ, præclarũcꝫ illud hoc fuſcum nomen auribus inſtrepunt, ſed rei optimè amorem ſtudiumcꝫ, peſſimècꝫ rei odium fugamcꝫ pectoribus inſerunt. tutiùs eſt uoluntati bonæ ac piæ quàm claro intellectui operam dare. Voluntatis ſiquidem obiectum, ut ſapientibus placet, eſt bonitas, obiectum intellectus, eſt ueritas. Satius eſt autem bonum uelle, quàm uerũ noſſe. illud enim meritò nunquam caret, hoc ſæpè etiam culpam habet, excuſationem non habet. itacꝫ longè errant: qui in cognoſcenda ueritate, non in adipiſcenda, & multò maximè qui in cognoſcendo non amando Deo tempus ponit. nam & cognoſci ad plenum Deus in hac uita nullo poteſt modo, amari autẽ poteſt, pie atcꝫ ardenter, & utiq́ amor ille felix ſemper. Cognitio uerò nonnunquam miſera, qualis eſt dæmonum, qui cognitũ apud inferos contremiſcunt. & quanquam prorſus incognita non amentur, ſatis eſt tamen Deum eatenus, quibus ultra non datur ac uirtutẽ noſſe, ut ſciamus illum omnis boni fontẽ luciditſimum, ſapidiſſimum, amœniſſimum, inexhauſtũ, à quo & per quem, & in quo ſumus, quicquid ſumus boni. hanc poſt Deum rerum optimam, quo cognito, totis illum præcordijs ac medullis propter ſe, hanc autem propter illum amemus & colamus uitæ illum unicum auctorem uitæ hanc præcipuum ornamentum. Quæ cum ita ſint, non eſt fortaſſitan his Philoſophis noſtris, & ſi non ſint Græci, de uirtute præſertim credere, ut iudices mei putant reprehenſibile, & ſiquidem uel hos ipſos, uel meum forte iuditiũ ſecutus dixi aliquid, quamuis Ariſtoteles aliter, aut aliud dixerit, non ideò apud æquiores eorum iudices ſim infamis. Notus enim mos Ariſtotelicus, in Timeo Platonis, & Chalcidio expreſſus. Hic, inquit, ſuo quodam more, pleni perfectiq́ dogmatis electio quod uiſum ſit, cætera faſtidioſa in curia negligit. ſi ab illo igitur faſtidium aut neglectum aliquid dixi, uel non forſitan cogitatum, fieri enim poteſt, nec humanæ diſſonum eſt naturæ, quamuis ſi hos ſequimur, nec conſonum uiri famæ. Si hæc dixi quicquid eſt, neq́ enim ſatis quid ſit illud noui, neq́ hi ſatis ingenuè ueris me certiſcq́ criminibus impetũt, ſed ſuſpitionibus ac ſuſurris, hæc ne ſufficiens cauſa eſt, qua fluctib. ſic demergar ignorantiæ, ut in uno errans, in quo ipſo poſſum, his errantibus non erraſſe, factus ſim omnium reus, & in omnibus ſemper errare, nilcꝫ omnium ſcire damnandus ſim: quid ergo dicat aliquis, an & tu contra Ariſtotelem mutiſ? contra Ariſtotelem nihil, ſed pro ueritate aliquid, quam licet ignorans amo, & contra ſtultos Ariſtotelicos, multa quotidiè in ſingulis uerbis Ariſtotelem inculcantes, ſolo ſibi nomine cognitũ, uſcꝫ ad ipſius ut auguror audientiũcꝫ faſtidiũ, et ſermones eius contra rectos ad obliquũ ſenſũ temerariè detorquẽtes, nemo uerò me amantior, nemo reuerẽtior illuſtriũ uirorũ, & qd ait Naſo: *Quotcꝫ aderant uates rebar adeſſe Deos.* Ad Philoſophos & maximè ad Theologos ueros traho, ipſum uerò Ariſtotelem, niſi maximũ quendam uirum ſcirem, non hoc dicerem. ſcio maximum, ſed ut dixi hominem. ſcio in libris eius multa diſci poſſe, ſed & extra ſciri aliquid poſſe credo. & antequã Ariſtoteles ſcriberet, antequàm diſceret, antequàm naſceretur, multa aliquos ſciſſe non dubito, Homerum, Heſiodum, Pythagoram, Anaxagoram, Democritum, Diogenem, Solonem, Socratem, & Philoſophiæ principem Platonem. Et quis inquient principatũ hunc Platoni tribuit, ut pro me reſpondeam, nõ ego, ſed ueritas ut aiunt. & ſi non apprehenſa, uiſa tamen illi propiuscꝫ adita, quàm cæteris, dehinc magni tribuunt auctores, Cicero primum & Virgilius, non hic quidem nominando, ſed ſequendo, Plinius præterea & Plotinus, Apuleius, Macrobius, Porphirius, Cẽſorinus, Ioſephus, & ex noſtris Ambroſius, Auguſtinus & Hieronymus, multiq́ alij, quod facilè probaretur, niſi omnibus notum eſſet. & quis non tribuit niſi inſanum & clamoſum ſcholaſticorum uulgus? nam quod Auerrois omnibus Ariſtotelem præfert, eò ſpectat, quod illius libros exponẽdos aſſumpſerat, & quodãmodo ſuos fecerat, qui quam

quam multa laude digni ſint, ſuſpectus tamen eſt laudator. ad antiquum nempè prouerbium res redit, Mercatores omnes ſuam mercem ſolitos laudare. ſunt q́ nihil per ſeipſos ſcribere audeant, & ſcribendi auidi alienorum expoſitores operũ fiant, ac uelut architectonice inſcij, parietes dealbare, ſuum opus faciant, et hinc laudem quærant, quam nec per ſe ſperant poſſe aſſequi, nec per alios, niſi illos in primis & illorum libros, hoc eſt ſubiectum cui incubuêre laudauerint, animos è idipſum & immodicè, ac multa ſemper hyperbole. Quãta uerò ſit multitudo aliena dicta exponẽtiũ, an aliena uaſtantiũ, hac p̃ſertim tẽpeſtate ſententiarũ liber, ante alios mille tales paſſus opifices, clara ſi loq́ poſſit & querula uoce teſtabit. & qs unq́ cõmentator, non aſſumptũ ceu propriũ laudauit opus? immò eo ſemper uberius, quo alienum urbanitas, ſuum opus laudare uanitas atcꝫ ſuperbia eſt. linquo eos qui tota ſibi delegere uolumina, quorũ unus eſt aut primus Auerrois, certè Macrobius, non tantum licet expoſitor, ſed ſcriptor egregius, cum tamen Ciceronianæ Reipublicæ non libros quidem, ſi unius libri partem exponendam decerpſiſſet, expoſitionis in fine quid addiderit notum eſt. Verè, inquit, pronunciandum eſt, nihil hoc opere perfectius, quo uniuerſæ philoſophiæ continetur integritas. Finge hunc non de libri parte, ſed de totis philoſophorum libris loqui. pluribus quidem uerbis, non plus autẽ dicere potuiſſet, ſiquidem nihil integritati poteſt, niſi ſuperfluũ accidere. Quid uero Philoſophorum libris omnibus, q́ uel ſcripti uel ſcribẽdi ſunt, contineri amplius poteſt, q̃ Philoſophiæ integritas, ſi tamen hæc ipſa uel omnibus cõtineri potuit aut poterit libris, & non aliq́d deeſt primis, & nouiſſimo defuturum eſt. Sed hæc hactenus. Scio ut dixi, durum me famæ ſcopulum adiſſe, tantorum non modo mentione Philoſophorum ſed comparatione propoſita, ſtylum tamen obiecta, nec reiecta excuſet ignorantia, audaces facere ſolita & loquaces. Metus amittendæ gloriæ, aut nominis minuendi frenare ſolitus oratores, amicorum mihi demitur ſententia. quid metuam quæſo? non poteſt perdi, nec mihi iam minui quod amiſſum eſt. quicquid dixero, aut id erit quod amici mei iudicant, aut plus aliquid, minus nihilo nihil eſt. Quando ergo quolibet flatu pulſus huc prodij, emergam ut potero, & id dicam quod me ſæpe & interdum magnis quæſitoribus reſpondiſſe memor ſum. ſiquidem de Platone & Ariſtotele, ſi quæratur, Quauis nam maior clariorcꝫ uir fuerit, non mihi tanta eſt ignorantia, & ſi multam iudices mei tribuant, ut tanta de re auſim præcipitare ſententiam, de rebus licet pariis continenda ac libranda eſt neq́ uerò me fugit, quanta ſæpè de doctis hominibus inter doctos concertatio ſit exorta. de Cicerone ac Demoſthene, decꝫ ipſo itidem Cicerone ac Virgilio, de Virgilio inſuper atcꝫ Homero, de Saluſtio ac Thucydide, denicꝫ de Platone ipſo & condiſcipulo eius Xenophonte, decꝫ alijs multis, quorum omnium ſi indago diffi cilis atcꝫ extimatio anceps eſt, Inter Platonẽ atcꝫ Ariſtotelem, quis ſedens iuditiaria auctoritate pronunciet. At ſi quæritur uter ſit laudatior, incunctanter expediam, inter hos referre, quantum ego arbitror, quod inter duos, quorum alterum principes proceresq́ alterum uniuerſa plebs laudet. A maioribus Plato, Ariſtoteles laudatur à pluribus. à magnis & à multis immò ab omnibus dignus utercꝫ laudari, eo enim ambo naturalibus atque humanis in rebus peruenerunt, quo mortali ingenio ac ſtudio peruenirí poteſt, in diuinis altius aſcendit Plato & Platonici, quãquam neuter peruenire potuerit, quò tendebat, ſed ut dixi propiùs uenit Plato, de quo nullus Chriſtianorum, & in primis Auguſtini librorum fidelis lector hæſitauerit, quod nec Græci, quamuis hodie literarũ neſcij diſſimulant, maiorum per ueſtigia Platonem diuinum, Ariſtotelem dæmonium nuncupantes. Neque me rurſum fallit, quãta in libris ſuis in Platonẽ Ariſtoteles diſputare ſit ſolitus, quod quàm honeſtè & quàm procul à ſuſpitione inuidiæ faciat, quamuis alicubi amicum Platonem ſed amicitiorem aſſerat ueritatẽ, ipſe uiderit, ſimulcꝫ hoc ſibi dictum audiat. Facile eſt cum mortuo litigare, quem tamẽ multi boni uiri poſt obitum defenderunt, nominatim in Ideis, contrà quas ualidè omnes ingenij ſui neruos, ille acerrimus diſputator intenderat. notiſſima Auguſtini ipſius ac ſecura defenſio eſt, cui pium quoq́ lectorem, non minus aſſenſurum rear, quàm uel Ariſtoteli uel Platoni. Vnum incidenter hic dixerim, ut errorem meo

rũ iudicũ hisq; similiũ refellã, qui uulgi ueſtigijs inſiſtẽtes opinari ſolẽt, & inſolẽtet nec minus ignoranter obijcere, multa ſcripſiſſe Ariſtotelem. neq; hic errant. multa enim ſcripſit proculdubiò, plura etiam q̃ cogitent, quorũ aliqua nõdũ habeat lingua latina. at Platonem prorſum illis & incognitũ & inuiſum, nil ſcripſiſſe aſſerunt, præter unũ atq; alterũ libellũ, quod nõ dicerent, ſi tàm docti eſſent, quàm me prædicant indoctum. nec literas ego, nec Græcus, ſexdecim uel eò amplius Platonis libros domi habeo, quorũ neſcio an ullum iſti unqam nomen audierint. ſtupebunt ergo ſi hæc audiant. Si non credunt, ueniant & uideant. Bibliotheca noſtra tuis in manibus relicta, nõ illiterata quidem illa, quamuis illiterati hominis, neque illis ignota eſt, quàm totiens me temptantes ingreſsi ſunt. ſemel ingrediantur, & Platonem tentaturi, an & ipſe ſine literis ſit famoſus, inuenient ſic eſſe ut dico, meq́ue licet ignarum, non mendacem tamen, ut arbitror fatebuntur, neque Græcos tantùm, ſed in Latinum uerſos aliquot nunquam alias uiſos aſpicient, literatiſsimi homines, de qualitate quidem operũ iure illi ſuo iudicent, de numero aũt nec iudicare aliter, quàm dico, nec litigare litigioſiſsimi homines audebunt, & quota ea pars librorum eſt Platonis, quora ego his oculis multos uidi, præcipuè Calabrum Barlaam modernum Graia ſpecimen ſophiæ, qui me Latinarum inſcium, docere Græcas literas adortus, forſitan profeciſſet, niſi mihi illum inuidiſſet mors, honeſtiſq; principijs obſtitiſſet: ut ſolita eſt. Nimis iàm poſt ignorantiam meam uagor, animo & calamo nimis indulgeo, redeundum eſt. hæ ſunt igitur amice, atque harum ſimiles cauſæ, quæ me amico, ſed iniquo, mirũ dictũ, meorum iuditio ſodalium obiecere, quarum ut intelligo nulla potentior, quàm quod licet peccator, certe Chriſtianus ſum. Etſi enim forſitan audire poſsim, quod obiectum ſibi Hieronymus refert, Mentiris, Ciceronianus es, non Chriſtianus, ubi enim theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Reſpondebo, & theſaurum meum incorruptibile, & ſupremam cordis mei partem apud CHRISTVM eſſe, ſed per infirmitates ac ſarcinas uitæ mortalis, quas nec dum ferre ſed enumerare difficile eſt, non poſſum, fateor, ut uellem ſic inferiores partes animæ, in quibus eſt irraſcibilis & concupiſcibilis appetitus attollere, quin adhucterris inhæreant, & quotiens quanto niſu humo illas auellere mœſtus, & indignans retenta uetim. Et quia non ſucceſsit, quid hinc patiar, ſolus ipſe quem teſtor, & quem inuoco, CHRISTVS nouit, qui fortaſe miſerebitur, ut ſalubrẽ conatum adiuuet imbecillis animæ, & peccati mole obrutæ ac depreſſæ. Interim non nego, multis me curis uanis ac noxijs deditum, ſed in his non numero Ciceronem, quem mihi nunquam nociſſe, ſæpe etiam profuiſſe cognoui, quod dictum ex me nemo mirabitur, Auguſtinum ſi audierit, de ſe ſimilia profitentem: de quo me ſupra proximè, ſed alibi pluribus egiſſe memini, ideoq́ue nunc unum hoc dixiſſe contentus ſim, non diſsimulo, equidem me Ciceronis ingenio & eloquentia delectari, quibus ut innumeros ſileam, Hieronymum ipſum uſque adeò delectatum uideo, ut nec uiſione illa terribili, nec Ruffini iurgijs, ſic ſtylum inde dimouerit, quin Ciceronianum aliquid redoleret, quod ipſe met ſentiens, de hoc ipſo alibi ſe excuſat. nec uerò Cicero fideliter ac modeſtè letus aut illi nocuit, aut cuiquam alteri, cum ad eloquentiam cunctis, ad uitam multis ualdè profuerit, nominatim ut diximus Auguſtino, qui ex Aegypto egreſſurus, Aegyptiorum auro & argento ſinum ſibi gremiumq́ue compleuit, ac tantus pugil Eccleſiæ, tantus propugnator fidei futurus, antè diù quàm in aciem deſcenderet, ſeſe armis hoſtium circumcinxit. ubi ergo de his, de eloquentia præſertim quæritur, Ciceronem fateor, me mirari inter, immò ante omnes qui ſcripſerunt, unquam qualibet in gente, nec tamen ut mirari, ſic & imitari, cum potius in contrarium laborem, ne cuiuſquam ſcilicet imitator ſim nimius, fieri metuens, quod in alijs non probo. Si mirari autem Ciceronem, hoc eſt Ciceronianum eſſe, Ciceronianus ſum. miror enim nempe, quin etiam non mirantes illum miror, ſi qua hæc ignorantiæ noua confeſsio uideri poteſt, hoc ſum animo fateor, hoc ſtupore. Atubi de religione, idem de ſumma ueritate, & de uera fœlicitate, deq́ue æterna ſalute cogitandum incidit, aut loquendum, non Ciceronianus certè, aut Platonicus, ſed Chriſtianus ſum, quippè

quippè cum certus mihi uidear, quod Cicero ipſe Chriſtianus fuiſſet, ſi uel CHRISTVM uidere uel CHRISTI doctrinam percipere potuiſſet, De Platone enim nulla dubitatio eſt apud ipſum Auguſtinũ, ſi aut hoc tempore reuiuiſceret, aut dum uixit hæc futura p̃noſceret, quin Chriſtianus fieret, quod feciſſe ſua ætate, pleroſq; Platonicos refert idẽ, quorum ipſe de numero credendus eſt. Stante hoc fundamento, qd Chriſtiano dogmati Ciceroni anum obſtet eloquium, aut quid noceat Ciceronianos libros attingere, cum libros hæreticorũ legiſſe, nõ noceat, immò expediat, dicente Apoſtolo: Oportet hæreſes eſſe, ut & qui probati ſunt manifeſti fiant, in uobis. cæterùm multum hac in parte plus fidei apud me habiturus fuerit, prius quiſque Catholicus, quamuis indoctus, quam Plato ipſe uel Cicero. Hæc ſunt igitur argumenta ualidiora noſtræ ignorantiæ, quæ uera eſſe gaudeo, hercle, utque in dies ueriora ſint cupio. Profectò enim de quo mihi cum magnis uiris liquidò conuenit, ſi quemcumque Philoſophum quantumcumq; famoſum, ſi denique Deum ſuum Ariſtotelem reuixiſſe, & Chriſtianum factum audiant, ruditatis & inſcitiæ arguent, & quem ante ſuſpexerint ſuperbi deſpicient ignorantes, tanta penuria tantumq́ue odium ueri eſt, quaſi dedicerit, eo ipſo quod ad ſapientiam Dei patris à caliginoſa & loquaci mundi huius ignorantia ſit conuerſus. Neque mihi dubium eſt, quin Victorinus dum rethoricam docuit clariſsimus habitus, ita ut in Romano foro ſtatuam meritus acceperit, illicò ut CHRISTVM & ueracem fidem clara & ſalutifera uoce confeſſus eſt, ab illis ſuperbis dæmonicolis, quorum offenſæ metu, aliquandiù conuerſionem diſtuliſſe eum in confeſsionibus ſuis Auguſtinus refert, hebes ac delirantiſsimus haberetur. quod de ipſo etiam, Auguſtino eò magis ſuſpicor, quò & ipſe uir clarior fuit, clariorq́ue conuerſio, & quanto fidelibus utilior gratiorq́ue, tanto CHRISTI & Eccleſiæ ſuæ hoſtibus inuiſior mœſtiorq́ue, quando apud Mediolanum in eiſdem confeſsionibus idem ipſe commeminit, magiſterio rethoricè depoſito, ſub illo fideliſsimo ac ſanctiſsimo p̃cone ueritatis Ambroſio, ſcientiam cœleſtẽ atque iter ſalutis arripuit, & de Ciceronis expoſitore, factus eſt prædicator CHRISTI. De quo quid ſemel audierim narrabo, ut intelligas quãtus hic morbus quàm peſtifer, quàm profundus ſit. audiui uirum magni nominis, dum de Auguſtino placitum ſibi neſcio quid dixiſſem, cum ſuſpirio reſpondentem: Heu quàm dolendum, quod ingenium tale, fabellis inanibus irretitum fui. cui ego. ô te miſerum qui hæc dicis miſerrimumq́ue ſi ſentias: Contrà ille ſubridens: Immò uerò ſtultum te, inquit, ſi ſic credis ut loqueris. ſed melius de te ſpero. quid de me autem ſperaret, niſi ut contemptor pietatis in ſilentio ſecum eſſem. Proh ſuperum atque hominum fidem, ſic iam nemo igitur literatus horum iuditio eſſe poteſt, niſi ſit idem hæreticus & inſanus, ſuperque omnia importunus & procax, qui per uicos ac plateas urbium, de quadrupedibus ac belluis diſputans, bipes ipſe ſit bellua. quid autem miri, ſi delirum non modo ignarum iudicant, me amici mei, cum de hoc proculdubiò ſint grege, qui pietatem quolibet ingenio cultam ſpernunt, & religionem diffidentiæ aſcribunt, neque ingenioſum putant, neque ſatis doctum, eum qui audeat in Ariſtotelem ſolum mutire aliquid, contra fidem catholicam diſputare, eamq́ue quò quiſque animoſius oppugnare præſumpſerit, expugnari quim nullo poteſt ingenio, nulla ui, eò ingenioſior apud iſtos doctiorq́ue, quò fidentius fideliusue defenderit, eò habetur obtuſior atque indoctior, & ignorantiæ conſcientia, fidei uelum aſſumpſiſſe, quo ſe contegat atque inuoluat creditur prorſus, quaſi non diſcordes ac trepidæ fabellæ & nugæ inanes ac uacuæ ſint illorum, nec ſcientia certa de ambiguis aut ignotis, ſed opiniones uagæ & liberæ & incertæ. ueræ autem fidei notitia & altiſsima, & certiſsima, & poſtremò fœliciſsima ſit ſcientiarum, omnium, qua deſerta, reliquæ omnes non uiæ, ſed deuia, non termini ſed ruinæ, non ſcientiæ ſed errores ſunt. His tamen iſti animis, Hiſq́ue ſunt iuditijs ut neſciam, an non ſolum duo illi de quibus ſupra dictum eſt, uel ſi qui ſunt ſimiles, ſed ſupremus omnium Paulus ipſe, non dico, cœperit diſplicere Iudeis, quibus ante placuerat, quod Hieronymus epiſtolã eius ad Galathas exponens, ait, ſed omnino &, phariſeis & põtificibus inſanire uiſus olim ſit, quod

de lupo agnus, quod de persecutore Christiani nominis, factus esset Apostolus CHRISTI. & his nostris etiam uideatur. Possum ergo ignorantiam mihi obiectam, posim & si obijciatur insaniam magnis comitibus consolari, & sic facio, quin interdū & delector & gaudeo, honestis ex causis, non ignorantiæ tantum, sed amentiæ reus esse. cæterùm de me lætus, de amicis doleo, & si enim aliæ iuditio prætendantur causæ & forsitan leuiores, hæ quidem scelere & impietate non uacant, illis mortiferæ & infames, mihi etiã gloriosæ, ut pro his causis non solum fama, sed uita insuper spoliari, si res tulerit æquissimo sim animo. Illud angit in primis, quod uerissima omnium, uel unica uel inter tantas eminens obliqui causa iuditij, liuor est, qui multos semper, sed nullos unquam sanos ac lucidos infecit oculos, coëgitque falsum cernere. Res stupenda & noua, neque mihi unquam hactenus audita, nunc quod nolim in meo capite experta & cognita, amicis inuidiam inesse pectoribus. Amicis nunquam si non plena ac perfecta amicitia, quæ est ita, amicum ut se amare. amant isti me, sed non toto pectore, dicam melius toto amant pectore, sed non totū me. uitam certè & corpusque & animam, & quicquid habeo præter famam, eamque dum taxat literarum, horum ego uel omnium uel singulorum in manibus fidenter nilque hæsitans posuerim, neque hæc exceptio aut odij, aut amicitiæ lenitioris, sed inuidiæ est, ut dixi, etiam in amicitijs habitantis, uel, si hoc auditù durum est, & hoc quoque melius aliter est dicendum, ut non liuoris sit exceptio sed doloris. Dolent forsitan, immò dolent utique apud doctos, apud quos mihi uerè ne an falso literati hominis partum nomen audiunt, se nec literatos esse, nec cognitos. Hinc ereptum mihi cupiunt, quod non habent, neque si sapiunt sperant, magna uotorum conflictatio, rumque discordia, cui bonum omne uel maximum uelis, eidem nolle uel minimum, non tam puto, quia mihi id esse, quàm quod sibi doleant deesse. Quærunt neque id fateor iniustè, in amicitia pares esse, & id agunt, quoniam clari omnes esse non possumus, q̃ facilius censent, sumus omniū obscuri. est non inficior in amicis paritas pulcherrima, ubi enim insignitis pars una præponderat, non benè uidentur amicorum animi, quasi impares inuenti sub amicitiæ iugum mitti. Verum ea paritas amoris, ac fidei esse debet, fortunarum &, gloriæ non ita, idque ut ignotos sileam, Hercules ac Philoctete Thesei ac Perithoi, Achillis & Patrocli, Scipionis & Lelij probat imparitas. Ipsi tamen ut libet uiderint, quo animo erga meum nomen fuerint, qui erga me, ni fallor, haud dubiè sunt optimo. Ego autem amice, ne quid nescias, & ut noris, unde & quo animo tibi hæc scribo, inter Padi uertices, parua in naui sedeo. ne mireris, si uel manus scribentis uel oratio fluctuat, per aduersum hunc ingentem amnem, tota cum ignorantia mea nauigo, cuius olim in ripis multa scripsi iuuenis, multaque meditatus sum, quæ illorum temporum senibus probarentur, prius quã hij iuuenes senilem ignorantiam deprehendissent. ò sors hominum instabilis, Padus ipse quodammodo mihi compati uisus est, quasi studij nostri memor, & ueterum conscius curarum, quod quem iuuenem (si sine superbia dici potest) glorioſum uidit, senem cernat inglorium, famæque præfulgidis exutum uestibus, meque retrò assiduè ad ius meum ab iniquis iudicibus reposcendum, magno impetu & toto gurgite reimpellit. uerùm ego laboriosam mihi, & quibus minimè suspicabar, inuidiosam fame sarcinam perosus, & litium fugitans & contemptus spretor, exuuias meas raptoribus charis linquo. habeant sibi me cedente, si ut pecunia sic & fama, dum habent eripitur ad raptorem transit, habeant sibi uel scientiam, uel huic apud stultos parem, scientiæ opinionem. ego uel utraque, uel profectò altera, hoc est opinione scientiæ nudus, eò fœlicior fortassis, & ditior nuditate humili, quàm superbis illi spoliis & ut arbitror non suis. uado igitur lætus, claro & graui fasce depositò, & obstantem Padum remis uelis ac funibus supero, Ticinum repetens, studiosam & antiquam urbem, ubi non modo uestimentum famæ uetus inter nautas perditum inueniam, si ea cura sit, sed carere illo, & si ualdè cupiam nequibo. ego autem nitar semper, & optabo illiteratus dici, dum Vir bonus, aut non malus sim, ut uel sic quiescam, fessо nil dulcius est quiete.

Hanc

Hanc mihi semper ad hunc diem mendax, ut nunc audio, literarum fama eripuit, & hanc ipsam, seu falsa, seu uerax, ignorantiæ fama restituet, atque ita uel serò tandem aliquando benè erit. Id tamen ut uereor frustra nitar, atque optabo, tàm multi contra meos iudices sentiunt, ut non illic tantùm quo mihi nunc iter est, sed ubicunque per hunc nostrum orbem suam hanc sententiam promulgarint, quãuis apud me in rem iudicatam transierit ut audisti, apud alios tamen in suum caput plurium ac maiorum iuditio recasura sit, præter unam illam forsitan, ubi hæc audent, orbem nobilissimam atque, optimam, ubi propter populi magnitudinem, multiplicemque uarietatem, multi sunt, qui sine literis philosophentur, ac iudicent. Multa enim rerum omnium, & quod unicum ibi uel maximum malum dixerim, uerborum longè nimia est libertas, qua freti, sæpè ineptissimi homines claris nominibus insultant, indignantibus quidem bonis, qui ibidem quoque tàm multi sunt, ut nesciam an in ulla urbe tot modesti bonique uiri sint, sed tanto maior est, ubique stultorum acies, ut sapientium indignatio frustrà sit, tàm dulce omnibus libertatis est nomen, ut temeritas & audacia, quod illi similes uideantur uulgò placeant. hinc impunè aquilam noctuæ, cygnum corui, leonem simiæ lacessunt, hinc honestos fœdi, doctos inscij, fortes ignaui, bonos mali lacerant. nec malorum licentiæ, boni obstant, quod & numero illi superant, & fauore publico, expedire credentium ut quicquid loqui libet, & liceat, ita prorsus insedit illud Tiberij Cæsaris, in ciuitate libera, linguam mentemque liberas esse debere, liberè quidem esse debent, ita tamen ut libertas uacet iniuria. Vides ut ad finem propero neque peruenio. multa enim interueniunt, quæ cursum orationis impediant, non quod ego ignorem, multò sapientius multoq̃ grauius futurum fuisse, hæc & alia sæpè similia tacuisse. Sed difficile est inter aculeos non moueri. Sæpè ergo tales pulices, uel conterere necesse mihi fuit, uel excutere. facile autem hos tulissem, si te facile perferentem cognouissem, in his enim, non insciti am meam, quam libenter amplector, sed illorum insolentiam ægrè fero, sed ut dixi, tacitus hanc laturus nisi tu fuisses. tuæ equidem & non meæ indignationi, tàm longis sermonibus morem gessi. De ignorantia mea tibi non epistolam iam, sed librum scribens, addidi de multorum ac penè omnium ignorantia, quæ se obtulerant festinanti, de quibus cogitare studiosius si detur, non libellus exiguus, sed ingentes texi queant libri. Quid enim quæso communius ignorantia? quid uberius? quid latius? quocunque me uertam, in me illam, & in alijs, sed nunquam exundantius, quàm in meis iudicibus inuenio, quæ si tàm illis nota esset ut mihi, alienæ forsan ignorantiæ ferendis sententijs abstinerent, esset q̃ ad tribunal illud iniquissimum atque ineptissimum perenne iustitium. quis enim nisi impudentissimus, quod in se uidet damnat in altero? excusatio una est, docti sibi uidentur, eò præsertim in tempore: nam quod constat post cœnam illa sententia lata est. Videri autem prima fronte potuerit, de meipsius ignorantia, nisi aliud addidissem. Nouus libri titulus, non stupendus tamen, ad memoriam reuocanti, ut de ebrietate sua librum scripsit Antonius Triumuir, tantò enim hoc turpior titulus ille est, quantò morum, quàm ingenij turpiora sunt uitia. Ignorantia quidem uel desidiæ cuiuspiam fuerit, uel insitæ tarditatis, at ebriositas uoluntatis peruersiq̃ animi. sicut autẽ ibi Antonius omnium ebriosissimum se fatetur, unum duntaxat excipiens, magni prò pudor filium Ciceronis, sic & ego omnium ignorantissimum me non nego, sed non unum, immò quatuor fortasis excipiam, sed iam satis est, uereorq̃ ne nimium, iamq̃ uelut è turbidis fluctibus portum specto, iam demum igitur alto animo feramus hanc seu falsam infamiam, seu ueram famam ignorantiæ. Nam neque falsum metuit, nisi qui parum uero fidit, neque uerum odit, nisi qui falsum amat. si falsa est infamia, citò delinet, apud ipsos etiam auctores infamiæ, dum quid dixerint ruminantes pudor inuaserit. apud alios enim nec incipiet quidem, nec ad quem diuertat patens limen docti hominis reptura est. sin uera est fama q̃d tergiuersamur? an amore uani nominis labefacere nitimur ueritatem? quid est autem in hoc ipso, quod magnopere

generoſum animum & humana noſcentem & cœleſtia ſuſpirantem torqueat. dum cogitat metiturq; quantulum eſſe, quàm nihilo proximum, quod non dicam unus alterq; Philoſophus, eorum quoque qui clariſsimum ſcientiæ nomen habent, ſed ſimul omnes norunt, quamq; exilis rerum portio, omnium hominum ſcientia, uel humanæ ignorantiæ uel diuinæ ſapientiæ comparata; dabis hinc mihi amice aurem, dabis fidem, atq; hoc non recens & nunc primum ad os ueniens, ſed ſæpè dictum, ſæpius cogitatum credes, quemcunque horum qui magna ſcientiæ fama ſunt, ſeu ueterum ſeu nouorum, ex illo illuſtrium rege, & nominum luce ſecreueris, & diligenter excuſſeris, inuenies, ſi rerum ueritas nec hominum clamor inſpicitur, ſcientiæ modicum, ignorantiæ plurimum habuiſſe; quod ipſos ſi adſint, nec ingenuus pudor abſit, planè faſſuros mihi ipſe perſuadeo, & hoc Ariſtotelem morientem ingemuiſſe quidam ferunt, ut nemo ſibi blandiatur, aut ſcientiæ opinione ſuperbiat, ſed Deo gratias agat, ſi quid ei forſitan ſupra communem modum obtigit, ad quod ipſum credendum non ſit uelox, potius quàm ſibi quàm aliis de ſe credat, ſibiq; non plauſoris blandi, ſed cenſoris in ſe rigidi, uice fungenti. uerè enim quiſquis fauore ſepoſito, quo & fallimus & uiciſsim fallimur, apertisq; oculis res ſuas aſpexerit, multa in ſe flenda, pauca admodum plaudenda reperiet. Sed omiſsis quorum grauior eſt querela, de uirtutibus loquor, ad ſcientiam reuertamur, iam quid inops perdere metuat, ubi qui habentur ditiſsimi ueræ inopes ſunt, ſiquidem in hac ipſa portiuncula ſcibilium rerum, philoſophamur, tumidiſsimi & inquietiſsimi diſsidemus, & magnæ uelut ſpecie ſcientiæ ſuperbimus, intq; ipſis angustijs, qui maximi etiam ſunt uerſantur, & pauca ſcientes multa neſciunt, & neſcire ſe niſi inſaniant non neſciunt. ueriſsimumq; eſt illud Ciceronianum, quod quiſq; grauis Philoſophus multò ſibi deeſſe cognoſcit, quem defectum quo quiſque minus ſentit & curat minus. ideoq; doctiſsimos maximè uideas diſcendi auidos, & maximè ignorantiam intelligentes. ſanè in hac tanta ſcientiæ inopia, ubi implumes alas uento aperit humana ſuperbia, quàm frequentes & quàm duri ſcopuli? quot quamq; ridiculæ philoſophãtium uanitates? quanta oppoſitionũ contrarietas, quanta pertinacia? quanta proteruia? qui ſectarũ numerus? quæ differẽtiæ? quæ nam bellaq; quanta rerũ ambiguitas? quæ uerborum pplexitas? quã profundè, quamq; inacceſsibiles ueri latebræ? quot inſidiæ ſophiſtarum, omni ſtudio ueri iter, uepribus ceu quibuſdam obſtruẽtium, ut nequeat internoſci, quis illuc rectior trames ferat? quam ob cauſam Cato maior pellendum cenſuit urbe Carneadem. quæ nam poſtremò hæc inter, hinc temeritas, hinc diffidentia maximorum hominum, & deſperatio quædam apprehendendæ ueritatis Pythagoras, ait, de omni read utramque partem æquis argumentis diſputari poſſe. & de hoc ipſo, an res omnis ex æquo diſputabilis ſit. Sunt qui dicant, altè obrutam ueritatem, & profundo uelut in puteo demerſam, quaſi ex imis terræ latebris, & non potius è ſummo cœli uertice, petenda ueritas, & uncis ac funibus eruenda, non ſcalis gratiæ, & ingenij gradibus adeunda ſit. Socrates ait:

Hoc unum ſcio, quod nihil ſcio.

Quàm humilimam ignorantiæ profeſsionem, ceu nimis audacem reprehendit Archeſilaus, nec id unum ſciri aſſerens nihil ſciri. ea glorioſa Philoſophia quæ, uel ignorantiam profitetur, uel ignorantiæ ſaltem notitiam interdicit, circulatio anceps, ludus inextricabilis. contrà Gorgias Leontinus rhetor uetuſtiſsimus, non modò aliquid, ſed ſciri omnia poſſe credit, non à Philoſopho tantùm, ſed ab Oratore nempè, qui, ut ait Cicero, omnibus de rebus Oratorem optimè poſſe dicere exiſtimauit, quod certè ipſe nõ potuit, non poſſet aũt optimè de rebus omnib. dicere, niſi optimè omnes noſcet. Idem ſenſit Hermagoras, qui non modò Rhetoricam, ſed Philoſophiã omnem, rerumq; omnium notitiam tribuit Oratori. Magna mediocris ingenij fiducia, & longè omnibus fidentior. Hippias ſcire ſe omnia profiteri auſus, ut non modò de liberalib. ſtudijs, decq; uniuerſa Philoſophia, ſed de mechanicis quoq; plenã ſibi gloriã uſurparet,

dicerem

dicerem diuinum hominem, niſi inſanum crederem. ſed quoniam iam nec ſciri omnia, immò nec multa per hominem certum eſt, & confutata iam pridem atque exploſa Academia, ac reuelante Deo, ſciri aliquid poſſe conſtat, ſit ſatis ſcire quantum ſufficit ad ſalutem. multi plus ſapientes quàm oportet periere, & dicentes ſe eſſe ſapientes, ut ait Apoſtolus: Stulti facti ſunt, & obſcuratum eſt, inſipiens cor eorum. Mihi ad ſobrietatem ſapere ſi contingat, quod ſine multis, immò ſine ullis literis fieri poſſe, illiterata utriuſque ſexus ſanctorum cohors indicat, ſatis erit & fœliciter agi mecum exiſtimabo, neque unquam mei me ſtudij pœnitebit, & hos garrulos idiotas, qui falſo literarum nomine turgidi dici amant, quod non ſunt, aut miſerebor aut odero, aut ridebo deque inanibus atq; incognitis altercantes, necq; illis iactantia, nec tumorem peſtiferum, neque omninò aliquid, non ipſas certè diuitias inuidebo, nunquam ad ſe redeuntibus, ſæpè foras effuſis, ſeque extra quærentibus. In finem, literati libens nomen pono, & iam poſui, ſi indignum ut ueritati conſcientiæque ſatisfaciam, alio quin ut inuidiæ, de re autem poſteritas uiderit, ſi ad illam famæ paſsib. peruenero, ſi minus, obliuio. uiderit, inquã, poſteritas incorrupta, quam ab æquitate iuditij, non animorum perturbatio ulla, non odium, non ira, non amor liuorq; ueri hoſtes impedient. uiderit illa ſi me nouerit, Iudices enim meos proculdubiò non agnoſcet, quippe quos nec ætas hæc nouerit, uix uiciniæ notos ſuæ, uiderit iudicetq;. et ſi horum ſententiam approbet acquieſco, ſi reſcindat, non ideò his iraſcor, ſciens quãta ſit in animis hominum poteſtas affectuum. hi ſunt autem, qui in me ſententiam hanc dictarunt: fallor, unus enim quẽ ſæpè hodie nomino, liuor fuit. illle hanc digitis ſuis ſcripſit, quam nec amor potuit mutare nec ratio. cur ergo iraſcerer amicis, pro eo, quod ab illorum hoſte commiſſum eſt; ſi iniquitatem filij nõ fert pater nec filius patris, quanto minus hoſtis iniquitas nocere debeat amico, præſertim illius carcere ac uinculis aſtricto, qui ſi quando ſibi redditus fuerit, & ſuas & amici iniurias ſit ulturus? ſunt multa præterea quæ iracundiam ſiqua eſſet exemplorum comprimant compeſcant remedijs, nam q̃ unquam uel doctrina, uel ſanctitas uel uirtus quælibet tàm excellens fuit, ut obtrectatoribus non pateret? immò quidẽ, ut Liuius ait: Quò gloria maior, eò propior inuidia. & ſic eſt. quanquam enim ineris malũ ſit inuidia, & alta & animoſè nõ aſcendat ſed uiperæ in morẽ, iuxta Naſonis ſententiam: humi ſerpat, familiare tamen illi eſt, altecq; gloriæ radices auidius inſeq;, clariſq; nominibus ſuum uirus infundere, nõ aliter q̃ ſubterranei quidam uermes, qui proceras arbores radicum morſibus clandeſtinis, & tacita labe pertemptant. ſic ſæpè ſæuit liuor, ſed interdum magis æſtuat, paſsionẽ animi ſilentiũ frangẽte, clamoribus. & Therſitẽ pede claudũ, diſtortũ crure, humeris gibboſum, pectore concauũ, caluaſtrũ uertice, atq; prurigineſum, & Agamẽnoni Græcorum regi, & Achilli Græcorũ fortiſsimo, detrahẽtem publicè. Ilias narrat Homerica, & Drancẽ Turno uerbis iniuriantẽ Æneis Virgiliana teſtat. ſed hic miri nihil. eſt enim cõtrarijs inter ſe naturale odium. quãta in D.D. Iuliũ & Auguſtũ Cæſs. uel ab amicis uel ab hoſtib. dicta ſũt, illud ſupra fidẽ ſtupeo, q̃ Peſcẽnius Niger uir fortiſsimus, progeniẽ Scipionũ toto Romano orbe præcipuã, fortunatã potius dicebat eſſe, quã fortem? nullus hic proculdubiò liuor erat, ſed libertas inconſulta iuditij. uerum hæc & ſimilia peregrina nobis, atque longinqua ſunt. ad propinquiora ueniamus. Poſſem ſanctos memorare, præcipueque Hieronymum, ſed prophana materia, & de ſolis literis ſermo eſt, itaque illos attingam, ſed non omnes, qui noſtræ propiùs ſunt querelæ: quis ergo in primis Epicurum in tolleranda ſuperbia, ſiue inuidia, ſiue utraque detrahentem omnibus non audiuit? Pythagoræ, Empedocli, Timocrati, quem amicum licet totis uolumi nibus laceraſſe tradit, q̃ in Philoſophia paululũ à ſe ſuisq; inſanis opinionib. diſcordaret. habẽt tamẽ, & hi tres, & alij quos diſcerpſit patiẽtiæ materiã, quãdo idẽ & mirè Platonem ſpernit; & cõtumelioſiſsimè Ariſtotelẽ uexat, ac Democritũ: à q̃ ultimo q̃ ſciebat in Philoſophicis cũcta didicerat, & quẽ exigua mutatione uerborũ in omnibus ſequebat, hunc acrius infamabat, nẽpè q magiſtro caruiſſe gloriaret, et uideri uellet. Secuti ſunt in hac detrahendi

trahẽdi libidine præceptorẽ ſuũ Metrodorus atq; Hermacus, ſupradictos quoq; Philoſo phos lacerantes, nec ullius magnitudini parcentes aut gloriæ. fuit & Zeno ipſe maledicus atq; irriſor, qui Criſpum uirum acutiſsimum & eiuſdem ſecum ſectæ contemptum nomi nans, non Criſpum ſed Criſpam ſemper diceret, & non modò coẽtaneos, ſed patentẽ Phi loſophiæ Socratem, conuitijs ac maledictis inceſſeret, latinoq; uſus uerbo, credo ut pere grinæ linguæ mordacior eſſet iocus, ſcurram Atticum uocitaret, quod ipſum ſcomma, ſi ſit illud, & non potiùs lædoria dici debet, in eundem apud quem hæc ſcripta ſunt Ciceronem, poſt ab æmulis uerſum eſt, quem ob inſignem linguæ feſtiuitatem dixẽre aliqui Conſularem ſcurram. dignus iocus, non illius uiri auribus ac moribus, ſed ore potius & ſcurrilitate iocantium. Iam Annei Senecæ in Quintilianum, atq; in Senecam Quintiliani detractio nota eſt: erantq; ambo uiri egregij, ambo Hiſpani, mutuis tamen morſibus ſeſe carpunt, atq; alter alterius ſtylum damnat, mirum prorſus in tantis ingenijs. ſolent enim docti indoctis eſſe odio ac ſtupori, horum illi igitur, modò facultas affulſerit, famam rodunt, doctis, facie licet incognitis, inter ſe cognatio multa eſt, niſi hanc liuor, aut excellentiæ appetitus abruperit, quod in his proximis duobus, inq; alijs de quibus ante diximus euenire credibile eſt. Quibus quandoque ceſſantibus, nouum dictù, claros inter uiros eſſe uidetur æmulatio quædam, quaſi uentis quieſcentibus, tumens mare. Cuius duplicem rei cauſam apud quoſdam lego, una eſt fauor diſcipulorum atque ſequacium, qui libentius quieturos contrarijs ſententijs in certamen trahit. altera uerò paritas ipſa, quæ ſine ſenſu eorum, qui in comparationem adducuntur ſpectãtium, iuditia in diuerſum agit, ut quam uis inſe concordes duo uiri & paſsionibus liberi, uideantur tamen inter ſe taciti, quaſi duo propinqui montes, aut totidem turres excelſæ, de altitudine eminentiaq; contendere. cuius exemplum, niſi memoria me fruſtratur, eſt ſupra memoratum, par uirorum Plato & Xenophon. Incidunt uerò nonnunquam non his modò, ſed ſuperioribus, & acriores diſſenſionum cauſæ, non inuidia ſtudiorum, ſed profundis flammantes odijs. nam Saluſtij in Tullium, atq; Aeſchinis in Demoſthenem, horumq; in illos inuectiuæ, non ingenia neq; ſtylos arguunt, ſed mores, amarumq; aliquid et hoſtile, immò pacatum nihil in ſe cõtinent, nullæ ibi facetiæ, nullus iocus, ſed certamen longè aliud, quàm quod de literis aut pro gloria ſumi ſolet. cui collati, omnes meorum iudicum aculei, ludi ſunt æquiſsimo animo ferendi, dum præter hoſipſos quos audiſti, mille alios memini, de ſolis literis concertantes, nominatim Homericos, Ariſtarchum ac Zoilum, Virgilianos, Cornificium & Euangelũ. Ciceronianos, Aſinium & Caluum. dumq; in animum Graius uenit, ferox fateor, ſed minimè rudis princeps, qui cogitauit ut ſcriptum eſt, de Homeri carminibus abolendis. cur enim ſibi nõ licere dicens, quod Platoni licuiſſet, qui eum è ciuitate quam conſtituebat ejecerit? Sed & Virgilij & T. Liuij ſcripta, & imagines parum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amouerit, quorum alterum ut nullius ingenij minimæq; doctrinæ, alterum ut uerboſum in hiſtoria negligentemq; carpebat. at Anneum Senecam, & tum quidem, & nunc maximè placentem, Arenam eſſe ſine calce dicebat. & loquimur uiros, Cum Leontium Græca mulier, immò ut Cicero ait meretricula, cõtra Theophraſtum tantum Philoſophum ſcribere auſa ſit. quis hæc audiens indignetur, in ſe aliquid dici, cum in tales à talibus talia dicta ſint? nil ſupereſt aliud, niſi ut non dicam te, & aliquot paucos, qui ad amandum non egeris ſtimulis, ſed amicos reliquos, cenſoresq; ſimul meos precer atque obſecrem, ut deinceps me, & ſi non hominem literatum, at ut uirum bonum. Si ne id quidem, ut amicum, denicq; ſi amici nomen præ uirtutis inopia non meremur, at ſaltem ut beneuolum & amantem ament.

Lectori.

Lectori.

Epiſtolam habes inter eas quas de rebus Senilibus inſcriptas uides, ſtatim in initio Libri octaui, ad Vrbanũ V. Pont. Max. qua author gratulatur, à Papa, tàm diù exulantem Auenioni Eccleſiæ ſedem (ut uocant) in Romanam Vrbem iterum translatam, id maximè quoq; perſuadere conabatur, ne procerum quorundam Gallorum conſilio, Pontifex uiſus, Galliam repeteret, quam præ Italia, qua ui orationis poteſt, author impugnat. hac motus quidam Gallus, quæ ſequuntur ſcripſit.

GALLI CVIVSDAM ANONYMI IN FRANCISCVM PETRARCHAM INVECTIVA.

HOmo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericò & incidit in latrones. Verba iſta domino noſtro Papæ ſummo ac ſanctiſsimo Eccleſiæ Pontifici, poſſunt ſatis propriè adaptari. ipſe namque homo eſt, quem ſecundum Prophetæ ſententiam, dominus gloria & honore coronauit, cuius etiam ſubiecit omnia ſub pedibus. Iſte igitur homo deſcendit ab Hieruſalem in Hiericò, cum de partibus Galliæ, ſe tranſtulit ad partes Romanorum. Hieruſalem namque uiſio pacis intelligitur: quantam autem pacem Eccleſia in partibus Galliæ reppererit, quantam humilitatem in magnis, quantam promptitudinem in paruis, & quantam obedientiam in omnibus ſentit nunc, ac meminit ut experta. Sed ipſe deſcendit in Hiericò, qui interpretatur luna, cuius mutabilitas inter mundi cætera patet euidentius uniuerſis. quid enim in rebus humanis eſt, uel inconſtantius ſiue mutabilius quàm Romani? Immò certè ipſa Roma, pluſquàm alia urbs, uel ciuitas, ſæpius & pluries mutata eſt, ſi quis enim conſideret ipſius initium, quod habuit ut dicunt in tempore Romuli honoris faſtigium, quod habuit in tempore Auguſti, & ipſius etiam in tempore præſenti miſeriam, mutationi lunæ Romæ mutationem, uerè & realiter poterit comparare. A principio namque lux eius. id eſt eius potentia aliqualiter apparuit, ſicut luna cum dicitur μονόκολος, poſtea uerò notabiliter inualuit ſicut luna cum dicitur Amphyarchos. deinde uerò ad plenam perfectionem peruenit, ſicut luna cum dicitur Panxilenos: poſtea uerò ſicut ipſa creuerat, ſic decreuit, & quaſi ad nihilum eſt redacta. Ipſa namq; eſt, ſicut dixit. Oroſius, quaſi inexplebilis uenter, cuncta conſumens, ſemper eſuriens, nihil alijs relinquens, nihil habẽs cunctis gentibus & urbibus, quas miſeras fecit, non ſolum miſerior, ſed infœlicior eſt relicta. Miſeriam cuius certè non potuiſſem credere, ni uidiſſem, occurreruntq; mihi tunc uerſus cuiuſdam dicentis:

Romæ ſceptra iacent & celſa palatia cœno.
Cæſaris alta domus nunc fit caſa uilis egeno.
Roma modò nihil eſt, nihil eſt Romæ niſi ſignum.
Cæſar in urbe ſua nil cernit Cæſare dignum.

Cur igitur iſte nobis Galliæ paupertatem improperatq; conſtat enim illam partem Galliæ, de qua receſsit Eccleſia, eſſe fertiliorem, uel ſaltem tàm fertilem, ſicut Roma, ſiue pars Italiæ, in qua ipſa reſidet pro præſenti. quid igitur ad propoſitum, ſi Galli Roma iam adoleſcente, uſum uitis & oleæ didicerunt? ſuam arguit ruditatem, immò ex hoc uerecundari debent. quia Galli in hac ſagacitate hos præcedunt, Galli etiam pro certo paucitatem ciborum, & uinorum pro facili iactura recipiunt. illud Lucani in V. attendentes:

Humanum paucis uiuit genus: & iterum illud Claudiani contra Ruffinum:
Viuitur exiguo melius natura beatos.
Omnibus eſſe dedit: ſi quis cognouerit uti.

Et iterum illud Horatij in epiſtola ad Bullatium:

Si uentri benè ſit lateris pedibuſq; tuis nil *Diuitiæ poterunt regales addere maius.*

licet igitur non ſint pauperes per rerum indigentiam, ditiores tamẽ ſunt per ſufficientiam,

iuxta

iuxta illud Maximiani: *Et rerum dominus nil cupiendo fui.*
Sed non sunt huiusmodi Italici,& spiritualiter Romani,qui semper lucris temporalibus inhiantes,nihil aliud cogitant, non aliud somniant præter lucrum. Iuxta dictum Apostoli, Quæstum extimantes pietatem.nullus esse ibi iocus,nullus ludus,immò, generaliter nullus actus,in quo uirtus utili præponatur.loquatur igitur ipse non de Galliæ, sed de suæ Italiæ paupertate,ubi ferè nullus habet bonorum suorum,immò quod deterius est,sui corporis proprij potestatem. Animi enim pusillanimitate,tyrannorum subiecti dominio,ad egestatem Tantali & summam miseriam sunt redacti. Sequitur, Et incidit in latrones. Licet secundum quod uulgariter dicitur,commune dictum,non sit omnino falsum, & secundum Aristotelem: Fama non omnino falsa sit, quam populi multi clamant.meum tamen calamum ab huiusmodi uerbis auertissem,nisi me illius uiri literati & periti,malè tamen ut credo aduertentis,uerborum iniuria deduxisset,qui de exitu ecclesiæ à partibus Galliæ locuturus,uocis concordantiam turpiter mutando,& uerbis imperitis inuolutus, sententiã turpius inchoauit,per hæc uerba: In exitu Israël de Aegypto,domus Iacob de populo Barbaro. Audistis blasphemiam,licet enim & benè per Israël & domum Iacob ecclesiam intelligat, Aegyptum tamen Galliam,& Gallicos Barbaros nominando,ipse proculdubiò delirauit. Si enim Galliam illam,de qua exiuit ecclesia,uerè & realiter & per proprietatem intelligit Aegyptum,salua reuerentia,hoc est falsum. si uerò per similitudinem, tunc est ac si diceret,album nigrũ. Aegyptus enim interpretatur tenebræ, Gallia candida. γάλλα enim Græcè candor dicitur,unde Galli quasi corpore candidi. quæ ergo est conuentio lucis ad tenebras. Horrere profectò debuit Prophetæ maledictionem dicentis: Ve qui dicitis malum bonum,ponentes lucem tenebras & tenebras lucem. Aegyptus etiam alia interpretatione intelligitur,angustia siue tribulatio. unde ibidem dicit glosa: In exitu de Aegypto. id est,Ecclesiæ de angustia. quam autem angustiam Ecclesia passa sit in Gallia,ego sine dubio non audiui: uidi enim eam ibi in omnibus quietam & tranquillam, non iniuria tyrannorum lacessitam,non inscitia populi perturbatam,nec maiorum oppressam potẽtia, sed beneuolentia & obedientia omnium ueneratam pariter & dilectã, Ecclesiæ igitur exitum de Gallia non debuit dicere de Aegypto. Sed aduerte quæso quod sequitur: Domus, inquit, Iacob de populo barbaro. ô uerbum improprium,uerè admirabile & ineptũ, & non è tali uiro saltem,sic improuide proferendum. Sicut enim ipse dicit: Mendacium quod in alterius prorumpit iniuriam,est nephandum,ecce populum Gallicum,uocat populũ barbarum. Sed quid est esse barbarum? non ne est esse extraneum & ignotum legibus,inordinatum moribus,indisciplinatum,rudem & inhonestum? quod si sic, ut oportet intelligat, inter Gallos non quærat barbariem,quia est & remanet apud eos. quis enim mentis compos,sani capitis,& ueri iuditij rationis. populum barbarum diceret esse Gallicum, in quo est temperantia in uictu,munditia in habitu,amœnitas clementiæ,suauitas facundiæ,in uerbis ueritas,in factis honestas,in corde fidelitas,strenuitas operis et agilitas corporis? iuxta illud Iulij Celsi,populi tamen huius inimici,in libro v. de bellis Cæsaris. Galli, inqt, homines sut aperti,minimeq; inuidiosi,q per uirtutem magis,q̃ per insidias dimicare consueuerũt. ubi ergo quæso est,tã nobilis populi barbaries? sed certè Romanorũ realẽ barbariem narrat beatus Bernardus ad Eugeniũ Papã ita scribẽs. qd tàm notũ seculis,q̃ proteruia Romanorũ,gens insueta pati,tumultui assueta,gens immitis & intractabilis,subdi nescia,nisi cum non ualet resistere. & sequitur: Scio ubi habitas, increduli & subuersores sunt tecum Romani,impij in Deũ,temerarij in sancta uel sanctos,seditiosi inuicẽ,æmuli in uicinos,inhumani in extraneos,q̃s neminẽ amantes,amat nemo,superioribus infideles, inferiorib. implacabiles,inuerecũdi ad petendũ,ad negandũ frõtuosi,ingrati cũ acceperint,grãdia loquunt cũ operãtur exigua,blãdissimi adulatores, mordacissimi detractatores, & doctissimi ꝓditores. Sunt ne ista igit mores,& ingenia barbarorũ? sed hic dicet aliqs. Forsitan fuit hic alienigena,& malè de ignotis potuit iudicare. Respondeo pro certo, non esse ueri simile,immò nec credibile,tantum uirum sine cognitione & experientia sic locutum. Sed ut omnis de medio extirpetur suspitionis occasio, aduertat Iuuenalem Italicum, qui uerba Vmbri-

Vmbricij socij sui, qui ob multitudinem uitiorum de Roma recesserant, dolendo commorans, in III. Satyra primi libri sic ait, inter cætera:

Nam quid tàm miserum & tàm solidum uidemus, ut non
Deterius credas horrere incendia lapsus
Tectorum assiduos & mille pericula sæuæ Vrbis.
Hic tuc Vmbritius, quando artibus, inquit honestis
Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum:
Cedamus patria. uiuant Arturius istic
Et Catulus, maneant qui nigrum in candida uertant.

Hi autem Arturius & Catulus fuerunt duo lenones, & hominum deceptores. Sequitur:

Quid Romæ faciam? Mentiri nescio, librum
Si malus est, nequeo laudare, & poscere, motus
Astrorum ignoro. funus promittere patris
Nec uolo nec possum, ranarum uiscera nunquam
Inspexi, ferre ad nuptam quæ mittit adulter
Quæ mandat, norunt alij: me nemo magistro Fur erit.

Ecce ergo, quomodo Iuuenalis Italicus, tanquam bonus Satyricus Romanorum uitia denudauit. cum enim dicit: Quid Romæ faciam, mentiri nescio, ipsos esse mendaces denotauit. cum autem dicit. librum. &c. ipsos esse adulatores demonstrauit. cum autem dicit. ranarum. &c. & poscere motus astrorum ignoro, ipsos reprehẽdit de superstitionis & uanæ opinionis insania. cum autem dicit: ferre ad nuptam &c. reprehendit eos de turpi maculationis infamia. cum autem dicit. me nemo magistro fur erit, reprehendit eos de utilis latrocinij malitia ut meritò dictum sit, quod D. N. Papa descendẽs, ut dictũ est à Hierusalẽ in Hiericó incideret in latrones. Taceo quæ sequuntur, scilicet qui expoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. absit hoc bone IESV. absit ut ab ipsis Romanis cæteris ue incolis confinium ciuitatum, Pater sanctissimus, cum sacrosancto reuerendorum Cardinalium collegio, aliqualiter impugnetur seu etiam spolietur. absit ut uenerabilium Cardinalium sublata de medio magna ex parte, ex quibus cum ipso Summo Pontifice unum corpus efficitur, ipse semiuiuus membris deperditis relinquatur. hæc & multa alia gratia breuitatis non prosequar, & quia nec uolo, nec opus est, omnia eius dicta singillatim decerpere, quatuor solum inter cætera eius dicta mihi satis sufficit trãscurrere. Primò enim propter illum miserum aggressum ad Italiam siue Romam D. N. Papam mirabiliter fœlicitat, secũdo ipsum & dominos Cardinales ad uirtutẽ hortatur & ꝓdicat, tertio uinũ Beluense, Rhodanũ & partes finitimas terribiliter uilificat. quarto Galliã deprimẽdo, Italiã ac Romã glorificat & exaltat. Primo igitur quantũ ad D. N. Papæ fœlicitatem dico, ꝙ si intelligat fœlicitatẽ, secũdũ uirtutẽ operari, ut uideẽ, Aristoteles sentire, x. Ethicorum dicens. Erit uita fœlix secundum uirtutem operantis, tanquàm benè uiuentem, & uirtuosè operantem. D. N. Papam esse fœlicem non dubito: sed hoc esse, ut dicit, propter eius aggressum non concedo. immò firmiter credo, illam uiam, quantum ad multas operationes, tàm speculatiuas quàm practicas, et tàm cõtemplatiuas, quàm actiuas impedimentum magnum & obicem extitisse, quoniam secundum Aristotelem ubi supra. Accidentia tribulant, & conturbant beatum, tristitias enim inferunt & impediunt. si autem per fœlicitatem, iuxta sententiam Boẽtij tertio de Consolatione intelligat, statum omnium bonorum aggregatione, perfectum, secundum deductionem eiusdem Boẽtij in eodem, ueram fœlicitatem in ipso summo Deo esse necesse est, propter quod talis status non habitus in uia, beatis in patria reseruatur. unde & iuxta Salomonis sentẽtiam: Nemo fœlix dicitur in hac uia. mutabilitas enim fortunæ mortalium, nomen fœlicitatis annihilat. quod & si ante quemquam fortè mortalium contingeret, non tamen secundum multorum opinionẽ prudentium, præpotentibus & diuitibus & magnis honoribus sublimatis. quod etiam sentiens Boẽtius primo de Consolatione dicebat:

Quid me fœlicem totiens iactastis amici?
Qui cecidit stabili non erat ille gradu.

unde & Aristoteles sententiam Anaxagoræ, x. Ethicorum repetens dicit: Videtur aũt Anaxa-

Anaxagoras non diuitem neq; potentem,extimare fœlicem, dicens. quoniam nõ utiquè admirabitur,si hoc inconueniens appareat multis, isti enim iudicant, q̃ sunt extra sentiẽtes solum. Vnde & idem Anaxagoras,cuidam à se petenti.Quisnam esset beatus? Nemo,inquit,ex his quos tu fœlices existimas.sed eũ in illo numero reperies,qui à te ex miseris esse creditur.non erit ille diuitijs aut honoribus abundans,sed aut exigui ruris, aut non ambiti ossæ doctrinæ,fidelis & pertinax cultor,in secessu quàm in fronte beatior.Causas aũt quare non dicuntur diuites,& potẽtes fœlices,satis tangit Aristoteles primo & decimo Ethicorum.has tangit Seneca in Tragœdia Herculis Oethei:pulchrè dicens:

Aurea rumpunt tecta quietem — Vigilesq; trahit purpura noctes.
O si pateant pectora ditum — Quantos intus sublimes agit
Fortuna metus — Pectora pauper securagerit
Tenet & patula pocula fago, — Sed non trepida tenet ipsa manu.
Carpit faciles uilesq; cibos. — Sed non strictos respicit enses.

Et Lucanus in *V*. *O uitæ tuta facultas*
Pauperis angustiq; lares.o munera nondum: Intellecta Deum.

Virgilius etiam in libro de Culice de ista materia inter cætera sic ait:

Quis magis aptato queat esse beatior æuo.
Quàm qui mente procul puras sensusq; probando
Non auidas agnouit opes,nec tristia bella.
Nec funesta timet ualidæ certamina classis &c.

Sequitur: *Illi dulcis adest requies & pura uoluptas.*

Huius aũt sententiæ narrat exemplũ notabile Valerius Max. libro *V*. de Gyge rege Lydorũ,q de statu infimo ad regnum ditissimum puenerat,quo inflatus animo,cũ ab Apolline petijsset an quisq; mortaliũ ipso esset fœlicior.Aglaum Sophidiũ esse fœliciorem Apollo respondit,hic tamen erat Archadũ pauperrimus,sed ætate iam senex, terminos agellisui nunq; excesserat, paruuli ruris fructibus atq; uoluptatibus contentatus.ex quo deducit Valerius,magis probare ridens tuguriũ,quàm tristem curis & solitudinibus aulam, paucas q; glebas pauoris expertes,quàm pinguissima Lydiæ arua metu referta,& unũ aut alterum iugum boum facilis turelæ,quàm exercitum & arma & equitatum uoracibus expensis onerosum,& usus necessarij horreolum,nulli nimis appetendum,quàm thesauros omnium insidijs & cupiditatibus expositos.Si igitur curæ & sollicitudines mundanam fœlicitatem impediunt,cur ergo iste pro reditu ad Italiam D. N. Papam fœlicitat? ubi non solum ipse,sed & omnes sequaces,curis & sollicitudinibus sunt repleti, & metu multiplici tribulantẽ.Et q uidit testimoniũ phibet.Vidi enim omnibus arma imperari, fortalicia præparari & uallari,uidi fugam in campis,congregationes in uillis,immò quasi ubiq; formidinem.Et quis est,qui non uidit aut audiuit,Viterbiorum congressionem furiosam,Romanorum commotionem iniuriosam,rebellionem Perusinorum & obstinationẽ animosam, & generaliter tyrannorum contradictionem odiosam? ubi igitur non est animi tranquillitas & corporis securitas,qualis quæso potest esse hominis fœlicitas? dicit etiam Aristoteles in primo Ethicorum:Non esse eum fœlicem,qui malos habet filios.quales autẽ D.N. Papa spirituales filios habet,ibi Deus nouit, nec oportet plus dicere,nisi q d scripsit Moyses in Cantico:Generatio hæc peruersa,& infideles filij.& iterũ:Si aduentus ad Italiam ita D. Papam fœlicitat,& spiritus quo ductus est in desertum, ipsum moueas ad regressum, non ne ipsius regressus si contingat,ipsum faciet infœlicẽ? Absit.omnia enim sibi licent.licuit enim sibi ire,licet etiam & redire,nescio tamen si suberit posse cum uoluerit. scio tamen secundum Senecam in Tragœdia Agamemnonis: Nunquam esse seram ad bene agendum uiam, & quem pœnitet peccasse penè esse innocentem,non dico ipsum peccasse.absit.Spiritus enim bonus duxit eum ut credo,nec dicam ipsum malum,sed multò meliorem si reducat.nũc igitur ad eius prædicationem & exhortationem regredior, mirabilis prsus & inaudita nouitas,uirũ cæcutientẽ acutè uidentibus uiã, & rectũ iter ostendere. qs enim huius alti collegij,se esse mortalem ignorat. quis etiam aliquando de uitæ æternitate nõ cogitat? quis eorũ nõ nouit,totũ q; hic uiuit,uel habetur instabile, immò trãsitorium & caducum.

educũ.credere namq; tantos uiros talia ignorare,nec ea aduertere,nephas est.nullus enim eorũ,quantũ ad hoc,uel ignorat q; hic sit,siue uerbis talibus indigebat,hinc p certo potuit uerisimiliter dubitare,ne sibi illud Euãgelicũ obijcerẽt:In peccatis natus es totus,& tu nos doces? & iterũ:Medice cura teipsum.& iterũ:Rabbi ubi habitas? q si profectò cõsideret, exhortationis causam & materiã, ppe se reperiet amplã ualdè,uideat enim & consideret, q; in terra quam inhabitat,uiget iniuria p iustitia,pro pietate nequitia,ubi tàm uiolenta oppressio subditorum repperit,ubi uera fide procùl abiecta,nepharie quasi hæreditate Dei sanctuarium possidetur.& breuiter ubi iuxta dictum Ouidij:

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus, Non socer à genero,fratrum quoq; gratia rara est.

Consideret igitur modum ibi uiuendi & regendi,& infinitos modos,quibus ut ipse nouit, turpiter extorquetur pecunia: & talibus loquatur & prædicet. Sed quid plus.Non ne in Mediolano uidi abhominabile idolũ super altare Dei,hominis scilicet armati imaginem, sedentis super equum de candido marmore fabricatum, & in loco ubi corpus CHRISTI sacratum consueuit sacrari uel reponi, collocatum? est ne igitur illud sub dissimulatione transeundum? Non ne est formidandum, ne Deus suam uindicet iniuriam? Dicit enim Psalmista:Vidi ipsum superexaltatum,& eleuatum sicut cedros libani, & transiui & ecce non erat.Nam secundum Senecam in Tragœdia Thyestis:

Vbi non est pudor nec cura iuris, Sanctitas,pietas fides instabile est regnum.

Et in tragœdia Oedippi: *Inuisa nunquam imperia retinentur diu:*

Et in Octauia de prospera fortuna dicit idem:

Crede,inquit,obsequenti partius leuis est dea.

Si igitur Deus patiens est,ad tẽpus nõ est aliqualiter confidendũ, quoniam indutus est dominus uestimẽtis ultionis, quoniã ipsi uindicta est,& ipse retribuet abundanter facientib. superbiam.consideret igitur iste prædicator egregius,quantum Deo adiuuante ipsius prædicatio, siue exhortatio multis posset proficere, & quod habet in foribus,quos facundiæ suæ lenitate mulceat, & profunditate scientiæ ditigat exhortando, dimittatq; in oculo remoto festucam, trabem magnam de propijs oculis remouendo. Nunc igitur uenio ad uini Belunensis quam certè nec demeruit,nec libenter audiui blasphemiam, Rhodaniq; & illarum partiũ iniuriam.quis enim mentis compos,talis uini, immò uerò potiùs tanti boni maledictionem non horreas? Ait enim:Vtinam nunquam fuissent uites illæ,paulominus dixerim uites ullæ,si CHRISTI Ecclesiæ usq; adeò uenenosam uindemiam perituræ erant.ô nobilis uindemia,ô uenenum pretiosum,super cætera uina dulce salutiferum & iucundũ,q; misera & inepta est tuæ maledictionis occasio,propter q; non intres in os eius,et dulcis sapor tuus per eius fauces nõ transeat:ferè enim Ouidij maledictionem demeruit, qua miseræ uetulæ maledixit.scilicet nec uinum potet,quoniam sit uel pingue uel acre.credit ne tantos uiros ita gulæ deditos & affectos,ut propter huius uini carentiam,Italiam fugiant & horrescant:Absit hoc maximè,cum illud uinum haberent de facili si placeret. sed quid facit hoc? Sine dubio,credo,q; audita & expta Romanorum malitia, Italorũq; pluri um perfidia, immò quasi omnium mores mali,huius aũt malitiæ fidem habuerunt ex auditu,hanc aũt nũc de facto facie ad faciem contemplantur.Nõ igitur propter uina Italiam fugiunt,siue Romam,sed propter sæuitiam & magnam perfidiam,de proprio capite dubitantes.illud Euangelicum attendentes. Cum persecuti uos fuerint in una ciuitate,fugite in aliam. Sed etiam Rhodanus ut & ipse artat, quid meruit? Si,inquit, Ecclesiæ Dei causam daturus erat exilij.sed quale rogo cum Ecclesia in Auinione,passa est exilium. ubi in potestate uiguit,& in securitate quieuit,& in tanta ueneratione habita est? non ne etiam ille summi & altissimi domini uicarius,cuius est omnis terra et plenitudo eius,in aliqua parte terræ patitur exilium? non ne solis Romanis debitor est? absit.ubicũq; enim pro utilitate fidei Catholicæ statuit residere,sedes sua est,nec sine causa dictum est.ubi Papa, ibi Roma.sed dicit, in Auinione nihil boni esse,nisi aduectum aliunde. sed ubi, quæso, est bona urbs uel ciuitas,quæ bonis non egeat alienis,nisi fortè dicat Romam,in qua tantæ & tales sunt plateæ, ut pro bladis & uinis cunctis eius ciuibus credantur sufficere.q; non abun-

dantiam & ſufficientiam, ſed defectum arguit manifeſtum, & iterum illa nobiliſs ciuitas Venetorum, quam & ſuper alias ſic extollit, quid habet aliunde niſi aduectum? Vir igitur diſcretus, uerboſas & inanes deſinat argutias in noſtro etiam uico ſtraminum, quę fragoſum nominat, deridendo ab ipſis puerulis lacerandas. Audeo tamen dicere motus aliquantulum iniuria, ſed ueritatis tamen limitem non tranſcendens, quod fragor conſimilis in tota Italia non auditur. In Auinione uerò eſſe & fuiſſe omnium bonorum affluentiam, & patet & patuit per effectum. unde & dominus Anſelmus à domino rege miſſus, hæc & multa alia quæ D. N. Papam reuocare poterat ab incœpto luculenter oſtendens, malè fuit per iſtũ ſalua reuerentia, redargutus. Quod ſi certè uixiſſet, uiuis rationib. oſtendiſſet, nec credebat ſe loqui ad coquinæ magiſtrum, ſeu cocorũ principẽ, ſed ad Eccleſiæ dominũ & ſummũ Pontificem, quem tanquàm bonũ patrem decet atque oportet curare de omnibus. ſed quid dicit Terentius: *Veritas odium parit,*
propter quod uerum fuit, quod factus eſt ei inimicus uerum dicens. Quid etiam Rhodanum & loca confinia, ſic ſine ratione uituperat? Recordatur Iuſtinum libro *XLIII.* referentem: quod tempore Tarquinij regis ex Aſia Phocẽſium iuuentus in ultimos Galliæ ſinus nauibus profecta, Marſiliam inter Ligures & feras gentes Gallorum condidit, namque Phocẽſes exiguitate ac macie terræ coacti, ſtudioſius mare quàm terras exercendo in ultima oceani ora procedere, in ſinũ Gallicũ oſtio Rhodani deuenerunt, cuius loci amœnitate capti, reuerſi domũ, referentes quæ uiderant, plures ſollicitauerunt, quos ſecũ adducentes, Marſiliam fundauerunt. quid igitur iſte dicit malas domos Rhodani & paluſtria loca, cum antiqui taliter maria peruagantes, amœnitate loci capti, ibi potentem urbem condiderunt. potentem certè dico: utpote cuius auro etiam ipſa Roma de Gallorum manibus ſit redempta. Scriptũ enim ibi eſt, quam reuertentes à Delphis Marſilienſiũ legati, quo miſſi munera tulerant Apollini, audierunt à Gallis urbem Romanam eſſe captam incẽſamque, qua in re domi nunciata, Marſilienſes aurum & argentum publicum priuatumq; contulerunt, ad explendũ pondus Gallis, à quibus pacem redemptam cognouerant. Non igitur iſte ſeu etiam Romani, loca circa Rhodanũ ſiue horũ incolas dedignentur, quorum beneficio ſunt redempti, & quorum auxilio factum eſt, ne adoleſcens Roma tunc pauper & miſera, ultimum excidium pateretur. Nunc autem ad aliqualem defenſionem Galliæ inuitus & coactus regredior, ſciens comparationes inter has regiones odioſas, laudem autem Galliæ omnimodam, Gallorumque uirtutẽ multis & illuſtribus repertas auctoribus, nec uolo nec opus eſt recitare, nec omninò etiam has ſilere. De Gallis enim ita dicit Solinus, Galliæ inter Rhenum & Pyreneum, item inter Oceanum & montem Gebenam porriguntur, præpinguibus glebis ac commodè prouentibus fructuariſs, pleriſq; conſitæ uitibus & arbuſtis, omni ad uſum animantium fœtu beatiſsimæ, riguæ aquis fluminum et fontium. hæc ille. Et quid ultra de bonitate terræ dici poteſt? de uirtute autem Gallorum multis repertas ſcriptoribus, poſſem plures codices adimplere. unus tamen pro multis ſufficiat, & ut breuius fiat aduertat Pompeij Trogi breuiatorem Iuſtinum libro *XXIII.* ſic dicentem: Galli abundanti multitudine, omni eos non caperent terræ, quæ eos genuerant, tercenta millia hominũ ac ſedes nouas quærendas, uelut examen miſerunt, & portio in Italia conſedit, quæ & urbem Romam captam incendit, & portio Illyricos ſinus, per ſtrages barbarum penetrauit, & in Pannonia conſedit. Gens aſpera audax & bellicoſa, quæ prima poſt Herculem, cui ea res uirtutis admirationem, & immortalitatis fidem dedit, alpium inuicta iuga et frigore intractabilia tranſcendit, ſibi domitis Pannoniſs, p multos annos cũ finitimis, uaria bella geſſerunt. Hortãte deinde ſucceſſu, diuerſis agminibus, alij Græciam, alij Macedoniam omnia ferro proſternentes petiuẽre, tantusq; terror Gallici nominis erat, ut etiam reges nõ laceſsiti, ultrò pacẽ ingenti pecunia mereantur. Itẽ libro *XXV.* dicit idem: Gallorum ea tempeſtate tantæ fœcunditatis iuuentus fuit, ut Aſiam omnem uelut examen quoddam implerent, demũ neq; reges orientis ſine mercenario Gallorũ exercitu ulla bella geſſerunt, neque pulſi regno, ad alios quã ad Gallos confugerunt. Tantus autem terror Gallici nominis, & armorum inuicta fœlicitas erat, ut aliter neque maieſta-

maieſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare poſſe ſine Gallica uirtute arbitrarentur. hæc ille: Quid igitur iſte Gallos atque Galliam uituperat? fateor enim, & uerum eſt, Italiam magnam partem & bonam orbis eſſe, nec intentio cuiuſquam eſt uel fuit, ut credo, ſiceam deprimere, ut iſti ueritati contradicat. ſed quia ſermones ſecundum ſubiectam ſunt intelligendi materiam, cum dominus Anſelmus de Italia loquebatur, intelligebat de Italia ſeu illa parte Italiæ, ad quam ipſa curia tranſmigrabat. comparando igitur partes, quas dimittebat partibus, quas adibat, ſi uerum locutus eſt nouit Deus. non igitur oportuit propter iſta, ciuitatũ Italiæ, quaſi uſq; ad cœlos diuitias atq; magnitudinem eleuare, maximè quia Galli magnam earum partem depulſis Italicis fundauerũt. dicit enim Iuſtinus ſupradictus libro *XIX.* q; Galli cum Italiam ueniſſent ſedibus Tuſcos expulerunt, & Mediolanum, Comũ, Brixiam, Veronã, Pergamũ, Tridentũ, & Vincentiam condiderũt. Et etiam ipſe teſtatus in libro *XX.* plurimas alias Italiæ ciuitates, immò ſine dubio, quas omnes alienæ nationes fundauerunt. ſecundũ enim q; ipſe ſcribit, ibi aliquantulũ diffuſius, Tuſci à Lydia uenerũt, Venetos capta Troia Antenore duce miſit. Adria Græca urbs eſt, Arpos Diomedes cõdidit, Piſæ in Liguribus Græcos autores habent, & in Tuſcis Tarquinia à Theſſalis & Spinambris. Peruſini originem ab Achæis ducũt, Latini populi ab Aenea cõditi uidẽtur, Faliſci, Nolani, Abellani, Chalcidenſium coloni ſunt. Sabini, Samnites, Tarentini, Lacedæmone profecti, ſpuriiſq; uocati ſunt. Turinorũ urbem cõdidiſſe Philoctetem ferunt, ibiq; adhuc uideri monumentum eius, ſagittasq; Herculis Herculis quæ fatum Troiæ fuerunt. Aepeos Metapontũ cõdidit, dicuntq; ibi eſſe ferramenta, quibus equũ Troianũ fabricauit, propter q; omnis illa pars Italiæ maior Græcia appellata eſt. cur igitur iſte tantũ de ſuis ciuitatib. gloriatur, quas iſti alienigenæ Italicæ gentis miſeria aut nullas aut deſertas inuenerunt? Quid etiam Italorũ grauitatem & ſcientiam ſic extollit? immò etiam in tantam prorũpit iniuriam, ut dixerit. Nullus doctus in Gallia, certè in Gallia ſunt & multi & plures præfuerunt, ſalua reuerentia ualdè docti. non recordabat credo de Hilario Pictauienſi, de Fotino epiſcopo Smirnẽſi, de Eutherio Lugdunenſi, de Vincentio Leurinenſi, de Saluiano Marſilienſi, & de Proſpero Aquitanico ſiue Aquitanenſi, & pluribus aliis ualdè doctis. nõ habebat etiam ante oculos aliquos alios ſatis nouos. ſcilicet Vgonem & Ricardũ, de Sancto Victore, Petrũ comeſtorem, Alexandrũ de Halis, Henricũ de Gandauo, Petrũ Aureoli, Guillelmũ Antiſiodorenſem, & Ioannem Scoti, qui uocatur ſubtilis, & plurimos uiros alios magnos. q; ſi forſan dicar, quod ipſe intelligit, q; nullus de quatuor doctoribus, ſuam ſciẽtiã didicit in Gallia, uerba tamen ipſa prima facie turpè ſonant, maximè cũ in illo paſſu, Italiam laudãdo, Galliam pro poſſe uituperet. quod & ſi fortè uerum ſit, poſſem ego multos uiros Gallicos ſubtiles & ingenioſos omniq; ſcientia clariſsimos, ſicut & iam prædixi etiam nominare, & uerè concludere. Nullus doctus in Italia. quis enim Italicorum naturalis Philoſophiæ ſecreta penetrauit & reuelauit abſcondita, ut non multo melius quidam immò plurimi non Itali, ubi quæſo legitur Tullij Phyſica, Varronis Metaphyſica, ſeu cuiuſquam illorũ Philoſophia naturaliſ? aliquos certè ipſorũ libros bonos atq; humanæ uitæ proficuos compoſuiſſe fateor ualdè multos, longè tamen, teſte Deo, Ethicæ Ariſtotelis poſtponendos. ſed etiam quid ad Romanorũ laudem de Latinitate loquitur, cũ inter Romanos & Latinos tanta ſit differẽtia, tanta ſit uel fuerit diſcordia, ſicut inter Gallicos & Anglicos? cur igitur Romani ſicut & nos de Latinis literis gloriantur? ſed dicit: Oratores & Poëtæ extra Italiã non quærantur. & quid eſt? Non ne optimi Poëtæ Statius & Claudianus Itali ſunt, quorũ Statius eſt Tullẽſis, uel ut alij dicũt Tholoſanus, & Claudianus dicitur Viennenſis. multos alios uerò, gratia breuitatis non nomino. antiquitus tamen ipſa Roma, in iſtis & ſpecialiter in Poëtis præualuit, q; in ſuo Architriuio aliqualiter tãgit Ioãnes Anglicus, nobis quaſi naturaliter inimicus. cũ de noſtra urbe Pariſienſi, inter alia loqueretur ueritate coactus, illam inter cæteras magnificãs ita dicens: Pariſius terra iuris, criſea metallis, inda libris, Græca ſtudijs, Romana Poëtis, Athica Philoſophis, mundi roſa, balſamum orbis, ſidonis ornatus ſua menſis & ſua potu, meſſe ferax, inopta rubis, nemoroſa racemis, plena feris, piſcoſa

lacu,uolueroſa fluentis,diues agris,fœcunda mero,manſueta colonis,munda Deo,fortis domino,pia regibus,aura dulcis,amœna ſitu,bona quolibet,omne uenuſtum, omne bonũ,ſi ſola bonis fortuna faueret.iſte igitur Ioannes Linguarũ multarũ,& urbiũ excellẽtiſſima quæq; Pariſius,& uerè attribuens ſicut credo,quoniam laus pluſquàm uera, quàm dabit hoſtis erit,tanquàm excellentiſſimũ urbis Romæ Poëtas nominauit,quos tamen à ciuitate benè ordinata,tanquàm ueritati contrarios Plato cenſuit eſſe pellendos, ut recitat Auguſtinus de Ciuitate Dei libro *x.c.xiiii.* propter quod ipſi Græco Platoni palmã dandam eſſe pronunciat,ſicut patet ibidem.ſed dicit: Habes urbẽ conquaſſatam,fateor, ſacram tamen.neſcio quid per urbẽ intelligat.ſi intelligat urbem, loca ſacra ac ipſorum ſanctorũ reliquias,ipſam certè cõcedo eſſe ſacram, ſed tunc uoluntariè & impropriſſimè locutus eſt.ſed ſi ipſas plateas domoſq; ſicut dicit conquaſſatas uocat,urbem ibi non inuenio ſanctam, nec debuit dicere urbem ſacram,ſed ſicut dicit Iuuenalis:urbem ſæuam.& certè benè ſæuam quæ ſua ſæuitia tot ualentes homines interfecit, tot innocentes uiros iugulauit,quæ tot ſanctos & iuſtos peremit crudeliter,& necauit, quæ quaſi ſua cupiditate totũ orbem ſpoliauit,non ſolũ inimicos proſecuta,ſed & benè meritis iniqua ſemper extitit & ingrata.non ne Africanus ſuperior,qui non ſolũ concuſſam & confractam armis belli Punici Remp. ſed etiam exanguem atq; morientem Carthaginis dominam reddiderat,eius clariſſima opera iniurijs penſando,à patria depulſus,atq; in exilium mortuus eſt? ſepulchroq; ſuo iuſſit ſcribi:Ingrata patria,nec oſſa quidem mea habebis. uel habes cineres enim ſuos ſicut ait Valerius,ei negauit,quam in cinerem labi paſſus non fuerat.Nihilo minor uirtute poſterior Africanus,duabus urbibus, Numantia atq; Carthagine Romano imperio imminentibus ex rerum natura depulſis,raptorem ſpiritus domi inuenit,mortis punitorem in foro non repperit. Scipio etiam Naſica, qui peſtifera Tyb. Gracchi manu faucibus oppreſſam Remp.ſtrangulari paſſus non eſt,propter iniquiſſimam uirtutum ſuarum apud ciues extimationem,ſub titulo legationis Pergamum receſſit,& quod uitæ ſuperfuit,ibi ſine ullo ingratæ patriæ deſiderio peregit.infinitas autem alias ingratitudines Romanorũ gratia breuitatis pertranſeo,eſt'ne igitur dicenda urbs ſacra,tantis uitijs & ingratitudinibus maculata?cuius ingratitudo non ſolum patuit in antiquis & ſuis principibus,ſed etiam in Eccleſiæ miniſtris & ſummis Pontificibus, quorum aliquos fugauerũt, aliquos occiderunt,& uniuerſaliter quaſi omnes aliqualiter uexauerunt. ſed dicit: Hanc ſiquidem Romulus fundaſſe,Brutus liberaſſe, Camillus inſtauraſſe laudantur. quicquid de iſto ſit uel ſcribat,multi tamen auctores autentici,de fundatione urbis Romæ atq; cauſa nominis aliter ſenſerunt.nam ſecundum Solinũ quidẽ dicunt nomen Romæ ab Euandro primo datum,à natura uerò Valentia uocabatur,ſeruataq; ſignificatione impoſiti prius nominis,Romam Græcè Valentiam nominatam,quam Archades quoniam habitaſſent,in excelſa parte montis,deriuatũ eſt deinceps ut tutiſſima urbium arces uocarentur. Heraclidi placet,ut capta Troia quoſdam ex Achiuis in ea loca ubi nunc Roma eſt deueniſſe per Tyberim,deinde ſuadente Roma,nobiliſſima captiuarum, quæ his comes erat, incenſis nauibus poſuiſſe ſedes, ſtruxiſſe mœnia & ab ea Romen uocauiſſe. Agathocles ſcribit,Romæ non captiuam fuiſſe.ſed Aſconio natam,Aeneæ neptẽ,appellationis cuius cauſam fuiſſe. Traditur etiam proprium nomen Romæ, ueruntamen uetitum publicari,quoniam quidem,ut non enunciaretur archana fanxerunt, ut ſic notitiam eius abole ret,fides placidæ taciturnitatis. Valerium deniq; Soranum,eò quod etiam interdum eloqui auſus fuit,peremerunt.Aliqui autem dicunt q; illud nomen celatura fuit febris, urbi ſic impoſitum,in honorem Februæ matris Martis.hoc aũt eſſe uerum non aſſero.Scio tamen beatum Auguſtinum ipſam febrem ciuem nominaſſe Romanam. *iii.* de Ciuitate Dei.c. *xii.* quod propter hoc dictum fuiſſe credo,quia Febris ipſam Romam quaſi naturaliter & hæreditariè inhabitat.quicquid tamen fuerit de Romæ fundatione & nomine, ſi etiam ut communius dicitur,à Romulo fundata ſit,non eſt magnum, unde & Iuuenalis in fine tertij,cuidam ciui Romano de ſua origine glorianti:ait ſic:

Attamen ut longè repetas longeq; reuoluas,

Maio-

Maiorum quiſquis primus fuit ille tuorum,
Aut paſtor fuit,aut illud quod dicere nolo.

id eſt latro & homicida dicit gloſa ibidem.non eſt igitur hoc magnum, cum etiam ſecundum eorum opinionem,& turpiter genitus fuerit & nutritus,ut aiunt enim ipſi,Remum atq; Romulum expoſitos,lupa ſuis aluit uberibus,propter quod non eſt mirum ſi Romanorum mores ſunt lupini. De iſtis autem Romulo atque Bruto, quos ad Romæ gloriam hic adducit:loquitur Oroſius,libro ſecundo ita dicens:Romulus raptas Sabinas, improbis nuptijs confœderatas,maritorum & parentum cruore dotauit. interfecto primo auo Numitore,deinde Remo fratre,arripuit imperium.regnum aui,muros fratris,templum ſoceri ſanguine dedicauit.ſequitur de Bruto:Brutus Conſul apud Romanos primus, primum regem Romæ,non ſolum exæquare parricidio,ſed & uincere ſtuduit, quippè duos filios ſuos adoleſcentes,totidemq; uxoris ſuæ fratres,reuocandorum in urbe Regum placi toinſimulatos,ſecuri percuſſit.eſt 'ne igitur,hoc magnum,uiros facinoroſos ut ſuos fundatores & patronos ad laudem huius urbis nominare.Furium Camillum, quẽ ipſe dicit Romam reſtauraſſe,ingratiſſimi ciues ab ipſa urbe Roma depulerunt.nec tamen ego nego, in ipſa urbe Roma multos ualentes uiros extitiſſe,quorum pſentes Romani nõ ſequentes,à prædeceſſorum ſuorum ualida probitate degenerant, ubi & in quo quæſo Romæ nunc eſt Horatij Coclitis fortitudo? Q. Criſpini manſuetudo? Fabij Max. moderatio? Catonis fiducia? Q. & Mutij Scæuolæ conſtantia? Valerij Publicolæ ſufficientia? Scipionum militia & continentia? Lucij Pauli abſtinentia? Varronis uerecundia? Curtij audacia? Inlij Cæſaris clementia? Pompeij patientia? Fabricij iuſtitia? Reguli fidelitas? Q. Conſidij liberalitas? M. Marcelli pietas? Q. Metelli humanitas? omnium enim iſtorum derelinquentes ueſtigia,inſequuntur uita peſſimorum.Benè enim retinent, Septimij auaritiam, Catilinæ perfidiã,M. Druſ. ſupbiã,Serg. Galbæ ſæuitiam,Clodij Pulchri luxuriam,Caij Sergij uoracitatem, Craſsi cupiditatem, Sullæ & Marij crudelitatem. iſti enim Romani uitijs maculati,de prænominatorum ualentium ſolo nomine gloriantes,tanquam et ipſi tales eſſent, ſtultè & inaniter ſuperbiunt. Dicit enim Horatius:

Magnum hoc fore dico
Non patre præclaro:ſed uita & corpore pulchro. & Iuuenalis:
Quis generoſum dixerit hunc,qui
Indignus genere & præclaro nomine tantum *Inſignis.*

Propter quod uerſus finem tertij libri dicebat:

Malo pater tibi ſit Therſites dummodò tu ſis
Aeacidæ ſimilis,Vulcaniaq; arma capeſſas.
Quàm te Therſite ſimilem producat Achilles.

Bonis igitur alienis,proprijs relictis uirtutibus,ſtultum eſt ſe credere decoratum. nec etiam in oppreſsione gentium & armorum antiquorum glorientur potentia, quorum ex maiori parte uirtus fuit ſæuitia,ſophiſticata uirtute,palliata,nata cupiditate,nutrita ſupbia,omni uerò honore uiduata:Quod etiam teſtatur beatus Auguſtinus tertio de Ciuitate Dei. c.*xiiii.* dicens:Libidine dominandi Roma uicta, Albam ſe uiciſſe triumphat, & ſui ſceleris laudem gloriam nominabat. quoniam,inquit,ſcriptura noſtra,laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ,& qui iniqua egerit benedicitur.falſa igitur tegmina & deceptoriæ dealbationes auferantur à rebus,ut ſyncero inſpiciãtur examine.ſequitur.Habet præmia lau dis ipſa crudelitas,ſed puto eſſe ſatius cuiuslibet inertiæ pœnas luere, quàm talium armorum gloriam quærere.Hic igitur ſiſto manum, calamumq; ultra currere non permitto, ne ſtyli inſipidi ſatietas,faſtidium ingerat audienti,omniscq; bonus ciuis Italicus ſeu Romanus,ſi placet,mihi parcat,quia & ſi iniuria pulſus ſcripſi,non tamen Saluſtio et ſuis auctoribus grauiora.uerum quia paruitatem meam tantã ſublimitatem nõ decet attingere conſulẽdo,S. P.N. ac ſummũ Pontificẽ,nec moneo ad reditũ,nec exhortor ad manendũ, ſed ipſe tanquàm homo ſpiritalis omnia dijudicans, ſecundum beneplacitum ſuæ ſemper faciat ſanctitatis,ad ipſius Dei laudem,populiq; ſibi ſubditi commodum & ſolamen,ut Dei & hominum gratiam commerendo,ſempiternam gloriam aſſequatur.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. CONTRA CVIVSDAM ANONYMI GALLI CAlumnias ad Vgutionem de Thienis,

Apologia.

NVper aliud agẽti mihi & iam dudum certaminis huius oblito, scholastici nescio cuius epistolam immò librum dicam, uerius homeliam ingentem pariter atque ineptam, multo ut res indicat sudore confectam, & magni iactura temporis attulisti, dum è longinquo ueniens, amice hanc exiguam domum tuam me uisurus adisses. Vix fuit tempus, raptim trepidante oculo, tantam nugarum congeriem percurrendi, in quibus cum multa essent tacito digna silentio potiùs quàm responso, hæserunt tamen nonnulla memoriæ, quibus respondendum credidi, ut ostenderem illum sibi, qui quoniam mihi nec uultu nec nomine notus est, nec quẽ percussus repercutiã scio, tu lueres immeritus, nec res noua est ut culpa unius, in suppliciũ uergat alterius, qbusdã nocuit uenenosa gustasse, & in caput alterius cõparata, alterius impernitiẽ reciderũt. Tulisti tu q̃ ille me cõficeret, temetipsum cõfeceris, ille te uerbis et fastidio suæ ruditatis impleuit, ego siqd defuerit reimplebo, tu ætate iuuenis moríb. senex & professor iuris, sede medius & iudica, si suspectum Gallis natio te reddit, Italica ueritas ipsa, & quicunq; iustus iudex iudicet. Hic diuido. primũ quidem miror, unde hæc nunc, quoúe à dæmonio meridiano? Epistola enim mea, quam hic Galliæ propugnator, & oppugnator Italiæ lacerandam sibi difficilem certè prouinciam elegit ad F. S. Q. memoriæ Vrbanũ V. R. P. ante hoc nisi fallor quadrienniũ, missa erat. qd igitur rei est? ut uel tot annis Orator iste tacuerit, uel nũc tandem caput extulerit, nisi quod parũ suæ iustitiæ fidebat, sicut obstare suæ iracũdiæ nũc nõ potest? Dolẽt enim æstuantq; dum ueritate tanguñ, more aũt segniũ bellatorũ differũt, dũ se clanculũ aduersus incautos ulciscanñ. hæc, pfectò & lõgi silẽtij, & intempestiui alloquij causa fuit, tã clarissima ueri luce superatus obstupuit, atq; ideò ueritus se commisisse impari duello, substitit, donec emẽdatis hostiatim stipẽdiarijs, ut sic dixerim, auxilijs, omnesq; quos inuenire potuit libros, siue unũ manipulũ florũ, opus uerè Gallicũ, & q̃ Gallica leuitas, pro omnibus libris habet, in prælium secum trahẽs, auderet in aciẽ uenire, nilq; aduersario denũcians, è trãsuerso sagittas fragiles iaculari. qui ne parũ scholasticus uideatur, & capitula & paragraphos, & externæ longam seriem scripturæ, suis nugis interserit, tanto nisu, ut ridiculus labor suus, penè omnes qui illas audierunt aut legerunt, hyeme media sudare coẽgerit. compatior homini contrà uerũ, tàm anxiè laboranti, & tamẽ mirũ dictù, quisquis eũ susceptæ cõcertationis euentus exceperit, ipse iam se de aduersarijs suis fastidio uindicauit. Vinci potest, non inultus tamen, ita omnes affecit, sic capita omniũ obtudit, ut p se quisq; Neroneũ illud exclamet: Vtinam literas nescirẽ: unusq; omniũ sermo esset. Literato stulto, nihil est importunius. habet enim instrumenta quibus suam uentilet ac defendat amentiam, quibus cæteri carẽtes, partius insaniunt. Vt uerò iam tandem his præludijs modus sit, plocutor iste, non scribentis epistolam, sed sermocinantis in morem, pro fundamento sui sermonis, Euangelicũ illud assumit. Homo quidã descẽdebat ab Hierusalẽ in Hierico & reliqua. Hei mihi, qd est hoc, q̃ ego audio, ex ore pſertim literati hominis, prò superũ fides? ò ineptũ ac turpe principiũ fabellæ, eo'ne igitur miseriarum ac uesaniæ uentum est, ut quicunq; Christicola, maximequé Pont. Rom. Auinione digrediens, Romam petat, à Hierusalem descendere dicatur

dicatur in Hierico, & non potiùs ex sentina profundissima uitiorũ omnium, immò quod ex inferno il'o uiuentium, in Hierusalem dicatur ascendere. huccine igitur res prolapta est, ut Auinio probrũ ingẽs, fœtorq; ultimus orbis terræ, Hierusalẽ dicatur? Roma uerò mundi caput, urbiũ regina, sedes imperij, arx fidei catholicæ, fons omniũ memorabilium exemplorũ, Hierico nuncupetur? ô cor saxeum, ô lubrica et effrenis lingua, quæ nam hic feralis monstra licentiæ? nam ista temeritas, ne dicam rabies loquendi? dicam Mimus impropriè, blaterandi, utq; sermone utar Homerico, quod uerbum sæpè dentium seras transiuit, debuit faucibus uox hærere, neq; in apertũ prorumpere, doctis pijsq; omnibus stomachum concussura. dicam certè quod sentio, si quid fuisset ingenij pudor, è manibus calamum extorsisset, ne sede prorsus orationis, tale iaceret fundamentum, super quo boni nihil posset ædificari. quid enim nisi pessimum, quæso, dicturus sit, qui in ipso sermonis exordio, Petri sedem Romam, deprimens uerbis inanibus, cœlotenus illam mundi fecem turpemq; barbariem nititur attollere? Sensi equidem in uerbis illius hominis descendentis, immò uerò habitantis in Hierico, seu Rom. Pont. descendere facientis, grauè sibi ac molestum barbari nomen. sic deformes quæq; formosè dici amant ac uideri, nec ulla est tàm turpis quæ obiectam sibi turpitudinem, non in contumeliam trahat, non mutatur autẽ ueritas, rerum humanis affectibus, alioquin quis non naturæ bonis ornatissimus esset & fortunæ? non habet autem, quo mihi succenseat ille uir, hanc ob causam dico, si ad barbari nomen iracscitur, iracscitur non mihi, neq; enim ego nominis huius inuentor sum, sed Historicis omnibus atq; Cosmographis, qui tàm multi sunt, ut eos una epistola uix capiat. quorum quis est omnium, qui nõ Barbaros Gallos uocet? rei huius indaginem sibi linquo, ut industriam eius exerceam, historias euoluat, inueniet credo unde mecũ in gratiam reuertatur. Iste aũt declamator multiplicibus uerbis hærentem ossibus barbariem tẽtat excutere, multa de Gallica morum elegantia disputans, quorum omniũ ut scias, q̃ uera sint cætera, uictus temperantiã, primam ponit. in quo mihi quidem tàm aperto mendacio irridere uisus est potiùs quàm laudare. quid enim nisi irrisio est, in aliquo id laudare, cuius cõtrarium publicè notum sit, Atquí omne humanum genus interroget, una uoce contrariũ respõdebit. si præter suos nulli hominũ fidẽ habet, quærat à Sulpitio seuero, & inueniet ab illo, omniũ quidẽ meo iuditio Gallorũ disertissimo, obiectã Gallis edacitatem, ea uerò nisi fallor, ab hoc Barbaro laudare, uictus tẽperantiæ est aduersa. mitto alia, non enim Gallicos mores damno, & de eis quid sentiam satis in epistola ad Vrbanum uideor dixisse. quamuis enim & à feritate morum Franci olim dicti, & feroces aliquando habiti, nunc tamen longè alij, leues lætiq; homines sunt, facilis ac iucundi cõuictus, q̃ libenter adsciscant gaudia, curas pellant, ludẽdo, ridendo, canendo, edendo, & bibendo. puto intelligentes ad literam illud sapiẽtis Hebræorũ, q̃ semel dixisse nõ cõtentus, p quã sæpè repetijt. Nõ'ne melius est, inquit, comedere & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis. & iterum: Omnis enim homo qui comedit & bibit, & uidet bonum de labore suo, hoc donũ Dei est. et rursus: Hoc itaq; mihi uisum est bonum, ut comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo. & præterea: Vade ergo, inquit, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio uinum tuum. et non solũ quod hoc bonum esset, sed quod bonum aliud non esset, adiecit: Laudaui, inquit, igitur lætitiã, q̃ nõ esset bonũ homini sub sole, nisi q̃ comederet et biberet atq; gauderet, & hoc solũ secũ afferret de labore suo. qs quæso tanti uiri consilio nõ ederet libenter, ac biberet & gauderet? sapientes Galli, qui & per seipsos hæc sapiũt, & sapientibus crediderunt, inquè consuetudinem naturamquè uertetunt. at quod eodem libro alt idem: Cogitaui in corde meo, abstrahere à uino carnem meam. ceu Gallicanis legibus contrarium aduersantur, ac respuunt: Hactenus excusasse sufficiat epistolæ meæ principium, illud improperium, ut ipse asserit, & ineptum. Ego quid de re magna, summo hominum scripturus, magis proprium fateor, non inueni, nec adhuc uideo, præter hominem illum suum descendentem ab Hierusalem in Hierico, quid accommodatius materiæ, quid in rem aptius dici possit, nec prorsus intelligo, quid principio illi desit, nisi solà forsitan scribentis auctoritas. Fingunt enim Galli se, credantquè quod uolunt (licet

enim cuiq; de se suisq; rebus, opiniones fauorabiles atq; magnificas animo fabricare, sunt
qúe q hoc faciũt, ut ille ait, fœlices errore suo, ad hoc opus sanè nulla gens promptior q̃
Galli cæterùm opinentur ut libet, barbari tamen sunt, neque de hoc inter doctos dubita-
tio unquam fuit, quamuis ne id quidem negem, nec negari posse arbitror, esse Gallos bar
barorum omnium mitiores. sed hic barbarus nostrarum rerum uituperationes, suarum
laudibus intermiscens, non irati tantùm, sed furentis in more, nullo ordine multa in os sto-
machi ipsos euomuit. magnũ, credo, aliquid sese extimans, cui impunè maximis obtrecta
re, malitia temporũ sit prmissum. quorũ ego partẽ magnam sciens trãseo, quod nec respon
so certè nec audientia dignum duco. atq; in primis uarietates urbis Romæ, quas hic qui-
dem, usq; ad curiositatẽ ridiculam prosecutus est, figuras lunæ uarias Romano statui com
parando, quasi Roma sola, & non urbes ac regna omnia, multoq; magis singuli homines
mutentur assiduè, & temporali uicissitudini tàm obnoxij, donec peruenerimus ad æter-
na. Babylon illa uetustior funditus ruit, Troia itidem & Carthago, Athenæ insuper &
Lacedæmon & Corynthus, iamqúe nil penitùs nisi nuda sunt nomina, Roma autem non
in totum corruit, & quanquam grauiter imminuta, adhuc tamen est aliquid, præter no-
men. muri quidem & palatia ceciderunt, gloria nominis immortalis est, quid hic uelut in
re insolita lunæ uarietatibus opus erat, nisi ut Astrologum, immò ut Lunaticum se proba
ret? Indignetur Gallus ut libet, non prius almæ urbis, quã totius orbis fama decrescet siue
deficiet, semper altissimus mundi uertex Roma erit, & si propter inuidiam, aut odiũ, aut se
gnitiem, causam úe aliam & Põtifices & principes illam sui deserant, gloria illam comita-
bitur, illi autem ubicunq; & undecũq; fuerit, Rom. Pont. Romaniq; Principes uocabun
tur. qd hic Gallus strepit? qd Barbarus fremit? an mẽtior? negabit magnũ aliquod fuisse, cu
ius post tot sæcula reliquiæ, nũc etiã tantæ sunt, ut nec Gallia, nec Germania, nec ulla bar-
baries, se illarũ gloriæ conferre audeat? nõ præsumet id credo, quamuis natio sit contẽptrix
omniũ & miratrix sui. Sed qd aget scio. laudabit Galliæ tabernas, pulchra latus sobrij homi
nis, quas tamen ego illac nuper transiens, & euersas uidi & desertas. laudabit patriæ quie-
tem, quam profectò turbidam inquietamq; prospexi, sed non est ibi mutatio, quanta est
Romæ. quis hanc rem, reiq; causam non uidet? minutarum rerum ruina magna esse nõ po-
test; procùl absunt ab hoc metu, nunquam cadet ex alto, qui in imo iacet, Roma igitur
ex alto cecidit, non cadet Auinio. Vnde enim caderet, aut quomodo decresceret, quæ est
nihil? pudet me fateor erroris eius, qui cum uideatur aliquid legisse, non erubuit summis
ac præclaris infima rerum & abiectissima comparare, quodqúe est stultius, anteferre.
sed excuset eum utcumque natalis zonæ dulcedo quædam fœminea, non uirilis, & qui
multum in rebus hominum usus ualet, ac præsertim rudium, uiri enim egregij, uirtutis ope
uincunt omnia. Certè magni homines fuerunt, qui in media orti barbarie, & nutriti pu
dore, tamen originis se Romanos dici uoluerunt, splendore nominis glorioſi, quos quo-
niam omnibus noti sunt, enumerare non attinet, Gallus noster, ut uideo, nollet esse non
barbarus; & libenter in cœno ubi educatus est residet. Parcendum imbecillitati animi,
consuetudine obruti atque assurgere non ualenti. nam & lutum suibus, & palus ranis, &
tenebræ uespertilionibus gratæ sunt. illud autem q uis excuset, aut quis ferat, quod uilissimi
loci studio, optimis nobilissimisqúe detrahere, & affectu incondito atque insulso, uirtu-
tem tentes opprimere? ita enim quærit quasi nesciat, id quod omnibus Christicolis notum
est, atque utinam, non Sarracenis paganisq; etiam notum esset, ne tàm latè ludibrio habe-
remur. Et quam, inquit, angustiam Ecclesia passa sit in Gallia, ego sine dubio non audiui.
surdaster est, immò surdus omnino, qui tonitruum non audit, multa hic de quieto & pro-
spero Ecclesiæ statu, intra cloacam illam palpitando prosequitur. ô carnalis homuncio, ni-
hil habens spirituale, uerè unus ex illorum grege, de quibus agens Cicero: Nihil, inquit, ani
mo uidere potẽrat, ad oculos omnia referebãt. ergo nec angustia nec molestia ulla est, nisi
dũ corpus in carcerẽ et uincula cõiciuntur? qd si animus peccatorũ nexibus coartatus, miseri
seruitij iugũ subit? de hoc barbarus iste nõ cogitat, nõ uidit hæc igitur nec audiuit, qa scili-
cet aures oculosq; in carne habuit, quos si in spiritu habuisset, audisset utiq; uidisset q, mi
ras &

ras & miseras angustias, quas nulla cõpedũ durities, nullus carcer æquauerit, uidisset mo
rũ ueterum ruinã, quæ multò est grauior ac funestior, quàm murorum. & quærit, quasi sò
lus in Hierusalem peregrinus, quam angustiam Ecclesia passa sit in Gallia. ego aũt quæro
ubi nam gentium parem pati potuisset angustiã? et ô quàm multa se hic stylo offerunt, sed
frenandus, est ne prodeat quo non decet, immò quidem decet, sed non expedite eò maxi
mè, quia ut in Epistolis ait Cicero, Desperatis Hippocras uetat adhiberi medicinã. & nisi
satis odiorũ ueritas inuisa conflauit, neque ideò mentiri incipiam, sed tacere, & orationis
hanc partem spontè præteruehar, quod si boni discipuli habet ingeniũ, qui magistri titulo
gloriatur, multa ex his paucis eliciet, quibus intelligat Romana ecclesia, quid in Gallis an
gustiæ passa sit, meq; uera loquutum uel in silẽtio fateatur, est tamen laudatoris illius certa
quidem, utq; est mos præsens, non insulsa caliditas, licet enim turpibus blanditijs bonum
opus Episcopiũ occupatur, ad quod obtinendum, sciat se alijs quàm uerborum retibus in
digere, ne dum enim falsæ nugæ & inanes, sed omnis illic eloquentia Ciceronis, in hac par
te succũberet, Vnum ei posset opitulari. Posset ut ego mentitus uidear Episcopus fieri,
quod si accidat gaudebo, quamuis uerborum aduersario profuisse, homo enim prodesse
homini dũ possit, fatigari nunquam debet, quoque minus est gratiæ, minor amicitiæ ne-
xus aut sanguinis, eò maius est meritum. sit episcopus igitur me fauente, candidamq;, ut a
iunt togam, sui habitus, nigris atq; deformibus maculis, inquinet, dum uel turpibus placi-
dis q; mendacijs, falcis laudibus, adulationibus uiro indignis, denique, uel eorum gratia,
uel mei uerique odio, perueniat quo suspirat, Sit Episcopus Placentinus, aut Laudensis, sit
episcopus Mentiensis, sit episcopus Adulensis & mitram falsarijs debitam mercatur, mihi
qui episcopatum nolo, quiq; eum gradum, sæpè olim mihi nõ oblatũ modo, sed ingestum
semper recusaui, præferens cunctis opibus libertatem, nihil blanditijs opus est, loquor er-
go liberius, cariusq; mihi est odium uirtute quæsitum, quàm barbaro illi erit, si successerit di
gnitas parta mẽdacio, his omissis, ad id uenio, quod aduersus urbem Romam conuitiator
hic murmurat, ubi illud mirũ, quod uulgares homines atq; inopes rationis, suas nõ dicam
iniurias, sed offensas quaslibet magni extimãt, cũ sic negligant alienas: ubi enim populum
barbarum nominaui, quod si nõ blandè, iustè tamen feci, ceu gladio ictus exclamauit, nec
in me uel aliter excandescens, quàm in CHRISTVM olim principes sacerdotum. Audisti,
inquit, blasphemiam? nec aduertit qui uideri doctus uult, in solam diuinitatem esse blasphe
miam, ipse autem almæ urbi uenenosæ detractionis còtumelias irrogando, esse credit ex-
cusabilis, tanta est barbari, & tàm temulẽta præsumptio. quamuis non ego blasphemiam
ut ille, sed blasphemiæ proximũ dico, urbem sacram prophano conuitio lacerare. quanta
seruorum audacia, quanta proteruia, ubi semel dominorum uinculis elapsi sunt, non ualen-
tes aliter se ulcisci, contra dominos maledictis insurgunt, effundunt q; in uentos dolorem
animi ulcerosi, & quasi canes inualidi metu latrant. recordatur hic barbarus antiqui seruitij,
& adhuc penè callosum Romano iugo collum habens, fugitiuus seruus, de domina sua
procùl tremebundus obloquitur. quæ ô si filijs suis, illis dico maioribus, Deus omnipotẽs
pacem daret, fraternamqúe concordiam, quàm citò, quàm facilè rebellantem barbarie,
iugo illi ueteri, Italicis ut olim uiribus adiuta, compesceret. | Id si antea fuisset incognitum,
nuper apparuit, dum uir unus obscurissimæ originis, & nullarum opum, atque ut ratio do
cuit, plus animi habens quàm constantiæ, Reip. imbecilles humeros subijcere ausus est, &
tutelam labentis imperij profiteri, quàm subitò erecta omnis Italia, quantus ad extrema ter
rarum Romani nominis terror ac fama peruenerit? & quanto grauior peruenisset, si tàm
facilè esset perseuerare quàm incipere? eram ego tunc in Gallijs, & scio quid audierim,
qd uiderim, quid eorum qui maximi habebantur, in uerbis inqúe oculis legerim. negarent
modò forsitan, negare enim aculeo absente, perfacilè est, uerè aũt, tũc omnia pauor cõple
uerat, adeò adhuc aliqd Roma est. Sed de his nil amplius, ne barbarũ meũ fortè acriter co-
gitantem, quid est Italia, quid sua barbaries, quamquè rerum paritas, nulla proportio, uerò
iuditio metiente, ad desperationem metus impellerem. quanquam quomodò ego illum
uel cogitare uel sapere aliqd rectũ credã, qui quodã loco sui sermonis interroget, quid per

nomen Sacræ Vrbis intelligã. nec uidetur audiuisse ciuili cautũ lege, ut is locus, ubi non dicam liberi, sed serui etiam corpus, nec corpus modò integrum, sed pars corporis humo cõdita est, religiosus habeatur. quod religiosa igitur uideri debet Vrbs Roma, ubi tot fortiũ atq; illustriũ, ubi tot principũ integra corpora, ubi denicq;, quod in hac re maximè extimandum censeo, ut urbs ante omnes alias sacra sit, tot Apostoli glorioſi, tot sancti martyres, tot almi pontifices ac doctores, tot sacratæ uirgines requiescũt: omnis profectò sacri nescius & prophanus, haud dubiè totus est, qui Romam meritò sacram dici, seu dubitat seu miratur. Et certè si ciuili Iure leges sacratissimæ nominãtur, idcq; nemo sanè mẽtis unquã arguit, quàm sacra dici potest urbs, legũ domus augustissima, & eorũ omniũ qui Latinas condiderunt leges, aut altrix aut genitrix. quid notissimæ autem rei argumẽta congrimus, cũ ex presse sanctissimã urbẽ Seneca, & nõ sacram modo, sed sacratissimã ciuitatẽ nuncupet lex ciuilis? quam hic fortasse dispiciũt, quia nõ Auinione, per prothonotharios Papæ, nec est dictata Parisius, per magistros scilicet parlamenti. sed quid illi facias ineptiẽ? quærit enim admodũ curiosè Gallus noster, quid est quod Vrbano fœlicitatem urbis extulerim, an quia secũdum uirtutem operari fœlicitas una sit, an quia in suam sedem reduxit ecclesiam exultantem, primum namque fatetur, at secundum negat. ô ceruicositas, Deo & hominibus odiosa. ô cristati Gallorum uertices ac superbi, æquè falsum asseuerare, & uerum negare dispositi. ego autem utrumq; confiteor. Nam & secundum uirtutem agere, fœlicitas uitæ huius, & ad fœlicitatem uitæ alterius, uia est, & uirtuosius quoquam nego, fieri ab homine potuisse, quod Ecclesiam pro qua CHRISTVS sanguinẽ suũ fudit, de sanguinib. liberasse, suam q́ue in sedem è cœno illam erutam reduxisse, modò in finem generosum illud sanctumq; propositum tenuisset? quid ni igitur mirer, uirtutem uiri illius, quæ tanta fuit, ut uix mihi possibile uideẽ uirũ talem in illa natũ esse barbarie, nisi à Satyrico didicissem, summos posse uiros, & magna exempla daturos, ueruetum in patria crassoq; sub aẽre nasci. neque illud ignorarẽ humani generis rerumq; omnium creatorem, patris ubiq; potentiæ, atq; ad illam exercendam, nec impediri locis aut temporibus, nec iuuari, cæterum ut norit hic barbarus, quantũ ab eius oppositione dissentio, ego & uirtutẽ illius uiri, & in primis factum propositum illud miror, & contrariũ sentiẽtis non sani hominis, sed Galli caput ægrotãtis ac pituita grauiter laborantis existimo, nec omnino illi, aliquid præter constantiã defuisse, itaque sæpè nũc mihi ad memoriam redeuntem, acri simul ac fideli increpatione compello. Heu Pater Beatissime quid fecisti? unde ista mollicies? quis te fascinauit, ut principiũ tàm grandè desereris? q te autẽ clarior, si quod glorioſissimè cœperas, ad extremum spiritum perduxisses, ad quem ut patuit, iam propinquum uenientiq; grabatulum tuum, antè proximam Petri arã, cuius hospes ac successor eras, fieri iuberis? CHRISTO q́; & sibi gratias agens, qui tibi hũc animũ atq; hoc consiliũ præbuissent, in illo loco sanctissimo fœlicem animam emisisse. quis te, oro, & uixisset honestius, quis æquanimius obijsset? si quis enim forte post te, ad obscœnũ illũ fornicem, Ecclesiam reduxisset, culpæ ille reus suæ rationem CHRISTO reddere, tu facti cõscius eximij, recto calle isses ad superos, nunc tu ipse, heu, quis te perdidit? tu inquam, dicam quod in animo est, sponte ad uomitum redijsti non audiens Petrum iterum exclamantem: Domine quo uadis? His illum horumq; similibus lamentis exagito, quæ sibi scribere meditabar, & iam cœperam, si mori paululum distulisset. ualde enim cum facie licet incognitum, dicam uerius, uirtutem eius mihi mundoq́ notissimam amaui, & familiaritatem secum, quanta esse poterat, in tanta rerum omnium imparitate contraxeram. Vti ergo tota eius patientia atque humanitate decreueram, utraque fœliciter, iam pridem dum adhuc in illa miseria moras traheret, acri quadam expertus epistola, quam ipse non patienter modò, sed gratanter ac benignè recepisse, seq́ue illam diligenter perlegisse, & in ea multa benè & eleganter dicta, utor ad literam uerbis suis, & tàm uerborum elocutione, quàm sententiarum pondere. laudanda comperisse respondit atque in finem, ut Gallo nostro luem excitem, dignatus est, meam, ut ipse ait, prudentiam & eloquentiam, quas ego confiteor non agnosco, ac zelum quem ad commune bonum me habere & dixit, ego non dissimulo, & multipliciter commendare, seq́ueme uidendi

uidendi auidum. & gratijs atque fauoribus prosequi dispositũ profiteri, quæ profectò non diceret aut dixisset, si tàm malè uisus essem loqui sibi, carguendo moram eius, ad id quod expetebat, in loco illo pessimo atq; turpissimo, & hortando, ut ad sedem sibi & Ecclesiæ debitam se trãsferret, quàm barbaro huic nostro, ad quem omnino nil pertinet, uisus sum. & literæ, quidẽ apostolicæ thesauri instar penes me sunt, eruntq; dum uixero, nõ tàm quia Papæ quàm quia optimi & sanctissimi uiri sunt, nec tàm ideò, ga laudes meas, quàm quia illius piæ testimonium uoluntatis, euidentissimè protestantur. Post hæc autem anno elapso, cum & ipse Romam petijsset, & ego uoti cõpos, illam sibi alteram epistolã misissem, quæ hunc barbarum in furorem uertit, scripsit ille mihi iterum, quibus in literis parumper questus, quod cognito eius desiderio, ad uidendum siue uisitandum eum essem tardior, de mũ ipsam eã tarditatem excusans, sub obtentu meæ aduersæ ualitudinis ad extremũ etiam, iubere regibus solitus, me rogauit, ut quàm primum, siue personæ meæ periculo aut incommodo possem ad se pergerem, cupidè tunc etiam me uisurum, & animi mei quieti consulere intendentem. & ego parendi auidus, ibam, nisi me casus horribilis ex itinere medio retraxisset ita mihi tantum illum Patrem, quem uidere non contigit, amare saltem licuit ac uereri, atque eius acta laudare, illud in primis, quod hic barbarus, nec laudare nec uituperare audet, quamuis ut sentis libenter id faceret, nisi quod nondum sic ex omni parte depuduit, inter barbaros quoque adhuc reuerentiæ aliquid, sed perexiguum est uirtutis, quam ipse ego uberius laudarem, nisi perseuerantiam defuisse cõspicerem, illud tamen in silentio respondentem audio, non potuisse unum se tot susurronib. obstare, contra CHRISTVM atque eius Ecclesiam coniuratis, quam excusationem nec admitto nec respuo, quod & uerum scio, & si fundatus esset super firmam petram, non dubito flatus tales alto animo potuisset contemni. parcat illi CHRISTVS, cuius negocium agenti, ea tepiditas intercesit, illi uerò gaudeant & triumphent, qui nunc in inferno uiuentium Beluense uinum bibunt, nec Prophetam audiunt exclamantem: Expergiscimini ebrij & flete, & ululate omnes qui bibitis uinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore uestro more Prophetico rem futuram quasi præsentem, immò iam præteritam narrat, & quasi iam euenerit, quod necessariò euenturum est. & si enim nondum perijt, peribit illicò. Tempus est enim ut iam iam uilissimæ istæ dulcedines, in amaritudinem conuertantur, & an ego cæcutiens, ita enim istæ me uocat, qui hæc quasi præsentia iam hinc uideo, an ipse magis exoculatus, qui fulgore panni captus, exigui nihil audet aut cogitat, præter Episcopatum quem mendacio fidens, stulta & cupida mente præoccupat? non autem facile dictu, quàm me delectauerit uiri huius ingenium, tàm rectè, tàm propriè Pharisæorum usus est uerbo, qui ueritatem Deiq; opera prædicanti responderunt. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? & eiecerunt eum foras. quid quæso conuenientius poterat sectæ illius defensor acerrimus, contra eum, qui quem factis expugnare non potest, uerbis oppugnat, si uel sic, ubi nec paradisi amor proficit, nec inferni metus, aliquid saltem pudore proficeret? Hæc sibi pro responso Gallus noster accipiat, cur Vrbanum dixerit fœlicem, tunc scilicet, dum uirtuosissimè operando, non se solum, sed, totam fœlicitaret Ecclesiam. atque ut me in sententia fixum norit, unum istis adijciam, modò cautum mihi fit, ne læsæ maiestatis accuser. non equidem sic insanus sum, ut Rom. Pontifex legem ponam, cum ipse sit legifer omnium Christianorum, aut legem sibi statuam, siue sedem, qui sedium dominus est cunctarum: si enim ut apud Cordubẽsem legimus Veios habitante Camillo. Illic Roma fuit. quantò magis ubi Rom. Pon. habitat, ibi quoque concesserim Romam esse? unum hoc si cœlitus datum esset optarem, ut sicut tunc Camillus, ubi licuit Veijs omissis Romam redijt, ita nunc Pontifex, audebo enim dicere, temerarie forsitan, sed fideliter, & ni fallor uerè, quod si hoc sibi placeret, cui diuinitas rei huius arbitrium dedit, non modo honestius sanctiusq́ue, sed tutius, ibi esset, quàm in ulla penitus parte terrarum, nec ingenti pretio cogeretur à prædonibus redimere suam & Ecclesiæ libertatem, quod prædecessor suus in sancta fecit Auinione de

quo

quo tũc & ipſe grauiter in cõſiſtorio queſtus eſt, & ego dũ ſibi ſcriberẽ nõ ſilui. q̃ Romæ ſedis anguſtiã Gallus iſte nõ uidit, dũ ad enarrãdas fœlicitates Auinionicas magno niſu, implumes alas explicuiſſet, ſedẽ rectis magnæq; miſeriæ uel oblitos alios credidit, uel obli tus eſt. unũ his nunc etiam pari fide ac ſimplicitate ſubnectã, nõ oportuiſſe nec oportere Pontificem Rom. armata manu Romam petere, tutiorem illũ facit auctoritas, quàm gla dij, ſanctitas, q̃ loricæ, arma ſacerdotũ ſunt orationes, lachrymæ, & ieiunia, & uirtutes, & boni mores, & abſtinentia, caſtitas, humanitas, manſuetudo actuum & uerborum, quid ſi gnis militaribus opus eſt? ſatis eſſet crux CHRISTI illam ſolam tremunt dæmones, ho. mines reuerentur, quid tubis aut buccinis? ſufficit Alleluia. certè Iulius Ceſar, poſt tot bel. la, tot uictorias, non armatus urbem Romam, ſed cum inermi exercitu inermis victor in troiuit, Cæſarem loquor, ut ad id de quo agitur, efficacius argumentum ſit. ſi ſic enim uenit Ceſar, quid putemus Petrum? ſcio autem quid calumniator noſter obijciet. Inermis, in. quit, uenit Petrus, atque ideò interfectus eſt: ita enim quodam apologetici ſuo loco, Ro. mã, multos innocentes homines iugulaſſe ait, atq; ideò merito à Satyrico ſæuũ dici, nec intelligit, nolo dicere idiota, ſæuũ pro magno poni ſolitum, iuxta illud Aeneidos primo:

Sæuus ur Aeacide telo iacet Hector. cum fuiſſe magnum Hectorem non crude.

lem, conſtet illud eiuſdem: *Maternis ſæuus in armis Aeneas.*

quem ubique ſcilicet Pium dicit, hic ſæuum dixit, id eſt magnum. Et eſt haud dubiè non artificioſa quidem ſed inſidioſa & prorſus hoſtilis obiectio. Multi, inquit, perierunt Ro mæ ſancti uiri, ſed & multi quoq; in Gallijs & alijs in urbibus, plures tamen Romæ. quis non uidet hoc undeq; plures eò conueniebant, nempe ad mundi caput & imperij ſedem. pereundi autem cauſa fuit, nõ regionis atrocitas, ſed religionis aduerſitas, & uolebat CHRI STVS urbem ſuam quam & temporalium dominam iam fecerat, & ſpiritualium facere diſponebat, uberiore ſanguine ſuorum martyrum conſecrare. Romanus fuit non infici or Nero, qui occidit Petrum, ſed Romani fuerunt, qui Neronem occiderunt. idem de Domitiano, deq́ue multis dici licet, uertat ſe quocumque libet detractoris ingenium at. que odium, Romanos iuueniet qui ſanctos condemnauerunt, multoſq́ue qui uindicaue. runt. Nec tantũ Apoſtolorum & martyrum, ſed ſui proprij ſanguinis, quamuis ignaros rei, Romanos tamen ultores ſibi CHRISTVS elegit. Romanus fuit itaque CHRISTI ul. tor, cum Gallus fuerit crucifixor, ut poſt dicã. Audiamus nunc Gallũ ſeu uerius coruum noſtrum, q̃ candidã plumã fuſco mendacio denigrauit, & didicit Cæſarẽ atq; Antonium ſalutare. Audiamus, inquam, & rauco ſtrepitu ſuas amentias repetentem. quia enim ui num Belunenſe uitupero, ut ipſe ait, ut ego fateor, nõ adoro, rurſus exclamat: Et audiſtis, inquit, blaſphemiã. ô indigna uiro & pudẽda prorſus exclamatio, uerùm minus forſan im propria, quàm ſuperior fuit. nã quid ſcimus, an iſte ſit illorũ unus, quorum Deus uenter eſt, ut ait Apoſtolus? ſi ſic, eſt enim qui contra uinũ loquitur, utiq́ue contra uentrem atq; ita cõtra Deũ ſuũ loquitur, & uideri poteſt ſpecies blaſphemiæ. ego autẽ nec cõtrà uinũ, nec contrà aliquod Dei donum loquor, ſciens quoniam omnia quæ fecit Deus bona ſunt, ſed ebrietatẽ gulãq́ue uitupero, quam non Deus, ſed humana ſibi fecit improbitas. Et quoniam ſæpè bona aliqua, culpa abutentiũ mali materiam eſſe compertum eſt, ut uinum ebrietatis, aurum auaritiæ, ferrum fœuitiæ, formaq́ue libidinis, optaui ego, ut cum damno. ſa quorũ dã Belunẽſis uini ſitis, & noceret Eccleſiæ, & frenari aliter nõ poſſet, uinũ ipſum, unde ea naſcitur, è medio tolleretur. hanc potor egregius blaſphemiã uocat, quaſi, quod ab ſit, contra CHRISTVM aliqd ſim locutus, pro cuius reuerentia & amore, uinũ illud, quam uis in ſe bonũ odi, fateor. et qd mihi iratus Gallus occinat, nõ imptinẽs eſt audire. ô nobilis uindemia, inquit, & uinũ pretioſum, & hoc forſitã non ineptè uenenũ, inquã, non corpo. rũ ſed mentiũ: his addidit. Super omnia uina dulce ſalutiferũ & iucũdum. hoc utiq; non in eptum modo, ſed ſalſum eſt. Sed omittamus de uinis loqui, ne quem deſpicimus imite. mur. quàm miſera eſt, inquit, tuæ maledictionis occaſio. ô quã flebiliter ſuæ fœlicitatis iniu riã fert, i nũc, nega uini doliũ loq, nega Bacchi ſacerdotẽ, qui cõtra uinũ ſuũ ſuaſq; delitias

hiſcere

hiſcere auſum, dicat eſſe blaſphemũ: ô cœlũ: ô terra, ô humanum genus, ô Catholica plebs fidelis, CHRISTO, Deo noſtro, ſuæq; fidei uinũ Beunenſe præponitur, nec ipſius CHRI STI decus aut uoluntas, ſed uini illius opportunitas, ad ſummæ rerũ conſilium euocatur, & ego tanti mali cauſam peroſus, penè ſacrilegij reus agor, cum non ſolum tamen illud ui num accuſem, ſunt & alia quædã, de quibus tacere iubet Plato, iubet pudor. Tranſeamus igitur hinc, & id potius audiamus, qua ſe ſuumq; bonum ſummum, imprecatione, fratercu lus hic flammatus, ulciſcit. Propter hoc, inquit, non intres in os eius, & dulcis ſapor tuus per eius fauces non tranſeat: quid uobis uideturq; an non ſatis ſe magnificè ultus eſt? & ſa. nè nil peius optare mihi poterat, quàm quod ſibi peſsimum iudicaret. mihi autem affecto aliter & nutrito, ea imprecatio leuis eſt, ſi nec Beunẽſe, nec omninò uinum ullum biberem, tamen lætè uiuerem, itaq; guſtui fideliter reſpondeo, quod pater Auguſtinus de olfactu Ciceroniano penè uſus uerbo. de illecebra quidem, inquit, odorum non ſatago nimis, cum abſunt nõ requiro, cum adſunt nõ reſpuo, paratus eis ſemper carere. Ita mihi uideor niſi for ſitan fallor, ita ego de omni uino mihi uideor, quamuis & ipſe multo facilius falli poſsim. Ab experientia quidem, & ſanctorum patrum ab exemplis, ab Anneo demùm Seneca di diciſſe potui, quod ſatis eſt uitæ hominum, panis & aqua, uitæ hominum dixit, ſed non gu læ, quam ſententiam carmen nepos eius expreſsit:

Satis eſt populus ceresq; fluuiusq;.

Sed non populis Galliarum, neq; ego ſi eſſem Gallus hoc dicerẽ, ſed Beunenſe uinum, pro ſumma uitæ fœlicitate defenderem, hymnis, metris & cantibus celebrarem, ſum uerò Italus natione, & Romanus ciuis eſſe glorior, de quo nõ modo princeps mundiq; domini gloriati ſunt ſed Paulus apoſtolus, is qui dixit: Non habemus hic manentem ciuitatem, ut bem Romam patriam ſuam facit, & in magnis periculis, ſe Romanum ciuem & non Gal. lum natum eſſe cõmemorat, idq; tunc ſibi profuit ad ſalutem. Sed hic barbarus, ad uituperi um ſacræ urbis, cuius laudib. nec linguæ omnium diſertorum, nec libri omnes ſufficiunt, os impurum aperire auſus, multa dicit, quæ nec relatu quidẽ digna ſunt, quod grauiſsimum Romanæ gloriæ uulnus eſt, contrà illam Bernardus duriſsimis conuitijs armatus induci. tur. Nota res eſt, qui de conſideratione agens, fortè ſi diligentiùs cuncta conſideraſſet, gen tem famoſiſsimam omnium quæ ſub cœlo ſunt, partius infamaſſet, fecit tamen, & licere ſibi debuit, calamo ſuo ſcribere quod occurit, quid hic dicam? Non ego contra ſanctum ui rum loqui uelim, cum maximè, quem in quibuſdam ſcriptis meis ualdè aliquando laudaue rim. qui ſi ſanctus non eſſet, quantumlibet magnus in reliquis, facilis eſſet & expedita re. ſponſio. at nunc quidem, & ſi non contra ſanctum, de ſancto tamen loqui nihil prohibet. Multa quidem loquendo & ſcribendo, multa redeunt in animum, quæ dilapſa uidentur. Damnauit iſte nunc recolo, Bernardus Clareuallenſis Abbas, de quo ſermo eſt, Petrum Abaelardum literarum quendam uirũ, hic iratus Berengarius, Pictauenſis, uir & ipſe non infacundus ac diſcipulus Petri, contra Bernardum librum unum ſcripſit, non magni qui. dem corporis ſed ingentis acrimoniæ: de quo poſtmodùm à multis increpatus ſe excuſat, quod adoleſcens ſcripſiſſet, & quod ſibi uiri ſanctitas nondum penitùs nota eſſet. horum certè neutrmm mihi competit, nam nec de Bernardi ſanctitate ſum dubius, & adoleſcens eſſe deſij, ſed illud dico, quod licet hodie procùl dubio ſanctus ſit, fieri poteſt, ut dum ad Eu genium ſcripſit, nondum forſitàn ſanctus eſſet. ſanctitas enim ſicut omnis uirtus, non cum homine naſcitur, ſed ſtudio quæritur & augetur, & frequentatis actibus in habitũ tran ſit, itaq; mihi aliud aſſumo, quod in quadam excuſatoria epiſtola ad Epiſcopum Mimaten. Berengarius idem ait. Non ne Abbas homo eſt? non ne nobiſcum nauigat, per hoc mare magnum & ſpatioſum, inter reptilia quorum non eſt numerus? cuius nauis, & ſi proſperiori feratur nauigatione, tamen ſerenitas maris in dubio eſt. ego uero Bernar. di nauem portum iam tenere non ambigo, ſed dum ſcriberet, haud dubiè non tenebat. Ho mo erat, & in carne poſitus, paſsionibus ſubiacere poterat, notum eſt illud Ioannis os auri, non de ſanctis quibuslibet, ſed de ipſis Apoſtolis. Nam & ſi ſancti ſunt, inquit, homines tamen ſunt, & ſi uinci à carne non poſſunt, quaſi iam ſpirituales, tamen percuti

poſſunt

possunt quasi adhuc carnales. potuit aliqua fortè lacessitus iniuria Bernardus illa scribere, & multa irati homines dicunt, quorũ postea illos pudet, esto autem cessèt ira animi, repens motus, ex aliqua ortus offensa. An non naturale inter aliquas nationes est odium? & profectò Gallorum gentem infestissimam, nomini Romano apud Crispum, & de immanitate gentis Gallorũ, & de infestissimo odio in Romanum nomen apud Liuium legimus, & sic esse realiter experimur. ut cessent tamen hæc omnia, nec ira ulla: nec odiũ Bernardũ impulerit, & fuerit planè sanctus dũ id scriberet, quamuis Ambrosianæ sententiæ sit aduersum ubi ait: Quis autem uiuens tutus possit, ac sine trepidatione laudari, qui & de præterito meminit se habere quod doleat, & futuro uidet sibi superesse quod timet? quis uerò hominum in hoc corpusculo positus debeat, sibi quicquam uendicare de meritis. nota sunt reliqua. Sed ita fuerit sanctus in uita, quid hic responsionis inueniam? nõ reprehendam Bernardum, sed laudatores hoc uituperatore, eodẽ ipso nec negante, nec indignante maiores obijciam, Ambrosius in proœmio epistolæ ad Romanos de eis loquẽs: Hij enim, inquit, caput sunt omnium gentium, mirum ualdè. nec excipit Gallos. Mox super textu, gaudium suum testari dicit Apostolũ, Quod cum Romani regnent in mũdo nec excipit Galliam, subieçerunt se fidei christianæ. Dicet autem Gallus, Romanorum iste potentiam & imperium nõ uirtutem laudat? Audiat ergo quod sequitur: Erant enim, inquit, doctrinæ memorabiles, & boni operis cupidi, studioſiq́ue magis agendi benè quàm sermonis. Sed ecce iterum strepet Gallus, telli domestico, non credendum, quoniam sit ciuis Romanus Ambrosius, quod negari nequit. nec intelligo tamen, quid irato hosti plus sit fidei quã placato ciui. Hieronymo autem quid opponet, qui & Romam laudat, & laudatam dicit ab Apostolo, de quo quoniam in ipsa epistola ad Vrbanum scripsi, nil nunc amplius dico, sed ipsius Hieronymi dictum aliud coniungo, qui secundo libro in epistola ad Galathas. Romanæ plebis, inquit, laudatur fides, ubi tanto studio & frequentia ad Ecclesias et martyrum sepulchra cõcurritur, ubi sic ad similitudinem cœlestis tonitrui anima resonat, & uacua idolorum templa quatiuntur, non quod aliam habeant Romani fidem, nisi hanc quam omnes CHRISTI Ecclesiæ, sed quam deuotio in eis maior & simplicitas ad credendum. quid hic Gallus dicet? an consonat hic Bernardo, in eo maximè, quod ille incredulos primum, deinde impios, tandem etiam proditores uocat, nimis si dici licet hostiliter? Vbi est aũ ista proditio? Vbi non potius obseruata publicè & priuatim, etiam hostibus Romana fides, cuius omnis historia plena est? illud quoque, quod his interposuit, temerarios in sancta illos dicens, contrarium est ferè omnibus scripturis, quæ Romanis attribuit grauitatem. quid est enim tàm temeritati dissonum quàm grauitas? sed audire Gallum hic uideor protestantem, nisi Romanum hostem in testimonium adduxeris, non credam est planè hostis ex ore laus ingens, nec immeritò Virgilius ait: *Ipse hostis teneros insigni laude ferebat.*

Aperiat nunc aurem Gallus, & cristam insolentiæ dimittat, ut non semper placita, sed interdum uera incipiat audire, atq; ut ueris opinionibus locus sit, concretũ puluerem erroris è cauda Galliæ leuitatis excutiat. Pyrrhus Epirotarũ rex, hostis P. R. cũ Cyneam doctissimum illũ uirum, & insignis memoriæ laude conspicuũ, pro componenda pace Romã misisset, & infecto negotio redeũtem, qualis esset Roma interrogasset, ille regũ urbem sibi uisam, siue ut alij perhibent Regum patriam se uidisse respondit. scilicet & illic ferè omnes tales esse, quibus Pyrrhus in Græcia, quẽ regũ sanè optimũ fuisse constat & mitissimum. Videat Gallus & Bernardus, uideat inter reges optimos atq; mitissimos, & nõ amicis modo sed hostibus minimè odiosos, & immitem atq; intractabilem gẽtem, & in extraneos inhumanam, quid intersit, nam quod æmulos ait in uicinos, directè opponitur ei, quod in libro Machabeorum de Romanis legitur, quod non inuidia neq; zelus inter eos nec ego nunc. tamen Gallo meo transcribere librum illum cogito, & ut ipse mihi Iustinum, quo ut uerum fatear, non egebam locum, signasse sufficerit, legat ergo operis illius librum primum, capitulum octauum & abundè laudatam uirtutem atque potentiam inueniet Romanorum. Iam quidem grandiloquentiam paruificentiæ coniunctam Romanis obijcit. impropriè dictũ à Bernardo nunquã dixerim, sed impropriè & ineptè ab hoc barbaro

barbaro refricatum dico, prima enim Græcis datur, iungo ego Græcis Gallos, qui licet inferiores ingenio, iactantia & loquacitate superiores sunt, Romanis hoc uitium nõ conuenit, boni operis cupidis, ut repetam q̃ præmisi, studioſiq́ue magis agendi benè, quàm sermonis. de quibus scriptum est: *Optimus quisq; facere quàm dicere malebat,*

Secundum uerò illis affricuisse perridiculum, audeo enim dicere, quod me uerum dicere certus sum, & nihil facilè affirmare solitus hoc affirmo, quod totius humanæ magnificentiæ supremum domicilium Roma est, nec est ullus tàm remotus terrarum angulus, q̃ hoc neget, quod si barbarus hic ignorat, aut torpet, aut stertit, aut plenè desipit & insanit. quid enim magnificum, quæso, legit unquam aliquid aut audiuit sine nomine, & gloria urbis Romæ, ex quo Vrbs ipsa condi cœpit & crescere? de quo tempore scriptum est:

Nunc quoq; Dardanum fama est consurgere Romam.
Quanta nec est, nec erit uisa prioribus annis. & ab ingenio altiore:
Illa imperium terris, æquabit Olympo. Septemq́; una sibi muro circundabit arces,
Fœlix prole uirũm. & rursus idem:
Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi.

De qua alter uir magnus: Nulla unquam Respub. nec maior, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit. Vellem scire quid nunc agit Gallus noster, sed sat scio, stupet, hæc ignota q̃ neq; à Gallis neq; è Gallinis addisci possunt, discũtur ab Historicis & Poëtis ac scriptoribus rerum, nec stupet modò, sed irascitur, quoniam hæc tàm multa tàm magna de Auinione ac Parisius non habentur, quarum altera significatorem non habet in cœlo. alteram Architriuius, de post uidebimus. Ante tamen, quàm ad laudes alias procedã, coram uijs respondendum est, quæ nisi fallor duo, nunc etiam supersunt, inuerecundos Romanos ad petendum, ingratos q̃q; cum acceperint, ille uir sanctus ait. unum à tergo relinquebam, frontoſos scilicet ad negandum. hoc est ferè nisi me fallit numerus, obiectorum summa. nam quod his additur, insuetam paci gentem, assuetaq́; tumultibus ac bellis si negare uelim, iam ipse fatebitur, à Numa rege in Cæsarem Augustum, non nisi ter clausus Ianus, quibus exercendis, in utraq; fortuna tanta fuit uirtus, ut post hunc barbarum, patrio more tergiuersantẽ, nil in terris simile unquam extitisse, fidenter addiderim, nec futurũ esse omnibus notũ sit. uideatur in omnibus Romanis bellis, cũ fortitudine certasse iustitiam, Sintque illa uerissima, quæ in libris autenticis scripta sunt, ut omnes gẽtes sciant P. R. & susceptere iustè bella, & finire, atq; in omni fortuna eosdem animos habere, immò uerò magnitudinem P. R. admirabiliorẽ propè aduersis rebus. quàm secundis esse. Et illud ab hoste etiam prædicatum, P. R. eò inuictum esse, quod in secundis rebus sapere, & consulere meminerint, & mirãdum fuisse si aliter facerẽt ex insolentia, quibus noua bona fortuna sit, impotentes lætitiæ, insanire P. R. usitata, ac ppè iã obsoleta ex uictoria gaudia esse, ac plus pene parcendo q̃ uincẽdo imperium auxisse, quanquam qd ego ista minutiora perstringo, q̃ si uelim cuncta complecti, omnes mihi scriptorũ sæculariũ libri illustres transcribendi erũt. Quid est enim aliud omnis historia quàm Romana laus? unum inter alia est, quod nõ modò acceptarem, sed aceruare propositum est, gẽtẽ subdi nesciam fateor, sed subdere alias, et præesse, ne si hoc negare uoluero, magnitudo conuincat Imperij, q̃ licet inter manus barbaricas imminutũ atq; debilitatũ, & penè consumptũ sit, Romanas inter manus tale fuit, ut omnia mundi illi admota, pueriles ludi fuisse uideantur, & inania nomina, quanquam nõ sim nescius, quosdam leuissimos Græcorũ, qui ut T. ait Liuius, & Parthorũ quoq;, ut contrà Romanũ nomẽ gloriæ fauent, dictitare solitos, maiestatem Alexandri Macedonis, uix quidem tenui fama Romæ cogniti, non laturũ fuisse P. R. uidelicet non tot duces egregios, tot prudẽtiũ ac fortiũ uirorũ millia, uni furioſo adolescẽti potuisse resistere? neq; solũ leuissimi Græcorũ, sed q̃ T. Liuius nosse nõ potuit, leuissimus qdã nup uanissimusq; Gallorũ. idẽ dixit: & sic omnis pudor periit, ut nõ tantũ literis utilissimam hanc nugellã, sed Mimis etiã carminibusq; mãdaret, Nescio qdẽ cur, nisi q̃ insignẽ, nec tã Græcũ q̃ Italicũ potatorẽ nouerat Alexandrũ. & similitudo morũ parit amicitias, & partas nutrit. Iratus uocor, immò

immò quidem cauſam aliam ſcio. tantum eſt enim ódium Romani nominis, ut non Alexandrum modò, ſed Sardanapalum Iulio Cæſari prælaturi ſint. nempè illos niſi per famam non nouerunt, huc ſenſerunt eorum ferro uiſcera reſecantẽ, atq; inſolentias caſtigantem. Diſsicentur tamen & crepent medij, nũquam ſibilis uipereis ueritas quatietur, Adamantino monte ſolidior, ſemper Romana gloria toto orbe reſonabit, ſemper inuidentiũ illi no men erit inglorium, immò infame. Sed de hoc ne in longum nimis exeam, nil amplius de omni enim iſta materia, ab ipſo T. Liuio, ab urbe cõdita libro nono, p̃clariſsimè diſputatũ eſt, ibi legat barbarus, & crepabit: Hoc igitur quẽ confiteor articulo prætermiſſo, ad eos redeo quos negabo, obijcitur Romanis impudentia ad petendum, ingratitudoq; accepti, duo magna ſi uera ſunt uitia. quæ nunc tantis obiectionibus, niſi ueritas nuda, reſpondeat? contra primũ quidem mille ſunt teſtes, ſufficiant tamen in præſens tres populi, duo reges, Bello punico ſecundo afflictis penè ad ultimum Romanis, rebus atq; ærario exhauſto, Neapolitani legatos Romam cum muneribus miſerunt, in quibus erant quadraginta pateræ auri magni ponderis, quibus in capitoliũ inuectis, & ante pedes patrum expoſitis, orabant legati, ut munus de ſe paruum, ingens tamen deuotione mittentium dignarentur recipere, & Neapolitanorũ rebus omnibus tãquàm propriis ſuis uti. Neapolitanis gratiæ actæ ſunt, legatiq; cum muneribus remiſsi, auri nihil acceptum eſt, præter unam eamq; minimi ponderis pateram, ne amicorum munus ſpreuiſſe crederentur. Eodem tempore, & Preneſtini legati, ipſi quoque & pateras aureas attulerunt, & gratijs actis, remiſsi ſunt, auri nihil acceptum eſt. Pòſt id tempus, durante adhuc bello, cum Carthaginenſes ad conducenda ſtipendiaria auxilia, cum immenſo pondere auri & argenti in Hiſpaniam miſiſſent, capti nuncij à Fagutinis, cumq; omni eo quod attulerant Romam miſi per legatos, quibus gratiæ actæ, aurum & argentum quod hoſtibus arreptum, & in ſuam pernitiem miſſum, ſuo quodam iure retinere poterant, Legatis reditum, inſuper addita munera, ſolum nuncij hoſtium retenti, coniectiq; in carcerem, ut aduocata in conſiliũ nõ auaritia, ſed inimicitia redderetur. Pyrrhus ille, cuius mentionẽ fecimus, ſentiẽs Romanos armis indomitos, muneribus aggredi inſtituit, itaq; pro pace, cũ Cyneam mitteret, magnos illi adiũxit uim auri, quo patritios ac Senatum, dehinc ordinem equeſtrem, poſtremò plebẽ humilẽ reuocaret ſiue tenraret, quid autem? Neminẽ cuius domus muneribus pateret, inuenit, qui ſi miſſus eſſet Auinionẽ, puto aliquod apertũ oſtiũ inueniſſet. Per eoſdẽ dies Ptolemæus rex Aegypti, legatis Romanis ad ſe, pfectis, magna munera miſerat, quæ cum illi alto animo recuſaſſent, ad cœnam poſtridie inuitatis, ſingulis aureas coronas in cõtuitio deſtinauit. quas cum ob honorem magni & amici hoſpitis recepiſſent, die illas proximo, ſtatuis regijs impreſſe runt, ut intelligi daretur, charitatem eos & honorificentiam regis acceptaſſe non aurum. quàm inuerecundi ergo eſſent ad petendum negata, qui tàm obſtinati erant ad oblatare nuendum, uiderit ipſe qui dixit. Contra ſecundum uerò obiectum, ſcilicet indignam gratitudinem, multi quoq; & reges & populi teſtes ſunt. Maſiniſſa in primis rex Numidiæ, Attalus & Cumenes Pergami, Hiero Siciliæ, Deiotarus minoris Armeniæ, Mamertini præterea, innumericq; alij, quos attingere longum eſt. Sed ad ſummam & ſi aduerſus quoſdam ciues, ſeueri patris in morem durior, non negetur, quàm uel ſuum Reiq́ue publicæ decus, uel illorũ merita poſtularent, erga amicos non ſolũ reges & populos, ſed humillimas quoque perſonas, nihil gratius P.R. de quo ueriſsimè ſcriptũ eſt. S. & P.R. beneficij memor, & iniuriæ immemor eſſe ſolet, Et iterum. Romani domini militiæq; intenti. feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire, libertatem, patriam, parentes armis tegere, poſt ea ubi pericula uirtute propulerant, ſocijs atque amicis auxilia portabant, magis dandis quàm accipiendis beneficijs amicitias parabat. & rurſus: Hoc in pectus tuum demitte, nunquam P.R. beneficij uictum eſſe: nam bello quid ualeat, tu teſtis. hoc propriè ſibi dictum Gallus accipiat. Scit enim, & ſi neſcit, expertos milites ſuos maiores interroget. & dicent ſibi, ante alios ille, ſic enim de ipſo ſcriptum eſt: Corpore armis ſpirituq́ue terribilis, nomine quaſi ad terrorem compoſito, Vencigerorix Aluernus Galliarum rex, qui fortuna multis prælijs ſæpe, & magnis bellis atque conatibus retentata, nouiſsimè in deditionem

dedítionem redactus, & maximum uictoriæ decus, ſupplex cum in caſtra ueniſſet, & phaleras & ſua arma ante Cæſaris genua proiecit. Et habes, inquit, fortem uirum, uir fortiſsimè uiciſti. non muto aliquid hac in re Flori illuſtris hiſtorici uerba ſunt, unum ſupereſt, Romana illa durities, ſiue ut eius uerbo utar, frontoſitas ad negandum. & eſt ſanè difficilè in uniuerſum pronunciare, tàm diſſimiles tàm diuerſi ſunt hominum mores. Dabo autem è tot millibus duos uiros, Romanos ac Principes, qui inſimulationem publicam ſingulari ſua laude diſcutiant. Iuliũ Cæſarem, & T. Veſpaſianum. De quorum primo ſcriptum eſt Cæſar in animũ induxerat laborare, uigilare, negocijs amicorum intentus, ſua negligere, nihil denegare, quod dignum dono eſſet. alter & ipſe nihil, ſolitus negare, non oportere aiebat, quenquam à ſermone principis triſtem diſcedere. atque etiam recordatus quondam ſupercœnam, quod nihil cuiquam tota die præſtitiſſet, memorabilem illam meritoq; laudandam uocem edidit. Amici diem perdidi. ſic enim de illo ſcribitur, & rurſus? Neq; negauit quicquam petentibus, & ut quæ uellent peterent ultrò adhortatus eſt. non proſequor utriuſque clementiam morumq; dulcedinem, ſufficit ad obiectũ negandi duritiem reſpondere. Sed occurret. Et non ſunt, inquit, omnes tales, certè nã ſi eſſent, non tanta eſſet eorũ gloria. Magnum rerum atque hominum decus eſt raritas, magnum imparibus ornamentũ, ſi pares eſſent omnes, nullus excelleret. det mihi aduerſarius unum Gallum, uel omnino unum Barbarum, ſimilem his duobus, & uicerit. Neſcio quidem an ad cũcta reſponderim, nec tanti illa facio, ut in hac inquiſitione multus ſim. optarem ego ſi fieri poſſet, ut ille uir tãtus diſcuſsiſſet, nõ modò quid diceret, ſed & contrà quos diceret, fortaſſe etenim tacuiſſet, nec perpetuam illam famæ notam immeritis immiſiſſet. ſed irreuocabile uerbum, quanto irreuocabilior eſt ſcriptura, præſertim poſt obitũ ſcribentis? itaque eq; ſcripſit, ſcripſit; eat ut poteſt, & rerũ ueritas, cum cõtradictione linguarũ, ſuo marte cõtendat ſub incorruptis, nõ ſum dubius, uictura iudicibus, aliorum ſententias contemptura. non potuit uir ſanctus errare, ſed ſi homo, ſi Gallus, ſi Burgũdio, ſi iratus erraſſet, nõ eſſet ut arbitror, inter prodigia numerandum. Cæterũ quocunque res uergat, non efficiet Barbarus, quin in loco famoſiſſimo Iuris ciuilis ita ſcriptum non ſit. Summa Reipub. tuitio, de ſtirpe duarum rerum, armorũ atque legũ ueniẽs, uimq; ſuã exinde muniens, fœlix Romanorũ genus omnib. anteponi nationib. omnibuſq́ue dominari, tã præteritis effecit tẽporib. quàm Deo propitio in æternũ efficiet. mirũ ualdè. Romanorum dixit nõ Gallorũ. Et ita ſecundũ Saluij Iuliani ſcripturam, quæ indicat debere omnes ciuitates conſuetudinẽ Romæ ſeq & legẽ, quæ eſt caput Orbis terrarũ, non ipſam alias ciuitates Romam dixit, non Pariſius, & præterea legũ corpus non Auinionem, ſed Romanæ iuſtitiæ templũ dicit, quin et legũ originẽ, et ſummi pontificatus apicẽ ait, neq; enim dubitantem de hoc, immò aperta prorſus impudentia reluctantem barbarũ iſtum norat. qui eãdem urbem, legũ patriã, ſacerdotij fontem uocat. ego autem petita uenia occiduam hanc Hieruſalem, unde homo ille deſcendit fœliciſsimus niredijſſet patriã, potorũ & uini multiplicis fontem uoco, conferr nũc titulos, uincet Auinio, maximè ſi illos addidero mundo notos, mihi autem à pueritia lõgè notiſsimos, quos ut taceã uerecundia perſuadet. Sed iam ſenſim fatigari incipio Romanæ urbis præconia colligẽdo. quibus ſi diutiùs immorari uelim, tẽpus mihi prius defuturum, quàm materiam intelligo. parcendum & ſcribentis tædio & legentis, atque in primis barbari illius, qui quàm amaro animo, quã triſtis hæc uideat, audiatq; quàm cupidè, ſi facultas detur, ex libris hæc omnibus eraſurus ſit. Non aliter ſcio, quàm ſi oculis uiderem, ita illum ex animo ſo nimis alloquio, noſcè mihi uideor. & quoniam in uno eodemq; homine, Galli criſtam atq; anſeris linguam, monſtri genus, & contentioſæ gentis peruicatiam, noui illum exclamantem hinc exaudio. uera erant iſta dum ſcriberentur, ſed mutata ſunt tempora. Mutata itaque tempora, & mutatos homines, mutataq; omnia & in peius fateor. cui enim quæſo, non illud uatis auditum eſt:

Damnoſa quid non imminuit dies.
ætas parentum peior auis: tulit
nos nequiores, mox daturos *progeniem uitioſorem.*

ſed uniuerſalis iſta mutatio eſt, quamuis neceſſariò, ut dixi, in rebus maioribus maior ſit, & non ſolũ in tot ſæculis, ſed in paucis annis, & in noſtra ætate mutatio mirabilis, & miſerabilis facta eſt, & ſi res prodeunt ut cœperunt, ualdè ut reor ad mundi exitũ propinquamus quis non dicam Gallus ſed Aſellus hoc neſciat? & ſi loqui ualeat fatentur, ego quidẽ mutationes temporum legens, nonnunq; tardior ad credendum, ex his quæ ipſe nuper oculis meis uidi, nil ſã incredibile exiſtimo. Verũtamen in hoc ſtatu rerũ, nunc etiam Romanos uiros bonos, & ſi amicè, ſi paternè, non hoſtiliter non tyrannicè tractarentur, ſatis affabiles, expertus dico, multis annis cũ eiſdẽ Romæ & alibi conuerſatus, in uno planè fateor in tractabiliores eſſe Romanos q̃ Hieroſolymitanos Rhodani, quod nõ tã æquis animis cõitiges ſuas ſibi eripi pati poſſunt, omni prius q̃ dedecus id laturi: nempe quorũ in auribus adhuc ſonat, uerbũ illud uetus, Icilij ciuis ſui. Sæuite in tergum & ceruices noſtras, pudicitia, ſaltem in tuto ſit. quæ uos toto orbe digniſſima exaudiri, propter diſtantiam fortè in Galliàs, & ad ripam Rhodani non peruenit, & quamuis iſte conuitiator non contentus, Bernardi conuitijs, auaritiam illis obijciat, dicens eos ſemper lucris temporalibus inhiantes, nihil aliud cogitare, nihil aliud ſomniare, ego pace eius, nihil hoc falſius dico. Nulla gẽs minus lucro dedita eſt, nunquam magna in urbe, tã pauci mercatores, tã nulli fœneratores inueniuntur, itaq; præter principes, qui plures ſunt, quã Gallus hic cogitet, & maiores, nullus fere in populo tanto diues eſt, ut non magis uoluptatibus quã lucris incũberẽt. Et de uitijs quidem hactenus, ſin aũt ſaltatrices ſuas claudas ac potrices, Romanis matronis cõparare uoluerint, ſed eclypſabitur, mare tumultuabitur, terra tremet, ego attonitus obmuteſcã. Cogiter Gallus & recogitet, odijq; uelũ ab oculis mẽtis amoueat, uidere fortaſſis incipiet, quid interſit inter Romanã grauitatem, Gallicam leuitatem. ſed ipſe, ut auguror, Romæ ſemper pauens, ſic enim ſcripta eius indicãt, ideoq; iuditij impos fuit, unus ex illis, de quib. ait Pſalmiſta: Illic trepidauerũt timore, ubi nõ erat timor. Nec enim amicis formidabiles, ſed amabiles ſunt Romani, Gallus aũt qui illos, nulla quidẽ alia cauſa, niſi hæreditario quodã iure oderat, ſe ab alijs amari nõ poſſe exiſtimabat: nõ iniuſtus metus fateor, ſed iniuſtũ odium, odiſſe qui nihil mali ſibi facerent. & ſi patres eius, ab illorũ patrib. uicti, domiti, triũphatiac tributarij facti ſint, ſed illa trãſierint, non eſt cauſa odij, niſi mala mẽs, malus animus, ut ait Comicus, implacatus, inflexibilis ad maliuolentiam obſtinatus, & ô utinam quando amori non eſt locus, eſſet uiciſſitudo & paritas odiorum, ut ſicut illi nos oderunt in toto corde ſuo, in tota anima ſua, & in tota mente ſua ita nos illos odiſſemus, aut ego fallor augurio, aũt è ueſtigio litium omnium finis eſſet, idem ille, qui maioribus noſtris fuit. Progredior autem meo quidem, non illius ordine, quid nunc agit igitur, inquietus, & impatiens uarietatis homũcio, & quid putas? aggrauat crimina, blaſphemias coaceruat, & primo populum barbarũ dixiſſe arguor quem dicerem aliter non poteram nec debebam, niſi noua uocabula, rebus imponere uoluiſſem. Inſuper & Beunenſe uinũ, de quo ſatis eſt dictũ, & Rhodanum blaſphemaſſe. Mirũ q; inter tot blaſphemias ueſtimenta ſua nõ ſcidit, ego uerò nil penitùs blaſphemaui, ſed optaui ut cauſæ malorum ingentium tollerentur, uenenoſæ damnoſæq; uindemiæ triſtis exilij. quid Gallicus noſter ſtrepit. Quod, inquit, exilium in Auinione paſſa eſt eccleſia. reſponſio odioſa non operoſa, ipſe ſibi reſpondeat, quis ſit, penitùs, qui hoc neſcit, ſcit utiq;. ſed præcipitẽ in locum aſtu barbarico me impellit ut cadam, At quod Rhodanum exilij locum dixi, non debet quaſi rerum inſcius ſtupere. turpe eſt enim docto uiro, de communibus admirari. legat Beddæ librum de Temporibus, legat & Ioſephum Scholaſticum denique notam omnibus euoluat hiſtoriam, inueniet filium Herodis Archelaum, ab Auguſto propter eius ſcelera exilio damnatum, quo autem deportatum? nempè Viẽnam Rhodani ciuitatem. procedat Gallus noſter ulterius, & uidebit Herodem illũ qui cognominatus eſt Antipas ſimiliter relegatum. quo autem opinemur, niſi ad locũ exilij Viennã? procedat nũc etiam, & uidebit Herodem alterum Tetrarcham ſcilicet à Caio principe Lugdunum Rhodani relegatum, ubi cum uxore, quæ illum ad exilium coniugali pietate proſecuta erat, miſera morte conſumptus eſt. ſed nimis accelero, ubi Pontium Pilatum linquimus, qui iam antea magnorum reus criminum, Lugdunũ quoq; à Ty-

berio fuerat deportatus: dicat nunc Gallus, quanquam ſit dicaculus, me mentitum, in epiſtola ubi ad Vrbanum ſcripſi, Rhodanum non Rom. Pont. ſedem eſſe, ſed reorum atque exilio damnatorũ. poteſt quidem non inficior, Ro. Pont. ſi uelit, non in Gallijs modo, ſed in Hiſpanijs aut Britannis habitare, at quid expediens, quid honeſtum, ſua ipſum ſapientia non dubitare non dubito, Sibylla uereor. qui enim potuerunt unum ſenem, uerbis è propria opinione, quanto poterunt facilius unum iuuenem, in communi omnium ſententia detinere: de hoc tamen CHRISTVS uiderit, ſua res agitur. ego quia plus non datur, dum loqui potero, non tacebo. poteſt Auinionem caput mundi præſentia ſua facere, quid ni enim poſſit omnipotentis domini uicarius, & Chriſtiani caput populi? at ſi eam uelit, gloria & honore ac deuotione fidelium Romæ parem facere, illi ipſo domino erit opus, ut arbitror, qui facit mirabilia magna ſolus. Ecce autẽ inter loquendũ mihi quod ſæpe accidit in animum uenit, de quo nihil incipiẽs cogitaram, gaudeant nunc igitur & exultent Galli, paruis & friuolis ex cauſis ſoliti gaudere, magna immò maxima res inuenta eſt, gaudeant, inquã, & qui gloriantur in poculo glorientur, ubi apud hiſtoricos eſt mẽtio, de hoc exilio Lugdunenſi, his utuntur uerbis. pro ijs omnibus deportatus eſt in exilium Pontius uidelicet Pilatus Lugdunum. & ſequitur, unde oriũ dus erat, ut ibi in opprobrium gentis ſuæ moreretur. parua ne igitur gaudendi cauſa eſt, tantum ciuem inueniſſe ô mens hominum obliuioſa & improuida. ego quidem ex Euangelio mirabar, quomodò in paſſione IESV CHRISTI Pontius Pilatus, tàm promptè manus lauiſſet, quaſi innocens à ſanguine iuſti illius. nunq; facere hoc ſciuiſſet, ni fuiſſet Gallus. Gẽs argutula, promptula, facetula, miror quod non etiam lotis manibus ſemel bibit, ut innocentior uideretur, noueram ab adoleſcentia Pontium Pilatum Gallum eſſe, ſed tempore mihi elapſus, in tẽpore redit, ut cum hoc præcone Gallorum communicato gaudio, gratularer Gallicis nationibus, tanto duce nobilitatis, ut iã fruſtrà Roma ſuos Cæſares loquatur ſuos Scipiadas, ſuos Aemilios, ſuos & Marcellos & Fabios, & Metellos, & Pompeios, & Catones, & Curios & Fabricios, & Coruinos, & Decios, & Torquatos: & Flamminios, & Valerios, & Appios, & Papyrios, & Camillos. His alijſq; omnibus reſpondebit Pontius, qui non de Hannibale, neq; de Carthaginenſibus, non de Pyrrho, non de Macedonibus, nõ de Gallis, de Germanis, de Britannis, de Hiſpanis, be Volſcis, de Samnitibus collatis ſignis, ſed de IESV NAZARENO lotis manibus, illoto animo triumphauit, nominatim Gallo noſtro gratulor, qui bellum mecum, & cum ueritate ſuſcepit, nuſquàm credo triumphaturus de nobis, niſi in arcu parui pontis, & in uico ſtraminũ, famoſiſsimis nũc locorum omnium noſtri orbis, mulierculis pueriſque plaudentibus, & quicquid contra Italiam dictũ fuerit conſona uoce laudantibus. fœlix natio, quæ de ſe optimè, de alijs omnibus peſsimè opinatur, grato ſaltem ſemper lætamendacio. Sed non ne ego ſim iniurius qui ſic famam Gallicæ gentis extenuem, quaſi nõ ſit eis alius uir, Illuſtris, niſi Pontius Pilatus? immò quidem & alij multi ſunt, quos hic uir iratus in oculis mihi ingerit, & quæritur me dixiſſe. Nullus doctus in Gallia. quomodò ego dicerem, de tàm magna prouincia tot ſtudijs ornata? nondum ſic inſaniam ut hoc dicam, ſed cũ de quatuor illis doctoribus agerem, quos poſt Apoſtolos, & Euangeliſtas primos fidei noſtræ duces ſancta habet Eccleſia, nullũ eorum uel in Gallia ortum, uel in Gallia doctum dixi. quid igitur an errauit? bene autem ne Gallus intelligit? ſed calumniam ſciens ſtruit, ex me quæreris, nunquid eſſem oblitus Hilarium Pictauienſem minimè. magnus quidem uir, ſed non unus ex quatuor. Profert dehinc ſancto agmine multa ſuorum plebis nomina, quæ ego non exiſtimo ultra ſuam uiciniam nota eſſem. miſertus ſum hominis, magna clarorum hominum, ſiue nominum penuria laborantis & quam multos ad furtum credimus traxiſſet pauperiem, quos cupiditas non traxiſſet, nempè inter cæteros quos ad Galliæ ornamẽtum trahit inuitos, unus eſt Vgo de Sancto Victore, cuius ſi ſepulchri legiſſet epigramma, ſciret non Gallum eum fuiſſe ſed Saxonem, niſi fortè quadã cognatione Barbarici, omnes Barbaros Gallos dicat. ſed diſputator argutus aduertere debuit, non ominem propoſitionem eſſe uerſatilẽ. Certè enim omnis Gallus eſt barbarus, ſed non barbarus omnis eſt Gallus. At fortaſſe non homines aſpicit iſte ſed ſtudium, ut

quiſquis Pariſius ſtuduerit, Gallus ſit, inuitus dicam, ſed cogit ſiue urget ueritas, eſt illa ci-
uitas bona quidem, & inſignis Regia præſentia, quod ad ſtudiũ attinet, ceu ruralis eſt cala
thus, quo poma undiq; peregrina & nobilia deferantur. ex quo enim Studium illud ut
legitur, ab Alcuino præceptore Caroli regis inſtitutum eſt, nunquam quod audierim Pa
riſienſis quiſquam ibi uir clarus fuit, ſed qui fuerunt externi utiq;, & niſi odium barbari ocu
los perſtringeret, magna ex parte Itali fuêre. Petrus Lombardus Nouarienſis, quem ipſi
Petrum Lompardi ſolent dicere, ut uideatur patris nomen eſſe non patriæ Thomas de A-
quino, Bonauentura de balneo regio, atq; Aegidius Romanus, multiq; alij. At ne ſemper
accuſem excuſabiles Gallos, non negauerim ſi modicè literati ſunt, nempè contrà naturã
niti ſæpe labor eſt irritus, natura autem Galli ſunt indociles, iratus eſt barbarus, non mihi
autem iraſcatur, ſed Hilario ſuo, qui primus hoc dixit, Teſtis eſt Hieronymus libro in epi
ſtola ad Galathas ſecũda. fatebitur forſan, q; negare nequit. ſed occurret, Et quãquã Galli
ſint inquieti, & indociles indocti, habent tamen alias uirtutes, neq; enim ſolis in literis eſt
humana fœlicitas, fortiſsimi uiri ſunt atq; inuictoriosiſſimi. Vellẽ hercle ita eſſet. & ſi enim
uerè barbarus, nullus amabilis multum ſit minus tamen odibiles ſunt, qui partius barbari-
zant, ſed contrarium ſæpiſsimè, & olim & præſertim nuper apparuit, uerumq; experimen
to his temporibus deprehenſum eſt, quod libro tertio belli Gallici Iulius Cæs. Nam ut ad
bella ſuſcipienda Gallorum alacer ac promptus eſt animus, ſic mollis ac minimè reſiſtens,
ad calamitates perferendas mens eorum eſt, Et quid, ait, princeps hiſtoriæ? his corporibus
animiſq; in impetu uis eſt, parua eadem langueſcit mora. ſed expecta ne properes. Audia-
mus Iuſtinum, nec obijciam Auguſtinum, qui quarto libro Ciuitatis Dei capitulo ſexto
de Iuſtino & Trogo, quem Iuſtinus abbreuiauit, mẽtione oborta, Quædam ipſos, inquit,
fuiſſe mentitos, aliæ fideliores literæ oſtendũt. ſed ut nil mentiti fuerint, & omnia uera ſint,
quibus hic barbarus totam fabulam ſuam replet, quid inde conficietur uerſet & reuerſet ut
libet, nihil ibi magnæ laudis inueniet, niſi quod multitudo Gallici populi, ingens fuit, ut
eos ſcilicet Gallia nõ caperet. Quid hic, quæſo, laudabile? nempè & muſcæ multæ ſunt, &
culices, & formicæ, pauci leones, pauciſsimi elephantes, Phœnix eſt unicus, & omnino ſig
num nobilitatis eſt paucitas, quis autem, quæſo, tanto in populo unus aut alter illuſtris eſt
habitus? Relegat illum hiſtoriæ locum, & quos inuenerit, nobis qui hoc neſcimus annun
cies. eſt & aliud in ea multitudine glorioſum, quod mercenarij Regum Orientaliũ fuêre,
atqui ſtipendiariorum nulla uita miſerior, corpus atq; animam parua mercede uendenti-
um, eat nunc & comparandi ſtudio, ponat hos miſeros, contra:

Romanos rerum dominos gentemq; togatam.

at Gallos ferro omnia proſternentes, multas prouincias peragraſſe, ut ſit ita. Finem reſpice
re ſapientes iubent. Eorum certè qui in Italiam uenerunt, nullus omnino ſuperfuit. trib.
magnis prælijs, ad unum deleti omnes, nequis in ea gente, ut ait Florus, extaret, qui incen
ſam à ſe Romam urbem gloriaretur: Eorum uerò qui in Græciam perrexerunt, nihilo me
lior ſors fuit. primum mero, qui peculiaris gẽti mos, dehinc ferro uicti omnes occubuêre.
Brennus dux illlorum, qui ſolus in ea hominũ colluuie nomen habet, uulnerum impatien
tia gladio ſe transfixit. reliqui fugientes & incommodis multis afflicti atq; attriti, & præuen
ti ab hoſtibus periêre, ut nemo ex tantto exercitu, qui paulo ante fiducia uirium, etiam De
os contemnebat, uel ad memoriam tantæ cladis ſupereſſet. Teſtẽ ab aduerſario citatum in
ſuditium adduco Iuſtinum, ipſum, cuius hic eſt quarti uiceſimi libri finis. & hæc ſunt Gal-
lorum expeditiones, hæc bellica gloria, pro uirtute impetus poſtq; impetum ruina. Credo
ego iam barbarum ſuſcepti ſponte certaminis pœnitere, ſentit enim niſi cerebrum bouis, at
que aſini habet auriculas, ſe ratione ſuccumbere. quid faciat igitur, niſi quod obſeſſi ſolẽt,
quibus ad defendendam urbem, non ſatis eſt animi, in arcem confugient? & quia Galliam
non poteſt, urbem illam unicam famoſiſsimam, atq; fabuloſiſſimam defendet, atque ad id
ipſum, Deus bone, quàm friuolam implorantur auxilia. multo quidem illaudatus eſſe ma-
luerim, quã à tali laudatore laudari. uerũ quidẽ hoc mihi uideor aſſerturus, licet forſitan in-
urbanè ex omnib. quos legerim, nullus unquam tædioſior Architriuio illo eſt, quem hic à

Pariſien-

Pariſienſe præconium: uelut alterum Ciceronem aut Virgilium implorant. ô quæ
monſtra ſermonis, quæ uerborum inculcatio, non tantùm lectori nauſeã incutiens ac dolo
rem capitis, ſed riſum eliciens & ſudorem: uſq; adeò dum uult omnia dicere, nihil dicit. V-
num ex omnibus attingendum eſt, quo cuncta conijcias. Roſa, inquit, mundi, balſamus or
bis: ô fœtidum balſamũ, ô olentem roſam, equidem ex omnibus ciuitatibus, quas multas
ab ineunte etate, nunc negotio tractus, nunc uidendi dicẽdiq; deſiderio circuiui, olentio-
rem nullam uidi, una excipitur Auinio, quæ in hac parte miſeriæ principatũ tenet. pudeat
uerò iam tandẽ, de tàm nota uarietate contendere, ne non tàm rei obſcuritas uideatur,
quàm cæcitas contendẽtis. piget nunc illas ad inſanias reſpondere, Auinionẽ carpſi, laudat
iſte Marſiliam, urbem fateor haud ignobliem, & tranquillo portu, & æquoreo proſpectu,
& quod præcipuum habent, Romana fide ac deuotione laudabilem, ſine qua ut dicit Cice
ro, nunquam noſtri imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt. Sed quò, quæſo uir
hic prudens: quò progreditur? ut inter barbaros ſuos ſcire aliquid uideatur, nihil ad rem
pertinentem illius urbis originem interſerit, quæ narratio ut plerũq; ignorantibus euenit,
contra ipſum uertitur. nam & feras Gallorum gẽtes, & Gallicam continet feritatẽ, & po
ſtremò ſic Marſilienſes aduẽtu ſuo Gallicam manſuefeciſſe barbariem, ut non Græciam
in Galliam migraſſe ipſius hiſtorici uerbis utor, Gallia in Græciã trãslatione ſiue aduen-
tu, in libro de Conſolatione ad Helbiã matrem, agens Seneca, maximè trucibus & incon
ditis Galliæ populis ſe interpoſuerunt: hæc diſputator callidus non uidit, contentus multa
dicere, ſed qualia non aduertẽs. Iam illud quale eſt, duos proferre non Italos Poẽtas, quaſi
quoſcunq; ſubtraxerit Italiæ, ſui ſint. Statium ſcilicet & Claudianum, quem facere niti-
tur Viennenſem. niſi legẽs, dixiq; mecũ: ô quã malè tegeris iniuſtitia, niſi uelo ſilẽtij tegaris.
certè nihilo melius quàm tuſsis aut ſcabies, emergeris enim teq; ipſam tuo prodis iuditio.
Viennẽſis eſt igitur Claudianus: errat Gallus in re Gallica, immò quidẽ Lugdunenſis. ſed
excuſat errorem urbium uicinitas. Illud inexcuſabile, quod de quo loquitur non intelligit.
Duo enim fuerũt Claudiani, Poẽta alter & paganus, alter præsbiter Chriſtianus. Hic fate-
or Lugdunenſis fuit diſputator, acer ſatis, qui magnorũ hominũ inter cæteros Hilarij Pi-
ctauenſis deprehendit errores, ille autem, & unde fuerit & ſi ſciam, non dicã, ne Gallus in-
ſultet, uelle me patriam, meam ſatis per ſeipſam Deo gratias florẽtem, uno Pierio ciue no-
bilitare. Statium origine Gallum non inficior, addo ſi libet Lucanum ex Hiſpania, cæte-
rùm undecunq; ipſi fuerint ſtylus eſt Italus, nempè aliter nullus eſſet, uerumq; deprehẽdi
tur, quod ego ipſe in paſtorio iuueníli, carmen olim dixi:

Tyberina latinè docti, omnes per rura loqui.

itaq; ſe Lucanus multis in locis Romanum uult uideri, ne ut reor uſſam patrui grauiorem
habet iniuriã, quàm quod is in operis ſui principio, ſi uera eſt fama, uerbum illud appoſuit:

Corduba me genuit.

norat enim quantò nobilius Romæ ciuem eſſe, quàm Cordubæ. Statius uerò ſuum Poẽ-
ma concludens iubet, ut Poẽtam Italum longè ſequatur, & ueſtigia ſemper adoret. quid ſi
bi igitur uult Gallus? An nõ uidet quid alienigenæ quoq; deſeipſis & de noſtris ſenſerint?
ſufficiat ſibi Anticlaudianus Alani ſui, paulominus tædioſus Architriuio: Poẽtæ ambo
barbarici, multum pariter ſe diffundunt, multum fruſtrà ſe torquent, mirum niſi etiam mul
tum ſudent. ijs contentus de Claudiano altero non laboret, quale illud eſt, quod inter Ro-
manos & Latinos differentiam ut inducat, atq; ita literarum gloriã Romanis eripiat, dicit
Inter eos magnas fuiſſe diſcordias, nec fallitur. quid tamen ad rem ipſam, cum inter Roma
nos ipſos, & in eiuſdem mœnibus diſcordiæ fuerint & bella ciuilia? an non omnes ideò Ro
mani? odia atq; diſcordiæ ciuilitatem ac patriam non mutant, quamuis imminuat uel erípi-
ant charitatẽ. certè de bello inter eas gentes orto, agens Liuius. Bellum, inquit, utrinq; ſum
ma ope parabatur, ciuili ſimillimum bello, prope inter parentes natoſq;. denicq; quotiens
inter eos ferro certatum traditur, nõ tanquam duarum, ſed unius gentis & belli ciuilis men
tio eſt. ſi teſtem alium Gallus quærit, audiat Auguſtinum libro *xviii.* Ciuitatis Dei. Haud
procũl à principio de Græcis hiſtorijs agẽrem. Per Græcos, inquit, ad Latinos, ac demũ ad
Romanos, qui etiã ipſi Latini ſunt temporũ ſeriem adduxerunt, qui gentem P. R. originis

eius antiquitate rimati sunt. & iterũ: Ex Græcis, inquit, & Latinis ubi est ipsa Roma equidem literas Latinas à Carmenti Euandri regis matre repertas inuenio, & quantum opinari est, Palatino in monte, qui est unus è septẽ, quos hodie Romanæ urbis murus amplectitur. illic enim filij sedes fuit, ubi nondum Roma erat. & præterea docti uiri, in omni sermone ac scriptura Romanam facundiam latinam uocant, atq; econuerso, ut duo sint nomina, sed res una. Esto autem probat Gallus quod intendit, non Romanas esse quibus utimur literas, sed Latinas, qd hinc inde efficiet. utraq; gens Itala, est ut nõ sint Romanæ, Italæ tamẽ sunt. neque ego in Epistola quam iste sibi delegit oppugnandam Romæ, sed in Italia ortas dixi. contentionis autem studio, benè armatum hostem, plumbeo etiam pugione diuerberat, ne nil agere uideatur. quid rursus igitur illi faciem? iam non ineptiæ dicam sed insaniæ, tantus enim ardor est, tantus impetus obtrectandi, ut quid loquitur non attendat. ubi quæso, inquit, legitur Tullij Physica? ubi Varronis Methaphysica? ô stulta percunctatio, Barbarus insolens Græcis nominibus delectatur, & ita hoc dicit, tanquàm qui hos libros scripsit Aristoteles, Gallus sit. Legi librum fraterculi cuiusdam, cui nomen est Prosodion. in hoc ille Grammaticali opusculo, impertinentissime euagatus, & patriæ suæ uano amore, Hispanum fuisse ait Aristotelem. quẽ fortassis iste phreneticus Gallum facit. quid enim aliud sonãt uerba Tullio Italo ac Romano. quid nisi Gallum obijciat illum, qui Galliam nunquam uidit? credo etiam nec audiuit, ratione Græcus aut Macedo, patria Stagirites. Fatetur hic quidem Gallus, non ut reor ex animo, sed urbanitate quadam Gallica, Italam magnam partem, & bonam orbis esse ipsius enim uerba trãscribo. Agamus ergo Gallo gratias, immò quidem ueritati, quæ fateri illum cogit, quod ab alio dici fert molestè, & id ualdè laudare quod uehementer odit. Fatetur insuper & nostrorum quosdam scripsisse libros multos, humanæ uitæ utiles, longè tamen Ethicæ Aristotelis post habendos, mirã pugnæ genus, cum uno cœperam duellum, is iam fessus labente uestigio, alium fortiorem uelut in aduertenti obijcit. quid enim commune habet Aristotelis Ethica cum Gallorum ignorantia? ut uincat Aristoteles quid ad Gallos, nisi quod intẽsum odiũ, quicquid hosti detrahit, sibi ascribitur? ego tamen externo & ualido bellatore non moueor, sed in mea opinione persisto, quam ut reor experientia ueritasq; adiuuant. de qua quoniam multa nuper materia cogente, disseruit breuiter, nunc attingam. Scio Aristotelis Ethicam, libros q; alios uiri illius, ab alto ingenio profectos, quantum tamẽ ad id spectat, ad quod Philosophiæ pars moralis inuenta est, hoc est ut fiamus boni, sicut idem ipse diffinit, nego ullos sæculares libros nostrorum libris, non dicam præferendos esse, sed æquandos: atq; illud esse uerissimum quod Tullius ipse confirmat, multis in locis, sed in uno maximè. Meum, inquit, iuditium fuit, omnia nostros aut inuenisse per se sapientius quã Græcos, aut accepta ab illis feciss̃e meliora, quæ quidem digna statuissent, in quibus elaborarent. Et hoc igitur meũ quoq; iuditium est, non ideò minus uerum, quia Gallo forsitan non probetur, plus Aristotelem docere, plus Tullium animos mouere, plus in illius moralibus libris acuminis, plus huius efficaciæ inesse. ille docet attentius, quid est uirtus, urget iste potentius, ut colatur uirtus. Quid sit utilius uitæ hominum Gallus ipse diffiniat, Et cum Tullio Senecam pono, de quo Plutarchus magnus uir & Græcus, ultrò fatetur nullum in Græcia fuisse, qui sibi in moralibus possit comparari. Sed occurret Gallus in uia & dicet, Origine hunc Hispanum, respondebo dignitate & conuersatione, stylo insuper ac studijs Romanum esse, & mihi sufficere quod Gallus utique non est, sicut aduersario sufficit Aristotelem, Italum nõ fuisse. non scripsit Tullius Physicam, addo ego nec Ethicam, non scripsit Varro metaphysicam, addo ego nec Problemata, Sumus enim nõ Græci, nõ Barbari, sed Itali & Latini. at scripsit Tullius Officiorum libros, illa Ethica sua. scripsit de re familiari, siue de domo sua illa æconomica sua, scripsit de Republica, de re militari illa Politica sua est. at Gallus titulos suos Græcos amat, & quamuis scientiam fortè nec Græcam habeat, nec Latinam, magnum se aliquid credit dum Physicam ructuat metaphysicam spuit. Non scripsit Physicam Tullius, scripsit autẽ de Legibus, de Academicis, de laude Philosophiæ librum, quo se ad rectum iter uitæ & ad studium ueritatis adiutum ingenuè prædicat Augustinus, quod

quod de Aristotele nunquam dixi. An de Philosophorum uel Gallorum aliquo dixerit, ego nescio, aduersarius forsitan meus scit, laudum anceps, sollicitus Gallicarum. Non scripsit Tullius Physicam, sed scripsit de essentia mundi, de natura deorum, de diuinatione de fato, de senectute, de amicitia, de cõsolatione, de gloria, de Tusculanis quæstionibus, de fine bonorum & malorum, partitionum, topicorum, de oratore, de optimo genere dicendi, de optimo genere oratorum. Rhetoricorum duo uolumina, tria autem epistolarum, orationes innumeras, quibus par eloquium nunquam fuit. Stupet barbarus ad hæc nomina peregrina, cum tamen pauca de multis attigerim, & maior multo rerũ quàm nominum fulgor sit. Quid quod nec metaphysicã Varro scripsit, ingens accusatio docti uiri. at scripsit libros. uigintiquinque humanarum rerum. sedecim diuinarum. sed in ijs ultimis multa uana congessit, & à cultu ueræ diuinitatis abhorrentia. Agat diuinæ prouidentiæ, diuinæq; misericordiæ gratias Gallus noster, quæ erroribus eum præscijs, eductum ad meliorem ætatem, ueriq; dei notitiam reseruauit. nam & maiores suos Druides sacerdotes, multis Deorum nominibus falsorum, & uerissima superstitione obrutos habuisse non ignorat, qui omnes Gallos, dite prognatos, assererent, & credulitatem publicam, inanis assertio merebatur. nullo enim modo diuinarum illis uerũ ueritas apparere illis poterat, quibus nondum uerus sol iustitiæ illuxerat. Elucebant tamen inter errores ingenia, neq; ideò minus uiuaces erant oculi, quamuis tenebris, & densa caligine circũsepti, ut eis non erratì odium, sed indignæ sortis miseratio deberetur. & quod Idolis seruierunt, ut Hieronymus ait, non obstinationi mentis, sed ignorantiæ tribuendum esset. magni quidem erant illi, sed in imo positi, nos parui autem in excelso, Deo gratias, collocati sumus. intempesta fuit illis nox, nobis est lucidus meridies, nec propterea meliores, quia sine meritis, sed propterea fœliciores dici possumus, idq; nõ de his duobus tantum, quos in manus habeo, sed de omnib. gentiũ Philosophis ac Poëtis intelligo quib. inter oculos mẽtis & ueritatis obiectum nubes impenetrabilis intercessit. Sed redeo ad Varronẽ. Nõ scripsit methaphysicã, scripsit tamẽ de Philosophia, de Poëtica, de lingua Latina, de Vitis patrũ. et quo feror? An Terẽtiani illud oblitus sum, cuius meminit Augustinus? Vir inqt doctissimus undecunq; Varro, q tã multa legit, ut aliqd ei scribere uacauisse miremur, tã multa scripsit, si multa uixq; quẽq; legere posse credamus. libet igitr indignari. ô uiri maximi, ô latini eloquij præclarissima sydera, ô ingeniorũ rerũq; omniũ fors immitis, hũc ne igit uestri labores, uestræq; uiglix peruenerunt, ut Gallicũ ad tribunal barbarico iuditio rei essetis, quod physicam & metaphysicam non scripsistis. Iam uerò deliramẽta illa, non prosequor, ut res adducit innumeras, nil ad propositum pertinentes, atq; inops mercator omnes suas merces, simul explicat. Inter alia lustini sui partem, nõ exiguam trãscribendo, Vrbium Italicarũ narrat auctores: de quo Iginus quidam integrũ librum fecit. legat autem, quem dixi Senecæ librũ ad Helbiam, ibi reperiet omnes fermè gentes, alteram ex altera exortas, sic more cœlestium & terrenam uoluuntur. Multi alienigenæ in Italia urbes condiderunt, quis hoc nescit? quid ue ad rem? quæ autem mundi pars est, ubi non Itali urbes q́ue condiderunt? Romanum imperium ut ait Seneca, nempè auctorem exulem respicit, quem profugum capta patria, exiguas reliquias trahentem, necessitas & uictoris metus longinqua quærentem, in Italiam deduxit. deinde uide quid addidit. Hic demum, inquit, populus, quot colonias in urbem misit, ubicum q́ue uicit Romanus habitat. hæc Seneca. Vbi autem quæso. non uicit, nisi forsan in Gallia: Roma à Troianis in Italia est cõdita, Troiam uerò quis cõdidit? nempè Italus fuit & Tuscus. unde est illud apud Virgiliũ, sub Troianorum ad Italiam aduentu. Hinc Dardanus orbis, huc repetit Coloniã Agrippinã, Marcus Agrippa Augusti gener, ad siniſtrã Rheni ripam condidit, similiter & alias multas, per diuersa terrarum, sed hæc una nomen nũc etiã seruat autoris. Lugdunum, de quo multa hodie diximus, Paulus Romanus ciuis struxit. Tarraconẽ in Hispania Scipiones, Parisiorũ urbẽ & penè Gallis inuidiosam, tantæ suæ sedis auctorem Iulius Cæsar creditur condidisse. Idem de Gandauo, dum adolescens ibi essem à ciuibus audiebam, sic patribus per manus proditum memoriæ est. Totam præterea Rheni uallẽ colonis ab Augusto missis habitatam inuenio. Verum hæc sedium

mutatio, non patriam, ad quam pergitur, ſed per gentes immutat, Itaque & Galli in Aſia Aſiani, & Itali in Phrygiã, pfecti Phryges, & poſt Troiæ excidiũ, in Italiã reuerſi, Itali iterũ facti ſunt. Sic noſtri in Galliã uel Germaniã trãslati, naturã illarũ partium imbiberũt, moreſq; barbaricos. Et Mediolanenſes à Gallis conditi, atq; olim Galli, nunc mitiſsimi hominum, nullum ſeruant ueſtigium uetuſtatis, ita uis cœleſtis humana moderatur ingenia. Cõditarũ ſanè in Italia à Romanis, non eſt numerus, Bononia, Mutina, Pollentia, Parma, Placentia, & decus urbiũ Florentia, nolo nũc in alias mũdi partes ſtylum cogere, atq; in hac curioſitate diutiuſiſtã ſeq, ne in quo aliũ rideo. ipſe ab aliis ſim ridẽdus. Quo'nã uerò pgredtur? dicit Marſilienſes aurũ miſiſſe, quo à Gallis Roma redimeretur, inſulsè dictũ, ut alia multa, ita enim loquitur, quaſi ſalutem urbis Romæ Marſiliæ tribuat, & reditionẽ ignominioſam Romanis improperet. contrà ego, aurum miſſum non inficior, itaq; eam de qua dixi urbis illius, in Romanos promptiſsimam fidem probat, cæterum qui captã Romam & incenſam fateor, auro redemptam nego, ferro nempè redempta eſt, & Gallo ſanguine expiata. Hiſtoriæ patrem legat, ex hac ipſa urbe oriundum, unde hæc ſcribo illum lacteo eloquentiæ fonte emanãtem, ad quẽ uiſentem uſq; Romam de extremis Galliarum, Hiſpaniæq; finib. nobiles ueniebant uiri, unius aſpectum, ubi regiæ præferentes. illum inquam, legat, & luce clarius ſuum uidebit errorem. Dicit Romæ multos eſſe tales malos & fuiſſe. quis hoc etiam neſcit? Tres ſoli homines in mundo erant, unus fuit malus, cũ illo qui mũdum creauerat, fuerunt duodecim unus fuit proditor. An nõ igitur meminit illud Iulij Cæſaris apud Criſpũ. In magna ciuitate, multa & uaria ingenia ſunt. fuerũt Romani ingrati, non id quidem nego. non eſt autem is mos magis P. R quàm omnium populorũ. quis unquam populus gratus fuit? gratitudo non omniũ, ſed paucorum eſt. ingrati fuerunt, contra quos? cõtra ciues optimos, illi autẽ ciues unde erãt? Roma una omnib. patria. Erant ibi & boni & mali, at plures mali. ubi quæſo, unquam contrariũ uiſum eſt? Vbi unquam pro uno bono non fuerunt, uellem dicere multi, cogor dicere mille mali? Fuit Romæ proditor patriæ Catilina, alij quoque quos odio dictante dinumerat, ſed proditio illa quorum potius, quàm Gallorum fulciebatur auxilio? gens radicitus inimica, quæ inuiſam urbem, per ſe nihil auſura, ab ipſis ciuibus, ut audere aliquid inciperet exercitanda erat Romæ Catilina, ſed & Cato fuit, qui de proditoribus ſententiam tulit, fuit & Cicero uigil Cõſul, qui ſententiã executus eſt, fuerunt & mille alij, quibus parem unum non habuit orbis terræ. at non fuit in Gallia aliquis Catilina? crede ædepol. Fuit enim Catilina, quamuis ingenio malo prauoq;, magna tamen ui animi & corporis. Hæc profectò uis non habitat inter Gallos, res illarum partium, undiq; fragiles exangueſq; ſunt, nec boni nec mali famæ inchoentur, ſunt ibi, ut apud gentes alias mali, ſed obſcuri, quomodo enim mali cognoſcerentur, ubi boni etiam ſunt ignoti? Voluptatem ex regno ingens fama exaltat. deſinat oro, iam barbarus conferre ſummis infima, fuſca clariſsimis, & quid illud erroris, quod Italicum Satyricum de Romanis moribus ſit conqueſtus. addit etiam duos Romæ lenones illo tempore fuiſſe Arturium & Catulum. credidi primum, & ſic ſcriptum erat quod lenones dicerent, & mirabar quid ſibi uelint hi lenones, intellexi illicò de lenonibus eſſe ſermonem, & ſubridens dixi: uolo ſuccumbere huic barbaro, quod inuitus facio niſi cũ in magna Roma duo fuerint lenones, in parua Auinione ſunt undecim. ſcit enim ipſe, & utinam neſcirent alij, quãtus illi artificio locus ſit. Obijcit nobis pater multa, impatientiam tyrannorum, uellem hoc negare, ſed nequeo in aliqua ſcilicet Italiæ parte, nam in alijs eſt libertas, quanta nuſquam alibi terrarum, quod ego quidem nouerim, uera autẽ libertas ac perfecta, dũ in hoc exilio degimus, fateor nulla eſt. ſi autem mihi locum aliquem ſub cœlo omnis expertẽ tyrãnidis hic iactator oſtẽderit, illuc raptim cũ omnib. ſarcinulis commigrabo, ibiq; reliquæ uitæ meæ ſedẽ eligã ac ſepulchrũ. quã in rẽ nouerit, me nõ facile falli poſſe ut qui in his locis in quibus iſte fœlicitatẽ ſtatuit, ut prima pueritia educatus ſim. ſanè ſi ſpecies tyrannidum explicare uoluero, occurreret ſtylo lõga nimis atq; odioſa mater. ſic ſatis taciturnus intelligi. Iã q; uſque adeò mirat equeſtrẽ ſtatuã marmoreã, idolũ uocat, ipſe ſup altare Dei uidiſſe Mediolani, lõgè rudis eſt admiratio. Nõ enim ſup, ſed ſecus altare, & in capella domeſtica illam

illam uidit, quanto ego dignius mirer, uidiſſe Pariſius inſigniũ choros Eccleſiarũ, ſic confertos buſtis & cadaueribus peccatorum, quodq; eſt fœdius peccatricũ, ut uix quiſquam poſsit ſe flectere ibi, uixq; iter pateat ad altare. ſi Gallo cenſori rigidò alienarum rerũ, mollitur auguror ſuarum, reſponſio iſta non ſufficit, illũ interroget cuius eſt ſtatua, ille ſibi ſum mariè reſpondebit, paratus etiam maioribus reſpondere, ſed iam ſatis, ſuperq; ſatis eſt, cauendumq; nedum ſtulti ſequor ineptias, ipſe ſim ſtultior, contagioſus morbus eſt amentia. Exclamabit Gallus in finẽ, ut grex illum audiat ignorantium, & Gallicæ gloriæ defenſorem uocet. Multa igitur me mẽtitum dicet, intus autem uelit nolit, clara uoce fatebitur, nil uerius dici poſſe, quanquã paratus ad omnia. Nempè Bruti factum nõ eſt ueritus damnare, qui amore uirtutis & libertatis & patriæ, ſeſe oblitus, patrios affectus exuerit, neſcio hercle, an res ulla nunquam hac uirilior facta ſit, quà iſte uituperat, teſte fretus Oroſio: qui licet non inelegans ſcriptor, tamen quod legentibus pronũ eſt aduertere, in uituperatione Romanorum tuũ ſuũ expendit ingeniũ, intentione forſitan non mala, ad nobilitandũ, ſcilicet CHRISTI fidem, quanquã nec ab ipſo, nec ab ullo hominũ ſat laudari poſsit. Quia tamen, nec ſuo nec cuiuſquã mẽdacio ueritas indigebat, ſuperuacuè. neq; enim, ut in Bernardo mihi obſtat reuerẽtia ſanctitatis, ſancto licet ſcripſerit Auguſtino. iam quidẽ Romulo obijciunt & uiolentas nuptias illũ celebraſſe; & in reliquis ardentiſsimi uiri ſpiritus fuiſſe. excuſari poteſt facilius quã negari. & nuptias quidẽ penè excuſat ipſa neceſsitas. Quis eſt enim tã modeſtus, qui ſi fame ultima laborãs, panẽ humili pce popoſcerit, negatũ nõ ſi poſſit eripiat? At qui populus uirorũ erat, ita enim ſcriptũ eſt, unius dũtaxat ætatis, ad ppetuitatem nuptijs opus erat, hæc à finitimis repetitæ, nõ duriter modò, ſed cõtumelioſè etiã denegatæ erant, credo præſagientib. iã uicinis, noua ex urbe uenturos, qui eos reliquoſq; mortales & terrarũ orbẽ iugo premerent, ea negatio ac repulſa, uiros fortes ac magnanimos incitauit, occaſione itaq; mox arrepta, nõ ad ſtuprũ ſed ad coniugiũ, & diuinæ atq; humanæ domus ſocietatẽ, negatas uirgines rapuerũt. quod hic, quæſo, tàm nephariũ ſcelus eſt? Et quod in alijs urbib. quas nominare nõ eſt neceſſe, nuptias quoq; ad adulteriũ raptas, & depulſos inſuper maritos audiuimus, quid eſt quod Romulos ſolus arguit, niſi q; nulli grauis eſt percuſſus Achilles? reliquũ ſanè uiri illius ardorẽ Florus excuſat. Quid, inquit, Romulo ardentius. tali opus fuit ut inuaderet Regnũ, & profectò, q; quãdoq; uſq; regnũ cernimus, aut regis inuadentis ardor fecit, aut ignauia populi facientis. non fecit natura reges primos ſed induſtria. Ad id deniq;, quod Camillũ patria pulſum dicit, quid reſpondeã niſi Ciceronianũ illud? Nouũ crimẽ, & antè hunc diem inauditũ. nouum, inquã, & mirabile crimen, exilium. ecce quàm multa uir doctus accumulet pro defenſione mendacij, quod oppugnare pro uiribus ſuum erat. Sed amicum Gallis eſt mendacium, & amicum ſuum nullus oppugnat. Ego autẽ ueritatis nõ me ſat amicum rear, niſi eius fidele patrocinium, cõtra quoslibet ſuos hoſtes. proq; eius amore prõpto animo & multorũ & maiorũ odia inimicitiasq; ſuſcepero: quod cum facere iuuenis inceperim, non deſiſtam ſenex. tu amice ut hæc in barbari notitiam ueniant, curabis. Sibi quidem, quoniã nihil mihi ſcripſerat, nil reſcribo, ſed in literis tuis illius procacitatẽ cõtudiſſe ſuffecerit, ſin fortaſsis eum uideris, quẽ ordo illo adulationũ atq; mendaciorũ in regno eſſe, (unde utinam tu abeſſes) admone eũ non ut barbarũ, ſed ut hominẽ, quãdo aliquid ſcribit, pro certamine gloriæ, ut nunc fecit, caueat ſaltẽ ab aperto mendacio. nã quæ contrà rationem uel ſine ratione dicunt, utcunq; nondũ q; oratione defendunt, palàm falſa, nulla defendit oratio. Adducit ergo uir ille pueriliter ſatis, Lucani uerſiculũ nõ integrũ & inpertinentẽ ad rem, probationis non egentem.

Humanum paucis uiuit genus.

Vulgatam illam uult probare ſententiam, naturã paucis eſſe contentam, qui quidem uerſiculus, & ſi per ſeipſum ſeorſum, ſenſum ad quem trahitur non reſpuat, ubi tamen poſitus eſt, lõgè aliud ſonat, hoc enim uult dicere, quod humanum genus uiuit paucis, id eſt ad obſequium paucorum, Regum uidelicet & principum, in numero pauci ſunt. Cæſar enim ibi loquitur, qui alibi hoc ipſum expreſſius attigit, non paucos ſed unũ mundi dominum ſeſe dicens, ut non paucis, ſed uni ſibi uiuere humanum genus oſtenderet: ubi ait:

Fruſtra ciuilibus armis miſcuimus gentes.

Siqua eſt hoc orbe poteſtas altera quàm Cæſari, ſi tellus ulla duorum eſt. Romanum enim non Gallicum animũ habebat, in eo igitur doctus hic fallitur, quod paucis eo loco ſextum caſum credidit, cum ſit tertius. In eo quoq; quod Numitorem à nepotibus interfectũ ait, pace tanti uiri, in hiſtoriæ cõmunis labitur notitia, Numitoris enim frater Amilius interfectus, Numitor autem reſtitutus in regnũ fuit, unde à fratre pulſus exulabat. credo ibi plura eſſe talia, ſed hæc legenti ſe ſtatim obtulerunt. Sperabat ut auguror barbaris ſuis loqui, atq; ideò ſibi licere omnia, non diſcreturis quid ueri in rebus, hinc multiloquium meum, illinc ſcriptum Galli. Pataui Cal. Martias.

Lectori.

Ad Clementem VI. Pont. Max. quem febre correptum audierat, hanc in ſequentem ſcripſit author Epiſtolam, quæ eum ad manus aulicorum peruenerat, Medici cuiuſdam conuitijs multis lacerata fuit, minabatur is quoq; in authorem Epiſtolæ, neſcio quas Philippicas ſe ſcripturum, Pontificis, Sodalium, amicorumq; ciebat. quàm poterat enixè, atq; ambiebat fauores, auxilia & conſilia. Petrarcha uerò admonitus clàm ab amicis coactusq; purgare ſe, atque aduerſarij calumnias confutare, nititur.

Clementi VI. Pont. Max. Fran. PETRARCHA, S.

Ebris tuæ nuncius beatiſsime Pater, tremorem membris meis, & horrorem attulit, nec idcircò blandiloquentis, aut ſimilis dicar illi, de quo Satyricus ait:

Flet, ſi lachrymas conſpexit amici.

Et iterum.

Si dixerit, æſtuo, ſudat.

Sed illi potius, qui (ut ait Cicero) de ſalute P. R. extimeſcebat, in qua etiam ſuam incluſam uidebat. Mea quidem ac multorum ſalus in tua ſalute fundata eſt, non igitur ſimulatus eſt tremor, neq; enim alieno periculo permoueor, ſed proprio. omnes qui de te pendemus, & in te ſperamus, te ægrotante ſani fortè uidemur, ſed non ſumus. Verum quia tum ſemper, tum præcipuè, in hoc ſtatu breuem decet eſſe ſermonem, qui in diuinas aures, humano ore transfunditur, pauca tibi nunc animo affuſus & uenerabundus loquar. Lectum tuum obſeſſum Medicis ſcio, hinc prima mihi timẽdi cauſa eſt, diſcordãt enim de induſtria, dum pudet noui nihil afferentem alterius hæſiſſe ueſtigijs. nec eſt dubium (ut eleganter ait Plinius) omnes iſtos famam nouitate aliqua aucupantes, animas ſtatim noſtras negociari, & in hac ſola artium euenire, ut cuicunq; ſe Medicum profitenti ſtatim credatur, cum ſit periculum in nullo mẽdacio maius. Non tamen illud intuemur, adeò blanda eſt ſperandi pro ſe cuiq; dulcedo, nulla præterea lex quæ puniat inſcitiam capitalem, nullum exemplum uindictæ, diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt, medicoq; tantum, hominem occidiſſe impunitas ſumma eſt. Horum turbam uelut inimicorum aciem clementiſſime Pater intuere, inſtruat te illius infauſti epigrammatis memoria, inſcribi iubentis in ſepulchro hoc ſolum:

Turba Medicorum perij.

In ætatem noſtram potiſsimè uidetur incidiſſe, illud M. Catonis ſenis uaticinium, quando cunq; Græci ad nos literas ſuas, ac præſertim Medicos tranſmiſiſſent, omnia corrupturos. Sed quia iam ſine Medicis uiuere non audemus, ſine quibus tamen innumerabiles nationes, fortè melius atq; ſalubrius uiuunt, & P. R. ætate florentiſsima, eodem teſte Plinio, ultra DC. annum uixit, unum tibi de multis elige, non eloquentia, ſed ſcientia & fide conſpicuum. Iam enim profeſsionis ſuæ immemores, & dumetis propriis exire auſi, Poëtarum nemus & Rethorum campum petunt, & quaſi non curaturi, ſed perſuaſuri, circa miſerorum grabatulos, magno boatu diſputant, atq; illis morientibus, Hippocraticos nodos, Tulliano ſtamine permiſcentes, ſiniſtro quamuis euentu ſuperbiunt, nec rerũ effectibus, ſed inani

ſed inani uerborum elegantia gloriantur. At ne quid à me hodie fictum Medici tui putent, quem ſæpe nomino Plinium, quod is & de Medicinis multa, & de Medicis plura, quàm quiſquam & ueriora diceret, in omnibus ferè huius Epiſtolæ partibus ducem habui. ipſum ergo audiant, palàm. inquit eſt, ut quiſq; inter iſtos loquendo polleat, Imperatorem illicò uitæ noſtræ neciſque fieri. Sed ego longius quàm deſtinaueram, metu calamum urgente prouectus ſum, ut uerò iam deſinam, Medicum non conſilio, ſed eloquio pollentem, uelut inſidiatorem uitæ, ſiccarium aut ueneficum uitare debes, huic quidem iure optimo dici poteſt, quod loquaci coquo Plautinus ille ſenex in Aulularia:

Abi, inquit, opera hic conducta eſt ueſtra non oratio,

Ad hoc & exactam tui cuſtodiam, & (quæ ad ſalutem corporis miris modis adiuuant) ſpem bonam, ac lætum animum habeto, ſi te, ſi te nos omnes, ſi tecum ægrotantem Eccleſiam ſaluam cupis. Vale.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. IN LIBROS INVECTIVARVM, CONTRA MEDICVM quendam, ad Amicum,

Præfatio.

Vatuor Inuectiuarum libros dicam, an quid aliud, ad te miſi, libentiſsimè negauerimus, ſi uel negare tibi aliquid poſſem, præſertim obnixius poſtulanti, uel ſi illi iam in publicum non exiſſent. Rẽ debis interlegendo, & tacitus dices: Ille meus, unam amplius quàm putabam artem habet, Male loqui didicit. Benè ais, teſtor enim tuum caput, meum hoc artificium non fuit, non ſum totus indocilis, mallem lentior. ſed hoc didici in his ſcholis, ubi impertinens & ineptus conuitiator docere non potuit quod neſciuit, meliora forſan in Academia, in Parnaſſo. Neſcis quia ſicut in plateis urbium rixantur aniculæ, in roſtris litigant cauſidici, in fornicibus lenones, in tabernis ebrij, ſic in ſcholis diſputant Philoſophi, & in ſyluis cogitant Poëtæ. didici quod res, quod locus tempuſq; poſcebant, immò uerò quod cogebat importunſsimus magiſter. Quamuis enim in ocio, in ſolitudine mea eſſem, ille tamen urbicus iurgator, nec ſolitudini nec ocio meo parcens, nec ipſam locorum faciem ueneratus, cui diuinum neſcio quid ineſſe ipſe ſi uideas, non neges in illis, ut propriè mihi uideor dicturus, Pierijs penetralibus latitantẽ, conuitijs aggreſſus exciuit, in alijs longè, inquã alijs conſopitum curis, & hanc quam in me miraris inſuetam artem docuit uel inuitum. illud ægrius fero, quod & gloriosus aliqua de me loqui, & neſcio an ineptis ſed certè neceſſarijs laudibus, dare operam me cogit. utriuſq; rei excuſationem in fine libri ultimi uidebis, unum propediem mirabere, quod eandem, quam mihi olim hoſtis impoſuit, gloriãdi neceſsitatem impoſuerũt amici. Antè alios cœnobius noſter uir doctus, & quem Auſonijs armatum Muſis, barbarica nuper laurus ornauit, deq; noſtris ingenijs, mirum dictu, iudex cenſorq; Germanicus, ferre ſententiã non expauit. ille, inquam, amiciſsime quidem admonens, efficaciterq; coarguens, impulerit etiam qua nolebam, ut quod nunquam amplius cuenturum ſuſpicabar, pro excuſatione mei nominis, nunc denuò gloriarer. Epiſtolam eius ad me uidiſti puto, aliorum uerò non ita, quibus ſtylus uarius, ſed omnibus una mens eſt, moram meam his in locis, niſi ſat reliquiæ uitæ meæ conſentaneam probare. Reſponſionem meam ad omnes, quia una non capiebat epiſtola, & de fama totiens certare durum erat, quãquam tota res alto animo ſperni poſſet, ne tantorum uoces hominum cõtempſiſſe dicerer, Libellum de uitæ meæ curſu contexui, ubi ſi res meas, non dicam irreprehenſibiles aut laudabiles, ſed tolerabiles excuſabilesq;, mira uerò & illi amico, & alijs miratoribus meis, ſiue amantibus ſiue temptantibus, ſiue ex profeſſo carpentibus, puto reſponſum erit. Hactenus Inuectiuarum mentio, calamus tulit, cum quibus & librum iſtum ſenio uictum, & eanum morſibus lacerum, ſimul & uetuſtiſsimam meam quam poſtulas chartam mitto, in quibus nihil mihi charius, quàm uetuſtas ipſa, cuius uenerator, noſtra ætate niſi fallor, nemo inde maior fuit. Vale. Mediolani, IIII. Idus Iunij.

FRAN-

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. CONTRA MEDICVM QVENDAM, INVECTIVARVM

Lib. I.

QVisquis es, qui iacentem calamum & sopitum (ut ita dixerim) leonẽ importunis latratibus excitasti, iam senties aliud esse alienã famã prurienti lingua carpere, aliud propria ratione defendere. Iniquũ fateor inter nos certamen instituitur. ubi me percutias habeo, ubi te repercutiam nõ habes. quod enim nomen habere potest mercenarius & infamis artifex? Profectò aũt mihi tecũ non de opib. aut de imperio, sed de solo nomine pugna est, cuius te egenum atq; inopem esse, & siquid interdum non admonearis, intelligis. Quia tamen cogis ad id, ad qđ nunquam sponte descenderẽ, & loqui aliquid necesse est, ne si (quod interdum in animum uenit) propter contemptũ rerum tuarum tacuero, tu tibi forsan ex mea taciturnitate complaceas, petita non à te, sed à lectore uenia, siquid cõtra morẽ meum dixero. Respondebo ad aliqua, multa enim tàm ineptè dicis, ut quisquis eare sponso digna duxerit, ipse meritò uideri possit ineptior. Primum itaq; literis tuis lectis, risum me cohibere nequiuisse noueris, quo nam enim alio modò clarius probare poteras, uerum esse quod negas te, scilicet egressum tuis, alienis in finib. oberrare, magno cum eorum discrimine, qui nimiũ credulitate sequuntur, quib. sanitatis fructũ pollicitus, nil nisi in tempestiuos flosculos inutilium uerborũ ingeris, cum facto non uerbis opus sit; quanto enim sudore, quantoq; cum studio inanem, sed ampullosam & tumidã, plenamq; cõuitijs epistolam effudisti? sed hic uester est mos, aduersus uerũ iurgio certatis, Et nimirũ, hoc ipso quantũ tibi fideres apertissimè declarasti. Si enim non extremus perditissimusq; omniũ fuisses, non desperasses fieri posse, ille unus ex multis, qui iuxta sententiam meam esses, in Rom. Pont. consilium euocandus. Immò uerò generosæ mentis inditium est, & si unitantum spes gloriæ proposita sit, in id niti, ut unus iste tu sis, q; si assecutus fueris, uoti cõpos egregij, alioquin laudabili, saltem sis cõmendandus affectu. Ego quidẽ (nã memini) non artificium, sed artifices improbaui, eosq; nõ omnes, sed procaces atq; discordes. Mirũ dictù, ut sibi cõscius tuus multorũq; animus indoluit & exarsit; nescio qd hoc rei est. argue tardos Philosophos, pũge inertes Poëtas, carpe incõpositos oratores, nunq; Plato & Aristoteles, nunquã Homerus & Virgilius, nunquã Cicero aut Demosthenes miscentur. Increpa Medicos inutiles & ignaros, omnes propè fremẽt & insanient, quod antè nõ notæram, breui literula sum expertus, singulare quiddã hoc in genere dixerim, An fortè, ideò quia uniuersali maculæ nemo subtrahitur? Nolo id quidẽ opinari, nec dum despero, fore aliquem Medicum, cui ualdè probetur quicquid dixi, dicturusue sum, quicq; suam singularẽ laudem, in cõmuni cæterorũ infamia recognoscat, & (quod cunctis excellentib. ingenijs insitum reor) gaudeat se paucorũ similẽ, dissimilemq; multorũ. quod nisi ita esse crederem, frustra suasissem unũ de multis eligendum, ut uerba mea repetã, non eloquẽtia, sed scientia & fide conspicuũ. Tu tamen ille unus proculdubiò non es, quod si esses, nunquam discordes ac nescios Medicos increpanti, tàm uentosa respondisses, epistola profundissimè tangebaris, tàm grauiter exclamasti. Nec puduit illud etiam, inter confusum murmur inserere, me Pontifici adulatum. ego nec cuiquã adularer, cui propositum sit (uulgo etiã non ignotum) præter uirtutẽ ac bonam famã uniuersa contemnere. quid enim me moueret, ut nũc fierẽ, quod ab annis teneroríb. nunquã fui? percontare ipsum illũ, de quo loquimur, & dicet tibi: Sæpè ultrò se mihi obtulisse, quantũ tu optare (licet sis importunissimus) non auderes, meq; propter amorẽ libertatis, quod tibi in expertũ & incognitũ bonũ est, omnia recusasse. Desine itaq; leprã tuã, & ambitionis auaritiæq; malũ, benè ualẽtibus imponere, tu palpator, tu non solũ blandus, sed (si es ille quẽ puto) tædiosissimus etiã adulator, nõ modò Pontificiũ, sed & pauperũ latrinas, uilissimi spe lucelli, ego florentes syluas & solitarios colles ambire soleo, nõ nisi uel scientiæ cupiditate uel gloriæ. Id nõ scripto, sed cachinno refellendum arbitror, quod inter anxiæ cõquisitas euadendi uias, quib. inenodabilẽ ueri laqueum tentas abrũpere, palpitando dixisti, Me forsan tui nominis inuidia tactũ, illud scripsisse, quo tibi gregiq; tuo famã eriperem. ego ne tibi misero inuiderem? absit, auertat Deus, qui enim misero inuidet, necesse est sit ipse miserrimus. ego tibi nomen eripere nitar ingloriæ? procùl ab hoc periculo es. ire potes toto securus orbe terrarũ, q; ad famæ iacturam attinet.

Cantabis uacuus coram latrone uiator.

Erit qui fortè nares amputet, oculos effodiat, famam tibi nullus eripiet, q̃ non habes, quid aũt intolerabilius est homine insolente? qui ubi pudorem semel abiecerit, quicquid dixeris negabit, magna meretriciæ frõtis impudentia est. Negas ecce Medicos discordare, q̃ publica totius humani generis est querela. utinã tamen ita sit, malim esse mentitũ, quanquã hac in re mentitus esse nõ possim. cæterũ saluis omnib. errasse maluerim, quã me ueridico, periclitari tot hominũ milia, qui discordi & uario prorsus incerto Medicorũ imperio gubernatur. Nempè q; in summi Pont. cura nup dicis fuisse cõcordes, Vide, non dico ne mẽtiaris (id enim iam uobis quotidianũ atq; uulgare est) sed ne maximis testib. ueritas uos ipsa confundat. concordastis fortè postquã ille cõualuit, qui q; nemo ne ipse quidẽ dubitat, multò antè cõualuisset, si tu saltem per totũ ægritudinis suæ tempus, in extremis Indiæ littorib. habitasses. ô si q; ominari horreo (sed licet immortalis Dei uicarius, Deus est tamen ipse mortalis) si ergo tũc naturæ debitũ persoluisset, quanta fuisset inter uos, & q̃ indecisa discordia, de pulsu, de humoribus, de die critico, de pharmacis, cœlum ac terrã dissonis clamoribus implesletis, causam ipsam ægritudinis ignorantes. miseri qui sub auxilij uestri fiducia ægrotant. CHRISTVS aũt in cuius manu salus hominũ sita est, saluũ illum ignorantib. omnibus uobis fecit, & faciat precor, quantũ sibi, quantũ Ecclesiæ, cui præsidet est necesse, uos Dei beneficium, & cõplexionis ac naturæ suæ laudẽ usurpantes, uideri uultis illũ à mortuis suscitasse, & nunc tandem transacto periculo concordatis, non inelegãti uafricia, ne si Pater ille doctissimus, quicq; uel ingenio, uel experientia, nõ dicã omnia ut tu adulator, sed multa cognoscit ac prouidet, discordare uos senserit, præcipites ancipitis uiæ duces abijciat, aspernat, atq; oderit. sed mihi crede, ne quicquã rectè iacitur antè oculos pennatorũ, nouit ille mores uestros, & si me interroges, propter cuiusdam speciem honestatis, & ne consuetudinem publicam damnasse uideatur, uestra potius uult fastidia, quàm quia ignoret, aliquanto grauius esse periculum, uitam suam nugis uestris, quàm fragilem sine gubernaculo carinam pelago, uentisq; committere. quod ad me attinet, iracundiã tuam minimè quidem miror, sciebam uerum esse Satyricum illud:

Accusator erit, qui uerum dixerit:
Obsequium amicos: ueritas odium parit.

Nec minus illud Comicum:

Quod cum cõmuniter uerũ sit, tum pcipuè inter illos, qui mendacio uiuũt. illud miror, qđ ita in rabiẽ furorem q; conuertit. nil enim tibi scripserã, quippè qui nũc (etiã inuitus) non intellecturũ alloquor, at Rom. Pont. graui tunc ægritudine laboranti, metu ac deuotione dictantibus, epistolã scripsi breuẽ, sed nisi fallor, utilẽ sibi, tibi fortè nõ ita, admonuiq; ut turba dissidentiũ Medicorũ, necnon etiam Medicum non scientiæ sed inanis eloquẽtiæ curio sum, quæ ingens nostris temporibus multitudo est, omni studio caueret. quod licet grauissimè stomacheris, me tamen neq; consilij mei pœnitet, neq; me lapidandum credidi, si sibi licet non egenti fidele consilium dedissem, cui omnes, qui Christiano nomine gloriamur, non modò consilium, sed obsequium, insuper & obedientiam deberemus. Debuisti si sanus esses, non mihi rescribere, qui tibi nil scripseram, sed eidem illi scribere, si sibi forsan aromatico illo tuo ac medicinali suadere posses eloquio, ut tibi seipsum, & res suas crederet, uitam ac salutem, nisi de tuis manibus non speraret. contrà autem me studijsq; meis deditos, nociuum atque inutile genus hominum declinaret, seu me Poëtam, seu quodlibet aliud dicere libuisset. omnia enim tibi licere arbitror idiote, qui pro-

qui propter mei, quin potius ueri odiũ in Poëtas immeritos es inuectus. ego tamen hac in re poëticè nihil scripsi, quod ita esse, nisi planè desiperes, ipse stylus indicio est. Cogeret me procacitas fortè tua, poëticè aliquid de te loqui, tecp̃ omnib. sæculis lacerandum tradere, nisi quia indignus uisus es, qui per me posteris notus esses, aut locũ in meis opusculis inuenires. sed quid colores cœcoq; quid surdo sonos ingero? mechanice, res tuas age oro te, cura si potes, si minus interfice, & pretium posce cum occideris, id nulli imperatori aut regi, sed tibi uni uitæ necisq̃ domino, ut iactas, humani generis cœcitate permittitur. utere funesto priuilegio, optimè enim tutissimè arti cerebrum addixisti, quisquis euaserit, tibi uitam debet, quisquis obierit, tu illi præter experientiam nihil debes, mors naturæ aut ægroti uitium, uita tuũ munus est, iure igitur Socrates, cum factũ de pictore Medicum audisset, Caute, inquit, Artẽ enim deseruit, quæ defectos suos habuit in aperto, eãq̃ cõplexus est, cuius error certa terra tegitur. quid te aũt non ausurũ rear, qui Rhetoricam Medicinæ subijcias, sacrilegio inaudito, ancillæ dominã, mechanicæ liberalem? nisi forsan illa te cogitatio has in insanias traxit, quæ si unquã caput tuũ potuisset irrumpere, nunquam usq̃ adeò asininum dicerem, ut scilicet, quoniam ætate nostra iniquissimos homines imperitare uiris optimis, facto rerũ pessimo uidemus, ad artes quoq̃ specie hanc tyrannidis trahendã, ac propagandam putes. sed prius omnia, quàm huiusce rei arbitriũ, fortunæ traditum uidebis: faciet illa Nerones atq̃ Caligulas regnare, Dionysios atq̃ Phalarides in patria florere, Catonem intra pestes Libycas errare, mori Regulum in carcere, in paupertate Fabriciũ, Marcellum in insidijs, in exilio Scipionẽ, hæc & his similia faciet, quotiens uolet, more solito iocari, Medicinæ suppeditare Rhetoricam non poterit, extra suos fines imperiũ non habet. Sed quid loquor? nescio an prius, quàm ad finẽ susceptí sermonis ueniam, libeat mutare sententiam, ac fateri ius illã etiã in artib. habere. quod nisi ita esset, nunquã tu de tanta ignorantia, tàm superbus incederes, cum multi interim uiri literatissimi mendicent, uerum ea non artium fortuna, sed artificum dici debet. Ad id mihi respondeas uelim, si rebus omnib. fortunæ imperio confusis, artes quoq̃ cõfundere, & liberales mechanicarũ seruas facere (quod utrarumq̃ prohibebaris nomine) uoluisti? cur non potius nauigationi, quàm medicinæ Rhetoricam seruam faciebas? Nauigationem certè sui generis, hoc est mechanicarũ quidam dixere, Rhetoricam, eò quod in primis illi cui mercatura omnis subiacet, in peragrãdo orbe lustrandisq̃ littorib., atq̃ innumerabiliũ nationũ conciliandis ratione animis, multa sit opus eloquentia. unde & Mercuriũ, quem sermonis Deum uocant, inde dictum uolunt, q̃ mercaturæ κύριος hoc est dominus esse uidetur. quod cum ita sit, cur non potius (ut dixi) navigationi Rhetoricã ancillari præcipis? quod æquanimius propter similitudinem latura sit, nisi quia ruditatem illam tuam, & caligantis ingenij cæcitatem occultare, nullo modo potes. proximis tuis literis expecto ridiculosissimè rerum censor, ut lanificio iubeas subesse Grãmaticam, Dialecticam armaturæ. quid enim te rursus nõ ausurum putem, qui meos in cœlum posuisse dicas, quoniam Medicos diuinum ac cœleste genus attigerim, cum tu impurissimum os aperire non sis ueritus, in Plinium Secundum, uirum ex omnibus suæ ætatis doctrina ingenioq̃ præstantissimum. ita enim de illo scriptum uideo, nec excipitur Galienus coëtaneus (nisi fallor) suus. uir & ipse non indoctus, sed in doctorum atq̃ loquatium abundantissimus successorum. Quæ autem ista dementia? quæue ista uoluptas est? à pedite uultus acceptum, equiti refundis innoxio, & soluta oratione, cum sis læsus, iram ulcisceris in Poëtas, quasi Poëticum sit omne quod nescias, id si tibi permisero, quid usquam quæso non poëticum relinquetur? quid enim non te penitùs ignorare crediderim, qui ad experiẽdum ineptissimos sensus tuos, tàm puerilitet defudasti? Deus bone, quæ deliramenta? quæ somnia? Insultas Poëticè, cuius nunquam faciem uidisti, laudas Medicinam quàm ego non improbo. quis enim sanè mentis hoc audeat? Scio artem esse non inutilem, & serò licet à nostris hominibus receptam, postea tamen in honore habitam, quinetiã inuentionem deorũ (ut perhibent) immortalium consecratũ, tàm magna res uisa est, ut humana non putaretur inuentio. quàm opinionẽ certioris fidei auctor, in Ecclesiastico confirmans. Altissimus de terra, inquit, creauit Medicinã, quãuis ad omnia sit cõmune, quicqd nouimus, quicquid

quicquid scimus, quicquid sapimus, quid nisi diuina inuẽtio dominiq̃ donum est? cum in eiusdem libri principio scriptum sit: Omnis sapientia à domino Deo est. At ne tibi de mechanicæ tuæ singulari, ceu laude cõplaceas, audi quid de agricultura altera mechanicarũ, eodẽ scribitur libro. Non oderis (inquit) laboriosa opera, & rusticationẽ ab altissimo creatam, quid habes quod super quẽcunq̃ agricolã accolas? Ambæ artes uno de fonte prodeunt, ambas creauit altissimus, immò uerò quid habes, quod te agricolæ cõferas, cũ humanam ille uitam adiuuet, quã tu (licet cõtrarium professus) oppugnas, ille humano generi laborando prosit, tu noceas quiescendo, ille nudus in campis, fame sua publicã pariat saturitatem, tu phaleratus in thalamis, uoce tua publicã destruas sanitatem. In eo quidẽ nõ simili ter concordamus, quod effectus Medicorũ dicis esse mirabiles, quos effectus quæso te, nisi illud forsan inter miraculosa cõnumeras, quod uos sæpius quàm cæteri hominũ, immò uerò quasi cõtinuò, ægrotatis? citaq̃ magnis in populis, facies uestra solo pallore discernitur, iamq̃ in prouerbium abijt. Colorem Medici dicere, quotiens croceum hominẽ aut tabescentem uideris. Parum'ne hic miraculo est, salutem alijs, quàm ipse non habeas pollicerí? Esset profectò miraculum, nisi illud extenuaret assiduitas mentiendi. nisi fortè ille mirabilior est effectus, quod qui se totum uestro consilio tradiderit, sanus esse nunquam potest. hi sunt Medicorum, non tantũ miri, sed stupendi etiam effectus, Medicorum uerò non omnium, sed multorũ atq̃ in primis tui. Credo ego Hippocratẽ uirum doctissimum fuisse, puto Galienũ (illo duce) multa primis inuentionib. addidisse, non detrahio claris uiris, ne fiam tui similis, qui obtrectandi studio, me cum Plinio miscuisti, quem si intelligere posses, esses hortandus ut legeres, & reipsum in eo speculo intuens, uel deformitatẽ tuam corrigeres, uel desineres superbire, sed crede mihi Græcũ hominẽ putares, cum tamen is inter raros Latinæ eloquentiæ principes, in Saturnalibus numeretur. Si in literis tuis uideo, arrogans & ignarus es, alterũ facit ut nil discas, alterũ ut nil scias, quid enim de hoc tanto uiro somniας? Dicis enim quod quicquid ueri habet, ab antiquis Medicis accepisse, uos à quibus tot mẽdacia didiceritis nõ dicis. sed quid iterũ tẽpore gloriaris? Ignauissimorum ẽrum dam hominũ cõsuetudo est, ut cum inter uitia senuerint, nulliq̃ pares sint, sola se præferant senecture. atqui ne hãc ipsam unã gloriandi tibi materiã cõcesserim, in singulis enim te uerbis deprehendo, nihil esse, nihil sapere, nihil nosse. cõputa annos, & reperies uirũ illũ omnes ferè quib. uteris Medicos præcessisse, quanq̃ quid attinet Medicorũ antiqtate nominibusq̃ cõfidere, qui si ad lucẽ redeant, una uoce fatebunt, nullos se hostes alios habere q̃uos, quorum uel turpi segni ie, uel ingeniorũ hebetudine, sui labores ac uigiliæ perierũt, quisq̃ quotidie mentiendo illas arguitis fuisse mendaces. Lege si libet (& nisi ego quoq̃ tibi Græcus uideor) epistolam illam totã, quæ cum ad hoc unũ scripta esset, ut uniuersali Domino cautionem pareret, tibi nescio cui (immò quidẽ scio sed dissimulo) dolorẽ peperit ac furorem. illã lege libet, Inuenies me nil omninò cõtra Medicinã, nilq̃ cõtrà ueros Medicos locutum, sed contra discerptores atq̃ aduersarios Hippocratis, quod eodẽ plaudẽte fieri credidi, tu aũt non cõtentus in me multa dixisse, multa itidẽ contra Poëticam ac Poëtas, quadam libidine uobis insita loquendi, de reb. peregrinis & incognitis, euomuisti. nõ legeras apud Varronem Romanorũ doctissimũ, nec apud Tullium, quẽ fidenter, licet fortè obstrepas, dixerim principẽ Latinorum, quid de Poëtis scriptum est. uerba enim ipsa, ne quid memutasse, uel addidisse suspiceris apposui. A summis, inquit, hominib. eruditissimisq̃ sic accepimus, cæterarũ rerũ studia & doctrina & præceptis & arte cõstare, Poëtam ipsa natura ualere, & mentis uiribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari. quare suo iure, noster ille Ennius, sanctos appellat Poëtas, quod quasi deorũ aliquo dono atq̃ munere, commendati nobis esse uideant. sit ergo iudices sanctũ apud nos humanissimos homines, hoc Poëtæ nomen, quod nulla unquã barbaries uiolauit: hæc Cicero. Multa sequunt in eandẽ sententiam grauissima, innumerabilia etiam apud alios, quæ spõtè prætereo. neq; enim mihi propositum est, in auribus tuis nobilitare uelle Poëtarum nomen, quod tibi ignobile uideri, ea demum summa mihi notabilitas uidetur. cur autem hæc narrem nescio, an te ridiculosior sim, si asino lyram iungam. Respõdebis, audio sed nihil intelligo, & Poëtæ nomen

nulla

nulla unquam(ut modò dicebam)barbariæ uiolatum,atq; omni ex parte tibi incognitum, uiolabis plus quàm barbarica feritate.itaq; peropportunè audies, quod cuidã nuper tuæ professionis homũculo,cum assensu & approbatione multorũ dixi.Cum enim uestro more,multa contra Poëtas hisceret,potius quã diceret,nunc Poëtã Ciceronem,nũc Plinium affirmans,quæsiui ab eo,Quid Poëtæ nomine crederet importari?quod cum se nescire non negasset,pro tempore historiã dixi,non inamœnam cognitu,magis ab auctorib. relatam, quam tibi quoq; dicã,puto si quid omnino aliud,quã de febrib.audire potes.Hannibal uir bellicosissimus,bello uictus,à Romanis Ephesum ad Antiochũ regem Syriæ profugerat, à quo lætissimè susceptus,eo quòd Romanorũ odijs æstuanti,nullus unquã cõsultor tàm idoneus uidebatur,in summo honore apud illũ erat. contigit aũt Phormionem quendam nomine,secta Peripateticum,qui ea tempestate literarum scientia clarus habebat, simul illic fortè apud regem esse,ad quem (si uellet)audiendum inuitatus,Hannibal,dum fama uiri tactus annuisset.sensiculus non indoctus,& ut homo Græcus audax & uerbosus Phormio, credo extimans nihil se melius in præsentia tanti ducis, nihilq; conuenientius loqui posse, materiã rei militaris ingressus,in plures horas sermonem cõtinuum protraxit.denique dum qualiter sit ductandus exercitus,qualiter instruenda acies,qualiter capiẽdus castris locus, quando signum pugnæ dari,quando cani receptui conueniat,postremò quæ antè prælium, quæ in prælio,quæue post prælium sint seruanda copiosè disseruit,secutusq; esse plausus omnium,quæsitumq; ab Hannibale,quid sibi etiam uideretur de illo sapientiæ professore.Multos,inqt ille,stultos deliros q; senes uidi,nullũ tamẽ,quo magis delectarer quãsene hoc,quippè qui tàm multa de reb. incognitis loqueretur.quòd dicto facetè admodũ & illius & uestrã impudentem notauit audaciam.de omni enim materia loqui uultis,uestræ professionis obliti,quæ est si nescis urinas,& quæ nominare pudor prohibet, cõtemplari, nec pudet insultare his,quib.uirtutũ atq; animi cura est.eleganter de hoc Phormione loquens Cicero.Quid,inquit,aut arrogantius aut loquatius fieri potuit,quàm Hannibali,qui totanis de imperio,cum P. R. omnium gentium uictore certasset,Græcũ hominem,qui nunquam castra uidisset,nunquam denique minimam partem ullius publici muneris attigisset, præcepta de re militari daret?quanquã non omnino par tua & Phormionis causa,multo q; iustius ego te rideo,quàm illum risit Hannibal. Ille enim de rebus licet experientia ignotis, at saltem lectione cognitis loquebatur,tu de his rebus loqueris,quarum nõ tantùm usu atque arte es indoctus,sed ingenio etiam prorsus indocilis. hanc historiam cum illi contentioso homini narrassem,quod erat ipse senex,sibi dictum credidit,quasi & senectũ ei & stultitiam exprobrassem,itaq; uehementer excanduit. Tu qua ætate sis non satis scio,nisi q; delirare sæpius solent senes,non quidem omnes,sed quorum iuuenilis ætas uilibus curis & obscœno artificio acta est. quo autem ingenio sis,mihi incognitum esse noluisti,audiens ergo te uideo,mordendi auidum,sed ignorantia torpentem,algentis more aspidis coactũ uirus.non posse diffundere,nisi quod in fine multũ irarum attritu,terrifice concalescens,neq; tamen tàm morsu quã sibilo metuendus,in me calcaneotenus erigeris,ubi scilicet Boëtiũ Seuerinum,aduersus sacras Pierides testem citas,atq; ut testimonio fidem quæras,cautissimus disputator,Patriciũ illum uocas,quasi de Prætura uel Consulatu quæstio sit,& quasi non multi testes,licet minimè Patricij sint,hac in re multum Boëtio præferẽdi. Verum absit ut huius uel alterius fide digni hominis testimoniũ recusem,ad inquisitionem ueri, omne genus studiosorum hominum admitto,mechanicis duntaxat exclusis. Ille igitur quid, ab ægrotantis cura,scænicas meretriculas philosophico procùl arcet edicto. Viue bellator egregie,uniuersam poësim letali iaculo transfixisti. certè si quid eorum de quibus tàm temerarie disputas didicisses,scires scænicã illam quàm Boëtius notat, ipsos inter Poëtas imerare pretio non haberi,non autem uidisti,ecce quod iuxta erat,licet idipsum literis tuis ignoranter insereres.quid enim ait:Veris eum Musis curandum sanandũq; relinquite;hæ sunt Musæ,quibus si qui usquã hodie supersunt poëtæ,gloriantur ac fidunt,quarum ope non ægra corpora mactare,sed ægris animis succurrere didicerunt. de quibus si loqui uelim, donec cerebro humido ac fluenti tanta res insideat,amens ero,neq; enim Amphionis uel Orphei

uel Orphei cythara tàm duram silicem mouere posset,neq; enim tam hirsutam tygridem lenire,quas tu ac omnes id genus fictiones,ueluti uerò aduersas,mira plebei artificis temeritate,condemnas,in quibus tibi tuiq; similibus studiosè abditus, allegoricus sapidissimus ac iucundissimus sensus inest,quò ferè omnis sacrarum etiam scripturarum textus abundat,quas te animo irridere non dubito, sed supplicium times.Quàmobrem feram æquo animo,te Poëtis quos ignoras,uanitate notissima insultantem, idq; mihi alicuius bonæ spei argumentum fuerit,si tibi ualdè displiceam. Cur autem indigner audere te aliquid aduersus me,cum aduersus CHRISTVM,si impunè liceat sis ausurus,cui Auerroim(tacito licet iuditio) prætulisti?scis quod non mentior, quamuis aliud uerbo clames, cessaret pœnæ metus,,pfectò ut sciolus uidearis,esse uoles hæreticus. Sed ad fictiones quas carpebas redeo,audi ergo quid Lactantius,uir & Poëtarum & Philosophorum notitia,& Ciceroniana facundia & quod cuncta transcẽdit,Catholica religione clarissimus, primo suarum Institutionũ libro ait, Nesciũt quid sit Poëticæ licentiæ modus,quousque progredi fugendo liceat,cum officium Poëtæ in eo sit,ut quæ uera sint,in alia specie obliquis figurationibus,cum decore aliquo conuersa traducat,totum autem quod referas fingere, ideò ineptum esse, & mendacem potius quàm Poëtam.stupes bellua,nunquã puto istud audieras.

Mentiri uobis linquimus,quodque grauissimũ mendacij genus est,mentiri summo cũ discrimine damnoq; credentium.Id si mihi non credis,uulgus interoga, cui & illud in prouerbium uersum est,ut aptissimè mentienti dicant: Mentiris ut Medicus.Poëtæ (neque enim me hoc nomine dignari ausi,quod tu mihi demens ad infamiam obiecisti) Poëtæ,inquam,studium est ueritatẽ rerum pulchris uelaminibus adornare,ut uulgus insulsum(cuius tu pars ultima es)lateat.Ingeniosis autem studiosisq; lectoribus & quæsitu difficilior & dulcior sit intentu. Alioquin si tibi falso persuadeas,quod quidã indocti solent, qui quod consequi nequeunt execrantur,ut scilicet Poëtæ officium sit mentiri,illud tibi consequenter persuadeas uelim,esse te Poëtarum maximum,cuius propè plura mendacia sunt,quàm uerba.ultrò tibi Meonius senex cedet,uictus cedet Eurípides, cedet Maro, uacuus tibi Helicõ linq;tur,indecerpta laurea,illibatus q; Castalius fons. Sed expergiscere si potes, lippientes q; oculos aperi,uidebis Poëtas raros,quidem natura rerum disponente, ut rara quælibet cara simul & clara sint:Videbis eos gloria & nomine & immortalitate fulgẽtes, quàm non sibi tantũ,sed & alijs peperêre,ut quib.ante alijs perituris consulere nominibus datum est,& quorum adminiculo ipsa etiam uirtus eget,non equidem in seipsa, sed in eo quod habet cum uitijs & obliuione certamen,te uerò cum tuis nudos uidebis, omni uera laude uanitatibus obsitos,obrutosq; mẽdacijs. Hæc non aduersus medicinã quod sæpe testatus sum,neq; aduersus excellentes Medicos,qui irasci non debent,qui cum semper rari,nostra sunt ætate rarissimi,sed aduersus te,delirantesq; similiter dicta sint. in quibus illud fortè mirabitur quispiam,quod libellum pro epistola remisi,sed meminisse conueniet facilius inflígi uulnus quàm curari, & citius dici conuitia quàm repelli,ideoq; & maior defensio Demosthenis,quàm Aeschinis accusatio est,& longior Ciceronis, quàm Sallustij inuectiua.hactenus hæc:cætera in tempus aliud reseruo. Nolo enim putes me lacessiti styli,& iustissimæ indignationis aculeos,more apum in uulnere reliquisse,experire iterum cum uoles,quid inter ingenium & ingenium, quid inter calamum & calamum intersit, illud uerendum,ne dum per abrupta distractus, multumq; huic tuæ ridiculosæ eloquentiæ intentus,in insuetis conflictationibus tempus teras,his quoque pecunia pariter ac sanitate spolias,magni periculi causa sim,de hoc tamen ipse uideris,ego mihi,quicquid atemptaueris,ad cumulum gloriæ adscribam. Alta petentibus non semper quies, sed eorum sæpè, q sine graui periculo uinci possunt,optãda rebellio est. Si benè dixisses audisses benè. audisti autem, quod ego loqui sum solitus,sed quod tu meritus es audire. Sile parumper,& rumina,& tibijpsi da ueniam,qui cœpisti. Verùm ego satis ne sanus sim diutiùs tecum loquar, qui quod ridiculũ omne supergreditur,Medicinæ nomine,mortem mihi literarum tuarum,in fine denuncies,ad quam differendam,Medicina fortè aliquid, tu profecto ni-

ctò nihil, ad celerandam uerò quàm plurimum conferre potes. Præclarum, fortius ârtificium longæuis, corpusculum scis expedire languoribus. certe ipsa mihi uitas (modò uoces habeat) Medicina gratias actura sit, si eorum præsentem infamiam fando nudauero, qui antiquam illius gloriam nouis erroribus extinxerunt.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. CONTRA MEDICVM QVENDAM, INVECTIVARVM

Lib. II.

HAbes unde mihi perpetuò gratias agàs, demuto & elingui, argutulus atq; facetulus factus es disertissime Hippocrates. Nescis quantum huic calamo debeas. ecce iam prosam scriptitas, citò facies carmina, iãq; hymnos incipis balbutiendo contexere, boni ingenij puer eris. immò uerò stulte senex & ignare, multo consultius tacuisses, nõ ut ideò Philosophũ te probares, sed ut ignorantiam saltem tuam silentio uelares. tacendo enim latere poteras, loquendo non potes. Lingua animi sera est, hanc tu nullo ad hostium pulsante, nescio cur mouisti, tenebrosam fœdamq; tui pectoris domum omnib. apiens, quæ melius semper clausa mãsisset, nisi quia dementiam diutiùs occultare difficile est. Credo non legeras quod scriptum est, Stultus quoque si tacuerit sapiens reputabitur, & sicõ. presserit labia sua intelligens. benè Socrates, cum decorum adolescẽtem tacitum uidisset. Loquere, inquit, ut te uideam non tàm in uultu putabat uideri hominem, quàm in uerbis. ecce locutus es, uidimus te, iãq; si millies taceas uidemus. uoluisti apparere & multis quos latere poteras, esse ludibrio, in quod gaude præpotens orator, externa ope non eges, nullo opus est indice, operosè nimis, tuo te prodis indicio, tã late tristis male coagulati eloquij fumus manat. ô ridiculum animal, uolebam dicere, librum scribis, rectius dixerim, quod tuæ professionis est proprium, aromatum lentas fœdas inuoluere, & ubi periculosis ambagib. dictare soles, miserorum mortes, utq; uilia magno constent, fallaciq; licentius, radicibus nostri orbis imponere peregrina uocabula, ubi nunc ut tibi uidetur Philosophicos locos ut ego sentio tabificos locos scribis. Sed ut libri formam habeat uersutus opifex distinguis in partes, & forsitan uictor eris: apothecarij scripsisse te librum dicẽt. quid ni igitur exclamẽt Accurrite Philosophi, accurrite Poëtæ, accurrite studiosi, quicunque unquam scribendis libris operam datis, accurrite, uestra res agitur, mechanicus libros scribit, penitùsq; uerũ fit illud sapiẽtis Hebræi. Faciẽdi libros nullus est finis. qd enim fiet si mechanici passim calamos arripiunt? actũ est. ipsi boues, ipsiq; lapides scribent, Nilotica Byblus non sufficiet, siquis est pudor, dimittite illam literatis, uos si gloriæ cupiditas tangit, in uento & aqua scribite, ut ad posteros fama citius uestra perueniat. quid quærar? quid eloquar? quid dicã? desinite, quæso, qui papyros arte conficitis, quiq; tenues in membranas cæsorũ animaliũ terga conuertitis, Hetruscis expiandũ sacris infaustũ & infamæ monstrũ incidit. quid enim bicipitẽ puerũ, aut quadrupedẽ miramur? quid obstupescimus mulæ partũ, tractũq; de cœlo templũ Iouis, aut sub nubib. uisas faces? Quid Aetheis uaporib. ardẽs æquor, & eruentũ amnẽ, imbrẽq; lapideum, aut si quid tale in annalibus ueterũ reperitur? habeat suũ sæcula, nostra portentũ, mechanicus etiã libros arat. quis non Roscio deinceps artis histrionicæ librũ donet? erat & ille mechanicus, sed insignis, ingenioq; promeritus nõ modo maximorũ ducũ gratiã, sed ipsius quoq; familiaritatẽ atq; amicitiã Ciceronis, mulcebat ille oculos, mechani cus noster

eus noster aures uulnerat, agebat ille quod placeret omnibus, hic quod nulli. aut quis coquinæ magistrum indignetur Apitium, suam literis inserere disciplinã? cur enim inter culinas non scribitur, inter latrinas scribitur? cognatas res esse nomen arguit. cum autem nõ inter epulas libri fiant, inter urinas fiũt, ad quas stylo celebrandas florentissima artiũ rhetorica captiua perducitur, & quæ populos moderatur, inq; animis regũ regnat, inter Medicos ancillatur? Sed quæso te Philosophiæ atq; artium domine, quo animo Tullius Rhetoricã tot uoluminib. tãto studio tractasset, si futurã talis ingenij seruã scireti? q; uerè (nõ dicam seruã) sed famularis etiã tua sit, si aliunde nescirem, abundè quidẽ artificiosus, & hybleo melle dulcior orationis tuæ contextus insinuat. Certè q; scholis omnib. est notum, Rhetoricæ facultatis officium est appositè dicere, ad persuadendum, finis persuadere dictione. quanta autem illud arte facias, quanta hoc fœlicitate perficias, qui te semel audierit non ignorat. Sed ista suum locum inuenient, à primordijs inchoandum. excuset autem prolixitatem mei sermonis, tuæ ignorantiæ magnitudo, de qua aut nihil omnino dici debuit, aut parũ dici nõ debuit. Prima quidem libri tui pars, de teipso agit, quis, qualisue tu sis. iam idipsum cautè. sciebas te incognitum, nisi tabellionum more de teipso aliquid loq̃reris, atq; ita qua scriberes auctoritate constaret. Qui sim, inquis, perlecto hoc toto iã nosces opusculo. ô magne uir, nimis humiliter de te sentis, immò uerò cõfestim accepto in manus opusculo noui te, quẽ & ante noueram. Sed nunc scientiã tuã omnem funditus detexisti, & ut scriptum est in Psalmo: Denudasti fundamentũ eius usq; ad collũ. quid aũt de te dicas, quem te facias audiamus. Sum, inqs, Medicus. audis hæc Medicinæ repertor Apollo, uel amplificator. Aesculapi? Consequenter & Philosophus, audis ista Pythagoras, qui nomẽ hoc primus omniũ inuenisti? flete repertores artiũ, fines uestros proterit asinus insultatus, non se modo Philosophum, sed Philosophiam suam iactans, Philosophia nostra, inquit. heu quid hoc est? peiora sunt audiẽda si uiuimus. iam, ut suspicor, ad finem sæculi, propinquamus. Erũt signa in sole & luna & stellis, hoc signum in Euangelio nec fuit, quando asinus Philosophabatur, cœlum ruet. quid uis dicam? iam philosophiæ misereor si tua est, sed meo periculo iurare ausim, nescire te quid sit esse Philosophum. at ne omnia unam in partem congerã, multa etiã nunc de hac re tecũ loqui habeo. præmissi autẽ hæc, ut scires apud me Philosophum te non esse. quid uerò, quid deinde intulit audax stultus, Sephis artibus armatũ, non tãtùm corporis sed animi uitia curaturum? uenite huc qui ægrotatis, salus non semper ex Iudæis est, adest semibarbarus sospitator. & me superbum uocitas. relege nunc epistolam illam meam, quæ te furere fecit, & faciet mori quando ego uel Philosophiã uel poëtim meam, quando me aut Philosophum aut Poëtam dixi, aut aliud quicquã, quàm tuorũ morum & ingenij contemptorem, quod mihi non modo licitum sed debitum rebar.

Verecundè se solitus Rhetoricæ magistrũ dicit Augustinus, ut te Philosophum dicis ac Medicum, addis & tertium, Rhetoricæ dominum, quartũ licet addere, postquã titulis gaudes. Cloaca es magna quidem, ut est apud Senecam, & profunda. en, quod ad primã tui glorioſi partem operis modo responsum uelim. Secunda apologetici tui pars de me erat, cuius in cognitione si falleris, non miror. quis enim non tibi alius uideri possit, cũ tu tibi Philosophus uidearis? dixisti equidẽ Philosophus sum. tàm hoc uerum, quàm quod sequitur, tàm Philosophus tu, quàm ego ambitiosus, arrogans, superbus, nunquam mihi (fateor) cum populo conuenit, tanta tamen animi securitas est, ut populum non recusem, quos honores ambierim, & nõ potius spreuerim oblatos, quid mihi unquã arrogauerim? ubi superbè me gesserim? de qua re & dictum est aliquid, & plusculum dicere est animus.

Loquar autem tibi iam, nõ ut aduersario procaci & infesto, sed ut homini, nescio tamẽ an rationis ullum uestigium habenti, & dicam, q; ut puto, nõ intelliges, quoniam uicinarũ rerũ, ne dum idiotis, sed doctis etiam laboriosa discretio est. sed dicam clarius quàm dici soleat, ut si non intellexeris, cerebri tui, nõ styli mei uitium accusetur, audi ergo. Superbo libertas omnis superbia uidetur, sapiens uerò inter superbiam fiduciam discernit, & scit largiter referre, quo animo quid dicatur aut fiat. Hinc ille uir optimè sibi conscius, dũ in publico peroranti populus obstreperet. Tacete inquit, melius ego unus noui, quid Reip. expediat

quã uos omnes, quod ut animose, sic uere dictũ, aliquos qui ad superbiam traherent fuisse, à uulgi moribus non abhorret, docti autem gloriosæ fiduciæ adiscribunt. Scipio ille uir maximus, qui famosum primus agnomen ex Aphrica reportauit, capitalem causam dicturus. Primo quidem die, sine ulla criminum mentione, ut ait Liuius, orationẽ adeò magnificam de rebus à se gestis est orsus, ut satis constaret neminem unquam neq; melius neque uerius laudatum esse. quid ergo? nunquid in proprio ore laus sordebat? Audiebantur, inquit, ab eodem animo ingenioq; quo gesta erant, & aurium fastidium aberat, quia pro periculo, non in gloriam referebantur. secundo autem dicendæ causæ die, dum artius urgeretur, non modo sordidam & obsoletam uestem reorum more non induit. aut submisse iudicum misericordiam implorauit, sed cum fortè reuolutis annis dies esset, quo ipse bello Punico secundo periculosissimo omnium atq; grauissimo supremam manum imposuerat, uirtutis ac fœlicitatis propriæ recordatus, & ob hoc conscientiæ fiducia euectus, uictricem capiti lauream imposuit, testatusq; eo die, litibus ac iurgijs abstinendum, propter diei illius anniuersarium honorem, quo ipse olim cum Hannibale & Carthaginensibus benè ac fœliciter decertasset, agendasq; potius Deis gratias, precandosq; ut P. R. semper sui similes duces darent, desertis in curia accusatoribus atque iudicibus, fauente ac prosequente uniuerso populo, Capitolium & deorum templa triumphantis in morem circumiuit, non minus gloriosus ciuium, quàm fuerat hostium triumphator. rem notissimam narro, tuis licet ab auctoribus non tractatam, nec cuiquam dubium esse potest, quin inaniter effusa laudatio, turpiter sonuisset, nisi eam natura rerum, & quædam quasi uiri necessitas extorsisset.

Si Leonem latrantibus excitaturum dixi. si me omnia præter uirtutem & bonam famam solere contemnere, arroganter tibi uideor locutus, falleris ut in multis, neque enim insolenter me locutum noueris, sed fidenter, ut teipsum uel graui rugitu, expergefactus agnosceres. quid enim putas, aut quid ais? non'ne iam, reor, erubesceres, nisi ruborem tuus ille Iætheus & immedicabilis pallor excluderet? nonne ita tacitus saltẽ, ac pallidus recognoscere incipis, q; dixisse tibi uerũ uideor insolẽter, quantũ inter ingeniũ & ingeniũ, quãtũ inter calamũ & calamum intersit? Profectò autẽ ille, quem mihi assumpsisse uideor uirtutis amor ac laudis, non ociosæ iactantiæ est, sed eò pertinet, ut scias me ab ea quam mihi obiectabas adulatoris infamia remotum, cum cesset illa cupiditas, quæ tuam & multorum linguas docuit adulari. Sed hæc turpiter, quamuis uerè proprio ex ore sonuerunt, iam responsum habes. Tunc id uerè diceres, quando nulla iusta causa, sed inanis tantùm gloriæ studio dicerentur. Nunc non magis pro mei nominis, quàm pro ipsius defensione ueri dicta ferre debebis æquanimiter, & tibi parcere, quod in me arguis. Cato ultime, grauissime morum cẽsor. adde quod ego nõ mihi scientiam aut gloriam esse, sed earũ cupiditatem, neque meum tutem aut bonam famam habere dixi, sed optare, uel quod minus est, non spernere, quid hic, oro, tàm superbum notas, nisi quia tibi res insueta est, aliquid præter pecunias optari uel amari? accingere quicquid potes calumniæ, præter desiderium & affectum boni nihil mihi tribuo, quibus qui caret, sibi & alijs inutilis uiuit, si tamen dicendus est uiuere, qui optimarum sensu rerum eget, pessimarũ passionibus abũdat. Accedit quod & hæc, & siquid in me laudabile, aut si quid penitùs boni est, quamuis id tibi dolituræ inuide, in oculos ingesserim ut doleres, teste tamen conscientia, non inde me, sed auctorem omnis boni Deum laudo, neque in meipso glorior, sed in illo ad quem omnia refero, præter, defectus errores q; meos, quos mihi imputo, scit ipse me uerum loqui. Ecce in Psalmo C. XLIII. ait Augustinus, Inuentum est quomodo & me laudare possim, & arrogans non sim. Verum ut de Poëtis, quibus ut canis ad lunam latras, aliquid immiscearn, apud Virgilium Aeneas de se interrogatus, inter cætera quid ait.

Sum pius Aeneas, fama super æthera notus.

Idem apud Homerum respondisse nouimus Vlyxem. ad hoc responsum meum: tu atque alij, qui nihil de nobis loqui uerum, simul atque magnificum potestis, uel superbè dictũ ab Aenea, uel turpiter fictum à Virgilio clamaretis: sed doctiores excusant, quia scilicet ut ignorantem alloquens, laude propria pro iuditio sit usus, & fuerit ea sibi necessitas non uoluntas.

quid aũt? Nõ'ne ego etiã ignorãti se, ignorãti me, ignorãti omnia? equidẽ si uel me, uel aliquid boni nosses, nunquam me nil tibi dicentem aut dicere cogitantem, familiam tui notitiam habentem, aut habere cupientem, tàm importunis (ut repetam quod te premit) latratibus excitasses. cuius te hodie puto pœniteat, sed pudor animi retrahere pedem uetat. anxius itaq; ridiculusq; luctator, alienam quod mihi forsitan credis incognitam in tuis responsiunculis opem quæris, piget hinc percepisse, pudet inde desinere. ita tergiuersaris, incertius hæres atque ut est in antiquo prouerbio: Auribus lupum tenes. Vnũ hoc loco præterire noluerim, quod inter superbias meas ponis, indignum te mihi uisum, qui meis opusculis scribereris. uide autem, quæso, ne inter tuas potius numerandum sit, si tibi contrarium uideatur. scripsi aliqua nec desino, haud unquam desinam, dum hic digitus calamum feret, sed omissis alijs ne me rursum, de meipso magnificè loqui dicas, scribo de uiris illustribus, quale non ausim dicere, iudicent qui legent, de quantitate pronuncio, haud dubiè magnum opus multarum q; uigiliarum, etsi non ab auctore, certè à subiecta materia nominandum, nihil ibi de Medicis, nec de Poëtis quidem aut Philosophis agitur, sed de his tantùm qui bellicis uirtutibus. aut magno Reip. studio floruerunt, & præclarãrum gestarum gloriã consecuti sunt. illic si tibi debitũ locũ putas, dic ubi uis inseri. parebitur, sed uerendum est, ne quos ex omnibus sæculis illustres, quantum hac ingenij paupertate licuit in unum contraxi, aduentu tuo diffugiant, teq; ibi solo remanent, mutandus libri titulus, neq; de uiris illustrib. sed de insigni fatuo inscribẽdũ sit. Si audire me uelles, peteẽdũ potiùs ab Apuleio Madaurẽsi, ut in libro philosophãtis asini locum habeas, uel orãdus Plautus, ut alicubi, in Amphitryone te collocer, ubi syllogismos tuos explicãs, probes Byriã nihil esse, magno q; animo cõtenas, quod in meis locus tibi desit opusculis, cũ & alibi aptius esse possis, & ego nullum in tuis operibus locum quærã. Illud quoque locus hic exigit, quàm certè sit tutum, de ueritate tecum colloqui, quãq; tranquillum uide, stantibus enim scriptis obstrepere, & insidiari non pudet, quid faceres inter uerba uolantia? quid est autem quod inter multa dixisti, Me senectutem detestari? nihil hoc falso falsius. nemo me reuerentior senectutis, nemo qui ætatis illam partem pluris faciat, qui eam æquiori animo complectatur, si iam adest, si appropinquat, expectet. sed ita demum apud me uenerabilis est senectus, si ab honestis progressa primordijs, gloriosum habet aliquid præter rugas. in libro Sapientiæ, si qua tibi talium cura esset, hanc sententiam inueniss es. Senectus, inquit, uenerabilis est: tecum sentiebat, nisi addidisset. non diuturna neque numero annorum computata, ecce iam dissentire incipit. quid ergo? Cani sunt, inquit, sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata. Cato ille senex famosissimus, qui ætatis huius apud Tullium patronus ac laudator inducitur, dum senectutem operosam semper q; aliquid agentẽ dixisset, addidit, Tale scilicet, quale cuiusq; studiũ in superiori uita fuit, & iterũ: In omni oratione, inquit, mementote me eam senectutem laudare, quæ fundamentis adolescentiæ constituta sit. si hunc Philosophe reprehendis, me reprehende, secum enim sentio, nec cõtrarium dixi prorsus, mutare scripta mea non potes, quippè nec ego ipse qui cõdidi, postea quàm in publicum exierunt, mei iuris esse desierunt. quid igitur dixi? Delirare sæpius solent senes. hinc calumniæ radix, sed procede noli subsistere, lege quod sequitur: Non quidem omnes, sed quorum iuuenilis ætas, uilibus curis obscœno artificio acta est. Id sorte uerbo, tu uerum negas, facta autem probas esse uerissimum. itaque Deum testor, me nil aliud, quàm te unum dum id scriberem cogitasse, qualis enim senex esse poterit, qui mentiendo, blandiendo, fallendo q; consenuit? stultorum senium ingens copia est. scis quare? quia sapientum iuuenum immensa penuria, qui autem inter uitia senuerunt, quò ad metam propius accedunt, eò magis insaniunt. Hos ego sæpius delirantes dixi, nec mirum, si ex his in quibus usque in finem uiuitur, senectus ultima uitæ pars plus impressionis accipit quàm reliquæ, & si densiores in unum sordes suo more descendunt. propter eandem causam, qui in uirtute per omnem uitam delectati sunt, in senectute mirabiles retroacti temporis fructus legunt. & tum maxime fœlices sunt, dum esse desinunt, ut incipiant esse perenniter. hos autem constat esse rarissimos, horum q; est illa quam dicis uenerabilem senectutem.

ctutem. Reliqui uerò qui medium locum tenent, ut plus minusue in hanc aut in illam partem inclinati uixerunt, sic in senectute meliores aut peiores fiunt. itaque mille uarietates et morum infinita distantia, nec senum modo, sed iuuenum, quorum omnium naturas benè, nisi fallor, & Aristoteles in Rhetoricis, & in arte Poëtica descripsit Horatius. Hæc mihi nunc senum distinctio probatur, quæ si tibi non placet, scribe aliam summe Philosopho rum, quam in marmoribus indicamus. Certè ut ad stultos senes redeam, nunquam tu prima ætate, quanquam semper temeritate notabilis fueris, ausus fuisses, garrire ista tàm stolidè, & si in animo habuisses, solet enim adolescētiæ familiaris esse iracundia. crede igitur mihi, nil stulto turpiq; sene molestius, cui & stultitia puerilis superest, & semel accessisse uidetur auctoritas. Sed ego iam hinc ordinem tuum amplius nō sequar quippè qui nullo modo mihi uideor ordinatius dicturus, quam si longissimè discesserim ab ordine libri illius, quem mihi serio ut asseris remisisti, ut apertè conijcerem, qualis tibi repentinus ac tumultuarius stylus esset, si lucubratus ac serius talis est. Pessimum quidem in primis hominum genus, summoq; studio declinandum, quibus est stultitiæ mixta caliditas. Qui uerò huiusce modi cū aduersario mihi negocium sciebam, satis ut puto, ne quàm tibi iustā mordendi materiam loquendo tribuerem circumspexi. crebro igitur dixi, non me Medicinæ detrahere, sed tibi loquor impropriè, nihilo detrahi nihil potest, sed intellígitur quid uelim, protestationem humilem ac ueram, superbè, mendax reijcis. credo non aliam ob causam, nisi ut indignitate ipsa exacuas, & irrites ad dicendum, quod dixisse nolim, nunq; tamen efficies, ut odio turpium pulcherrima contemnem, qui contra Medicinam ipsam, mihi feceris chario rem, quod tu eā dehonestas ac polluis. Scio ut dixi nō inutile artificiū auxilioq; caduci corporis inuentū, quid hoc prohibet, illudq; simul uerū esse, te cū tuis falso illam uiolare cognomine? sophista ridicule, æquitatis argutor, æquū laudas, extra propositū uersaris. sed nullum excipio, immò aliquos. Et quos inquies? Ad tribunal prætoris urbani res agatur, quis me ad hoc coget respōdere si nolim? Nō est nunc alijs gratificādi locus tecum mihi res est, noui mores tuos, q̄s si tu æq; nosses, odio tibi esses, si scribam q; sentio compatriotis aut amicis meis me blanditū dices, nihil est enim, quod nō simile sibi fingat uilis ac uenalis animus, qualē se nouit, tales alios opinatur, qua nulla inter homines cæcitas maior, mēsura uestra fatui cūcta metimini, nec gigantem manus ædificas, nec formica cogitat Elephantem. Aliquot ni fallor Medicos ueros noui, & ingenio & ea quæ in omniū artiū arte ponenda est, discretione pollentes, quibus ut arbitror, eo molestior es, quo te præsius intuentur, & professionem suā, tua non ambigūt ignorātia deformari. esto aūt, nullos norim Medicos, nullos exceperim, quid uetat esse aliquos ignotos mihi, præsertim studijs longè alijs uacanti, & sanitatem corporis debenti, non Medicis, sed naturæ? utcunq; res se habeat, nihil ego aut aduersus Medicinam aut aduersus ministrū eius locutus inueniar, licet ut soleo, cuius libet artificij corruptores, lingua forsan liberiore percusserim. quorum in turba te latentem & incognitum uulneraui. parce oro Philosophe, non te, sed ignorātiam persequebar, eamq; non omnem, calcanda est enim ignorantia superborum, humilium subleuanda. si in hac infectatione publica, singulariter es læsus, ueniam merui, quia ignorans feci. gaudes nunc superbè, quasi affusus supplicem, rideo potiùs ineptias tuas. Ignorantium infamiam ad te trahis, cum tibi doctissimus uidearis, immò uerò ignorantiæ tibi conscius, ex me quic quid ignorantibus obijcitur, tibi merito dictum putas, & quod dissimulando fieri poterat alienum, impacientia tuum facis. Quid uero si paucos Medicos? quid si paucissimos dicam? non hoc ad artis infamiam, sed ad gloriam spectat? Non ne deberet generosus animus difficultate non territus, sed accensus, ad ipsum nomen gloriosæ paucitatis assurgere, seq; in partem raræ laudis accitum crederet? sed certè, id nō omnibus datū est, & paucissimorū prorsus ingeniorū ea raritas est amica, quāobrem, ubi nobilis exultasset spiritus, plebeius ingemuit. cur q̄soan & hic fallor? an mētior? Profectò nō solū hodie, sed semp raros ingenioſos, rarissimos sapiētes fuisse, nemo dubitet, nisi qui nunq; oculos, uel in ætatem suā intēderit, uel ad antiquā reflexerit. Stulte, nolo q; sis excidat, stulte,

inquam,

inquam, & insanè uix ulla unquam ætas uel ingeniorum uel uirtutum fuit egētior, quàm nostra, siue id culpis hominum accidit, siue fato, si tamē eo nomine uti licet, & non rectius Dei uoluntas seu prouidentia dici debet in sermone Catholico, siue denique quod tu fabulam putas, mundus iam senescens & ad extremum uergens, more senescētis hominis piger ac frigidus, in sua operatione lentescit, & tamen hac ipsa ætate, nulla ingeniorum penuria præstabit, ut tuo ingenio locus fiat, frustrà te contentionibus implicas, frustra te ingeris duello non tuo, quasi aut ego (quod nunquam cogitaui) Medicinam uerbis aggrediar, aut ipsa nō à quolibet opprimi malit, q̄ à te defendi, q eā & exercēdo uiolas, & opprimis defendēdo. incassū ergo niteris, nullus usq; famæ tuæ locus est, nemo te clamoribus tuis noscet, nisi quos elusos uerbis inanibus aut peregrinis medicaminib. infectos, tui memores in perpetuū effecisti. Duo hic, anteq; ad maiores illæ tuæ criminationis insultus ueniā, breuiter exufflāda sunt, q̄ dixisse me fingis, an somnias. Nōnūq; cōtra uerū Medicos certare, eosq; non semper curare. utrumq; enim magnis sudoribus excusas. sed ubi precor id dixi? excute epistolam meam, quod puto propter ueritatis odium grauiter facis, certè ego illam relegens, horū nihil inuenio, & de Medicis quidem aliàs: de te mihi nunc sermo est, hostis Hippocratis, pestis ægrotorū, dedecus Medicorum, de te mihi nunc sermo est. Dico igitur si non dixi, non te contra ueritatem, interdū de industria uel iocandi experiendiq; studio certare, in quo stultissimè gloriaris, sed sola semper ingenij cæcitate, neq; te interdum non curare, quod cupidè profers, quasi clypeum inscitiæ pestilētis, sed passim sanos in morbum, ægros in mortem agere. hoc dico, ad hoc mihi respondeas uelim, hoc Rhetoricæ seruæ tuæ patrocinio excuses. si enim negas, contentione dimissa, populū testem uoco. nota quippè negantibus, ut ueritas ingerenda, sic subtrahēda est uerbosæ altercationis occasio. Scio quid nunc cogitas, populus infœlix & consilij semper inops, frustra tot malis admonitus, ad te redit. quem igitur ignorantiæ tuæ in testimonium adduco? nempè non alium, neque sententiam muto, utrunque uerum est, inscitiam tuam populus nouit expertus, idem à te poscit auxilium. gaude stulte, insolens Medicus, iam non Medicus tantum, sed Deo similimus euasisti: de quo scriptum est in Psalmo: Cum occideret eos quærebāt eū, ille quidem suscitare poterat, & tu potes ut dicis. quid enim sonat aliud, quod inter inanes ridiculasq; iactantias effudisti? Vestra sæpe opera, homines uelut à mortuis suscitatos, quantū absuit quin te deum faceres? sed expecta, ego te ante huius ludi finem, in concilio deorum ponā, & diuinitate tua dignum si potero nomen inueniam, nunc propositum sequor. Impunè occidis, ergo cū suscites? sed omissis prophanis & fine carētib. nugis tuis, cur hoc populus faciat, si me roges, facit hoc prudenter ut reliqua, sapientis est uerbum. Stultorum infinitus est numerus. eorum uerò quæ à talibus fiunt, frustrà ratio inquiritur, si penitùs causam petis? illa uerè est, quam affert amicus Medicorum Plinius, quem tu spernis ignotum, & quam ego olim posui in epistola illa ad Clementē Papā, unde tota ista lis orit. In hac enim, ait sola artium euenire, ut unicuiq; se Medicum profitenti, statim credatur, cum sit periculū in nullo mendacio maius. mox ex persona populi loquens. Non tamen, inquit, illud intuemur, adeò blāda est, sperādi pro se cuiq; dulcedo. hæc est causa, quæ te populo, quē interimis forte cōmendat, notissimosq; defectus tuos cogit, interim obliuisci, dum ab ardenter optantibus incōsulte q; sperātib. salus queritur. ubi mors est, tāta est spei humanæ pertinacia, sic inanimis miserorum regnat obliuio, quā frerus multos ante diē in tartara præmisisti, qui si redeā, illi maturā de te potuerint, ferre sententiam. sed inde quidem tutus es, irremeabilis est regio, nolo tamē speres latere superstites, notus es publicè, & puto doctos frustrà temptabis, cæterorum strages minime flenda est. quod si fortè doctos aliquot turbæ miscueris, & idcircò dicas illos à mortuis suscitatos, quoniā (ut ait Cicero) hæc nostra quæ dicitur Vita mors est. & quia huius uitæ finis, melioris, uitæ principium est bonis, planè uerus esto, me plaudēte Philosophus. sed absit, ut tale aliquid cogitare ualeas aut loqui, illud itaq; uerius. Omnes qui euadunt tribuis tibi, omnes qui pereunt naturæ, ut semper habeas unde gloriēris & gaudeas miseris autem tuis, nunquā desinit unde tristentur & lugeant. Quid

nunc dicam ad reliquaę? Multas tremulãs ſententias, in me uibras, multa leuium uerborum tela contorques. quis non metuat cum tanto hoſte concurrere? nihil, ſcio, niſi uerborum tuorum fatores metuo. ſi tibi impropriè locutus uideor, quod uerborũ dixerim fœtores, Cæſari parces Auguſto, quem ſic loqui ſolitũ ſcimus, Dicis in primis me carere Logica: Non credo mihi Rhetoricam aut Grammaticam interdicas, quæ Logicæ nomine cõtinetur, quamuis & id iure tuo poſſes. O ſummũ totius ſpecimen barbariſmi, ſed eam ſolam in qua te longè præcellere ſyllogiſmi tui oſtẽdũt, mihi ſubtrahis Dialecticam quã Logicam uocas, en crimen, ô iudices, quod ſi fateri libeat, poſſim illuſtres Philoſophos proferre hãc ipſam qua carere arguor Dialecticam irridentes, eademq; poſſim apud Ciceronem oſtẽdere, clariſsimam Philoſophorum ſectam ueteres Peripateticos, caruiſſe. Sed ô ſtulte, nõ hac careo, uerũ ſcio, quid ei, quid cæteris liberalibus artibus dandũ ſit. didici à Philoſophis, nullam earum ualdè ſuſpicere. equidem ut eas didiciſſe laudabile, ſic in eiſdm ſeneſcere puerile eſt. Via nempe ſunt, non terminus, niſi errantibus ac uagis, quibus nullus eſt uitæ portus. tibi nobiliorẽ terminum non habenti, terminus eſt quicquid occurit, in ſummo te fœlicitatis gradu ſitum reris quotiens unum fortè fragilẽ ſyllogiſmum, & nihil ex nihilo cõcludentẽ, multa cerebri uertigine tota inſomni nocte texueris. tunc in corde tuo dicis inſipiẽs. Nõ eſt Deus, neq; eſt altius aſpirandum. quid enim ſcimus? Plato & Ariſtoteles magni uiri, mundum faciunt æternum, Democritus innumerabiles mũdos facit, Epicurus Deum nullum & mortalem animam, hanc Pythagoras in gyrum ducit, ſunt qui eam contrahant ad ſuum corpus, ſunt qui eam ſpargãt in corporib. animantũ, ſunt qui cœlo reddãt, ſunt qui circa terras exulare cogant, ſunt qui inferos aſſerant, ſunt qui negent, ſunt qui unam quamque per ſe, ſunt qui ſimul omnes animas creatas putent. Fuit & qui mirabilius quiddam dicere auderet, ſiquidem unitatem intellectus attulit dux ueſter Auerrois, hæc tecum dicis ſi tamen noſti hæc, & addis: Quis inter iſta diſcernat. quid mihi autem (neſcio quis Chriſtus) cominatur, quem ipſe Auerrois diffamauit impunè, quod nemo unquam Poëtarum fecit. quid aũt tanto uiro Catholici ſimplices reſpõdebunt? qui ſi ad contentionẽ uentum fuerit ſyllogiſmorum cumulis obruentur. ecce ego qui nudiuſtertius nihil eram, iam magnus eſſe incipio, iam ſyllogiſmos facio, iam Dialectica mea eſt, ad quid aliud natus erã, habeo quod petebam, iã diſputare non uereor colocutoremq; meũ ſi libet aſiniũ probe. Crede autem mihi multò faciliùs teipſum, inter hæc ergo male nate homuncio ſenuiſti, nec pudet uiuere, nihil in uita aliud agentem. Diſcite miſeri non ſpernere Chriſtũ, ſæpè ſi le nobis quis eſſet, & quid poſſet oſtendit. ô infœlix uilem tibi metã Dialecticam ſtatuiſti, ad quam tamen, mira ſurgatoris inſania, cum nunquam propinquaueris, peruenìſſe te putas ſed peruenieris, ſed à tergo liqueris Chryſippũ, quid inde tibi niſi miſerum pudẽdumq; quid enim ſtultitia peius, & quæ ſtultitia maior quàm totos dies inter puerilia uolutari ſenem, dumq; ſero domum redeas, nihil ſcire, atq; has ineptias non ante demittere quàm tibi concluſiunculas meditanti, raptim mors improuiſa concluſerit? Illam certè præmeditari, contra illam armari, & illius contemptum ac patientiam componi, illi ſi res exigat occurrere, & pro æterna uita, pro fœlicitate, pro gloria breuem hanc miſerãq; uitã alto animo paciſci, ea demum uera Philoſophia eſt, quam quidam nihil aliud quã cogitationem mortis eſſe dixerunt. quæ Philoſophiæ deſcriptio, quãuis à paganis inuenta Chriſtianorum, tamen eſt propria, quibus & huius uitæ contemptus, & ſpes æternæ, & diſſolutionis deſiderium eſſe debet. Quæſi tu, qui te tumido uocas ore Philoſophum, uel ſemel in ætate tàm lõga, ſenex delirantiſsimè cogitaſſes, nunquam aut te Philoſophũ dicere auſus eſſes, aut ibi greſſum uitæ figeres ubi nunc figis, aut artificium tuũ q; uerbis attollis rebus opprimens, tàm parua teipſum pecunia turpiter uẽditares. Philoſophi enim, ſi neſcis, pecunias ſpernũt Philoſophiã uenalẽ facere nõ potes, quis enim uẽdit quod nõ habet? Si tu eam haberes, nõ tu illam ideò uenalem faceres, ſed illa te uenalem eſſe non ſineret, nunc nec ipſa te honeſtat, nec tu eam, ſed nomen eius turpi auaritia dehoneſtas. Audis nec ſophiſta uentoſe, parce quæſo Logicæ nobilis, parce ſi te ſophiſtam uoco, res ipſa me cogit. ubi enim res uideo, uerbis contrarijs fidem non habeo. Cornutum mihi enthymema producito, ad

cito, admoue ad aculeum, cogere poteris fortaſsis ut fatear, ut aſſentiar nunquam coges, quod ego te Philoſophum credam, cum mercenariũ mechanicũ ſciam. repeto libẽter hoc nomen, quia noui, quod nullo magis ureris cõuitio, non caſu, ſed ſciens ſæpè te mechanicum uoco, & quo grauius doleas non primũ, percontare qui mechanica literis mandauerunt, ab illis digitò tibi monſtrabit locus tuus, tu tamen reſpuis, & Philoſophus uis uideri, q̃d ut aſſequaris (ludus riſu Comico proſequẽdus nõ ſemel methodi uocabulo uſus es. ô callidum ingeniũ, adoptatũ cõpendio peruenìſti, iam Philoſophũ te alij fortè dicent, ego aũt non, ſi ſingulas lineas methodis multis infartias. Philoſophũ te putabo, ineſt equidem (fateor) ſæpè etiam ſtultorum animis gloriæ quædam præceps & inconſulta cupiditas, hanc tibi detrahere non poſſum, eſt enim uoluntas indomita præcipueq; dementium. Id ſcito certiſsimè, nec eſſe te Philoſophum nec uideri, proinde omnium ſophiſmatum & totius logicæ auxilium implora, mihi prius upupã quã Philoſophũ te probabis. Miratis indocte, & quid mihi, in quis, atq; upupæ ſimile eſt? nil profectò ſimilius. uolucris galeata eſt, cri ſtatiq; uerticis, & quæ pueris aliq̃d uideat, re aũt uera impuriſsima eſt auis uictuſq; fœdiſſimi. nolo aliquid obſcœnũ loqui, nõ quidẽ propter te, qui nõ horres earũ rerũ mẽtionem, quarũ odorib. delectaris, ſed propter eos qui legent iſta uel audient. ſciſcitare aliquem, qui naturas rerum nouerit, dicet tibi auis illius cibos, inde te moreſq; tuos inſpice, teq; ipſum noli fallere (nulla enim pernitioſior, nulla capitalior fraus eſt, quàm quæ propriũ fallit auctorem) uidebis te eiſdem quib. illam reb. ali. oro iam upupa, noli philoſophari, citius philoſophabitur aſellus, certè præclarus Platonicus Apuleius, cuius ſupra memini, qui accepto ueneno, aſinum factum ſe (ut ait Auguſtinus) aut iudicauit aut finxit, in eo ſtatu philoſophatum ſe iocando cõmemorat, philoſophantem upupã nulla habet hiſtoria, Eia upupa, fac quod ſoles, rimare tumulos, cætera ſileo, Philoſophiam linque Philoſophis. putabas te Philoſophũ, fallebaris. Philoſophus (quod ipſum nomẽ oſtendit) ſapiẽtiæ amator, tu peculiæ ſeruus es: ſentis Logicè quã ſint iſta cõtraria, ſine magno apparatu concluſum arbitror, eſſe te aliud quàm putabas. Quid autem in ſomnijs philoſophando non audeas, qui colorem Medici negando, præſtringere oculos uel excuſando rationẽ hebetare non ſis ueritus? in primis pallorem negas, ita nec oculi nobis ſunt nec ſpeculum tibi. deinde ſi pallor ſit, illum Reip. imputas, nec excuſaſſe contentus gloriari incipis, quaſi philoſophicũ ſit pallere. quàm dulce Deus bonè uerũ Philoſophiæ nomen eſt doctis, cum falſum tibi tàm dulce ſit, ut inter multa ludicra te philoſophicè coloratum dicas, q̃ certè pallorẽ amantibus, magiſter amorum tribuit. unde eſt illud:

Palleat omnis amans color hic eſt aptus amanti.

Et illud alterius:

Tinctus uiola pallor amantium.

Sed ueſter longè alius pallor, & ut ſtatim audies aliunde proueniens, hunc pallorẽ nõ ego, non unus aliquis ſcriptorũ ueterum, ſed res ipſa uobis tribuit, & opinio omnium mortalium, & cõmune prouerbium. hunc tu negare uis, & quia non potes, ad philoſophos tranſfers, quaſi conſorte uitiũ leuaturus. At qui philoſophorũ principes, utriuſq; linguæ præclara facie fuiſſe uulgatũ eſt, nõ tamen hæc magnificio, ſed quæcunq; fuerit philoſophorũ facies, tu ne te rurſum ingeris impudẽtiſsimè hominũ, tu ne mihi totiens philoſophorũ cœtibus excludendus occurris. Reſpõdebo igitur rurſum tibi, quod cuidã tui generis reſpõdit facundiſsimus quidam uir. Barbã, inquit, ac pallio addã, ego ſi libet, & ægritudinem & pallorem uideo, Philoſophũ nõ uideo. Elegas planè reſpõſio. quid enim ad Philoſophiã habitus corporis aut color? habitus colorq; (ut ita dixerim) animi requiritur. tu de Philoſopho præter opinionẽ tuã propriam ac ridiculã nihil habes, non famã certè, nõ aſpectũ quamuis palleas, nõ inceſſum. ille fatuũ potius quàm Philoſophũ repræſentat, malè tutus eſſes inter canes, ſi tàm benè lepus aut ceruus quã fatuus uidereris. Poſtremò eorũ q̃ certius ſ̃pbant Philoſophũ, nil habes, nõ uitã, nõ animũ, non mores, non ingenium, nõ linguã. Vides quã nullo modò ſim paſſurus, ut nomen Philoſophi uſurpando commaculas. Perſuaſiſti autem tibi ut intelligo, prorſus te eſſe magnũ aliquid. Benè eſt, ſatis eſt tibi quidẽ ut gaudeas,

nobis ut rideamus: ſin etiam ut credamus uis efficere, facto eſt opus, philoſophiæ pars nobilior in rebus eſt, quando te contemptorem rerum caducarũ uidero, cultoremq; uirtutum, ſtudioſum ueræ laudis, pecuniæ negligentem, inhiantẽ cœleſtibus, à latrinis diuitum exulantem, tunc credere potero, quicquid uoles. Porrò enim ut Platonem ſequens ait Auguſtinus: Si ſapientia Deus eſt, per quẽ facta ſunt omnia (ſicut diuina auctoritas ueritasq; monſtrauit) uerus Philoſophus eſt amator Dei. tu igitur amens uage, intra cubiculum tuum redi, ibi Philoſophum illum quære, quem tàm temerariè profiteris, nuſquã inuenies. uerũ iſta cœleſtis & tibi hactenus inaudita philoſophia eſt. Agamus itaq; iuxta uetus prouerbium, pingui Minerua, ſic enim pingue tuum poſcit ingenium. Si cõmunia illa terrenæ philoſophiæ, aut ſi quid eorum præſtiteris, dignus eſto, qui iuxta Platonem ſedeas, Ariſtotelem doceas, Socratẽ celebres, cum Xenophonte contendas. Nunc uerò inops omnium quæ Philoſophum faciunt. qua fronte philoſophicum nomen tibi, ſiue (ut cepto hæream) uenerandum nocturnisq; contractũ chartis, philoſophici oris arrogas pallorem, tuus nempè diurnis peluibus contractus & marcidus pallor eſt, quem ſi tibi uel amicitiæ affectus, uel pauperum miſeratio, uel quàm tu fingis Reip. charitas aſperſiſſet, poſſes nõ modò non infamis ſed glorioſus etiam uideri. Nunc modici fames auri, per omnes cloacas miſerum trahit, & talem facit, ut teipſum ſi uideres horrere merito poſsis ac fugere. noli ergo Reip. ſed cupiditatibus tuis aſcribere, quod talis es, neq; ſtudium infamare, ſed uitam tuam. Procul dubiò enim acutiſsimæ Philoſophiæ, ueram rei cauſam, in aperto poſitam nõ uidiſti, & uis uidere quid in imo uiſcerum ac fibrarũ lateat, quod eſt antè oculos non uides. Oſtendam tibi ego, qui non ſum Medicus, & logica careo, palloris tui cauſam, quàm ueram eſſe ſenties uel inuitus. is per loca atra, liuida, fœtida, pallida, undantes pelues rimaris, ægrotãtium urinas aſpicis, aurum cogitas. quid igitur miri eſt, ſi tot circum pallidis, atris ac croceis, ipſe quoq; ſis pallidus, ater, ac croceus? Et ſi grex ille quondam prouidẽtiſsimi Patriarchæ colorem traxit, obiectu uirgarum uariarum, quid noui accidit, ſi tu quoq; expectas, ut ab auro dicam, immò uerò, ab obiectis. Multũ diſtuli, & libentius tacerem, ſed materia uerũ nomen exigit, quod ſi ſæpè in literis ſacris eſt, ſemel in his ſcriptum tolerabitur, ab obiectis, in quam, ſtercoribus & colorem & odorem traxeris & ſaporem?

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. CONTRA MEDICVM QVENDAM, INVECTIVARVM

Lib. III.

AVt ego fallor Hippocrates & Ariſtoteles ſecũde, aut in hoc certamine, quod tecum conuitijs tuis cogentibus ſuſcepi, prima iam leuis armaturæ tuæ acies fuſa eſt. uenio nũc ad armatos & graues ſyllogiſmorũ cuneos, in quib. uelut inequitatu electo, totã uictoriæ ſpem reponis, ut hic quoque quid poſsis appareat. Vbi illud primũ occurrit, quod unum dementiæ tuæ ſufficiẽs argumentũ erat, quãdo digreſſus à Medicinæ laudibus, quæ ſunt multæ, niſi tu eas non tàm loquẽdo quàm rudendo minueres, ſubitò furore correptus, ſine ulla cauſa irruis in Poëtas, & more tuo nota atq; ignota permiſcens, iterũ cogis ut rideã. Antè omnia quidem poſſem calũniam tuam paucis uerbis eludere, poëtas impetis, quid ad me? poëtæ reſpondeant, uel quod eſt rectius contemnant. non enim aut tu tanti es, ut tibi ſit magnopere reſiſtendũ, aut poëſis auxilio meo egeat, aut ego me Poëtam fatì es, ut tibi ſit magnopere reſiſtendũ, aut poëſis auxilio meo egeat, aut ego me Poëtam facio. neq; enim me tali dignor honore, ut eſt apud Vergilium, & ſi tu me dicas, aut alij poëtam ſorte dicere uoluerint, nihil tamen omnino mihi tecum poëticæ rei eſt. Sed quoniam hoc in

hoc in alijs meis ad te literis capere nequiuiſti, & ingenio fatigato nõnũquã diuerticula huiuſmodi, & cum ſtultis quoq; colloquia grata ſunt, inſiſtã nõ moleſtè, audiãq; quicquid inceptare libuerit. Illud primũ quæro, cũ lingua illa temeraria & pigra & uiſcoſa & pharmacis delibuta multa ructuaueris, in poëtas, quaſi ueræ fidei aduerſos uitandosq; fidelibus. & ab Eccleſia Dei relegatas. Quid de Ambroſio, Auguſtino & Hieronymo, quid de Cypriano Victorinoq; martyre, quid de Lactãtio cæteris q; Catholicis ſcriptorib. ſentias? apud quos nullũ penè manſurũ opus ſine Poëtarũ calce cõſtruitur, cũ cõtra ferè nullus hæreticorum Poëticũ aliquid opuſculis ſuis inſeruerit, ſeu ignorãtia, ſeu q̃d ibi ſuis erroribus conſonũ nihil eſſet. Quãuis enim deorũ nomina multa cõmemorent, q; temporũ qualitatẽ, gentiũq; potius q̃ ſuũ iuditiũ ſecutos, feciſſe credendũ eſt, quod ipſum & Philoſophi fecerũt, qui ut in Rhetoricis legimus, Deos eſſe nõ arbitrantur, tamẽ Poëtarũ clariſsimi unũ omnipotentem, omnia creantem, omnia regentẽ opificẽ rerũ Deũ in ſuis operib. ſunt cõfeſsi. Reſpondebis añt, neſcire te quid apud Catholicos agat, quippè qui Galieni θεραπευτικα tantũ legas, q̃ non legiſſe me dicis. ad quod illud Marij ducis eximij reſponſum accipe. Neq; literas Græcas, inquit, didici, patrũ placebat eas diſcere, quippè q̃ ad uirtutẽ doctorib. nihil profuerant, certè ſi te tua illa θεραπευτικα uel meliorẽ uel doctiorẽ, uel ſaltẽ corpore ſaniorẽ effeciſſet, dolerẽme eas literas nõ legiſſe, nũc dũ te intus & extra cõtueor, multũ uel iuditio uel fortunæ meæ gratulor, per q̃ ab ea lectione remotus ſum, q̃ te talẽ fecit, ſi talis mihi futura erat qualis eſt tibi. ſed ad Poëtas redeo. quæ ſit Poëticæ utilitas, & quis finis interrogas. larga quidẽ, nec inamæna fortè, nec inutilis reſpõdendi materia, poterã ſi nõ tibi, ſaltẽ uero ſatisfacere, & pauca tibi nõ ut intelligeres, ſed quia quæſieras uerba, piſcere, ſed non ſinis, & more lymphatici feſtinãs, quæſtionẽ ipſe tuã præcipitanter abſoluis, alijs quidẽ pluribus & unctioribus uerbis. Sed hac planè ſententia finẽ Poëticæ ſtatuens ualdè mirabilẽ, mulcendo fallere. nõ ſunt uates unguentarij, mulcere & fallere ueſtrũ eſt, ſed his ſatis ſupra reſpõſum puto. Quo deinde, quo Philoſophus noſter ruit, poëſim non neceſſariã probat, ſyllogiſmo terribili, pudet inſerere, nihil in meis literis uelim tàm friuolũ inueniri: uerte eum; tu qui multis hũc menſib. fabricatus es, probabitq; contrariũ. Malo tamen nihil immutes, perficias q; intendis, hoc uolo, hinc tecũ ſentio, ipſi q; tecũ ſentiunt Poëtæ quid enim aliud uult Flaccus in arte Poëtica, clariſsimis quidẽ uerbis, ſed quæ tibi barbarica uideantur, ideoq; illa nõ inſerui. Cæterũ ut in re ipſa tecũ ſentio, ſic in cauſis effectibusq; diſſentio, nec ſolus ego, ſed ueritas, neq; enim propter cauſam, q̃ tu putas, non neceſſaria poëſis eſt, neq; ex eo, q̃d nõ neceſſaria fatemur, ſequitur q; tu putas. Locus requirere uidet, ut repetam eam, quæ mihi antè multos annos fuit, cũ quodã dialectico ſanè, Siculo ſimilẽ q̃ſtionẽ grauiſsimè quidẽ, ſed tamen aliquantò tolerabilius delirante. Ille enim ſtyli conſcius ſcribere non audebat, tu ad omnẽ ſtultitiã promptus ac præceps, auderes ipſum uerbis inuadere Ciceronem, aut ipſum ſcriptis lacerare Demoſthenẽ, modò aliquid uideri poſſes, quãuis imperia tẽptare certamina ꝓruptæ temeritatis homullule nõ timeres. Abſtinebat ille igitur ſcriptis, hoc ſaltem uerecũdiæ inerat, multa tamen ad unius amici mei aurẽ quotidie murmurabat, quæ ad me uſq; huc, ipſius amici calamo proferebantur, inter multa quidẽ hoc erat, quod ex te nũc audio. Minime neceſſariã poëſim, q; cũ nemo præſentiũ negaſſet cõcluſit ille, enthymemate claudicante & rauco, ut illũ prorſus ex uerbis aut ſcholarẽ aut ꝓceptorẽ tuum ſuſpicer, & ait, Ergo ignobilis & indigna. idẽ uel dicis certè uel cogitas. quid enim aliud ſibi uult operoſa illa & futilis, & ante mediũ feſſa deductio, ſed q; uni fatuo dicitur, ſufficit dixiſſe multis. ò inſane, igitur putas, neceſsitas artiũ nobilitatẽ arguat, cõtrà eſt, alioqn nobiliſsimus artificiũ erit agricola. ſutor quoq; & piſtor, et tu ſi mactare deſieris, in pretio eritis. Abſit nulla uos neceſsitas in pretio ponet, nulla faciet nõ eſſe mechanicos. neſcius q̃d ſerius domeſticus, ſæpè quò uilior, eò magis neceſſarius. Clibanarius & laniſta, q̃ neceſſarij ſunt q̃ uiles. Citius philoſophiæ ſcholis & militari cingulo, quã macello & balneis ſit caritura plebecula. Ite nunc Dialectici ſenes, ex neceſsitate nobilitatem argute, ſi uidetur, niſi forte aliud ſentitis, in reb. uita ſenſu & ratione carentib. tẽptate hic etiã, ſi libet ueſtræ artis effectũ. Aſinus magis eſt neceſſarius q̃ Leo, gallina q̃ aqla, ergo nobiliores. Ficulnus magis

gis neceſſaria quã laurus, mola quàm iaſpis, ergo nobiliores. malè cõcluditis: falſum dicitis, pueriliter loquimini, quod naturæ ueſtræ & moribus & ſtudio conuenit, nõ ætati, idiotæ procaces, in ore ſemper habetis Ariſtotelem (qui credo) in ore ueſtro, quàm in inferno eſſe triſtius ducat, & puto dextram ſuam oderit, qua illa ſcripſit, quæ paucis intellecta, per ora multorum ignorantium uolitarent. ille certè, ueſtram concluſiunculam non probat, ubi ait. Neceſſario res quidem omnes, dignior uerò nulla. locum non ſigno, nam & famoſiſsimus locus eſt, & ut Ariſtotelicus inſignis. Quod uerò poëſim inter liberalia nõ admittis, potes id quidẽ philoſophiæ atq; artiũ dominus, iure tuo, ſed te Homerus ac Virgilius precant, ut eos ſaltẽ à mechanicis nõ excludas, cum (quod diſſimulare nõ potes) ſis, & ipſe mechanicus, hoc tãtũ refert quod Philoſophiã tuã eſſe dicis, mechanicũ te eſſe dicũt alij. an in ordine ueſtro Poëtas non recipis, ſi eos etiam inde repuleris durus eris. uerum ut omittam iocos, numera liberales artes, nunquid tibi (non dico Medicinã) quæ alibi habitat, & inter mechanicas ſepta eſt) ſed ipſum Philoſophiæ nomen inuenies. ſæpè inter magna, non poni, cuiuſdam eximiæ magnitudinis argumentum eſt: Dabo tibi illuſtre exemplũ ex hiſtorijs, audires, credo, libentius fabellas, quas poſt cœnam antè focum de oraculo & lamijs audire ſoles, ſed annis certè iam non puer, ſi potes aſſueſce melioribus. Apud Titũ Liuium Hannibal ipſe, uir profectò in ſuo arte doctiſſimus, dũ interrogatus, Quos fuiſſe bellorum duces omnium gentium clariſsimos extimaret Alexandrum Macedoniæ regẽ primo, Pyrrhum Epirotam ſecundo, & (quod eius de qua multa dixi, fiduciæ non ſuperbiæ fuit) ſeſe tertio nominaſſet, admonitus cur Africanum à quo uictum eum eſſe conſtabat, præteriſſet. Ita certè reſponder, ut appareat eum non obliuione uel inuidia, ſed ad ſingularẽ laudem inter magnos maximũ, ſiue inter maximos incõparabilẽ ſiluiſſe, & Africanum è grege aliorum Imperatorũ (ut ipſius Liuij uerba ponã) uelut inextimabilem ſecreuiſſe, de qua re multa dici poſſent, ſed intelligenti ſatis, non intelligenti aũt nimis eſt dictum. Ad omnes quidem eas nugas, ad quas Ariſtotelem trahere uis inuitum, non reſpõdeo. pudet enim me tui nimis, in propatulo ignorantiã habes, ſed fidentiſsimè unum dicã, neſcire te qd ſit Tragœdia, aut quid de tetrametris in iambicos tranſiſſe, cũ tamen turpe ſit docto uiro proferre quod neſciat. Redi ad cor fateberis me uerum dicere, hoc mihi ſatis eſt dicas, ſed in publico me mentitũ, ſcis tu te nihil horum intelligere, neq; hoc tibi ad crimẽ obijcerem, modò ne te talib. implicando, & teipſum perderes, & ægros tuos occideres, quia ad te non tragœdias, non tetrametra, non iambicos exigunt, ſed ſalutẽ, quã ſi haberent, puto ſyllogizando corrumperes. Quis enim ſine dolore capitis audiat, quid eſt quod hinc arguis: dicis ſcientiam eſſe firmam & impermutabilem, nec mentiris. & addis poëticam uti metris & nominibus, quæ pro tempore uariantur hinc infers, conſortio ſcientiarum ſiue artium excludendam. ô idiota omnium tædioſiſsime, quos unquam audierim, quid hic contra poëticam ſingulare? quæ ſcientia ſine uerbis, & in quibus uerbis non tantũdem uſus poteſt? An non audiſti, quod in illa de qua iam loquimur arte Poëtica ſcriptum eſt:

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere. *Cadentiq; quæ nunc ſunt in honore uocabula ſi uolet uſus.*
Quem penes arbitrium eſt: & uis & norma loquendi.

Pauca exẽpli cauſa ponenda ſunt, nõ tibi quidẽ ceruicoſe, neſcie, ſed lectori. Romulũs Romanæ urbis conditor Quirinus dictus eſt, cur? quia haſta in plũs utebat, quæ Sabinorũ lingua Quiris dicit. Cæſar Auguſtus cũ ſupremo uitæ tẽpore, ſtatu eius fulmine diſſecta eſſet, in qua ſcriptũ erat Cæſar, & prima litera cecidiſſet, remanentib. quatuor ſequentib. cõſului aruſpices, quid ſperandũ ſibi illi aũt dixerũt, centũ dieb. uicturũ & nõ amplius, q; ea litera ſignificaret, quã fulmen excuſſerat. ipſum uerò poſt mortẽ in deorum numerũ referendum, id ſignificare quod remãſerat, quoniã lingua Tuſcorum Cæſar Deus diceretur. Percurre nunc Tuſciã ac Sabinã, quære hoſtiatim, quid eſt Cæſar? quid eſt Quiris? Arabicè te locutũ credẽt. mille ſunt talia, q; ſciẽs ſileo. omniũ una ratio eſt. mutant uerba, manẽt res, in quib. ſciẽtiæ fundatæ ſunt. ſed Ariſtoteles Græcus homo mutationẽ Poëtarũ fortè ſuorum aliquã reprehẽdebat, qualia multa hodie uidemus in Theologis noſtris. hæc aũt apud Latinos Poëtas mutatio nulla eſt. quis enim noſtrorũ à Virgilij calle deſciuit, niſi fortaſsè Statius

Statius Pampinius, qui Thebaidæ ſuæ imperat, ut Virgiliana Aeneidem ſequatur, & ueſtigia ſemper adoret. lege miſer & relege locũ illum Ariſtotelicũ tertio Rethoricæ, unde male tornatum ſyllogiſmũ elicis, neq; hoc aut illud uerbum excerpas, nihil intelligẽs ut uidearis Ariſtotelem legiſſe, ſed totum locũ excute, inuenies ſi tamen intelliges, hominẽ illum ardentis ingenij, & complecti omnia cupientem, de eloquẽtia oratoria & poëtica, & quid inter eas interſit, & de his quæ utriq; uitanda ſunt, & utriuſq; uitijs atq; defectib. more ſuo multa diſſeruiſſe, de his autem quæ tu ſomnias, nihil penitùs cogitaſſe. Vnde cõcludens ait: Manifeſtum eſt, quod non omnia quæcunq; de elocutione dicere eſt, pertractandũ nobis eſt, ſed quæcunq; de tali, qualem dicimus, hoc eſt de oratoria, de hac enim in rethoricis agitur. & ſequitur ratio. De illa autem, inquit, dictum eſt in his quæ de poëtica. Ab Ariſtotele deſertus rurſus, ad Boëtium fugis, relatiuorum q; ope ſubniteris. quod ita ridiculũ eſt, ut mihi iam non magis ebrius quã phreneticus uidearis. quo enim tua hæc impertinẽs & abſurda relatio, ubi undiq; uictus ac conſternatus animo & oblitus tui, quis non riſũ pereat. ad inimicum tandem fugiens, minimè Latinis quidem aut congruis, ſed maternis atque uulgaribus uerbis idiota rudiſsimè Priſcianum in auxilium tuum uocas. Magna profectò neceſsitas eſt, quæ cogit ut ab hoſte etiam poſcas auxilium. ſed certè poſt eam quàm naufragi more palpitando arripis relationem, longeq; poſt ſcænicas illas meretriculas, abire iuſſas. Verius, inquit, ſeu meis. hoc eſt Philoſophicis Muſis, eum curandũ ſanandumq; relinquite. hoc eſt igitur quod dicebam, quodq; extra omnis relationis tuæ terminos ſedet, nulla ibi relatio, ſed penitùs diuerſa ſententia eſt. fruſtrà te digito occultas. malè tegitur omnis ignorantia, niſi inter indoctos, hæc ne inter indoctos quidem benè tegitur, hanc enim quis non Grãmaticæ limen ingreſſus puer agnoſceret? ſed ei qui Philoſophiam tàm temerè uiolauit, cur non liceat inſtare Grãmaticam? Verte teipſum quocunq; libet, Muſæ poëtarum ſunt, quod nemo quidem dubitat, at quod inſanè non reſpicis, Philoſophia ſua illas Muſas, & earũ merito, ſuũ dixit Euripidẽ, Lucanum quoq; familiarẽ ſuum non erubuit confiteri, quod niſi ita eſſet, nunquã Ariſtoteles paulò te minor Philoſophus, librum de Poëtica ediditſſet, quẽ ut auguror nõ uidiſti, ut ſcio non intellexiſti, nec intelligere potuiſti. nunquam aut Homerum Poëtã Ariſtoteles idem expoſuiſſet, aut Cicero tranſtuliſſet, aut clari quidam ſcriptores, magnis illũ Philoſophis antepoſuiſſent, nunquã aut Tragœdias Anneus Seneca tanto ſtudio dictaſſet, aut Solon ille princeps Græciæ ſapientum carminibus delectatus, tàm cupidè poſt Athenis conditas leges, & ætate iam prouecta, fuiſſet Poëticam executus. cui ſtudio ſi uacare tantũ quãtũ inſtituerat, in illa ciuilis diſſenſionis interpericuiſſet, opinor ut Timei Platonici uerbis utar, non minorem Heſiodo uel Homero futurum fuiſſe. nimis multa de re certa, tibi licet inopinabili & ignota, & in qua perdi operam non dubito, uerum ego non tibi, ſed lectori loquor, cui tàm gratus fieri cupio, quàm moleſtius tibi. nihil ſanè horum omnium neceſſarium erat, ſi uel per te ipſum noſſes, uel capere poſſes, ab alio, quæ de hac ſcænica parte Poëticæ dicuntur à multis, & à meipſo iã in pcedentib. tacta ſunt, quantũúe inter illã et heroicã interſit, Nec enim negauerim, ut in uino ſex. & in oleo amurca, ſic in rebus ferè omnibus, etiã in corporeis eſſe ſuam ſecẽ, itaq; & Philoſophiæ q̃dã ſpecies, & Philoſophi quidã uulgò habent infames, ut Epicurus totuſq; Epicureus ille grex, Ariſtippũ dico, Hermacũq; & Metrodorũ & Hieronymũ illum ſenẽ, nõ hũc q quartũ inter doctores Eccleſiæ locũ tenet. quin & ex illuſtrioribus. quidã, in multis optimo iure carpunt. Vnde Paulus Apoſtolus uerus CHRISTI Philoſophus, & poſt eũ clariſsimus eius interpres Auguſtinus, multiq; ꝙs enumerare nõ eſt neceſſe, Philoſophiã laudatã ab alijs execrant, cũ tamẽ nulla unq; philoſophia altior fuerit, aut eſſe poſſit, quãq; ducit ad uerum, q̃ noſtri cœleſti munere potius, q̃ humano ſtudio, antè omnium philoſophorũ uigilias ac labores eminẽtiſsimè floruerũt. qd ergo? q̃modo hæc ſibi inuicẽ aduerſa cõnectimus, Philoſophũ à Philoſopho reprobari? laudat Philoſophia, ſed nõ omnis, laudat uerax, fallax carpit. illa uerò nõ eſt Philoſophia, ſi fallax eſt: nõ inficior id quidẽ, ſed Philoſophiæ nomẽ habet falſum, q̃ ne qs nos fortè ſeduceret, fideliſsimus ac prudẽtiſsimus Paulus admonuit. Cauete, inqt, ne qs uos decipiat p Philoſophiã & inanẽ ſeductionem, ſe-

nem,ſecundum elementa mundi.quẽ ſecutus Auguſtinus,cum in libro cœleſtis Reip. no no,hæc ad literã ſcripſiſſet. Deinde,inqt, ne quis omnes tales eſſe arbitrareť,audit ab eodẽ Apoſtolo dici,de quibuſdã,quia ꝙ notũ eſt Dei manifeſtũ eſt in illis,Deus enim illis mani feſtauit.inuiſibilia enim eius à cõſtitutione mũdi per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciun tur,ſempiterna quoq; uirtus eius ac diuinitas.Itaq; cũ ſæpè Auguſtinus ipſe Paulũ ſequẽs, Philoſophorũ ſcripta plena fallaciarũ ac deceptionũ diceret,putas ne de omnib.loq̃retur? abſit,ibidem enim ſtatim Platonicũ dogma cõmendat,& eodẽ libro octauo,Apoſtolũ ip ſum inducit Athenienſib. loquentem,cum rem magnã de Deo dixiſſet,& q̃ à paucis poſ ſet intelligi,quod in illo uiuimus,mouemur & ſumus adieciſſe & dixiſſe,ſicut & ueſtri qui dam dixerunt,& tamẽ eorundẽ rurſus Platonicorũ ſacrificia deteſtanť,quoniã cognoſcen tes Deum,non glorificauerunt aut gratias egerunt,ſed euanuerunt in cogitationib.& ob ſcuratum eſt inſipiens cor eorum,dicentes enim ſe eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt,& immu tauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis,& uolucrum & quadrupedum & ſerpentũ. quorſum hæc?ut uideas Philoſophiæ totius par tem unicã laudari,eamq; nõ integrã,neq; tam ferociter inſultes.ad hanc enim formã, & cæ tera rediguntť.Sed ut omiſsis aliis cœptũ ſequar,in ultimo agmine poëtarũ, quidam ſunt, quos ſcænicos uocant,ad qs ꝓtinet illud Boëtij,& quicquid à quolibet cõtra Poëtas uerè dicitur.& hi quidem ipſos inter Poëtas cõtemnuntur.qui quales eſſent,Plato ipſe declara uit in ſua Rep. quando eos cenſuit urbe pellendos,ut enim conſtet non de omnib.eum ſen ſiſſe,ſed de ſcænicis tantũ,ipſius Platonis ratio audiẽda eſt ab Auguſtino poſita, qa ſcilicet ludos ſcænicos indignos Deorũ maieſtate ac bonitate cenſebat,in quo multos ſui tẽporis notauit eius generis Poëtas. ita enim ferè accidit,ut uilia quælibet multa ſint.id tamen Pla tonis iuditium, non modò heroicis atq; aliis nil nocebat,immò uero multũ proderat,quo niam uelut excuſſor poëticam ingreſſus in aream,ualido uerbiflabro,grana diſcreuit à pa leis. quando autem Homerus apud illos,quando Virgilius apud nos,aut alij illuſtres ſcæ nicis ludis dederunt?profectò nunquam,ſed de uirtutibus,de naturis hominum ac rerum omnium,atq; omnino de perfectione humana ſtylo mirabili,& quem fruſtrà tibi aperire moliar tractauerunt. nec tamen nihil in iſſipſis reprehenſibile dixerim.quippe cũ & in Phi loſophorum principibus,multa uideam reprehenſa iuſtiſsimè,hæc ſanè non artis,ſed inge nij culpa eſt.quis igitur neſcit,aut quis negat quoſdam,ut Philoſophorũ:ſic & Poëtarum in cogitationib.euanuiſſe?aut quis meretur antè ueritatis aduentũ licuiſſe aliquid errori,cũ poſt agnitam ueritatẽ, quidã quoq; Catholici magni uiri ita deuiarint,ut ipſa ueritas nun quam acrius oppugnata non fuerit quã ab eis fuit? Solet hoc interdum acutioribus inge nijs euenire,ut dum penetrare uolunt,ſuperuacua nimium, illud acumen in medio cona mine retundatur,atq; ita uel neceſſaria non attingat,ſiquis autem ueritatis amicus,ſine qua nihil uerum dici poteſt, quoniam ut ait Auguſtinus,omne uerũ à ueritate uerum eſt.ſiquis ergo talis,pio inſtigatus affectu, ad ipſius ueritatis ornatũ,muſarũ præſidio niteretur,& uel ſtylo clariſsimo CHRISTI uitã,uel ſacrũ aliud uel prophanũ etiã,modò nõ uetitum ce lebraret,q; noſtrorũ quidam fecerunt, quamuis ꝑter legẽ carminis,nullo poëtico artificio uſi ſint,quis putas id melius poſſet implere? Reſponde uir doctiſsime,oro te,& qd ſis reſpon ſurus examina. An poëta talis qualem tibi deſcribo,& qualem eſſe poſſe,& forſitã eſſe nõ eſt incredibile,an Hippocrates ipſe ſi uiueret,uel Medicorum unus, qui de urinis ſemper non ſuperficietenus ut tu,ſed profundiſsimè diſputaſſet,puto nemo eſt,niſi omnino de puduit,qui in reſpondendo hæreat. noli ergo contemnere in aliis,quod aſſequi non potes, qui miſerrimæ impudentiæ mos eſt.ſed uenerare potius & mirare, nõ tàm ſcientificos, aut ſcientiam ipſam quam ſcientiæ largitorẽ,qui dona ſua diſtribuit ut libet,& his quidem de dit numero,his autem ſingularitate præcellere. Gloriare ſi placet,neq; enim obluctor,& magis neceſſarios & plures eſſe Medicos quàm Poëtas. contrà illi gloriẽtur,& minus ne ceſſarios & pauciores eſſe Poëtas,quàm Medicos.quinetiam nullius generis ingeniorum tantam ſemper fuiſſe raritatẽ,quanta poëtarũ excellentiũ fuit,præter oratores ſolos,qui ex omnib. ſeculis pauciſsimi numeranť.de qua re,in Oratore Ciceronis clariſsimè diſputatũ eſt.

eſt.Illud in poëtica ſingulare, quod cum in cunctis artibus mediocritas admittatur,in hac una ſecus eſt. quoniam ut eleganter ait Flaccus:

Mediocribus eſſe Poëtis.
Non homines non dij non conceſſere columnæ:

Quæ méo iuditio non ultima raritas Poëticæ ratio eſſe poteſt,tibi uerò cum primum turba hominum & neceſsitate artificij gloriari cœperis,illud occurrat. multis quidem, ſed antè alios agricolis,in hac gloria cedendum. illi uos utroq; ſuperant. nolo aũt indigneris quod uos & agricolas iuxta pono,fecit idem Ariſtoteles. non ex duobus medicis fit commuta tio,inquit,ſed ex Medico & agricola.audiuit ut tanquam paria uerbis æquat tacitus cre do hæc propter reuerentiam Ariſtotelis paſſus ſis,illud impatientius feres,ſi ad propoſitũ reuerſus,cœpta peregero,& tamen loqui oportet,urget enim ueritas,calamũ reluctantem, nec ſtomachari conuenit,ſi de Philoſophis ac Poëtis dicã,ad mechanicos trahã. Habẽt igi tur & mechanici fecem ſuam.quæ nam uerò ea fex eſt? clamabis ad ſydera,dicam tamen. Tu es fex ipſa mechanicorũ.uis hoc ſtatim ſine ambagibus probem? in fundo es, in imo iaces,is proprius fecis eſt locus. Numera mechanicos,nullum ſub te niſi theatricũ uide bis,nec tamẽ ideò,ſicut præceps oris tui nobiliſsimis artibus inſultat audacia,ſic ego quam uis humilibus inſiſto,ſcio enim neceſsitates hominũ multiplices & graues,ut non immeri tò Propheta idẽ & Rex clamat ad Dominũ: De neceſsitatib. meis erue me:& undecũq; neceſsitatibus noſtris ueniens auxilium à Deo eſt.cuius dona gratanter reuerenter? ſu ſcipi debere,quis neſciat? ſiue ergo ille nobis per ſeipſum ſanitatẽ dederit,ſiue ad id exper tus Medicus,ſiue herbarum cõſcia,tremula anus acceſſerit,& ars,& arte qtiæſita uel ſerua ta ſanitas,munera Dei ſunt.Itaq; contrà Medicinã nihil omnino,quod millies dixi,& ad huc ut uideo,non ſufficit.ſi quid autem cõtra Medicos uideor,clamo,& cupio me ſtudio ſum omne genus audiat, contra te tantùm,tuiſq; ſimiles dictum eſt, diceturq; quod reſtat.

Supereſt ut illi calumniæ reſpondeam qua obſcuris delectari arguor, quaſi notitiam re rum uulgo inuidens debilioris ingenij,ad quod illud etiam affers Deos humano generi in uidere à Poëtis ſcriptum eſſe,Sed ab Ariſtotele reprehenſum.Ego quidem,ut pro meip ſo loquar,nil cuiquã prorſus inuideo,magisq; uereor ne alienus mihi liuor officiat, quàm neme meus inficiat. ſed ſub meo nomine notaſti forſan inuidiam Poëtarum. eò enim ſpectat,quod de Deorum inuidia,dixiſti,tanquam minimè mirum ſit, inter eos præcipuè regnare illã, qui eam uſq; ad ſuperos extulerunt. qua in re morem tuũ non deſerens, mul tum à ueritate diſcedis.Nuſquã ferè uel minus inuidiæ,uel innocentiæ magis,uel amicitiæ tantundem.nõ capit hic locus Poëtarum uitas.quanta Virgilij integritas?quæ nam Statij urbanitas?quæ faceties Naſonis?quæ fides Ennij?quæ Pacuuij grauitas? [redacted]uis Vari can dor?quæ Flacci diſcretio?quæ Perſij pietas?quæ modeſtia Lucani?quæ libertas atque conſtantia Iuuenalis?longum eſt ſingulos attingere,nec oportet. & ſileo Græcos, ſileo multos è principib. noſtris huic ſtudio deditos,atque in primis Pierij ſpiritus Auguſtum, quo nil clarius in temporalibus imperij ſolio ſol uidit. hic mihi quis audeat nominare inui diam,aut in tàm altos animos tantorum? hominum ſplendorem,iners & nebuloſus liuor tentet aſcendere. quod ſi fortè ſtylus inſuetus uideatur occultior,non ea inuidia eſt, ſed in tentioris animi ſtimulus,& exercitij nobilioris occaſio. Quid uerò Philoſophi,an nõ Ari ſtoteles,& qui luculentiſsimus omniũ habetur Plato ipſe,loqui poſſet apertius,ut ſileã reli quos,atq; ante omnes Heraclitũ, qui agnomen ab obſcuritate ſortitus eſt. quid ſermo ip ſe diuinus,quem & ſi ualdè oderis,tamen apertè calumniari propter metũ incẽdij nõ aude bis,q; in multis obſcurus atq; perplexus eſt,cũ prolatus ſit ab eo ſpiritu, q homines ipſos mundũq; creauerat,ne dũ ſi uellet & uerba noua reperire,& repertis clarioribus uti poſſet. Certè Auguſtinus ingenio illo ſuo,quo ſe & mularũ artiũ notitiã,& quæcũq; de decẽ Ca thegorijs Philoſophi tradũt,ſine magiſtro percepiſſe gloriať. Eſaiæ principiũ fatetur intel ligere nequiuiſſe.unde aũt hoc,niſi fortè ſpiritũ ipſum ſanctũ inuidiſſe dicas,& non potius ꝓdiſſe legentibus.de qua obſcuritate loquens Auguſtinus idẽ libro de Ciuitate Dei xx. Diuini,inquit, ſermonis obſcuritas,etiam ad hoc eſt utilis, quod plures ſententias ueritatis peric

tis perit,& in lucẽ notitiæ producit,dũ alius eũ ſic,alius ſic intelligit.Idẽ in Pſalmo CXXVI. Ideò enim,inquit,fortè obſcurius poſitum eſt,ut multos intellectus generet,& ditiores diſcedant homines, qui clauſtum inuenerunt,quod multis modis aperiretur,quã ſi uno modo apertum inuenirẽt.Idem in Pſalmo CXLVI. de ſcripturis ſacris agens,Peruerſum hic, inquit, nihil eſt, obſcurum autem aliquid eſt, non ut tibi negetur,ſed ut exerceat acceptorum.& poſt pauca. Noli,ait,recalcitrare aduerſus obſcura, & dicere, melius dicere. tur ſi ſic diceretur,quomodo enim potes ſic dicere, aut iudicare quomodo dici expediat, quem ſecutus Gregorius ſuper Ezechielem: Magnæ,inquit,utilitatis eſt,obſcuritas eloquiorum Dei,quia exercet ſenſum ut fatigatione dilatetur. & exercitatus capiat,quod capere non poſſet ocioſus.habet quoq; adhuc maius aliquid,quia ſcripturæ ſacræ intelligentia,ſic cunctis etiam aperta uileſceret,ſed in quibuſdam locis obſcurioribus, tanto maiori dulcedine inuenta reficit,quanto maiori labore caſtigat animum quæſita non ſequor omnia,quæ ab illo & ab alijs in hanc ſententiam ſcripta ſunt. quæ ſi de ſcripturis illis rectè dicuntur,quæ ſunt omnibus præpoſitæ,quanto rectius de illis quæ pauciſsimis apud Poëtas igitur ô nimium rudis,ſtyli maieſtas retinetur,ac dignitas,nec capere uolentibus inuidetur,ſed dulci labore propoſito,delectationi ſimul memoriæq; conſulitur. Chariora ſunt enim quæ difficultate quæſiuimus,accuratiuſq; ſeruantur,& non capacibus prouideẽ,dum ne fruſtrà ſe atterant,ipſa rerum facie ſi ſapiunt à limine deterreantur,unde fit ut hinc repulſi,alias uias teneant,præſertim poſtquam numerare cœperint,& hic quidẽ oblectationem animi,claritatem nominis,lucri nihil aſpexerint, nec eſt enim omniũ ſtudia iſta ſectari,ſed eorũ tantùm,quibus & ingenium & natura,& rerum uitæ neceſſariarũ,uel fortuna ſufficientiã dederit uel contemptum uirtus,itaq; alter ad agriculturam,alter ad nauigationem,alter ad medicinam tranſit,nam quid exempli cauſa euenturum putas, ſi caput illud ubi habitat ingenium tuum ſeſe ad Poëticam applicuiſſet? quantam in primis egeſtatem? (nihil enim hic uenale,nullus fraudibus locus) quot deinde paſſurum fuiſſe ludibria? quot comitum iocos,priuſquàm cuius uxor eſſet Aeneas apud Virgilium didiciſſet? hæc eſt quidem uera rei ratio,non quia latere expedit,de quo ruinoſum & undiq; fatiſcentem ſyllogiſmum extruis,ſed quia nullum fallere,paucis placere propoſitum eſt,pauci autem docti. Vis uidere ita eſſe,ut dico,nempè tum demũ auctor in pretio eſt,cum amœnis ex latebris,dulcis ſenſus eruperit,nec eſt dubium,nullam aliam ob cauſam tibi tuiſq; ſimilibus odioſam eſſe Poëticam.niſi quia uobis inacceſsibilis & ignota eſt,quod fateor,in lucro ponimus,nõ in damno:noli igitur reprobare ſtylum ingenio peruium,memoriæ habilẽ, ignorantiæq; terribilem,nam [illegible]nctum canibus dare,& ante porcos proijcere margaritas,diuino etiã eloquio prohibe[illegible]ur. ſanè illa quam memoras poëtica deorum inuidia,altioris cuiuſdam ſecretioris q; myſterij eſt,quàm putas,neq; ſolum inuidiæ deorum,ſed fraudes, bella, libidines apud Poëtas ſunt,uiciſti cauillator acutiſsimè plus confiteor quàm accuſes,ſed cum dicaris animal rationale,mortale,quamuis alterum tantum ſis,ſi placet quærenda rerum ratio eſt. Primos nempè Theologos apud gentes fuiſſe Poëtas, & Philoſophorum maximi teſtantur,& ſanctorum confirmat auctoritas,& ipſum ſi neſcis Poëtæ nomen indicat, in quibus maximè nobilitatus Orpheus,cuius XVIII. Ciuitatis æternæ Libro Auguſtinus meminit,at nequiuerunt quo deſtinauerant peruenire. dicet aliquis fatebor,nam perfecta cognitio,ueri Dei non humani ſtudij,ſed cœleſtis eſt gratiæ laudandus,tùm animus ſtudioſiſsimorum hominum,qui certè quibus poterant uijs ad optatam ueri celſitudinem anhelabant,adeò ut ipſos quoque philoſophos,in hac tanta & tàm neceſſaria inquiſitione præcederent. Credibile eſt,etiam hos ardentiſsimos inquiſitores ueri,ad id ſaltem peruenisſe,quo humano peueniri poterat ingenio,ut ſecundum illud Apoſtoli ſupra relatũ.per ea quæ facta ſunt,inuiſibilibus intellectis atq; conſpectis,primæ cauſæ & unius Dei qualemcunq; notitiam ſortirentur. Atq; ita deinceps omnibus modis id egiſſe,ut quod publicè non audebant,eo quòd nondum uiua ueritas terris illuxerat,clàm ſuaderẽt falſos deos eſſe,quos illuſa plebs coleret. q̃d & Philoſophos poſtea feciſſe,in libro Veræ religionis oſtenditur:quis enim niſi amẽs,adulteros aut fallaces ueneraretur deos? aut quis penitus crederet

crederet deos eſſe,quorum ea flagitia audiret,quæ nec in hominibus tolerabilia iudicaret? cui præterea dubium eſſe poſſet, quin peccata quæ humanitatẽ ipſam hominibus ereptura eſſent, eandem multò magis dijs talibus præriperent deitatem? belligerantes deos inuicem Homerus et Virgilius fecerunt,propter q̃ Athenis Homerum pro inſano habitum Cor.Nepos refert.credo nimirũ apud uulgus,docti autem intelligũt,ſi plures ſunt Dij,& diſcordare illos & bella inter eos eſſè poſſe, & neceſſe eſſe, ut altero uictore,alter uictus, atq; ita nec ſit immortalis nec omnipotens,conſequenterq; ne deus quidẽ.V num eſſe igitur Deum,& nõ plures,uulgus autem falli.Et ſi quis interroget, cur nõ potius palàm uulgi ueſaniam increparent? poſſum cum Auguſtino reſpondere, q̃ utrũ timore an aliqua cõditione temporum fecerũt, iudicare nõ eſt meum,ego tamẽ,& ſi ſola timoris cauſa fuerit non mirabor,cum uideã CHRISTI quoq; rẽporibus,ante Sancti ſpiritus infuſionem,ipſos etiam Apoſtolos timuiſſe. Enimuerò quod à te de inuidia Deorũ dicitur,eodem quo cætera referendũ eſt,nec mirari conueniet memorantẽ illud Pſalmiſtæ.Omnes dij gẽtium demonia.& quod ſcriptum eſt.Inuidia diaboli mors introijt in orbem terrarum.quæ nam igitur admiratio eſt iſta,inuidiſſe Deos,qui nunquam ſine inuidia fuerunt? quænam uerò preterea Poëtarum culpa, rem ueram ſi intelligatur ſalubremq; narrantium? aut quæ nam Ariſtotelica illa reprehenſio, ſi tamen ita eſt? neque enim mihi nunc, aut eius loci memoria recens, aut inter hos montes liber ipſe Metaphyſicus eſt preſens. quomodo autem conſentaneum ſit,uel Poëtas in hac linguæ libertate reprehendere,uel Deorum inuidiam excuſare, in eo libro præſertim,in quo principatuum pluralitate damnata,unus omnium princeps aſſeritur, nõ uideo ſed adducor, ut credam te, locum illum non melius intellexiſſe quàm reliqua. Hoc ego nunc de Poëtis antiquis opinabile ueriſimilimum q; protulerim. qui ſi unum Deum crediderunt, hoc ne in illis accuſas,ſi unum credentes plures nominauerunt ſeu etiam coluerunt, habes planè quod accuſes. nec ego quidem illos excuſo, ſed commune cum Philoſophis crimen dico, quod audiſti, publici iudicij metus leuat, qui firmiſsima etiam niterdum corda concuſsit, uerè autem plures Deos, tanta ingenia credidiſſe nunquam mihi perſuadebitur. Sed eſto, crediderint, errauerint (nihil eſt enim quod diſceptator indoctus & pertinax non præſumat) non id certè Poëticum ſed humanum fuerit temporumq; crimen uel ingenij, non artis, ut dictum eſt, neq; quod alio tempore atque alio ingenio, & ampliori gratia Poëtam eſſe, pium diſertumque prohibeat. Sed non ego Poëtas aduerſus fragilem & inermem hoſtem dum defendere uideor,offendo? Riſus & ſilentium, & contemptus poterant aduerſus tua tela ſufficere,nullis opus erat uerbis. ſed tacere nõ potui,ne ipſe tecum forſan in aliqua cloaca uiderer,id enim tibi Capitolij inſtar eſt. Inter ægri uentris crepitus rau[illegible]pelues hæ tuæ turbæ ſũt,hic plaudẽtis conclamãtis q; fauor exercitus,uelut de Muſarũ ruina & ſacrorum ſtudiorum excidio triumphares.Ne reſpõdeas ſtulto, iuxta ſtultitiam ſuam,ne efficiaris ſimilis ei.hoc cum ſapiens dixiſſet,ſtatim addidit. Reſponde ſtulto,iuxta ſtultitiã ſuam,ne ſibi ſapiẽs eſſe uideatur.Primũ me parũper tacitũ tenuit,ſecũdũ coẽgit,ut loq̃rer,fruſtrà quidem ut puto.Si enim deſieris,tibi ſapiens uideri,incipiens q; impoſsibile arbitror eſſe,fortè non ſtultus, Doctus fieri non poteſt,niſi q ſe nouerit atq; oderit ignorantem, defectus proprij cum dolore notitia,principiũ eſt,pfectus.Et ad hos qdem ſermones,nõ famæ propriæ periculũ, nõ mei nominis offenſa (quãuis grauis) tantũ me fateor accendit,quantum hinc ueri zelus,hinc tuæ loquacitatis inflãmauit indignitas,quantum enim ego tangebar, quicquid in Poëtis inuectus eras,poterã,ut dixi diſsimulãdo tranſire, nã nec mihi Poëtæ nomen arrogo,q; ſcio quibuſdã magnis uiris multo ſtudio nõ potuiſſe contingere, quam uis ſi fortè mihi ultrò contigerit,non reſpuam, & id ad me olim iuuenilitèr aſpiraſſe non negem,nec conuitijs tuis preſens hodiernæ lectionis meæ ſtudium tangebatur, poteram, ut aiunt,de calumnia iurare,me Poëtarũ libros ante hoc ſeptẽniũ clauſiſſe, ita ut eos inde non legerim,nõ quod legiſſe pœniteat,ſed q̃ legere iã quaſi ſuperuacuũ.Legi eos dũ tulit ætas, & ita mihi medullitus ſunt infixi,ut ne diuelli qdem poſsint & ſi uelim.Ac ne me gloriari iterũ grauiter feras, non ea laus memoriæ ſed ætatis eſt.tener admodum illos edidici, expertuſq; ſum omniũ ferè q̃ in ueſtibulo Ciuitatis Dei de Virgilio loquẽs Auguſtinus,

quem propterea (inquit) paruuli legunt, ut uidelict Poëta magnus omnium quę clariſsimus atque optimus teneris ebibitus annis non facilè, obliuione poſsit aboleri, ſecundum illud Horatij:

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu.

accedit quod in eiſdem ſtudijs agere ſenectutem, in quibus adoleſcentia acta eſt, minimè mihi magnificum uidetur. Maturitas quædam ut pomorũ, ut frugum, ſic ſtudiorũ ac mentium debet eſſe, eoęb magis, quo turpior damnoſiorque multò eſt animorum acerbitas quàm pomorũ. ſi ergo Poëtas hodie non lego, forſitan interroges quid agam? ſolet enim ſtultitia alienæ uitæ curioſa eſſe, ſuæ negligens, reſpondebo tibi præfatus, ne quod dicam ſuperbiæ aſcribas. Melior fieri ſtudeo ſi poſſum, & quia impotentiam meam noui, poſco auxilium de cœlo, & in ſacris literis delector. q̃ ſi Victorino pagano homini iam ſeni, Deo per illas alloquente, pectuſcb duriſsimũ moliente, ueram infunderũt fidem, cur mihi Chriſtiano homini, nõ poſſunt ueræ fidei firmitatem & opera & amorem uitæ fœlicioris infundere? quæris quid agam? Nitor non ſine multo labore, præteriti temporis errata corrigere, quod ſi mihi contigerit, fœlix ero, ſed adhuc fateor ab eo quo ſuſpirat animus, longè abſum. quæris quid agã? non Poëtas lego, ſed ſcribo, quod legant qui poſt me naſcentur & raro plauſore contentus, acies inſanorũ ſperno. & ſi uotiuè ſucceſſerit, quod ago bene eſt, alioquin uoluntas ipſa laudabitur. poſtremò ut aliud nihil agam, matureſcere ſalẽ cupio, ſi nondum fortè maturui. Tu autem puer centum annorũ maledictus à Deo, & elementatius ſenex, irriſus à Seneca. ibi ſenectutẽ agis, ubi pueritiam exegiſti, & fluxos nunc etiam ſyllogiſmos, filo marcente conglutinas, quos queat anus quælibet temulẽta confringere, quicquid uerò aliud quàm puerile ſtamen redoluerit aduerſaris. Itacb libellos meos homelias uocas, quaſi nomen infame meditatus, quod ſanctiſsimis tamẽ atcb doctiſsimis uiris placuiſſe, notũ eſt. At minimè mirandũ, ſi quorũ actus deſpicis. & uerba contemnis. Homelia porrò Græcæ originis nomẽ eſt, quod latinè dici poteſt ſermo prolatus ad populũ. Ego ſanè in his literis ad populũ nihil, ſed ad ignorantiã tuam loquor, ſi quo pacto poſſem, non dico illã tibi, ſed illi ſuperbiam extorquere. quis autem, quæſo, peregrinæ linguæ à te nunc notitiã requirebat, cum propriè ſis ignarus? Sentis ut cauſam tuã ago, quo ſcilicet inſolẽtem honeſti nominis contemptũ excuſet ignorantia. ò ſemper ſcholaſtice literator, nunquam literatus aut magiſter, quis enim literatus ita ſcriberet? Lege Philoſophorum libros, uel interroga qui legerũt, quis unquam ſcribẽdi morem hunc renuit? ineſt enim uerbis iliorũ uis ingens ſyllogiſtica, ſyllogiſmus nunquã aut perraro, quippe puritiam præter greſsi loquũtur ut uiri, efficatior eſt autẽ diſsimulata callidè quàm inaniter oſtentata ſubtilitas. Sed & hic excuſator licet irrequiſitus aſſum tibi, illi enim ut ſe tu autẽ loqueris ut te decet. Ecce iurgator improbe, extorſiſti ut nõ tantũ maledictis tuis, ſed etiam cogitatibus reſponderem. quædã ſponte præterij. miſereor enim tui. nam qd ſuperbo ignorante miſerius? Sed ne planè miſerear, tu facis, ita nancb iactanter atcb faſtidioſè miſeria tua abuteris, ut nulla tibi miſeratio debeatur. quomodo uerò diſsimulẽ, aut quid illi facią uanitati, qua pbare niteris, cuius contrariũ apparet in te ipſo, dũ tu loq poteris: occultari nunquam poterit? Quanta mechanici temeritas? Rhetoricam prorſus in ſeruitutem aſſeris, iam non caſtigandus ſed urendus es, ne uerbis ſed uerberibus coërcendus. Nimis inſanis Medice, crede mihi, Medico eges. Mirum quod Medicorum nullus eſt, qui curam tui ſuſcipiet, puto ſis omnibus odioſus, tecb perditum uelint omnes, Medicinæ inquam Rhetoricam, ſeruam facis, de Medicina uiderimus. Certe ipſe Rhetoricam in tuam ſeruitutem aut amicitiam nunquam trahes, quid autẽ probes, & qualiter audiamus. Per Medicinam inquis & Ethicam docemur rectè uiuere. Diſ te perdãt fugitiue. Male incipis. Medicinæ nihil eſt commune cum Ethica ſed multa contraria, quid enim ad uiuendum rectè Medicina, niſi quantũ agricultura, fortè etiam longè minus, niſi putas malè uixiſſe olim Romæ tot milia uirorum fortium, per quos orbis terrarum domitus, uirtus culta uitia calcata ſunt: qui tamen longũ in æuũ ſine Medico uixerunt? Vixerunt fateor malè, non quia medicus temporalis, ſed quia uiuificator æternus illis defuit. aliogn nulla gens melius, uel niſi malè uiuebat

uiuebat uirgo illa mirabilis q̃ carnalẽ ſuo corpori nunqb Medicinam adhibuerat. Cur autem, quæſo, medicinæ Ethicam permiſces? Tene te loco, necb fines tuos exceſſeris, quam uis nec Ethica præſtare poſsit rectè uiuere, cum id potentioris alterius Dominiũ ſit, uerum ea longior operoſiorqb diſputatio nec propoſiti huius eſt, Proſequere igitur ludum tuum, ita tamen ut deinceps Ethicam non moleſtes, ſed memineris quid ſutori terminos ſuos excedenti reſpondit pictorum famoſiſsimus Apelles, Age res tuas ut Medicus. per medicinam docemur, ais rectè uiuere, non ut congruè loquamur uel ornatè. ſed potiùs congruè & ornatè, loquendi artes diſcimus, ut uiuamus rectè. ſic nõ medicina ad has artes refertur, ſed hæc potiùs ad illam ſunt, hinc cõcludis, ſeruæ igitur eius ſunt. ò malè digeſta cõcluſio. Sic iam longius feris quàm minatus eras, necb ſolum Rhetorica, ſed omnes quotcunque ſunt honeſtæ artes, ipſa quoqb Philoſophia & Theologia ſcientiarum omnium regina, tibi ſeruient mechanicæ. Si hoc mihi pbaueris, qb per Medicinam rectè uiuere doceamur, omnes enim huc referuntur & omnium unus eſt finis ultimus, non dico ut præſtent rectè uiuere, ſed ut ad rectè uiuendum adiuuent. iure ergo illi ſeruient, quæ id præſtat ad quod omnes reliquæ aſpirent. certè ego nunc riſu & uerecundia impedior, ſyllogiſmum tibi tuo parem remittere, quo probem te uiliſsimè ſeruũ rei, quod urbaniùs poſſum dicam ſi quod alio ſpectat, & ad aliud refertur, & propter aliud eſt inuentum illi ſeruiat oportet, ut tu uis, medicina autem tua pecuniam ſpectat, & ad illam refertur, & propter illam eſt. Conclude, dialecticè. ergo pecuniæ ſerua eſt, bene tibi accidit. Turpioris rei ſeruum te facere meditabar, pudor obſtitit, ſed ò grauis argumentator, quis te talia docuit? aſſumis falſa notoriæ? & ea de quibus principaliter diſcordamus, quod magnum in argumentando uitium eſt. Primum enim ut dixi: Medicina ad rectè uiuendum nihil omnino, niſi quantum una mechanicarum corpori famulantium. Deinde quis illud diffiniuit, inter nos de quo à principio litigamus, præter enim, quod circa Medicinam nobis infinita diſſentio eſt, non ne alius ſcrupulus premit occultior? Equidem ut tibi planè conceſſerim, quod Medicina ars ſit nobiliſsima, tuqb præclarus Medicus. illa ut eſt mechanicarum penultima, ſic omnium prima artium. tu, ut non tantum ultimus, ſed hoſtis es, ſic Medicorũ omniũ ſis princeps. liceat uobis paſsim cuiuslibet neceſſariæ artis obſequio uti, & cuius utile obſequiũ fuerit, illa confeſtim uobis ancilla ſit, qd futurũ arbitramur? Ancillabitur forſan Aſtrologia, quæ cœleſtium corporum notitia, terrenis aliquam corpuſculis opem ferat. ancillabitur Muſica, quæ in hominum pulſu, fortè non inutiliter dimenſiones temporum & interualla conſideret? quæ res, uobis quia neceſſaria eſſe poſſet, ideò prorſus incognita & neglecta eſt, illam appetitis, quam nec conſequi poteſtis, & ſi poſſetis deberetis nolle. Rhetores eſſe uultis, ridente Tullio, indignante Demoſthene, flente Hippocrate, populo pereunte. ne enim in ſingulis immorer, ad litis noſtræ ſummam uenio. ſi omnes, inquam, artes, quamuis nobiles, quamuis ingenuas, tuo humili & mercenario artificio ſeruas facis, eoipſo quod utiles aut neceſſariæ propoſito tuo ſint. idcb tibi neſcio, quo iure permittitur, nuncb profectò uel ſic tibi Rhetorica ſerua fiet, quã cõſtat, ad id quo te intendere oportet, non modò nil probaſſe, ſed obeſſe quàmplurimũ. quid enim ægro longa oratione eſt opus, cui ferè uerbum omne moleſtum eſt, niſi ut iubeatur bono animo eſſe, cureturcb artis ope ſi poteſt? an forſan apothecarijs perſuadere propoſitum eſt, quibus penè maternis uerbis ſunt dictanda remedia? unum eſt, quoniam factũ tuũ, quàm poſſum excuſare diſpoſui. unũ eſt, quo in te alicuius èloquentiæ ſtudium excuſem, ſi fortè defectus tuos & Medicinæ imperitiam, non dicam ſupplere, ſed tegere putas eloquentia, & cum apertè peremeris, oſtendas culpam eſſe non tuam, ſed ægroti, ſed aſtantium, ſed naturæ. ſi præterea in morte manibus tuis aſcita, uis ſuperſtites conſolari, utrumque enim Oratorum & Rhetorici opus eſt fateor, accuſare, excuſare, conſolari, irritare, placare animos, admouere lachrymas atcb comprimere, accendere iras & extinguere, colorare factum, auertere infamiam, transferre culpam, ſuſcitare ſuſpitiones. Oratorum propriè ſunt hæc, Medicorum eſſe non noueram. ſed ſi Rhetorica tibi ſeruit, quicquid ancillæ tuæ eſt, tuum eſſe concedetur: omnia hæc igitur tua ſunt, & quæcunque alia Oratoribus aſsignantur, pluſquàm

permittitur quàm putabam, potes enim occidere, mirũ dictũ & quem occideris accusare. Sed quando hodie, nescio quomodo de accusatore factus sum excusator tuus, quid te uetat, hoc tanto & tàm capaci ingenio, ut Philosophum & Medicum, sic Oratorem esse, atque actus oratoris exercere cum gloria? Nonne ita homo es tu, ut Cicero? accusat ille Clodium ac, Verrem, & in inuectiuis Catilinam, & in Philippicis insectatur Antonium, magnos uiros ac feroces, ad ultionem quę promptissimos, & molem multorum criminum ac Reip. ruinam illis opponit. Tu defunctum unum, nec loqui ualentem, nec ulciscitur non fidenter accuses, quod seipse necauerit? excusat item Cicero, capitalium rerum reos, Deiotarum regem, Plantium, Q. Ligarium, Milonem, mille alios. tibi cur teipsum non liceat excusare? Consolatur ille sese in morte unicæ charissimæque filiæ, tu in illorum morte, de quibus nihil ad te, cur non possis alios consolaris? Facilè seipsum excusat, quem non pudet, facilè consolatur alium qui non dolet. & illud est certum quod quisque promptius se quàm alium excusat. contrà autem quisque promptius alium consolatur, quàm seipsum. si hæc ergo te mouent, studе in oratorum libris, uelis esse Rhetoricæ dominus, utilis est tibi, necessaria est, totus es, sine illa nullus es, quotidie enim facis, quo & excusator tibi sit necessarius, & consolator alteri. sed si es quod profiteris, nõ excusator tui, nõ consolator aliorũ, imò uerò Medicus, si non uulgi plausũ, sed ut debes ægroti tui respicis salutẽ, quo pergis? quid cogitas? quid agis? aut quid tibi rei est, extra terminos tuos longè? an nõ aliud semper tibi conscientia ad aurem cordis immurmurat? Iste cum quo ludis æger est, tu te Medicum dicis. quid opus est uerbis? Cura, semper dixi tibi Medice. Rhetorica quam seruam tibi uis efficere, hostis est tua, postquã Rhetores atq; Poëtæ esse uoluistis, Medicos esse desistis. Sed hæc mihi tecũ uetus est querela, cogita et recogita syllogismos tuos inanes, & uacuos inuenies. nõ probant q; uolunt, & si probarẽt tibi dedecus, ægris tuis damnũ ac periculum probarẽt. proba potius Rhetoricã tibi incognitã, quã seruã. sed ægros oculos lux serena pstringit, delectat uideri, q; esse nec expedit nec licet. An aut solidũ & uniuersalẽ syllogismum recipis unius Logica carentis? siquidẽ sicut anima rationalis, nisi rationem amiserit, corpori suo imperat, corpus autem illi seruit. sic omnes artes propter corpus inuentis, illæ autem seruiũt. Cõstat autem liberales propter animam, mechanicas propter corpus inuentas. conclude Dialecticè. Ergo Medicinæ Rhetorica serua est; habes Medice quod optabas. Sed, an ego tecum ludo, cum tu tamen sis iratus, & iocosa conclusio in contrarium cadat. Dimoueantur ambages, dicam clarè quod sentio, quamuis dentibus tuis fremas & tabescas, & mihi fortasis anceps pharmacum mineris. expediret tibi, sed multò magis ægris tuis, ut mutus esses non orator. & quod natura non fecit, faceret homo aliquis Reipublicæ amicus, linguam q; præscinderet, sumpto forcipe de altari, linguã illam insulso uix ore uersatilem qua superbis. Tum demum, curare inciperes, nunc cogitas prædicare, & quicquid prædicas in nihilum finit, fallor, immò uerò in tuam infamiam & in pernitiem alienam, certe non artis ignominiam, nec à casu, medicinam Virgilius mutam uocat. sed quoniam muta debet esse, non loquax, uos autem eò rem deduxistis impudentia uestra, ut de mutis parabolani dici meruerit is. hoc nomen iure ciuili uobis impositum, nunquam cadet. solebant Medici ueteres taciti curare, uos perorantes & altercantes & conclamantes occiditis. hæc Medicina, hæc Rhetorica uestra est, & cum nulla gens magis Rhetoricis floribus nuda sit, nulla minus illis indigeat, tamen Rhetorici & Oratores & Poëtæ & Philosophi & Apostoli ac suscitatores corporum dici uultis, & penitùs nihil estis, nisi uerba inania nugæque uolatiles. Olim quidem sine syllogismis curabantur, & propè ut tu nunc falso gloriaris suscitabãtur infirmi. hinc arbitror fabulæ locus fuit Hypolitum ab Aesculapio suscitatũ, quod eum ab extremis efficax Medicus, & uelut àmorte media reuocasset. nunc quanta mutatio? syllogizantibus uobis pereũt, qui sine uobis uiuere potuissent. sæpe iam, ne quicquam dixi, curate, medemini. eloquentiam his, quorum est propria relinquite, uestra esse non potest, & ut pro consilio consilium reddam tibi, sed aliquantò fidelius. Tu me iubes alienos fines irrumpere, ego te ad tuos redire moneo, Tu mihi consulis, ut mutato adhuc uitæ genere, Medicus fiam, rem neq

neque magnificam nec penè impossibilem, ego tibi ne unquam rhetoricæ studeas, ut tandem medicus esse incipias, quod diù te esse mentitus es. Tam decet ornatus Medicum, quàm asellum phaleræ, tibi sanè ne hinc reprehendi posses, abundè prouisum est. quisquis te disertum dixerit, idem nitidam suem & uolucrem testudinem, & candidum coruum dicat. In te ergo non facundia, sed facundiæ studium male olet, & facundiæ inimica loquacitas. de his loquebar, dum dixi non esse Medici ornatum, magis est mercatori necessarius, cuius nec ille rhetoricæ quidem studet, sed usu experientiam quærit, ac promptitudinem colloquendi. quam ob causam illud à te non sine certa ratione quæsieram, cur non potius nauigationi Rhetoricam subiecisses, si cogebas eam seruire mechanicæ? quem locum non intelligens (qui ignorantium mos est) non sine meo & multorum risu, responsionem superuacuam diffinisti.

FRANCISCI PETRARCHÆ V. C. CONTRA MEDICVM QVENDAM, INVECTIVARVM Lib. IIII.

SCiens gratissimam mihi partem maledictorum tuorum, ad ultimum reseruaui, non quia tu, quo ultimam posuisses, de ordine enim tuo, de ingenio, de stylo quid sentiam audisti. sed ut prioribus exactis, in hac parte licentius immorarer, palamque omnibus fierem, quàm sis uirtutis amicus, quàm cupidus literarum, qui mihi solitariam uitam, uelut probrum aliquod obiectas: de qua quidem duo mei libri extant, quos quoniam ad te nec peruenisse, nec peruenturos esse confido, neu perueniant uelim. de hoc ipso cogor aliquid, hic etiam ignorantiæ tuæ loqui. ita ne demens & excors, quos uituperare uis laudas? non miror, quia & quos curare uis interficis, & puto quos interficere uelle efficeres immortales. Tu mihi ergo uesane, & omnis boni expers, inter aceruos iurgiorum etiam solitudinem exprobrasti. fecisti optimè, quamuis pessima uoluntate, libenter hoc crimen fateor, sum solitudinis amicus, talem me genuit natura, accessit consuetudo naturæ æmula, accessit studium & iugis cura, magno nisu animi semper incubui, ut quantum fieri posset illa contemnerem, quæ te moribũdum, marcidum, semianimem in urbibus captum tenent. Solitarius sum fateor, immò profiteor & solitarium esse iuuat, uixque ullam uitæ dulcedinem, urbano in strepitu ac fragore percipio, addam quod non postulas, uix de homine præsertim studioso benè æstimo, qui non si absque intermissione honesti officij datum sit, cupide interdum à procellis ciuilium curarum in solitudinem uelut in portum fugiat. habes igitur quod est accusatori maximè optandum (ut Cicero ait) confitentem reum, neque confitentem modo, sed sese nouorum insuper criminum coaceruatione spontanea deferentem. sed expecta, noli uictoriæ lætitia inflari. sæpè probauit actor quod non probasse præstabat, & facti uictor in iure succubuit. Probas me fatente ac fauente, quod intendis. sed an hinc in meum, an in tuum caput redundet infamia, nondum probas. proinde pædagogum tuum, senex puer ut arcessas consulo, multis hic tibi syllogismis claudicantibus opus est, ut uel irrisor uitæ solitariæ clarus sis, uel sectator obscurus. incipe, aude, noli trepidare. Logicus es, Philosophia tua est, Rhetorica tibi seruit, & quod omnes titulos tuos transcendit, summus es Medicus, confice ridiculum syllogismum, qui sæpè mortiferum poculum confecisti, & si nescis, melius, dic ita: Quod naturæ aduersatur, malum sit necesse est, cum natura sit optima. solitariè autem uiuens naturæ aduersatur, secundum quam politicum animal est homo. Mala igitur solitudo. ad hæc, Constat quod carere

bonis eſt miſerum. Multa uerò in urbibus bona, eſſe certum eſt, quibus ſolitarius caret. Miſera igitur ſolitudo. adde ſi placet. Vt utilis eſt qui multis prodeſt, ſic inutilis qui nulli, habitator uerò urbium, uir bonus, multis prodeſt, ſaltem exemplo: Solitudo autem ſeu ſancta ruſticitas nulli, niſi ſibi prodeſt, teſte Hieronymo. Inutilis ergo ruſtica ſolitudo. uide ut periculoſum eſt cum ſtulto multum colloqui. Ecce iam ſenſim ipſe ludens, ad ineptias tuas labor, & dum te æmulari ſtudeo, propè tui ſimilis factus ſum. ſed quoniam ex perſona tua loquor, excuſor, & fatebor ingenuè, nulla arte, nullo ſtudio ſimulare poſſem uſqueadeò ſtylum tuum, quin prima fronte diſcernerer. Ita mihi neſcio, qui θεραπεύτικαν inſibilas, quod roſtris perorantem Tullius facilè poſsit expellere. Syllogiſmos autem tibi texui pharmacum oleant, ſtomachumque ſubuertant. cæterum hos ludos hasque tendiculas puerorum, ridendo præterire magnificum, puerile diſſoluere, tamen quia cum pueris pueriliter, & interdum quod nutrices ſolent, bleſo ore loquendum eſt. & hic parumper inſiſtam. An naturæ ſemper obſequendum, an uerò nonnunquam ualdè etiam reſiſtendum ſit, non huius temporis eſt quæſtio, tu eam fortè Philoſophorum princeps, in aliquo tuorum uoluminum uentilaſti. quæ enim Philoſophiæ locum rear à tanto Philoſopho prætermiſſum? ſed ſit naturæ obſequendum, ſitque homo naturaliter animal politicum, nihil tamen politiæ obeſſe, ſolitudinem ſtudioſorum hominum, qui proculdubiò rari ſunt, ſæpè etiam multum prodeſſe compertū eſt, plusque uirū unū ſolitarium conferre Reip. quàm centum quilatrinis aut tabernis aut lupanaribus obuerſent. neque enim ſolitudinem loquimur, cunctis hominibus infenſam, qualem Bellerophontis accepimus, qui uniuerſo generi humano odium indixerat, aut Thimonis neſcio cuius (obſcurum enim nomen habet) qui, ob id quod omnem amicitiam ſperneret, nullumque diligeret, ab Athenienſibus lapidatus traditur. non hanc ſolitudinem loquimur, ſed tranquillam & mitem, & ab hominum uitijs non ab humanitate ſemotam, Ecce nunc tu per uicos ruis ac plateas, & quaſi ad currendum nati ſimus, me in ſolitudine ſedentem, inhumanum putas. crede mihi, (ſi placet) plures te quotidie impetunt, plures meliores que me diligunt. & niſi gloriari tibi importunè nimium uidear, dicam quod multis eſt notum, tales ad me uiſendum uiros in hanc ſolitudinem ueniſſe, & præter me unum hic cupidè fuiſſe, tales etiam miſiſſe de longinquo ad cohortandum me, noſcendumque quid agerem, qui te ſi ultrò illos adeas, ægrè uiſuri ſint, nihil dicturi, modicum reſponſuri. Sed tranſeo ne te nimis affligam. hoc autem non eſt ut glorier, cum omnis honor in honorante ſit, ſed ut ſcias multos ruris amatores, etiam in urbibus charos eſſe, multos habitatores urbium, ipſis in quibus habitant urbibus odioſos. Ita non aduerſam ſolitudinem politiæ, meque licet ſolitarium, & amare bonos noueris, & ab illis non minus amari, quàm ſi cœno oblitus ac ſudore, & nunc huc, nunc illuc more tuo diſcurrens, prehenſarem homines, loquendo caput omnium obtunderem, nullum dormire ſinerem, cunctis liminibus inſultarem, & quem ſemel arripuiſſem, tenerem occideremque tenendo, ut ait Flaccus:

Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.

In eo quidem. quod bonis urbium carere ſolitarij uidentur, nolo quæſtionem antiquiſſimam renouare, quæ inter Peripateticos ac Stoicos, multis iam ſæculis fuit, eritque per ſæcula. Illis ſummum que, his ſolum bonum dicentibus eſſe uirtutem. quæ ſi uera ſententia eſt, quibus quantisque bonis careat ſolitaria uita, quiſquis uera bona urbium numerat ac metitur, intelliget. Sed quia te poſt Ariſtotelem, tempore, ingenio etiam primum, & cum additamento Iogicæ Peripateticum ſcio, concedam nec de hoc ipſo nouiter litigandum ſit, eſſe præter uirtutem bona, quibus urbes abundare non negem, in quibus fornicem, balnea, macellum, mulſum, adipem, pulmentum, & quæ ſunt ſimilia numeratis: Verum his carere apud uerè realiterque philoſophantes, non modò non miſerum, ſed magna etiam ſolitariæ fœlicitatis occaſio eſt, ſimul ut cum his ueſtris bonis & alijs careat urbanis malis. Et quænam ſunt iſta, in quies? quis dinumeret? Illis caruiſſe non eſt parum, quæ ſi ad literam intelligas, non mediocris quemlibet fortunæ uirum, ſed Dauid

Dauid regē, ex urbibus in ſolitudinem pepulerunt. quæ nam uerò hæc? Nempè iniquitas & contradictio in ciuitate, & labor in medio eius, & iniuſtitia, & non deficiens de plateis eius uſura & dolus. Iam quod ſequitur reſponſione non egget. ſancta ruſticitas ſibi ſoli prodeſt, ſtudioſa autem ſolitudo prodeſſe poſſe, quàmplurimis non negatur. Et ipſe Hieronymus, qui hoc dixit, quantùm ſolitudine delectatus, & quantùm ibi mundo utilis fuerit, ſciunt omnes. Sed quia non poſſunt omnes eſſe Hieronymi, & ſi magnum nihil in ſolitudine generatur, tantū ut uiuatur innocuè, uitentur incentiua libidinum, quibus porticus ciuitatum ac theatra flammeſcunt, parùm ne tibi forſitan uideturque apud me multo quidem optabilis eſt ſolum ſaluari, quàm perire cum multis. Sed iam ſatis eſt, iam te ægrum ægris tuis linquere meditor, illi tē conficient, tu illos. Caret ſolitudo multis uulgi uoluptatibus, ſed abundat ſuis, quiete, libertate, ocio quamuis uerum ſit quod ait Anneus: Ocium ſine literis mors eſt, & uiui hominis ſepultura. & profectò ſolitarius idiota niſi forte CHRISTVS, ualdè continuè ſecum ſit quantolibet ſpatio terrarum, ſine ullis uinculis uinctus eſt. unde non miror, id tibi uitæ genus inuiſum: quid enim hic ageres, niſi numerare horas, & quærere quando cœnatum ſecundum regulas tuas, quando cubitum ires. quem circumſcribere, ſeu cum quo clamare poſſes, nullus occurreret, tecum loqui neſcires. Id enim eſt hominum paucorum, & tamen ijs eiſdem in locis parua fateor, ſeu uerius nulla copia. Sed nonnullo nec paruo quidem amore literarum, tàm benè tàmque prædulciter mihi eſt, ut ſi ſtatum animi mei noſſes, putem te horam qua natus es, odio habiturum, quę te illā miſeriā & infœlicē uitam proiecit, & propter pecuniæ paruæ ſpem pmagnas rapit anguſtias. qd ergo locutus es miſerabilis ſenex? qd in me damnaſtis? Amarōt ſolitudinem Patriarchæ, Prophetæ, Sācti, Philoſophi, Poëtæ, Duces, Impatoreſque clariſſimi. Imò uerò ſolitudinem quis non amat, niſi qui ſecum eſſe non nouit? odit ſolitudinem quiſquis in ſolitudine ſolus eſt, timetque ocium quiſquis nil agit. quantum uerò habeat unde triſtetur, qui ut gaudeat turbam quærit, planè miſer eſt, qui fœlicitatem ſperat à miſeris. ô mendice, dico Medice, qui, te naturæ conſcium Philoſophum uocas, ſic ubi nam ſit uera fœlicitas didiciſti? Certò non opus eſt turbis confuſiſque clamoribus, non theatrico ſtrepitu, non uulgo inter miſerias plaudente, non quadrigis fundamenta quaſſantibus, non cruento foro, non nidore fumantium popinarum, & olentium acie coquorum atque aromata tranſmarina terentium, quos uobis exceptis, neſcio an efficaciſſimos omnium miniſtros mortis appellem, nihil his omnibus eſt opus. Intus in anima eſt quod fœlicem & miſerum facit. hinc illud poëticum dignè laudatur: Nec te quæſieris extra. conſtat autem nihil melius eſſe animæ, quàm dum amoris obſtaculis, uitæque compedibus, in Deum atque in ſeipſam, libera tandem & expedita conuertitur. Enimuerò id dum ſumus in terris, nuſquam melius quàm in ſolitudine fieri poſſe, & ſi tu non capias, fatebuntur experti. Illud quoque Platonicū, ab Auguſtino relatum et laudatum notiſsimè uerum eſt, non corporeis oculis (ut uerba etiam ipſa ponā) ſed puramente ueritatē uideri. cui cum anima inhæſerit, eam beatā fieri atque perfectam, ad quam percipiendā, nihil magis impedire, quàm uitā libidinibus deditam. quæ ſententia à Virgilio, quam tu ſpernis ut ueſpertilio aquilam, ſimia leonē, elegātiſsimè ſub allegorica nube recōditur, quē locū ptereo ne cerebellum tuū mole rerū opprimā, quam doctrinā, ab Archyra Tarētino magno in primis & præclaro uiro, didiciſſe Plato ipſe potuerat, dum illū Pythagoreoſque alios uiſendi diſcendi que gratia in Italiam ueniſſet. ille enim, ut apud Ciceronem Cato meminit. nullam capitalem peſtem, quā corporis uoluptatem hominibus dicebat à natura datam. Deinde enumeratis malis, quæ ex uoluptatis radice naſcuntur, illud addebat. Cum homini ſiue natura, ſiue quis Deus, mente nihil præſtabilius dediſſet, huic diuino dono nihil tàm inimicum eſſe, quàm uoluptatem. nec enim libidine dominante, temperantiæ locum eſſe, neque omnino uoluptatis regno uirtutem poſſe conſiſtere. quibus ita ſe habentibus, nec illud ambigitur, & quod beatam perfectamque animam fieri uetat, ſummo ſtudio uitandum & uirtutem in proprio non inimicæ ſuæ regno eſſe quærendam. Iam illud, ne probari quidē eſt neceſsè, ciuitatem libidinū eſſe ſentinam, omniumque ibi turpium uoluptatum

illecebras ſcaturire. Piget nunc pudetq; concluſiunculas infantiles, tuo more ſubnectere. tu qui Logicam ſpuis, facilè conſequentiam uides. At ne nimis urgeam, excuſare nunc etiam iuditium tuum libet. profectò enim ſolitudinem odiſſe mechanici eſt, facis fateor, q̃ te decet. ubi enim niſi inter turbas credulas fatuorum, ingenioli tui mercimonium oſtentares? poſſes hic quidem eſurire, totius anni mendacia, una te luce non paſcerent. Iure igitur locum fugis, moribus tuis aduerſum, illud iniuſtè agis, quod inter ſtudioſos literarum ac mechanicos non diſcernis. linque ſolitudinem his, quibus nec falli nec fallere eſt animus, qui nec pauperiem timent, nec diuitias uenerantur, ſed utrunque paribus ſpatijs delectantur aſsiſtere. qui honeſtiſsimam uoluptatem ex libris, ex ingenio, ex animi agitatione percipiunt. Tu autem nullo prohibente habita, ubi te matutina mulierc̃larum cohors in publico ſedentem adeat, circumſtrepat, interpellet. Tu pro tribunali ſtricto, pallido labello, elatoq; rugoſo ſupercilio ſuſpirans, exanimes, quid ea nocte quis minxerit, & quis tandem quaſſanti capite, ſententiam feras, ille peribit, iſte curabitur, quam cum falſam finis oſtenderit, apud te non prius mendacium quàm excuſatio ſit inuenta. ſin uera forſan euaſerit (fieri enim non poteſt, ut quiſquam tàm plenus mendaciorum ſit, quin caſu ſaltem ueri aliquid multiloquio miſceatur) exultes ac tumeas, ipſumq; te putes Apollinem & Delphis oraculum proceſsiſſe, non es itaque totus amens, locum tibi aptiſsimum delegiſti. Habitant reges in urbibus præſidesq; terarum & iudices, quique coërcendis uulgi moribus præſunt, quos Reip. neceſsitas excuſat, horum præſentiam requirentis. habitant ibi aliquo graui negotio detenti, hos propriæ ius neceſsitatis abſoluit. habitant ibi uoluptuoſi atque cupedinarij, quibus placet fornix & uncta popina: ut ait Flaccus: Habitant ibi circumſcriptores, mimi, fures, totumq; id genus. ibi poſtremò habitant mechanici, quibus omnibus propoſitum unum uel fallere uel lucrari, tibi utrumque propoſitum eſt, quod intendis, alibi non potes. Fuge igitur ſolitudinem, urbes ama. quinetiam ſi quid mihi credis, illic tibi non ſuburbium elige, ſed plateam: quid multa? doctos ut ſcopulum caue, habita inter ſtultos, ue nator nemora, piſcator aquas, ſequitur lupus indefenſum gregem, circulator mimos, fur & impoſtor diuites, ſtultos, credulos inſequit̃, nihil ſanè circulatori grauius, quàm ludum ſuum ab aſtante cognoſci. hic ne me omninò ruſticum putes, quia rure habito, hinc illud uenenum uiſceribus tuis ſparſum, quod te quieſcere non ſinit. cum enim Pont. Max. hinc morbo, hinc quorundam fraudem uel ignorantia circumuentum cerherem, eum certè fideliter ut res docuit fruſtrà prænonui, licet enim tunc euaderet, in eoſdem tamen laqueos mox reuerſus, utiliſq; conſilij uel immemor uel contemptor, totum ſe uobis tradidit, ubi quod ſæpè accidit melior pars numero uicta eſt, tuaque & cæterorum ignorantium prævalente ſententia, intempeſtiuis remedijs, & immodica (ut fertur) ſenilis ſanguinis rapina, illum ſi ſineretur, adhuc fortè uicturum, Pontificali ſollicitudine liberaſtis, ita breui tempore, caput mutauit Eccleſia, & antequàm nos noſtræ contentionis, is unde cõtentio orta erat uitæ ſuæ finem repperit, te iuuante, hoc quenquam animaduertiſſe fers grauiter. ſed certè non ſolus ego ludos ueſtros intelligo, quid ſoli mihi iraſceris, an quia ſolus è cunctis ludo aſtantibus, mutire auſus ſum, ut qui fallebatur aduerteret? habes propè iuſtam iracundiæ cauſam, circulator, pulueremtuum circulum q̃ue tuum detegere, quin etiam ſpargere, atque ſtringere uolui, fateor feciſſemq;, ſi mihi creditum fuiſſet. Vnum tibi ſatis inculcare nequeo, nec enim decies repetiſſe ſufficiet, Si in me rabies tuæ ignorantiæ ſibi conſcia, linguam urgebat, quid Poëtæ meriti, quorum nec aliquem noſti, nec aptus natus es noſcere? Vt ſim ego Poëta, quod tu potiùs dicis, & ego patiar quã credam, quid tamẽ audio? non ego te carmine aut ullo Poëtico mucrone confixeram, ſed pedeſtri ſoluroq; ſermone læſerã. quod q̃ maius impatientiæ tuæ ſignum fuerit, non ad te, ſed ad alterum tranſmiſſo, neque enim de te, ſed de ignorantibus atque diſcordibus, quorum tunc ego te principem neſciebam. quotiens tibi iam dixi fruſtrà deſpumas in Poëtas, aërem uerberas, in uentum furis, neq; enim poëticæ læſus. ò cerebrum plumbeum, hoc non potes intelligere, cum Philoſophia & logica tuæ ſint. Miraris ſi te ſurdum cæcumq; aut ſi ſaxeum uocem, quid tecum amplius quàm cum

cũ aliq; ex his ſcopulis Sorgiæ impendentib. loq; iuuat? niſi q̃d ille aliquid fortè, tu nihil ad q̃ſita reſpondes. Læſerim ego te, quid poëtica meruit? ſim Poëta, telũ illud ueritatis (ut uideo) altè deſcendit in cor tuũ, nõ loro poëtico, ſed nuda manu, & uerbis puris, atq; ſimplicibus miſſum erat Philoſophe ingens, q̃ro à te. An ſi tẽ Muſicus nõ cãtu, ſed uerbis offenderet, uel Ariſtoxenũ, uel ipſam Muſicã cõdẽnares? an ſiquis Aſtrologus nõ quadrãtẽ æneum, ſed baculũ tibi quercinũ in caluitiũ impegiſſet, maledíceres Ptolemæo? an ſi te uel agricola nõ ſtiua, ſed ſaxo feriat, Heſiodum carpes aut Palladiũ? Vel piſcator nõ hamo, ſed gladio petiat Petro detrahes aut Andreæ? an ego q̃a tu mihi oles, Hippocratis uel Aeſculapij memoriã lacerabo? ſatis eſt aduerſariũ ferire, etiã ne ob unius hominis odiũ, humanum omne genus oderis, multos q; tibi hoſtes feceris, impar uni hæc repetere uiſum eſt, ut q̃ ingenio nõ potes, crebra ſaltẽ repetitione cõcipias. Te dũ me inuaderes iratũ fuiſſe, dũ poëticã laceſſeres furioſum, utrobiq; nõ modò mẽdicũ literarũ, ſed omnis inopẽ rationis, & cũ Poëtis quidẽ deinceps ut libet, mihi iã parcere poteras, odij cauſa ſublata eſt. hacten⁹ enim ludũ tuũ uolui impedire, nec potui, poſthac impedire, nec cogito nec oportet. Hunc enim Põtificẽ habemus, qui, ſi uerũ audio, nugas tuas nõ pluris faciat q̃ ſint, quiq; uel innata prudẽtia uel exemplo nouo & inſigni tales facilè uitet inſidias. Finis iam huius ſermonis eſſe poterat, & ut arbitror tempus erat, ſed ubere atq; p̃gnanti elo quio tuo retrahor, ſic facẽ tè tanta; q; arte me detines, ut abire nequeam abs te: Quis enim tàm mutus ut illi ioco non reſpõdeat, quo deſpõſaſſe me dicis fontẽ Sorgiæ? clare Philoſophe, nõ locũ hũc aut illũ, ſed tranquillitatẽ mẽtis ac libertatem ſequor, quas tu neſcis. Illas ego nõ tantũ ad Sorgiæ, ſed ad Nili fontẽ q̃rere. nõ grauabor, Ibo q̃ nec Alexander mittere, nec Cambyſes potuit peruenire, nõ me rubicũda peruſti zona poli, nec epularũ defectus impediet, q̃ cauſa duplex cœpto arcuiſſe legit̃ tantos reges, & eſuriens & peruſtus, ſi ibi illas eſſe nouerim, ad tranquillitatem animi libertatem q; perueniam. ſcio tamen eas non in locis, ſed in animis inueniri, uerũ ad id conferre aliquid loca ſalubria & quieta, non dubito. Cur, inquies, aſperiore loco habitas? cur molliorib; nõ uteris, ſi reddẽda nũc etiam uitæ ratio eſt, nec dũ manum ferulæ ſubduximus, dicam de multis unam cauſam legiſſe, neſcio an intellexiſſe potes apud Senecam, honeſtius Scipionem Liternis exulaſſe, quàm Baijs. non eſt unam rem amantis contrariam ſponte ſequi. non eſt igitur aut uirtutem adepti, qualem me non eſſe lugeo, aut ad uirtutẽ ſuſpirantis, qualem me ſi permiſeris non nego. Nõ eſt, inquam, ad uirtutem ſuſpirantis ultrò degere, ubi uoluptas inimica uirtutis imperet, quid ergo? Nemo inquies bonus in urbibus? nõ dico id quidẽ, ſed innumerabilis mali, à quibus non modò proficientem, ſed perfectum quoq; ſi poſsit ſecurius ſit abeſſe. accedit, q̃ nec ita rure relegatus ſum, quin ſæpius q̃ uellẽ amicorũ precibus ad urbem retrahat, ſæpè & ſpõte mea uager, uitans locorum alternatione faſtidiũ. Facti mei cauſam audiſti. ò ſi te nunc ſciſciter, uiceuerſa quid tu latrinas omnes ambire nunquam deſinas, qualem mihi expedies rationem? Dices ſanare Remp. quam ægram fateor, à te ſanari poſſe nego, niſi quantum te ſpero, quotidie multis illam dementibus, ueluti corpus infectum dãnoſis, humoribus exhaurire. Quem ue rò non curis exonerent, impleantq; lætitia ſpeculationes illæ tuæ pulcherrimæ. quarũ prima eſt. An in ſolitudine habitãs ſim Deus an beſtia. Diffinisq; nõ Deũ. Sed audite q̃ſo Philoſophi rationẽ, quia Poëtas ſequor, ut dicit, & nõ ꝓbat. ergo ſi Poëtas nõ ſequerer Deus eſſem. Tu igitur qui nec Poëtã nec ipſum Poëtæ nomen intelligis, quis deorũ es? certò ſi ignorantia Deũ facit, tu nõ ſolũ Deus, ſed Deus deorum iure uocaberis. Quæro autem, q̃ apud Lucanum de Nerone ſcriptum eſt, quis Deus eſſe uelis? nõ reſpondes, perplexus es, dabo tibi conſiliũ, lege Varronis uel (q̃a illos non habes) Auguſtini libros, inueniesq; tibi placitũ aliquod dei nomen. Deus enim eſſe nõ prohiberis, q̃a Poëtas negligis, magna ibi Deorũ copia, & nominũ multa uarietas. ſi me rogas, quia in his paulò forſan exercitatior ſum, tria tibi deorum nomina utriuſq; ſexus excerpſi. Eſto uel Pallor, uel Cloacina, uel Febris, hæc te citò utinam ò ſtudium caput arripiat, ut perſtrepere deſinas, & tuo periculo experiaris, quibus remedijs abundes. O inſenſate non ſum Deus, niſi forte eo modo quo propter intelligentiam & actum Ariſtoteli uidetur homo mortalis Deus. quod ſi beatus eſſem, utique Deus eſſem. iuxta illud Philoſophicum Seuerini; Omnis beatus Deus.

natura

natura quidē unus, participatione uerò q̄plurimos esse nil prohibet, q̄ ab Augustino habuit Psal. CXVIII. Non enim ingt existētdo sunt homines Dei, sed fiūt participādo illius unius q̄ uerus est Deus. certè peccatis effectū est, ut cū audissemus. Ego dixi dij estis, et filij excelsi omnes, illud cōtinuo tristius audiremus. Vos aūt sicut homines moriemini. ac ne qs principatui potētiæq̄ fideret, additū est. Et sicut unus de principib. cadetis. itaq̄ ꝓfundissi me speculator, nō sum deus, nec semideus qdē, qualē Lucanus Pompeiū, Labeo describit Herculē & Rom. & de Philosophis Platonē. nunq̄ miser in has insānias cecidisses; si aliquādo cogitasses, q̄ grāde negotiū sit, licet excellentib. ingenijs, diuinitatē nō dicā assequi, sed etiā cōtēplari, si semel legisses, illud p̄clare dictū à Platone, ab Apuleio relatū, & ab Augustino in Libro de Ciuitate Dei positū: Deū esse summū omniū creatorē ipsumq̄ solū esse, q̄ nō possit penuria sermonis humani, q̄uis oratione uel modicè cōprehēdi, uix saltē sapientib. uiris, cū se uigore animi quātū licuit, à corpore remouēt, ad intellectū huius dei. id quoq̄ interdū, uelut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine, lumē candidū intermicare: qd tibi Medice uidet. qd de hac urina iudicas Platonis, certè Augustin⁹ medicus animorū, sani hominis eā cēset. quāobrē nō sū deus ut dixi, q̄ppè nec idoneus cōtēplator dei, nō si tā sapiēs sim quantū tibi sapiens uideris, qd ergo? Opus exiguū Dei sum, cultorq̄ uti nā, bestiæ uerò titulū ne me te uiuēte merebit. Sed eloquētiæ tuæ nihil est arduū, nomen tuū mihi tēptas ingerere, & quē nō exhilaret urbanitas tua, dū me interrogas, An sim leo, q̄a scilicet ut dicis, id rei pōsionis principiū p̄ferebat? atq̄ cōuitiator mordax & friuolæ, siue me leonē uoces, nō mouebor, sciēs q̄ in scripturis sactis. quorū non ignarus modò, sed hostis es. CHRISTVS Leo dicitur, siue me leonē neges, nō irascar, memor q̄ in eisdē scripturis, Diabolus est leo. ô insulsi sales auctoricq̄ suo simillimi, qd ais, nō potes iocū tuū concludere in me senex? lā nemo est q̄ aliud in te, nisi te rideat. Explica linguæ nodū, fac rideā, dū ægri interim tui plorāt. dic, age, dic securè, nil timueris tuā aureā eloquētiam expectamus, dic Rhetoricæ impator, dic Galiene, Demosthenes, dic bone Cicero & Auicēna, sum leo, uel quid aliud. Non es, inquit, leo, sed noctua. ridete omnes, plaudite, fabula acta est. Sed, heu, nō sacrarū tantū uerū omniū literarum nescie, an nō saltē audisti talia enim legisse non potes, q̄niā extra Γεραπέντικαν tuā sunt, apud antiq̄s nostros ingeniosissimos, q̄ nemo ambigit, ac doctissimos quidē uiros, auē hāc Mineruæ cōsecratā, q̄ apud illos sapiētiæ dea est. Miraris idiota, peregrina sunt hæc, uelles audire rei causam. occulta est auis & uolucrum stupor, nocte uigilat, inter tenebras uidet, dormientib. cūctis uolat, mirari aūt desines, si cogitare cœperis ex p̄sona CHRISTI, qui uerus sapientiæ deus est, & ipsa sapientia patris est, in Psalmo CI. dictū esse: Factus sum sicut Nycticorax in domicilio. Vide aūt quanti te faciā, Philosophe, q̄ ad ridendū studio cōquisisti, ad irrisionē tuā & gloriā meam facili ludificationē cōuersum est. Videro q̄liter upupam tuam Philosophiæ Rhetoricæq̄ dominus laudādo tuam uertes in gloriam. disce iam iurgator, uel mordere ꝓfundius, uel silere, nūc enim me noctuæ rostro uides q̄ leuiter uellicasti, ueneni multū, uirū nihil habes, quādo mihi ut crimē aliq̄d solitudinē obijciens, ex actu laudabili conflare infamiam uoluisti, ꝓuidebo ne me ueris ꝓbris possis attingere, eritq̄ tibi liuor tuus ad pœnā, mihi tū ad laudē, tū etiam ad cautelam. Curabo ita uiuere, ut boni gaudeant, tu Medicus repes, siue in hac siue in alia solitudine ut fors tulerit, siue in urbibus uiuam, ubi uixi longè aliter q̄ tu, ubi nemo mihi uirtūtā suam, multi & magni secretū animi familiariter ostenderūt, cōtigitq̄ q̄ optabā, ut essem charus illustribus, uulgò ignotus, libet enim gloriari sed in domino, cui semp tū ꝓ multis, tū ꝓ hoc nominatim gratias agam, q̄ me ualdè dissimilem tui fecit. Interea dū hic sum, q̄ quamdiū sit futurū nescio, illud ne tibi uidear mentitus, q̄ superbiæ mihi datū, in principio literarū tuarū huc scies distuli, me florentes syluas & solitarios colles ambire solitū, uel scientiæ cupiditate uel gloriæ. repeto enim nō dubitans, ne lateat ut tu fingis, notū enim spero, nō modò qd agā, sed qd cogitem, dixi igitur ut doleres, & repeto ut doleas, tantā diuersitatē nostræ fortis agnoscens, dū certè oculos tuos ille mœstus atq̄ horrens peluium ferit aspectus meos grata serenitas & agrorū ac nemorū lætissimus uiror lenit; Dū auribus tuis irati uētris murmur intonat. meas suauis uolucrū cantus & dulcis aquæ strepitus delectat. Dū naribus tuis inclusus aër, & auræ tristioris flatus ingerit, meas florum circūfusa diuersitas, &

sitas, et calcatarū odor mirus herbarū recreat atq̄ ꝓmulcet. Dū lingua hebes infœlixq́e, palatū tuū delibādis atris potionibus inuiscantur, mihi lingua in aliq̄ uel honesto colloq̄o, uel salubri soliloquio detinetur. Dū manus tua miserorū rimatur atq̄ explicat purgamēta, mea aliquid scribit gratū posteris, ut spero dū legetur, q̄ certè scio gratū mihi dū scribitur, & si nihil enim maius, at saltem obliuia temporū multarūq̄ grauiū & inutilium curarum animo meo affert. Denicq̄ dum tu lucrum cogitas aut rapinam, ego illud meditor, ut si possim ex alto pereuntia lucra despiciam. et ut sæpissimè stomacheris, dum tu captus utilis lucri cupidine, grabatulos ambis ac latrinas, ego illa sola cupidine, quam audisti, florētes syluas & solitarios colles lustro. sentis quam me nō pœniteat dixisse, qd totiēs repeto & exaggero, magnifice forsā & de me altius loqui uideor, sed à quodam magnanimo literatoq̄ utroq̄ didici, magnificè loquēdū aduersus ignorantes. Brutus hoc in epistolis suis ait (patere me uti testimonio hominis incogniti, apud te notissimi, apud doctos, et quē Tullius ac Senecā cū ueneratione suscipiunt (quanto ergo magnificentius atq̄ altius loquendū, aduersus surdos. altè locutus sum, sic oportuit ut audires, hymnis quidē tuis, carmen breue reddideram, sed iniuriā Musis hanc inferre nolui, eas ut insueto odore confunderē, tuūq̄ ad limen cogerem, ubi se nunquā fuisse gloriātur. Ecce multa mihi quæ penè per dilluetudinem euanuerant ad memoriam reduxisti: gratiam habeo conuitijs tuis. Exercent ingenium bonum opus: nisi malo more pessimoq̄ animo fieret. Hoc tibi examinādū linquo: ut libet igitur ego & tacere possum & loq audeo: insultusq̄ tuos nec opto nec horreo: nec dū aculeos deposui: q̄ à te quoq̄ grauiter acceptū quàm uerè dixerim: puto sentias: nisi prorsus obtorpuisti. Ita tamen hoc accipias uelim: si nō post annum: sed ad iusti temporis spatium in aciem redis: absit enim ut ab unius tempus non extimantis pendeam semper arbitrio tempus mihi charum est: fugamq̄ eius intueor. Si ergo distuleris: tibi nihil. Chartæ autem quod merebitur quæ indignari nō poterit: si illic posita fuerit ubi auctor suus assiduè cor, ingenium, manus, linguam, oculos, nares habet, & tibi quidem in præsens hæc suffectura crediderim, ut aliquid in diem proximum reseruemus. Tibi autem lector quisquis es, ocio abundans, in has fortè literulas incidisti, pauca dicturus sum. duo sunt quidem ad quæ perraro nunquamq̄ nisi inuitus uenio. ad utrumq̄ nunc iste mordacissimus conuitiator me coēgit. Gloriari & de seipso prædicare uanum ac superbum, alteri detrahere in iuriosum & molestum est. non audeo te rogare ut mea legas opuscula. altiorem tibi fertilioremq̄ lecturam opto, sed hoc dicere audeo, si quicquid ab ineunte ætate scripsi, & ut puto scribam cū his conferatur, quæ mihi detractor iste uiolentus extorsit, neq̄ sermo tā feruidus, neq̄ tantum in reliquis omnibus iurgiorū, neq̄ decima uel propriæ laudis uel alienæ infamiæ pars legetur, nisi q̄ olim, memini me alterius cuiusdā & certè maioris æmuli, quem in alio, terrarū tractu atq̄ alia ætate perpessus sum, Rabiem inuidiæ facibus accensam, coactū similiter tribus aut quatuor epistolis contudisse. sed ea contentio, lege carminis, iuueniliter actitata est. hoc deerat iniuriæ, ut à sene iam senior, soluta oratione lacesserer, utque in omni ætate et in utroq̄ stylo cōpellerer insanire. Vnū me solat, utrobiq̄ lacessitus sum, putabā aliquādo fugisse latebris inuidiam fallebar, illa me ut uideo uel subterraneis latitantē cauernis inueniet, displicet persecutio, q̄uis fortè nō inutilis, displicet inuidia, sed inuidiæ causa nō displicet, neq̄ uelim talis esse, in quē illa nil cogitet, aut in quem nil audeat. Securus esse uelim nisi putem impossibile, ausa est in Cæsares, in reges, in populos, penitusq́e paucis contigit, quod Salustius meritò difficillimum dicit, inter mortales, ut gloria inuidiam superarent. illud contrà facillimum multis accidit, ut gloria inuidiam irritarent. unum miror, quod cum hæc pestis inter pares uniq́e studio intentos oriri soleat, mihi semper unde non debuit orta est. Deum testor, non libens ad respondendū olim ueni, sed multò nunc magis inuitus, adhæc redeo, quamuis inter utriusq̄ linguæ principes, interq̄ sanctos uiros, q̄ multo mirabilius est, q̄ nam uerborū certamina freq̄nter exarserint nō ignorē. In immortalib. enim scriptis memoriæq̄ mādata sunt, q̄ ꝓbra, quas contumelias, uel in Ciceronē Salustius nō iacit, uel in eū ille nō reiecit, unū ipsis in uerbis odium cernas, nō mitior, sed multo quoq̄ acrior inter Aeschinē ac Demosthenē capitaliorq̄ dissensio. qs Hieron. cōtentiones nō audiuit cū Rufino Aquileiēsi? quasdā quoq̄ cū Augustino, leuius quanq̄ reuerētius q̄ habitas, duras tamē atq̄ mordaces. Verū hæc et his similia, in

alijs

alijs q̃ in me libẽtius excusarẽ, sed cogor ubi nollẽ, & ad duo mihi inprimis molestissimap uim trahor. Quid enim lector oro te, qd est cp in me sponte gloriers, pfectò cuis obtrecta tor meus, quouis iusto extimatore rerũ, nihilo etiã si dici libeat minor sit, adeò ut stylus ipse meus, quodammodo frenũ mordens, aduersarij cõtẽptu ignobilitate supbiat. Ego tamen (ut tibi uerũ fatear) meipso iudice nihil sum, & siquid uel uere essem, uel uiderer mihi, quo rũ alterũ cupio, alterũ abominor, an tamen ideò possem obliuisci, illa sapiẽtũ pueris etiam nota cõsilia. Laudet te alienũ & nõ os tuũ. & alius. Tollite inanẽ iactantiã, res loquẽtur tacentib. uobis. ex aduerso aũt, qd ego alterius nomen inuadã. iniustè agã, si honestũ nomen, si infame, supuacueq; cp si forte de literis (ut fiat) quæstio esset exorta. Verũ est enim nõ solũ illud: Quot capita tot sententiæ. sed illud quoq; Cuiusq; capitis, multas esse sententias. unde sæpè accidit, ut de una eadẽq; re, aliud manè, aliud serò, immò & in eodẽ instanti, nũc illud uni & eidem ingenio uideat. Si ergo uel de sententijs inter se, uel de unius sentẽtiæ terminis, uel de re qualibet dissẽsio incidisset, dicẽte uno, cp alius nõ probaret, an statim ad iurgia ueniendũ, & quasi pugnãdo ueritas q̃reret, furore atq; odio decertandũ erat? cur non potius meminisse illius sententiæ decebat, q̃ in libro de Finib. à Cicerone posita est, q̃ si legisti, parces nota repetẽti si minus, puto nõ inuitus leges. Dissentientiũ, inqt, inter se repre hẽsiones, etiam nõ sunt uitupetãdæ; maledicta, cõtumeliæ, iracundiæ, cõtentiones, cõcertationesq; in disputãdo ptinaces, indignæ philosophia mihi uideri solent. Et sequit: Neque enim disputari sine reprehẽsione, nec cum iracũdia aut ptinacia rectè disputari potest. neq; enim disputando solũ, sed etiã in atrociorib. causis doctrinæ huius meminisse, pfuerit. Hic idem alibi: Rectũ est, inqt, etiã in illis cõtentionibus, q̃ cũ inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna esse uideamus, tamen dignitatem retinere, iracundiã pellere. Et sequit: Quæ enim cũ aliq̃ pturbatione fiunt, ea nec cõstanter fieri possunt, neq; his q assunt, pbari. Sanè quod ad disputandũ ptinet, Latinis iste nõ fuerat disputandi modus, licet ut Cice. idẽ ait, sit ista in Græcorũ leuitate puersitas, q maledictis insectant, eos à quibus de ueritate dissẽtiũt. Quæ cũ mihi iãpridẽ nota essent, & animus natura quietis appetẽs, à cõtẽtionibus abhorreret, nun quã spõtè fueram ad talia descensurus, nisi iste quẽ alloquor, supbus, inuidus, pceps, temerarius & ignorans (ut breui eũ tibi circũlocutione describam) me nolentẽ, pcacis, ut ita dicã, linguæ suæ manibus, ad hũc uelut puluereũ, ac strepentẽ iurgiorũ campũ, ex arce tranq̃lli silentij detraxisset, ut quẽ delectet porcorũ more cœno semp immergi, & cui ego nihil, sed omnis ueritas, omnis uirtus offensa sit. Itaq; lector amabilis, à te ueniã peto, si in nolutabrũ iniurioſi colloquij protractus, cõtra naturã moresq; meos aliqd dixi, cp aures tuas læserit, sicubi gloriosius de me, deq; illo mordacius q̃ uelles effatus sum. Magnificẽtius fateor, fuisset utrunq; cõtẽnere, sed rara patientia est, q̃ nõ penetret acutũ conuitiũ. proinde si q̃ iacula primũ ille cõtorserit in nomẽ meũ, cp quantulumcũ cp sit, augeri studio non minui, si pterea cp molestias tuli, quot quantisq; mẽdacijs aures ueri auidas impleuerit, q̃ denicp importunæ sit & scurriliter debacchatus audieris, & quis ipse sit noueris, spero tecũ ipse dicturus sis. Gloriatus es necessario, detraxisti uerè. Primũ excuso, secũdum probo, nisi qa rem uerbis æquare nequiuisti. Solebant equidem ingenioſi adolescentes, ab insigni actione aliqua, primũ nomẽ auspicari, quasi uictori accederet uicti nomen, & fama multis q̃sita laboribus, euentũ unius iuditij sequeret, nõ infamiæ negotiũ ut mos erat, sed inde quosdã valdè nobilitatos legimus. Hic ex me lacerato, senex idẽ sperat, spero ego cp fallit, atq; utinam non magis ad uotũ cogitatio sibi ulla succedat. Inuentus est, q solius famæ cupidine Philippũ Macedonũ regẽ interficeret, ut quidam putant, apud alios aũt causa cædis est iustior. inuentus est qui Dianæ Ephesiæ templũ incenderet, ut uel insueto facinore notus esset, qui ne p scelus asseq̃ uideretur, qd optabat, Ephesij prouiderũt indicto supplicio, ne qs eum historicus nominasset. Certè conuitiator meus, qui nõ regẽ, nõ templũ uiolauit, sed humilẽ soliuagũq; ruricolam, nõ hinc nobilitabitur, neq; hic p me, nec alibi nominãdum puto, nec per alios. quis est enim tàm uili deditus negotio, qui circa tàm ieiunum nomen tempus expẽdat? At quis est, qui et si eũ antea dilexisset, nõ deinceps liuidis aduersis immeritũ scriptis eius perlectis, aduersetur, atq; oderit? Ita si fortasis hoc calle famã petit, ne quicquam insanierit. sin turbasse ociũ & silentiũ meũ interrupisse cõtentus est, quod decreuerat impleuit,

pleuit, aliquot mihi dies eripuit, quos nemo restituet, & à meis tramitibus abductum, adduriũ & insolitũ iter traxit. Quid ni igitur turber, tẽporisq; iacturam querar, nec mihi nec alteri fructuosam, nisi quãtum studioso homini, modò animi crimen absit, & data sit occasio non quæsita, in omni gnere orationis exercendus est stylus? en in demonstratiuo genere exerceor, mallem in laudibus exerceri. Cæterùm ut aliquando sit finis, Is qui hanc mihi necessitatem imposuit, in alienis finibus non inueniens, quod quærebat reuertatur ad proprias febres. tu lacessito faueas, lacessentem oderis, & ualeas precor.

SEQVVNTVR
NOTHA QVÆ IN ALIIS ÆDITIONIBVS FALSO AVTHORI ATTRIBVVNTVR.

Stephanus Columna Simoni Mediolanensi Archiepiscopo. S.

SAtis à me cupidè pater optime scio te oratũ, ut librũ Apuleij quẽ intitulare iuuat, de Monarchia, moderni tẽporis accõmodares, cp abnuere minimè ualẽs, habere te illũ in Babylone asseruisti. Inde mihi tradi facere spopõdisti, sed quo niã desiderio meo, pmissum nimiũ crastinabatur, haud uereor iterũ illũ, & etiam cũ ambitione q̃dã reposcere, nec illã mihi ad uitiũ, quanq; id sonet; precor adscribas, q̃ plerunq; ut in de Oratoris institutione Quintilianus ait, causa uirtutũ est. q̃ si me in cæteris rebus, in qbus plerosq; mortales inuadit, ut inde fieret, teste Salustio, cp ambitio illo in tẽpore omnia possideret, usq; hucreor minimè læserit, in cõspiciẽdis tamẽ libris, antiquorũ ingeniorũ fragrãtiã redolẽtibus, adeò impellit audaciã, ut etiã importunè ab amicis illos habentib. exigã. Nõ qa temerè sicut qdã agũt, q multò plura q̃ possint, de seipsis sibimet polliceñ. eos exqram, tanq; sine pitissimo instructore, in illis, pficere posse audeã mihi, pmittere, cp aut nullis aut raris cõtigisse legiñ. Nullis ergo, aut raris me parẽ facere, nimiũ accõmodasse mihi necesse foret, cp idẽ ipse Quintilianus improbat. Scire te qdẽ haud ambigo, quoniã ut de Augustino Volusianus aiebat. Legi decesse crediñ, qcqd Simonẽ ignorasse cõtingeret, cp huc magister Nicolaus de Sicilia nuprimè aduẽtauit ordinis fratrũ minorũ, in sacris literis peritissimus doctor, & in cæteris sciẽtijs, in qbus fas & uirũ Christianũ insistere, acutissimus speculator, & clarus instructor, ad quẽ uelut ad fontẽ sitiẽs, ppositio meo ineſt, de omni dubio, cũ nõ dubitẽ multa occurrent, habere recursum, & sup Apuleio ab ipso pſertim hauririẽ sensum, nec licet mihi deneges aut cõferre differas, postulatus inscriptis antiquorũ, pclara philosophantiũ opera, q̃ frequẽter uerbo & exẽplo docere cõsueueras. Inuasit enim me nõ minor auiditas nũ studẽdi, q̃ inter ueteres nouascp messes egestate blãdorũ maximè egẽtib. uoracitas comedẽdi. Adest qppè satis optato ociũ literarũ, sed deest, pfectò librorũ copia. unde sperẽ, in illo quẽ à te postulo, supra uires assurget ingeniũ, eroq; tui gratia, illius uiri familiaris, & fortè si sors dederit, peculiaris admodũ. cuius sine te uix ad nominis notitiam iam peruenieram. Et si mox cõcesseris librum, multũ cõmodi afferis, cũ inter illos me connumerẽ, in qbus plus impetus facit, multũq; uitiũ conferat ingenio uehemẽs studẽdi uolũtas. Opto in CHRISTO ualeas, et mei memor sis pater optime.

Simon Episcopus Mediolanensis Stephano Columnæ. S.

AMbitione mobiliũ & caducorum, & si motũ nõ tantũ uulneratũ ut asseris, pater reuerende gaudeo, nã beatũ illũ esse dico, cui rectũ in animo est, q uiuit ut natura pscripsit, quẽ aliqua uis mouet, nulla tamẽ uulnerat. Ambitionẽ tamen libri Apuleij literis tuis impressam, nõ amplector, tẽpus cp tantũ nostrũ est, cuius pretiũ nõ est breue, etiã si nõ breue, expẽdere ubi plurimũ supuacuæ uanitatis, noxiæ curiositatis est. ò quãta ergo ignorantia, & alienatio mẽtis, quãta sensuũ debilitas, & infirmitas rationis, affectui tuo, sic ambitioso huiusmodi librũ affectanti, nubẽ opposuit. Omnes natura ducimur ad cognitionẽ ueri boni, in q excellere pulchrũ putamus. qmodo ergo fabulosum & fictũ ambis, quẽ Spiritus sanctus effugit? Visio librorũ unà cũ Quintiliano tuo, ut importunè etiã exigas grata uidetur, peccas, qesce, nesciens diuidere. nã largiter inter libros refers. saltẽ addere debeas, ut secũdũ Apostolũ ad fabulas nõ fiat cõuersio, similisq; angustiæ turbatio, si de cõtempla-

tione ad actionẽ fiat uersio. Omnes uolũt beatè uiuere, nec hoc Cicero dubitauit. Quomodo uult beatè uiuere, q̃ nõ uult secũdũ uirtutẽ uiuere, secũdum q̃ uiuere, est solũ beatè uiuere? Fortè erues, Beatè uiuere est, secũdũ delectationẽ suam uiuere, quod omnes uolunt. error est, ad Augustinũ in huiusmodi angustia te relego. Velle enim qd̃, nõ deceat est miserrimum, nec tàm miserũ est, nõ adipisci quod uelit, quàm adipisci uelle qd̃ non oportet. Intellexisti? Iuuat te librũ intitulare de Monarchia temporis præsentis, sed plus iuuaret si dixisses de Monarchia simpliciter. Amplius esse malũ est pròh dolor, cum Seneca loquar, translatum est certamen nostrũ ad turpia, quod Oligarchia ac Dæmocratia etc. allicíebas ex titulo tropologico, non ignorans historialem? nam apud quosdã est de Asino, & sic est libri textura. Quomodo ergo alijs sociabis? nã scriptũ est: Nõ arabis in boue & asino. Vis enim cibari carnib. asininis, ut dicaẽ q̃ in Propheta: Quorũ carnes ut carnes asinorũ? Scis q̃ alitum recipit naturã alimenti? noli fieri asinus, sicut nec equus & mulus, in quibus non est intellectus. Quæris copiam librorum, tibi non adest, & mihi abest, & numerus non est. Nam huc & illuc ire errare est, sed perspicaciter intueor, quod tui appetitiua copiæ abũdat. ideò nisi temperetur, de digestiua aliqualiter ambigendum est, cum fastidientis stomachi sit multa degustare. Addicis epistolæ principio, doctrina Ciceronis de Oratore instructus, indicantis prius demonstratiuum fortius argumentũ apponere, promissi fidẽ, quam fallere graue est, hoc non nego, & mouet, sed credebam te ad hunc librum, ut exploratorem transire, nunc apparet quasi trãsfugam, huius tamen uitij expiationis est remedij spes, magister Nicolaus de Sicilia, in sacra pagina Magistri, in matre legum, ubi non totum legi mihi notus, & tutamen tuum tutissimum erit, & salubre profugium, de fonte eius haurire, et sub mensa micas edere. Ideò fidei cum dilatione fiet impletio, ut in confuso cum meliori opportunitate tribuatur congruentius, cum maiori suauitate acceptetur suauius, et cum celeriori uoracitate expediatur intentius. Habe patientiam, nam plura nuper à Philosophicis laudata sunt. Vale in CHRISTO ut opto.

Stephanus Columna, Simoni electo Mediolanensi, S.

CVm primũ reuerende Pater, manus mea literam tuam accepit, uiditq̃ oculus, plecta cum foret, parũ in me hærẽs, haud aliter quàm admirãs steti, quo nã ordine contexta fuerit nõ aduertẽs. Iterũ recurrebã ipsam, & cũ studio recensebã, terq̃ quaterq̃, nec altero ex quatuor dicẽdi genere, totis intẽtus sensibus olfactu maximè, quo Rhetorũ florũ redolentia pcipi solet ingenij occurrẽte, ut simul se omnib. quatuor aspectui p̃sentãtibus, q̃ de Maroneo scripto dici nõ potest, q̃ cũ eloquentiã ex omni genere cõflauerit, copiosè, siccè, breuiter atq̃ pingue, & simul uno cõtextu, & separatim atq̃ sparsim, quolibet per se utẽdo genere scripsit, ita ut apud unũ Mantuanũ hæc quatuor genera reperire possis. uehemẽtius ampliusq̃ hærẽs, aliquãto silẽtio instauraui uires loquẽdi, paululũ fateor distuli, quoniam alijs occupatus negotijs, nõ uacabat, respõdere tamẽ debui, nec pro dilatione aliquid excusationis opponere, indignũ esse arbitrãs, ut quoniam ad scribendũ excitatus ipse fueram, in respondẽdo differrẽ. Sic Augustinus ad Volusianũ inquit: Morari etiã me fecerit, ultra uotũ astruo, ipsa inops materia, & nullus tincto murice digna uestiri tegmine, illud quàmplurimũ Flacci timẽs: *Parturient montes nascetur ridiculus mus.* Cum oratio materiam forsan excedit. Sed quid ludicra uerear, iocosq̃ fugiã, quorũ ratione hũc excessũ uolẽs facturus sim, cũ ueteribus & cura & studio digna uisa sunt? Cicero autem, quantũ in ea re uoluerit quis ignoret, qui uel Liberti eius libros, quos is de iocis patroni composuit, quos quidam ipsius teste Macrobio putãt esse, legere curauerit. Plautus quidẽ ea re clarus fuit, ut post mortẽ eius Comœdiæ, q̃ incertæ ferebaẽ Plautinæ tãtũ esse, de iocorũ copia nosceretur. Catonẽ etiam illũ Censorinũ argutè solitũ iocari, legi. Horũ nos ab inuidia muniet auctoritas, si in nostris cauillemur orationibus, quàm pinguius quàm Rhetoricæ institutio iubeat, de arida materia loquamur, cũ id factũ iocandi gratia intelligi uelimus. Iam ad te ueniendũ est. Ad Satyricũ accedere nõ putabam, uel ad Medicũ, immò uerò ad Antistitem, & talem dixerim qualem CHRISTVM nobis ostẽdit Apostolus: Qui sciat nostris infirmitatibus compati, nõ qui ad arborẽ securim apponat, nec prius quiescat, donec ad terram prosternerit cunctam molẽ. Ambitionẽ meã uidẽdi librũ Apuleij, ferè dixerim tanquàm hæresim

hæresim, uerũ assertiuè dicam, uelut ignauiã & insaniam quandam improbare niteris. Esto illam excusatam fecerim, q̃ plerunq̃ uirtutis est causa, illud te satyrizare sciens, q̃ expendere tempus, q̃ tantum nostrum est, ubi plurimum superuacuæ uanitatis, & noxiæ curiositatis est, ut ad literam replicem dictũ tuum, credo dicere uoluisti, perdere est, hic ad respondendum initium faciamus. Vetus quæstio est, et sæpè quæsitum est, Vtrum sanctius sit, modicos habere affectus an nullos? Stoicis uisum est illos expellere, quos secutus est Seneca, ut uidetur in Epistola quam cum hac quæstione orsus est. Peripatetici uerò illos temperãt. Quid mihi obijcies, si Peripateticus ista pro sententia effici uelim, ac cupida affectione uidere Apuleiũ? Et si ad uanitatẽ curiositatem q̃, quas cõtẽnere plurimũ astruis, non aduerterro, affectũ temperẽ meũ, metaphoricũ infectans sensum illius, Modò tẽpus q̃ irrecuperabile est, q̃ appũciari nõ potest, amisisse me dices. Aut hoc tẽperamentũ, ut impossibile improbes, ac si reiecta cortice, dulcis nucleus, quẽ arida testa celat, sumẽdus non fuerit, uel si sumi non possit, ridiculũ dictũ esset? Subtus amara folia dulcia latent poma, an non legenda odio foliorũ? aut madẽda dulcoris cupidine, sanus quis ignoret? prudẽs, q̃s auide nõ comederet? Haud aliter de Apuleij libro dicere uelim. Curiosam fortè & fabulosam cõtinet & lasciuam, sub qua, ueluti sub uirentiũ & luxuriantiũ foliorũ umbraculis, gratissimus fructus abscõditur, ꝓfunda & altissima iacet sententia, q̃ summo studio, meliori ingenio, toto conatu, maximo ocio, multoq̃ sudandi tẽpore haurienda foret. An non Virgilius sub fabulæ tegumento, illam, & maximè omnium maiorem sententiam cecinit, cum in sextauaticinatus fuerit Aegloga: *Iam noua progenies cœlo dimittitur alto!*

Quis Prophetarũ de incarnati uerbi ꝓgenie exp̃sius dixerit, si tũc ab intellectu, ex fabularũ curiositatibus uerificata, postmodũ sententia q̃ fuit eripi potuisset humano? Sanè hoc in studio non tẽpus ꝑditur, sed colligit & seruaẽ. Nã fictũ haud ambigo, nec fucũ amplector, sed philosophãtiũ ueras cũ ratione insector sententias, & uarijs cuniculis usq̃ penè ad centrũ terræ descendẽs, cupidus sub mũdi machina, auri uenas exqro. Quod cũ in parte fecisse rebar, cũ à te de aureo asino Apuleij librũ, quẽ sic apud quosdã intitulatũ asseris, obtinere potuissem, nõ eqdem pscrutaturus fabulas, sed illius antiqui Poëtæ adepturus philosophiam, haud aliter, q̃ substerqlinio margaritas. Et quanq̃ plurimos huius æui delectẽt, me aũt nõ allicĩũt curiosæ Poëtarũ fabulæ, p̃ter illa, quandoq̃ mercede & accepta studẽdi remissione, q̃ omnibus danda est iubente Quintiliano, quẽ mecũ Satyrizas, non solũ qa nulla res est, q̃ pfectè possit cõtinuũ laborẽ, atq̃ ea quoq̃ q̃ sensu & anima carent, ut seruare uim suã possint, uel ut qete alterna retenduntur. Et q̃ studiũ discẽdi uolũtate, q̃ cogi nõ potest, cõstat, in illis attædiatũ ingeniũ, uelut quodã in ludo recreeaẽ. Solẽt enim & plus uirtũ afferre, ad discendũ, cõsequẽdũq̃ boni uiri notitiã, renouati ac recẽtes, & acriorẽ animũ facere, q̃ serè necessitatibus repugnat, ut qd ergo satyra tua aduersus me clamitat? cur inuehit? quãobrẽ obiurgat? unde mihi insaniã obijcit? qua ꝓ causa, ignorãtiã & sensuũ debilitatẽ ac rationis infirmitatẽ opponit? eqdem nõ intelligo, cũ in his nimiũ uerũ dixerim, ſpiritũ cur indignationis efflaueris? O q̃, ut meus qdam nuprimè exclamauit, differendus est sermo intrinsecus, priusquã in uocẽ uel calamũ ueniat, p̃sertim ubi animus in cõtumeliã cuiusquã prumpit. Fauni licentiã obsecro, sagax uenator, unde cõmodius actius q̃ uernantia & rosida prata, florida, inq̃, ac uirẽtia lustra ferarũ, & p̃ssa uestigia odora, ui canũ exqrit, et ipsam insequitur belluã: ac facilius capiẽ p̃da, q̃ p saltus & aspera densaq̃ nemora dumis, sic ꝑplepida scripta, fragrãtis styli ꝓfusa rore, & summa rerũ inuẽtione cõserta, ac lenocinio adiuta uerborũ, & cõtra æstũ excãdescentis ingenij uerũ, cũ qdam animi feruore q̃rentis fabularũ, quẽadmodũ qbusdam reclinatoris, intermixta umbris, q̃ p inculta insulsa & scabrea, nullo colore nitentia, aut ordine redimita, ad ueri boni scientiã puenit, q̃ ut ais duce natura ꝑquirimus, & è cœlo p̃uenti gratia reperimus, ꝓinde iã te pœnituisse intelligã, inter illos me annumerasse, q̃ uirtuosè uiuere recusãtes, beatè uiuere uolũt. Nec me ad Augustinũ delegari oportuit, cũ p se nota sint, q̃ simul esse nõ possunt, q̃ cõtradictionẽ implicant, q̃ uelle & nolle pariant, nullus ambigit, & q̃ uirtus & uitiũ cõtraria sunt. q̃s ignorat. Et q̃ me uitiosè iudicas uiuere, quã tui cõclusio cõplectitur argumenti, inde probationẽ assumens, q̃ librũ Apuleij ambitiosè postulo, q̃ plurimã cõplectitur uanitatẽ, q̃ si ostendero, qd ex tua ratione sequatur, illam pace tua sit dictum glorier confutasse Augustinũ de ciuitate Dei, q̃ legerit, Poë-

tarũ ſententijs, ac ad cõtextũ auctoritatibus, tanq́ ex cemẽto & lapidibus murũ fabricante intelliget, atq́ ſentiet omnes quos allegat, & uti familiares, & ſeruos in opus ſuũ adducit. intellexiſſe neceſsè fuerit, aliàs quantũ in opere potuiſſet, minimè cõcepiſſet, q́ ſine ſtudio congruentius fieri potuiſſe, quippè nõ credit, immò modeſtius autumari poteſt, quod omnes ſolerti cum ſtudio recenſuerit, ex quo conſtat, ſic profundè ad eorũ ſententias nanciſcendũ confodiſſe, quod ad operis ſui fabricam cõſtruendam, inter alios operarios, eos dignos elegerit. Et ſi daretur ocium, omnes doctores Eccleſiæ, & uera mundi lumina, ac mille alios uiros ſanctos, numerare poſſem, qui Poëtarũ cum ſtudij ſolertia libris imbuti, ipſis familiariter admodum uſi ſunt. Quos ex tui argumenti concluſione, ꝑ quandam conſequentiam, male uixiſſe damnabimus, q́ nephas eſt dicere, et abſurdũ nimis audire. Cum ergo conſequentia mala reddatur, uis antecedentis corruit rationis. & huc uſque tantum ad Antiſtitem iuuat fuiſſe locutum. Iam tandem cum Medico, quantum p̃ſenti concertationi opus fuerit, experiri liceat. mox contra me, ciborum uarietatem opponis, cũ Senecæ ratione munitus inquis: faſtidientis ſtomachi eſt plura deguſtare. Præmittis etiã q́ ꝓpendis, appetitiuam meã copijs inhiare. Quapropter niſi tẽperamẽto moderet, foret de indigeſtione timendũ. Vnde mihi oritur materia diſputandi. An ad digeſtionẽ diuerſitas ciborũ, an ſingularitas magis cõferat? Hoc dixiſſe uelim, An homo melius digerat, q́ una nutriatur ſpecie alimẽti, an q́ plurib. & diuerſis? Vides ergo, q̃ ꝓpè ad te accedo, q́ diuerſitatẽ improbas, immò tecũ eſſe uolo, pauliſp̃ teq́ adiuuare uidebor, ſed ut omnes tuas radices euellere uno conatu poſsim, quantũ inniti potuerit, rationi dicta tua oſtendã, ꝓinde ueniã gulæ à te tanq̃ à p̃tore peto, cuius me defenſorẽ, in hac parte neceſsè eſt, q́ ꝓfitear. Et hoc certè rhetoricæ dignitatis gratia. Eſt enim rhetorica, p̃luſio cõmunes locos in utrãuis partẽ inuento rũ alternatione tractare. Verũ ſi me de hac q̃ſtione paganus q́ſquã, ſanè te, ne de ruſtico loquar in pago, uel rure nato atq́ nutrito, cõſuleret, q́a pagana uel ruſtica ingenia, citius exemplis q̃ ratione capiunt, docuiſſe illũ beſtiali inſtitutione cõtẽtus eſſem, & plurimũ ſatisfeciſſe illi nõ ambigerẽ, exẽplo pecudũ, q̃ ſi uno cibo nutriant, & uniformiter, multo corporib. humanis ſaniores ſunt, ſed fortè illũ attẽtiorẽ, & altero exemplo feciſſem, ſi oſtẽderẽ ſibi, ut cõſideraret, nullũ unq́ fuiſſe Medicorũ circa curã ægrotãtiũ, tã audacis negligẽtiæ, ut febrienti uariũ, & nõ ſimplicẽ cibũ daret. Vnde ſatis cõſtat, q́ facilis digeſtionis ſit, uniformis & ſimplex alimonia, ut ægrotãti cũ infirma eſt natura ſufficiat. Iterũ ruſtico illi tertiũ addidiſſem exẽplũ, nõ minus eſſe multiplicium alimẽtorũ uitãda nutritio, quã uinorũ multiplex uariatio, nemo credo hæſitat, illũ q́ uarijs uinis ꝓpluitur, facile in ebrietatis inſaniã deuenire. aduerſus quam conuenienter quidam exclamabat autor:

Quid non deſignat ebrietas: aperta recludit Spes iubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermem
Fœcundi calices (uarijs redimiti falernis) quem non fecere diſertum.

Verũ ne te deſerã Medicorũ optime, ad teipſum redeo, cuius paulo antè ꝓ uillano quodam ſi occurriſſet obliuiſci uolebam, nec tibi tantũ aſsiſtere uelim, exẽplis quã ratione. Nam illa me tacẽte clàm te eſſe nõ poterit, Aut è quidẽ qualitate calefactionis illius, in quã poſt digeſtionẽ uertitur, cibus, ſi nõ apta humori, q́ corpus obtinuit, generantur in ſtomacho crapulæ, aut cõgerie cibi, quẽ ad coquendum natura nõ ſufficit. Et qui unico cibario utitur, facilè qualiquefactione uel cibi reſolutione grauetur uel iuuetur, intelliget. Haud enim ambigere poteſt, cuius cibi qualitate poſſeſſus ſit, cũ ſumpſerit tantũ unũ. Et ita fit certiſsimè apud Medicos, ut infirmitas cuius cauſa cognita eſt, facilè uiteť. Qui aũt multiplici cibo alitur, diuerſas patitur q̃litates, diuerſorũ ſuccorũ uel liq́dorũ, q́a nõ cõcordãt humores, ex materiæ uarietate naſcẽtes, nec efficiũt liquidũ purũq́ ſanguinem, in quẽ uertũtur iecoris miniſterio, & in uenas cũ tumultu ſuo tranſeũt. pertendis ne præclarè Medice, quàm procaci lingua te iuuerim? Nihil tamẽ eſt tàm indignũ tolleratu, quã q́ aures noſtras, grata lingua, captiua teneat, & uerborum iocunditati aſſentire cogimur, circumuenti uolubilitate ſermonis, q́a ad extorquendã fidẽ agit in audientes tyrannũ. ideoq́ abs te recedã, & aduerſus has dictas, quas aſtruiſſe poteras rationes, & exempla plebana, quantum poterit aſſurget animus. at in primis auxilij noſtri ingeniũ, penè audientes, ſpecioſis quã ueris, ut liquidè oſtendetur, cœpit exemplis. Dictũ quidẽ eſt, ſimplici pecudes uti cibo, & ideò expugnari difficilius, eorũ quam hominũ ſanitatem, ſed utrũq́ falſum probari poteſt. Neq́ enim ſimplex eſt

plex eſt animalibus brutis alimonia, nec àb illis quàm à nobis morbi remotiores, primum nanq́ probatur clariſsimè ex uarietate pratorũ, quæ depaſcuntur, quibus herbæ ſunt amaræ pariter atq́ dulces, aliæ ſuccum calidum, aliæ frigidũ nutriẽtes. Videtur ergo tibi cibo rũ ſubſtãtia ſimplex, ubi tot enumerãtur uel arbuſta uel fructus. non minus nutrimẽto diuerſa quàm nomine? quod autem non facilius morbi homines quàm pecudes occupẽtur, Homero teſte, contẽtus ſum, qui peſtilentiam refert à pecudibus inchoatã. ſed ut quanta ſit multis animalib. infirmitas, breuior quàm plurimũ eorũ, quàm hominũ uita inditio eſt, niſi recurras forſitan ad ea, quæ de coruis atq́ cornicibus fabuloſa dicuntur, quos tamen uidemus omnes cadaueribus inhiare, uniuerſisq́ ſeminibus inſidiari, & perſequi fructus arborum. nam quod minus edacitatis habeant, quàm longæuitatis, eorum opinio fabulatur. Secũdum uerò exemplũ ſi benè recordor eſt, quod ſolent Medici ægris cibũ offerre, non uarium, cum hunc offerunt Medici ut opinor, non quaſi digeſtu facilior ſit, ſed quaſi minus appetendum, ut horrore uniformis alimoniæ deſideriũ edendi langueſcat, quaſi in multis coquẽdis, ꝓpter infirmitatẽ nõ ſufficiente natura. Ideo ſiquis ægrotantiũ, uel etiam de ipſo ſimplici cibario amplius appetat ſubducitur adhuc deſiderãti, quapropter à nobis commento tali, non qualitas, ſed modus exquiritur. Tertio autem in edendo, ſicut in potendo ſuades, uaria & diuerſa uitari, habent latentis inſidias, quia nominis ſimilitudine coloratur. cæterũ longè alia ciborum ratio eſt. quis enim edendo plurimũ fauciatus eſt, quod in bibẽdo perfacile contingit, farcitus cibo ſtomacho, uel uentre, grauatur, infuſus uino fit ſimilis inſano. opinor ideò q́a craſsitudo cibi uno in loco permanens, adminiſtrationẽ digeſtionis expectat, & tũc demũ mẽbris confectus dilabitur. potus uerò ut natura leuior, mox altũ petit, & cerebrũ quod in uertice locatũ eſt, ferit fumi calentis aſpergine. Et ideo uaria uina uitantur, ne res quæ ad poſsidẽdũ caput repentina eſt, calore tàm diuerſo quàm ſubitò conſilij ſedem fauciet. Quod æquè in cibi uarietate metuendũ, nulla ſimlitudo, ratio nulla ſuadet. Ibi etiã ibi aſſentire nõ poſſum, quod ſuccus uarios de ciborũ uarietate confectos, dicis contrarios eſſe corporibus, cũ corpora ipſa de qualitatibus ſint fabricata contrarijs, ex callido enim & frigido, de ſicco & humido nos conſtamus. Cibus uerò ſimplex cui adeſt, ſuccũ de ſe unius qualitatis emittit. ſimilibus autẽ ſimlia nutriri probaſti. Dic erquæſo, unde tres aliæ corporis qualitates nutriri debebũt? Singula autẽ ad ſe ſimilitudinẽ ſui rapere, teſtis eſt Empedocles, ergo ſi homo nõ unus nutriendus eſt nec ex uno, cui ſententiæ literarum ſacrarum ueritas multũ conuenit, Quia non ex ſolo pane uiuit homo, ſed ex omni uerbo quod ꝓcedit de ore Dei. ut panis ad corporeũ referatur hominẽ, uerbum uero Dei complectitur hominẽ ſpiritualem. Deus etiam omnium fabricator, aërem quo circũfundimur, & cuius ſpiramus hauſtu, non ſimplicẽ habere uoluit qualitatẽ, ut aut frigidus ſit ſemp aut caleat, ſed nec cõtinuè ſiccitati, nec ꝓpetuè eũ aduxerit humori, q́a una nos minimè q̃litate nutrimur, de ꝓmixtis quatuor fabricati. Ver ergo calidũ fecit Deus & humidum, ſicca eſt æſtas & calida, autũ nus ſiccus & frigidus, hyems humida pariter & frigida eſt. ſic & elementa quæ ſunt noſtra principia. Cur ergo corpora noſtra ad uniformẽ cibũ redigis, cũ ſalus ſit hominis uigẽte appetitiua, qua deficiente langueſcit, & periculo ſit ꝓior? Nã ſicut in mari gubernatores uento ſi minus ſit, ſua contrahẽdo in minorẽ modũ uela ꝓteruolãt, & flatũ cũ eſt maior coërcẽt, ſopitũ uerò excitare nõ poſſunt. ita ut appetitiua uirtus cũ titillat et creſcit rationis gubernaculo tẽperat, ſi autẽ ſemel ceciderit animal extinguit. Cũ ergo cibo uiuimus, & cibũ appetẽtia ſola commẽdat, elaborandũ nobis eſt, commẽto uarietatis, ut hæc ſemp prouoceť, cũ præſto ſit ratio, qua inter moderationis ſuæ terminos temperetur. Iã uerò ut finẽ diſputationi faciã, ſic de appetitiua ingenij noſtri fiendum arbitror, ut ꝓſæpè uarietatis lectionis recreetur. Vt enim terræ uarijs mutatis q́ ſemini bus, ita noſtra ingenia, nũc hac nulla meditatione recolatur, iuuat interdũ ex hiſtoria locũ appetere ſiue apphẽdere. Vo'o epiſtolã diligẽtius ſcribere, Nam ſæpè in orationes quoq́ nõ hiſtoria modo, ſed propè poëtica deſcriptionũ neceſsitas incidit, & preſſus ſermo, prius quam exẽplis petitur, interdũ proprij officij uacare formis, quando q́ inſiſtere iuri, & dare operam Comœdijs, libentiusq́ ſcribere inuenta delectat. Aiunt enim non multum eſſe legendum, ſed multa. Vale in CHRISTO.

NICOLAI TRIBVNI ROMANI AD GVIDONEM BOLONIENSEM S. R. E. Cardinalem, Oratio.

REuerende mi Pater & Domine. et ſi placidũ mare, ex tumido ſerenũ, ſi cœlũ ex nubilo, hilari aſpectu reſumit, ſi in ſignũ principalis clemẽtiæ, regẽ apiũ natura priuauit aculeo, ſi feritatẽ ſuã, in ſibi ꝓſtratos leo deponit, ut ſcribit, qd mirũ, ſi humanas p̃ſertim principantiũ mẽtes, diuinitatis quippè participes q̃rimus & reperimus, in tẽpore depoſita ſeueritate clementes? cũ & ipſe formator earũ, humanæ in iuſtitiæ ſponte ſubijt aculeos, ut diuinos & iuſtos humanitas euitaret, cũ quibus ſi quando que eã, ꝓ demeritis pcutit, non utiq; ambitioſa uelut ultione mortificat, ſed caſtigans uiuificat, uulnerat & medetur. qui etſi ſcelera inſuper deteſtanda, quantumlibet p̃deliberata, ultra ſeptuageſies ſepties remitti præcipiat pœnitenti, quantò ergò facilius, ſemel cõmiſſa, & reuocata, quantocyus illa remitti debet. quantò deniq; leuius delicta noſtra, quæ non abortu nata ꝓpoſiti, ſed uirtuoſæ actionis in ſemita, à ſubterraneo mirmicaleone p̃rupta, ubi iacturam p̃cipitationis inflixerint, ipſe condolens, & ipſe mundificat cõpaſſiuus? Sanè toti iam conſtat mundo notoriũ, qualiter derelicta diù ciuitas, p̃ſertim à tempore, quo inſidiantis Vrſi, & tortuoſi Colubri rabie uenena nutriuerint, pro minimè circũligatis, minusq; ſanatis, nunc̃q; oleo fotis, ſuis pròh dolor, ſine intermiſsione uulneribus, q̃ pro falſo nomine ciues Romanos, ignobiles q; uirtute tyrannulos, latrocinantes diutiùs, & ubilibet ſunt illata, & qualiter ab infectione lepræ ſuæ extra ferens, & in ſeipſa quã incurata marceſcens, odiũ ſuiipſius inficiens, & infecta ceciderit, & cũctarũ pròh dolor forſitan nationum. Nec latet p̃ſentes, nec ueriſimiliter latebit in poſteros, qualiter iuſtus iudex, ſub unico ciuiũ minimo, ſalutem propriam publicæ poſtponente, ſolo Reip. liberandæ propoſito loricatum, montes illos in ualles, aſpera eorum in plana, lucos in agros, aquas intolerabiles in riuos tranſibiles transformarit. quæ quidem, dum hominis paucitate, ineptitudine ciuium, prauitate potentum, breuitate temporis, ſine ſanguinea plebis gutta, faciliter acta penſantur, nemo niſi calumniator inuidus, aliunde progreſſa dictauerit, quàm à Deo. ſed dũ ex confidentia pij operis, uelut diuino fretus auxilio, inter humana nihil ſuſpicans, tàm ſupplicitèr quàm confidenter incederem ſarcinatus, ſubterranei hoſtis laqueos, & foſſas ſub arena cauernulas, non aduertens, corrui fateor, tàm proprij lapſu pedis, quàm alienæ manus uerſatus impulſu, patrocinali cõſilio & auxilio deſtitutus. quod ſi nullus alius dolor, nulla alia punitio tranſfixiſſet, niſi quod poſt diuturnos incredibiles q; labores, mentis & corporis, perſonæ pericula & meorum, ad effectum ſitit æ diutiùs & eſuritæ iuſtitiæ, ad brauium laudati iam operis ferè perductus, tàm damnosè, tàm lugubre, unà cum populo ſum fruſtratus, compaſsionem quàm maximam apud rectos & pios, mea quippè iuuentus & paritas indefenſa, utriuſq; fortunæ non practica, iuſtorum iuditio merebatur. quid nam difficilius, q̃ populorũ infirmitates agnoſcere inueteras medullitùs, & mederi? in ægritudine quidẽ corporũ herbæ & lapides plerunq; ſubueniunt, ſed ægrotãtibus dare animis, nequa quã diuuia conferunt, angelica munera, & diabolica funera, in eorum rarò ſanitate cõueniunt, fames & peſtilentiæ non ſufficiũt, terrores & gladij non proficiunt, & diuinæ ac humanæ leges deficiunt & Prophetæ. Verum ſi uidebatur ſuper dolorem uulnerum uulnerari, Medici pròh dolor, adhibendum, utinam cum ſalubri populi deſolati reſpectu, cum moderationis ipſo libramine, talis & tanta fuiſſet mi Pater afflicto, ut pia ipſa iuſtitia, clemens q́ correctio, peccatum coërcuiſſet in pœna, & non me abſorbuiſſet nocentem, unà cum populo ſine culpa. poterat enim, ſi qua tumefactio nouitio apparebat in uulnere, quæ à ſeipſa ut patuit unctionibus reſiliebat, ubi lenimenta ſpreuiſſet, impoſita taliter in hora ſuccidi, ut intactis populi neruis, cui compatiendum potius erat, mortificatæ iã plebis ſanitas ſaluaret, & pecus ꝙ uidebatur paſci cibo morbido,

aliter

aliter diſgregare quiuiſſet, ut illo ſublato de medio, inter eorundẽ luporũ fauces, quorum rabies ueriſimiliter multiplicata præſumit, erepti nõ caderent. Iterũ greges dei, eo maximè, ꝙ meo teſtante regimine, poterat Alma ciuitas, p̃ Romanos ciues è plebe delectos, ſanius q̃ per Nicolaũ Laurentij debiliorẽ cæteris, cũ ſolo Eccleſiæ ſpiritu reformari. Nõ eſt equidem ueriſimile, ꝙ aptioribus dignioribuſq; me, ea ciuitas nõ abũdet in ciuibus, quãquam informato populari regimine, & confortata ab Eccleſia cauſa potentum, facere uideantur exteriti, ac deſtituti cũ cordis uiribus eneruatis, quiſnam ſuſurrare iam poſſet, aliã q̃ maternam in populũ Eccleſiã reſpexiſſe Romã, ubi impio rectore ſummoto, expedientem & pium populo ſubrogaſſet, utinã per continuationẽ huiuſmodi meliorem, mea foret in orbe credita, ex opinione peruerſitas, nũc ex hoc mea iuſtificata uidereẽ & pœna. ſed hoc iam meum p'us extergit infamiam, iam famã ueritatis elucidat, quod ductus ad tribunal, non audax ſed elinguis, non iudicor ſed extinguor, & ꝙ eſt in omni iure moleſtius, pauper cũ fortibus oppreſſus cũ oppreſſoribus uenire prohibeor, ꝙ deprecor ad examẽ. Dicet aliquis forte mihi: Quid tua refert ò minime ciuiũ, qualitercũq; arca Romanæ Reip. recalcitrantibus deferatur à bobus, & uelis p̃ſumptuoſa tu manu illã erigere, quæ nõ niſi forſan ſupna diſpenſatione ſic trahitur, & ꝙ diſpẽſatoriè agitur, tenere tu repenſes? An putas ouis una totum Romanũ gregẽ, plus ſuo paſtore diligere, plus cognoſcere, melius confouere? Pater, quippè non puto, ſed Romani curã Pontificis, quanquam ad Romanum ouile tàm debito quàm neceſſario, primo uertatur & potior, tamen confluẽtibus iugiter aliorũ implicatam tumultibus, & in illiuſmet informatione deluſam, poſſe ſuſpicor, eam minus attendere poſſe, minus inſpicere, & uelut alienis ſub oculis palpitantem, minus curare uulnera palliata. Nec temerè ad erigẽdũ arcam manus erexeram arrogantes, qui diutius ruinam eius certiſſimam remedium contemplatus, & cauſam, executionem iudirij mei primo temptans in curia, nõ reprobatã fore ſperaui, ſed per ſummũ Põtificẽ uelut ꝓbabilẽ acceptatã, nec adhuc dexterã meã, uelut propriæ prudentiæ niſus, cõprobabili cauſæ actualiter attuliſſẽ, niſi eiuſdẽ Domini noſtri Vicarij conſentire uidiſſem dexterã communitã. ſed nonnulli Reuerendi Patres Italici libidine conſanguinitatis euicti, aliud quàm iunior omnium Daniel de alma Roma, ex ore meo tũc clamãte de Suſanna teſtimonium protulerunt, uerum benedictus iuſtus Dominus, iuſtitias diligens & proſequens æquitatem, qui & ſecundum uias adinuentionum ueſtrarum retribuit, ſcrutans renes, exaudiuit eo, tempore quo in conſiſtorio protuli uocem eius. & ſupra ipſorum tantummodo iniqua iudicantium caput, & ſanguinem, iuditium retulit iudicatum, oſtenditq; dominus in oculis, tunc titubantis Eccleſiæ, quod non iuxta eorum iuditium Alma Ciuitas ſponte meretricata cum fortibus, rectoris conſortium ſpreuerat popularis. Et hodie uiolenta quid clamitet, in omnẽ terram ſonus eius, quam corda oribus, de oppreſsis euertent lugubris & querulis, auditur. Porrò unum eſt, quo amaro corde plus lugeo ne quando ſacræ paſtores Eccleſiæ, illius malè conſulti populi, infectionũ ueterũ recordati, & ſi cõtinuũ præcipitiũ eius aſſentiant, & remedium nõ ignorent, & de illorũ forſan inſtabilitate diffiſi, eos unà cum cæteris eorum ducibus, ut demeritos cadere permittant in foueam, ab ipſis ijſdẽ tenebrarũ ducibus præparatã. Sed abſit ſancta mater Eccleſia, q̃ nõ ſolũ irata nõ peccat, immò peccatũ & iram conterit iraſcẽdo, ut cæcos filios illuminare deficiat & claudo porrigere dextrã, immò ꝓrſus erigere ſtudeat, ac baſes eius & plãtas ut rectè ambulet ſolidare. Nã ubi pijſsima mater noſtra gladiũ ſeueritatis eduxerit, q̃s ille mũdo miſericors, opponet clypeũ pietatis? ſed qd mirũ ſi ploro, ſi ululo, ſi ſedẽs et renuo cõſolari, ſup interfectis meis ubiq; ciuibus, mihi reuerẽdis ut patribus, charis ut fratribus, et ut filijs p̃dilectis, dum ſi p̃ totidẽ diſpoſis pecoribus aggregãdis, omnes dies meos, in urẽti. curis, ſudoribꝰ. et periculis expẽdiſsẽ, ubi in ipſo uiolẽtatus affectu, ꝓ illorũ amore mortificor, & ipſi meq; ſeipſos ſuſpirãt, & ululãt tacitè peſſundatos. nõ foret reprehẽſibilis, quinimò cõpaſsibilis omnibus, meus lachrymabilis queritatus? & nũc poſt aggrauatum meum ex calumniatione delictũ, utinam poſt mortificatã uitam, interitum duriorem herodiani potentes, in mea dudum natiuitate turbati, pro mortificatione mei nominis, mortificare deſiſterent Rachel filios innocentes. Certè ſi cogitare poſſet ali-

quãdo ſummus Dauid, genus neqtiæ, ſaltẽ unũ, quo ipſum in Deũ impĳſſimè, in Syon abominãtiſsimè in omnẽ Iſrael nephãdiſsimè ſeſe innocuos reſeruaſſe cognoſceret, uel innocuos puduiſſe, uel ſaltẽ nõ ſeſe inde ſupextuliſſe cõſtaret, ipſos quãdoq; regnare Hierosolymis auctoritate Pontificũ nõ turbarer, nũc aũt captiuatã ab eis ciuitatẽ ſanctã, euacuatã populo populoſam, eorũ tributo ſuppoſitã. gẽtib. dominantẽ eorũ cõtradictionibus deſolatã, in opprobriũ uicinis omnib. cõſtitutã, ab amiciſsimis ſuis ſpretam, cõſolatore carentem, ſine Principe & Cõſule derelictã, roboratas manus peſsimorũ in ea, factos inimicos eius, incapite, quẽ pietatis uillicũ, quem charitatis talentiferum, quem ueritatis agricolam offendero, ſi lamentor? quinimò calamitoſus animus, animoſus & calamus, in mœroris agonizatione conueniant, & ubi chartæ & atramenta deficiant, arida pellis mea, & de calamare mei cerebri, lachrymarũ liquor expreſſus, in doloris expreſsione ſuccurrãt. Anego ſum ille, qui inuidiæ zelo corroſus, perſecutores meos malos exiſtere malim, & eos meritos ſubeſſe, q̃ præeſſe iuſtitiæ, tã in populi, q̃ in mei ipſius naufragio cõcupiſcã? cũ nullí me et illos recognoſcenti, ſit dubium, non uirtutem eorũ, ſed æmulã uirtutí malitiam, cauſam fuiſſe, & eſſe mei diſcriminis & ploratus. nam cum diligentibus in populo, ueram pacem, mihi iram eſſe non poſſe uel odium, teſtantur uox & affectio populi afflicta, nunc mea uita denunciet, & ab adoleſcentĳs actitata. nam quía uidi pacem atq; iuſtitiam, omnes innocentes & rectos ſitire, dolentes in populis, non cũ adulteris & furibus meam poſui portionem, ſed illis adhæſi, & illi mihi pariter adhæſerũt, illas cum illis uolui, nec aliquando ſimulaui, uerùm & ſi multi oretenus, æquitatem & pacem ibidem corruiſſe condoleant, corde tenus tamẽ eaſdem nõ ignorantur inficere, medicamine palliato, Sed oppoſito, quod unus exiſterem ex ambitioſis Romæ rectoribus, ipſam ſimulantibus charitatem, dato quod zelo meo, totidem correſpondiſſet ambitio, ſi iuſtitiæ & libertati reparatæ tyrannides, ſi paci & concordiæ reformatæ malignitas, ſi defenſioni piorum locorum miſerabiliumq; perſonarum, impietas, ſi honeſtati & pudicitiæ reuocatæ, lubricitas, ſi reſtitutioni publicarũ priuatarumq; rerũ raptus auiditas, ſi paſſagiorũ & gabellarũ amputationib. oneroſitas, ſi cõæquationi iuditĳ inter potentẽ & pauperẽ, puſillanimitas, ſi ſollicitudini & diligẽtiæ, negligendi tepiditas, ſi uiarũ ſecuritati, rapacitas, ſi limitationi & ſubiectioni tribunatus officĳ, p ſyndicatores mihĳſi ſponte ꝓpoſitos, ſuperſtitioſa cupiditas, ſi obediẽtiæ in perſiſtẽdo, pertinacitas, ſi populi utilitati, damnoſitas, ſi accuſationi meæ, accuſantium æquitas, ſi conditioni unici pauperis, æmulorũ æqualitas, ſi famæ meæ, infamiæ paritas, põderatæ in libra iuſtitiæ, ſub uerò me conuictũ iuditio cõlibraſsẽt, tandẽ ipſa depoſitio, cunctis priuata muneribus, omnib. referta periculis, cũ acqſita potẽtũ inimicitia, inde futura perpetuo cõpẽſata, ſi ne alterius perſecutionis aculeis, ad pœnam & pœnitentiam ſuffeciſſent. Nunc autem uelut de nulla harum uirtutum utilis, de nulla probabilis, de omnibus contrarĳs factus reus, ſup additis ſacrilegĳ, ſchiſmatis, hæreſiſq; commaculis, ad grauamen ſupplicĳ perperam adinuentis, non aliter quàm conuictus, executionem ſententiæ, cum meis omnibus, utinam per mortis unius & non centeſimæ, ab Eccleſia Dei & Synagoga potentum pariter ſum occiſus. Nam exilio ab Vrbe perpetuo, in mortis condemnatione turpiſsimè, fuga, terroribus mendicitate, nuditate, fame, maledictionis infamia, ſecuritatis & pacis deſperatione perpetua, & uinculis ſuperiũctis, continuis ſum ibidem paſsionibus cruciatus. quid in peccantem propoſito, in conuictum iuditio, in impœnitẽtem ex uitio, inpertinaciter etiam de erroribus gloriantem, pœnæ infligi poterit grauioris? & adhuc de die in diem, quinimò in æternum mihi iraſcitur Dominus, ac ſi humanum figmentum non & ipſe cognoſceret, ac ſi in me omnem malitiam, & nullam in filĳs hominũ, & in Eccleſiæ angulis repperiſſet, ali quando prauitatem. nam ſuperfundit picem flammis, & ſulphurem clemens Pater, cum mei memoratur, intonat ſuper filiũ, ex ſolo feruore nouitiũ tranſgreſſorẽ, quẽ minimè quidem uidet aſtutum, nimium credulum, ſimplicem, & fidelem, ſemel ex iuuentutis ignorantia lapſum & ad miſericordiæ uocem ſeptuagies ſepties reuolutum. Heu, nam omnes accuſationes meas, non aliter quàm commiſſa connumerat, & pro tot benè actis ab ipſo eodem commendatis operibus, ſaltem refrigerĳ guttulam, nec ex retributione iuſtitiæ, nec

tiæ, nec ex rore paternæ miſericordiæ recompenſat. Cum Apoſtolica clementia, ad ſuperexaltandam miſericordiam in iuditio, etiam ſi cauſa punitionis exuberet, ex exaltato in cruce ſpectaculo ſe ſentiat doctrinatam. Teſtor, Reuerende Pater, altiſsimum, quod ſi qua ꝓ populi defenſione ſum paſſus & patior, pati antea credidiſſem, in manibus quondam domini Stephani de Columna. Qui conſcientia reformatus in uita: cauſam populi per me iuſtè defenſam conteſtatus in publico, & filiorum furias reprobans mortuorum, per pacis oſculum ſocero meo patenter exhibitum, omnem meam familiam, meq; ſi afforem ſecurauit, uel quondam domini Cardinalis de Columna, de legitima mei cauſa, coram Deo & hominibus comprobanda confiſus, & non deſperans de miſericordia, me brachĳs obtuliſſem. ac ubí rationi appetitum ſubĳcere noluiſſent, fuiſſent ſaltim de unico mortis genere, tot mearum mortium concluſorio ſatiati, cum ſub illorum potentia & prætextu, cauſam meam compoſitam aduerſus me, de fidei ſuſpitione, de Eccleſiæ, de imperĳ abrogatione uel derogatione, tore falſiſsimam, in conſpectu Dei & hominũ ſit apertum. Sed euenit Pater interdum, ut unde homo placere plus ſtudeat, aut per imprudentiam pecet ignorans, aut non introſpectis eius ab extra uiſceribus, diſpliceat unde prodeſt. nam ſi de inuaſione imperĳ madefactam ſe conſcientia cognouiſſet, non utiq; manus intraſſem Cæſaris improuiſus: ſed innocentiam proprio cordi inſertam, ſicut & mihi, ſic extimaui cæteris fore notam. Sanè quis poterit pro uero malignitatem in honore contra Eccleſiam ſuſpicari, qui autem aſſumptionem eius piam uoluntatem Eccleſiæ rapuit, in aſſumptione fiducia, confidentia in adminiſtratione, obedientia in diſpoſitione, paupertas in peregrinatione, ſimplicitas in captiuatione, adeò reperitur puerilis? heu mihi, nam plerumq; mortales, propríos honores & commoda, doctrina & artibus mercantur in foro, ego autẽ, hoc æmulo charitatis in tempore, quo omnis cura fida Reip. à multis extimatur inſania, incõmodum nanciſcor & dedecus, quod à uulgari exercitatione me ſubtrahens, non artem dicerim aliam quàm pro plebe. Hanc quippè animo recenſebam, hanc diuino & humano putabam prævalere iuditio, hanc ueteri & nouo tabulario ſummam fore, hanc deniq; Chriſtiana & gentili concordia legeram, ſicut oneroſam fore præ cæteris, ſic & præ cæteris ſpecioſam. hanc igitur adamaui pauperculus, exquiſiui potiſsimum & elegi, uitæ longitudine, diuitĳs & delitĳs paruipenſis. quid nam mirum, ſi is qui CHRISTVM didicerit, ſe & ſua pro plebe ponere gliuerit, cum & ipſa cruda gentilitas, nullo radio decocta paraclyto, idipſum in Rep. ſenſerit charitatis? Mirari quandoq; libeat Platonicum illud: Decet rectores ut quicquid agunt, ad commune commodum referant, obliti commodorum ſuorum, inſuper proprias erogare ſubſtantias in communi. Ac ſi uidiſſet Apoſtolos inſtruit Dionyſio. non Apocalypſim audiuerant, cum uirginitatis & iuſtitiæ in Rep. intemeratè cuſtodes, præcipuo cœli loco gaudere Scipio bellicoſus & Cicero, & ipſe commemorator eorum Macrobius, neſcio quo ſpiritu protuliſſem. Nam & ipſam iuſtitiam, utpote in temeratam ab eis uirginem appellatam, ſummus Poëta noſter Maro teſtatur, cum diceret:

Iam redit & uirgo redeunt Saturnia regna:

Quanquam hoc carmen, nonnulli magiſtrones erronei, Apoſtolicas prophetias deſerentes, pro uirgine matre Dei, à Hieronymo in procœmio ſuper Geneſi redarguti, dixerunt forè dictum. Non'ne & charitatiua Reip. eſt illa Ciceronis ab Auguſtino replicata monitio, quod ſi ex naufragio duo in tabula una natantes, laborauerint inter undas, ei qui utilior eſt Reip. alter minus utilis ſponte cedat? ſed quid philoſophantiũ argumẽtis inuoluor, cũ omnia ſacræ paginæ uolumina exemplaria, patrũ & decreta ſanctorũ, ſuper dilectæ meæ pulchritudine cytharizent? potiſsimè illa taceo, ꝙ canes mei, me idololatrum, me clamitant fore ſacrilegũ, ꝙ gentilitiũ fuerim ſtudia ꝓſecutus. ſed impudici fortè erubeſcerent, ſi omnium doctorum Eccleſiæ linguas laureatorum lectione diſertas, ſicut Anzeloti & Triſtani fabulas lectitaſſent. & ego quãdoq; tædioſa forſitan ꝓ infamatione moueror, niſi dilectiſsimũ mihi, almũ illũ patriciũ Boëtiũ Seuerinũ, palatinis à canibus accuſatũ, idipſum ſibi cõquereret in uinculis accidiſſe cũ diceret. Sed uti innocẽtiã meã aliculus ſceleris admixtione fuſcarẽt, me ſacrilegio cõſciẽtiã polluiſſe mentiti ſũt. ô Deus. nã tales coad

iutores CHRISTI, contrà me partes pro CHRISTO suscipiunt, qui interrogati nesciant quid resonent, CHRISTI quinimò Barrabæ fautores effecti, CHRISTVM & Christos pro modico crucifigunt. Tales Ecclesiæ filij, me Ecclesiæ æmulum diffamant, qui ubi effrenatius raperent impuniti, cũcta subuerterẽt & sitirẽt Ecclesiam perpetim uiduatam. Tales conscientiati, catholica mihi pro Ecclesia detrahũt, q cũ eorum dominis quos adorant, ad capiendũ Summũ Põtificem, ad diripiendũ uasa templi, ubi tempus & locus cum uoto concurrerent, tanquam ad prædas hostium iterũ cursitarent. q in derisione & opprobrio subsannantes dicũt: Vanũ fuit consilium eius, ut hos dies, in populis meditaretur antiquos. eadẽ est terra q̃ fuerat, sed alij sunt messores, uerũ ex q̃, sic ad uotũ eorum uigilat & dormit altissimus, quẽ uigilare sup miseriam inopum, & gemitũ pauperũ, & populorũ aliquando confidebam, utinam ægrũ colere, putare uites & arbores, cũ meis retro parẽtibus, nequaquam Reip. studia quæsiuissem. nam nunc non uticp tyrannorũ audaciam & populorũ metum, quem uicissitudine econuersa mutaueram, corruens duplicassem, non in me linguas aspidum inuidorũ & dentes acuerem, non signanter signũ sagittæ pontificalis existerem, non maledictionis eius funestus me gladius penetrasset, non tædiosam præ cæteris uitam elugerem, non perpetuũ mihi & meis iugulũ fabricassem. Porrò si iuxta opinionem multorum, ne post expeditionem meam, uires pristinas & suspectas, paruitas mea fortè resumeret, Sedes Apostolica suspicans, obserat mihi ianuas, ut dicitur pietatis, quanquã non mediocriter hæc consona & concepta in populorũ patribus, eadem & in tyrannis sit admiranda suspicio, ut principes Holophernis, & sacerdotes Israël unũ reprobent iudicem, IESVS & Iudæus unam in templo lapident circumuentã, CHRISTVS & phariseus unam in conuiuio abijciant pœnitentem. certè si infectus ego, ab urbis tyrannulis perditorũ more conciuium, ad almæ Vrbis præcipitium concurrissem, tandem despectus & derelictus in uia, ab Amalechitis sequax eorum Aegyptius, tanto clementius à misericordiæ patre Dauid recipiendus eram in tempore, etiam & fruendus. nam & per eum, ipsos Amalechitas super uniuersæ Italiæ tunc faciem, de populorũ sanguine conuiuantes, cũ uoluisset circumuenire, iam poterat & debere. nec non utram cp sponsam eius sacerdotalem & regiam, cũ afflictis filijs suis Italicis filiabus, & prædis, facilius liberare captiuas, tamen ut illa, & quæli bet de me ambitiosi dominatus sit ablata suspitio, q̃uerè deprehendi non potest, q nudus, & per se nolenter intrauit, nudior & uiolentior tunc exiuit, ad cautelam tamen titubantium ampliorem, & de cætero, ne inter sæculares laicus, mœrore pallidus & rubore apparea. am p̃confusus, ad portũ Hierosolymitanæ militiæ, quomodo ab initio ruinæ despectus habitare delegeram, respirandum, in habitu & regula postulaui & postulo, orauí & supplico me remitti, nexu matrimonialis copulæ non obstante. cũ & parua consors mea, idem de se uelit, & claustrali religione se supplicet honestari. Nunquid Pater tanta me occupat cerui cosa cordis amentia, ut uelim putemcp posse, in contradictione tàm istorũ principũ, Apostolici uidelicet & Augusti, q̃ tyrannorũ omnium, populos defensare nudissimus, qđ quidem sine lachrymis nequeo dicere, cũ consorte, filiabus & filijs, nepotibus puerulis & germanis, de eleemosynis pauperum, uiuimus delitentes? an credam saturare plus alios, cui ad respirationem propriam & meorum, nullus Italiæ locus infidijs uacuus, nullus quietus erit perpetim & securus? qui certè ante assumptã populorũ causam, & præsertim ubi assentationibus & blanditijs uenerari homines uoluissem, tutus & alacer, inter conciues uiuere poteram, potentibus & plebeis amabilis, affabilis, & optimus. sed in hoc uno potentissimè iratum huic populo Deum fore cognouerim, quod & ipsum, sub impijs irremedianter sinit ire præcipitem, & singularibus quotidie flagellis excruciat, qui pro illius remedio singulariter laborauit. Verum ubi possibile mihi foret, uiribus reuolare resumptis, quis stolidissimus omnium, ruinas, languores et tædia à sapientioribus euitata conciuibus, expertus iterum uolenter assumeret? quæ assumpsisse iam memorat condolenter? dudum & ille prudens Salustius, de se expertus admoneat: Omnis cura Reip. minimè mihi hac tempestate cupienda. quoniam uirtuti honor non datur, frustrà autem niti, & nihil aliud quàm sese fatigando odium quærere, extremæ dementiæ est. non enim dico hoc, ut flagella hæc, me à populi

populi charitate dissoluerint (nam tunc redemptos odiuero, cum pretiosum pro eis pretium odiuero redẽptoris) sed titubo, ne omninò frustrà sit charitas, quæ uicario CHRISTI uidetur impietas. & quantumlibet bonum opus, dignum sit gratia, quod ab illo pertinacia iudicatur, nunquid credam expertus, iam caducis fortunæ muneribus, cum timore retentis, & perditis cum dolore, præparet illa blanda conuiuium, instruat cantilenas, polliciatur coronas frondifluas, & arentia quidem folia ex ligno quod plantatur in arido, quoniam nunquam ulterius mensam eius intrauero, ut dum saturatus consedero, paulopost decidam calcitratus. placet cum pauperibus cellulas habitare quietas, placet fabas rodere rusticanas, quàm curis rodi perpetuo rusticis & urbanis. & licet ante depositionem tyranno rum, de uniuersa Italia, per uiam triplicem, theoricam, practicam, planam, sanam, humanam, regiam, & directam, nemini per me apertam, faciliter uideam ab Ecclesia posse perfici, grauibus armigeris, sine turbis, tamen recordator seu executoris instructor potius, quàm executor & prosperans effici maluissem. sed quid amplius zelo miserorum clangor? quid feruore insanior populorum, ubi ab infelice despecto suspectoq̃ pro salute populi, sibi nullorum testimonio credenda uerba inaniter proferuntur? idcirco illis omissis, Reuerendæ Paternitati uestræ, pro infœlice me supplico, in lachrymis genu flexo, quatenus de humanitatis misericordia recordati, quæ ad peccãdum est prona, si corruit miseram te domino releuatur, superexaltatum iamdudum, & humiliatum iam nimis, claritatis uestræ dignitatis intuitũ, & gladium illum bicipitem, quem pro peccatis meis, usq̃ ad interitum hunc sustineo tumulatus, quod in respiratione paululum reuelli patrocinetur à uulnere, & super dolorem meum, ocium dolentium dolori dissimilem, modicum quæso olei superfundar. non equidem uana spes, nec uanum fuit mihi, hoc præcipuum ad paternitatem uestram præsidij implorandi consilium, quoniam ueræ illa nobilitas regiæq̃ uirtutis, utroq̃ sydere pietatis irradiatis, infectũ contra me calumnijs aërem, uẽtis procellosis obductum, uerisimiliter præabhorrens, de consistoriali cœlo sereno spiritu profugabit. Nam & diruptis uinculis his, Paternitatis uestræ sum, cuius alas mensæ benignitatis erpertus, laudis hostiamore & animo relaturus, etiam si uia gladijs obsidatur hostilibus, cursu uenire uoueo personali. ego namcp nouit altissimus, nouerunt & hi domini qui me claudunt, qđ à principio carceratio nis huius, translationem meam apud Romanam curiam supplicaui, ut saltem pateret in publico, quicquid mihi obijcitur sub mantello. à qua quidem repræsentatione, apud sedem Apostolicam personale, non læsa conscientia, quæ semper sæua considerat, non uicta maculis anima, non contumaciæ prauitas, sed inimicorum ibidem roborata potentia, me retraxit. nam si potentes me subleuassent in curia, quantum premunt, cp aut casum inexpertus, aut post casum citius releuamen adeptus existerem, Pater reuerende quis nesciat, nisi qui difficillimas reconciliationes Ecclesiæ, facultas ab illis, & dispensationes in curia, iuxta eorum uotum, de regimine ciuitatis ignorat? Sed Pater non minus pulchrum hoc de Ecclesia in ore hominum canticum cantare, uidelicet, Quod pauperem uni cum indefensum, in contradictorio tyrannorum omnium, liberauit Ecclesia, quàm illud, quod in prouerbium Romæ sonat:

Potentes oportet adorari: qui paradisum uult intrare.

Si uerò potentes, non pro me, sed contrà me, clamitant, populus è contrà pro me tacendo uociferatur, tacet nam trepidus strepitu, acclamat tamen, sed affectu, & si aures Pater, ad illos erigitis, in medio consistorij corde clamant. Nunquam quippè in sacra pagina legitur, uocem potentem & fortium, sed uocem afflictorum & pauperum, uocem clamantis populi, uel deprecantis pro populo, Dominum exaudisse: quinimò confracturum in ira sua reges & principes, depositurum tormentaturumcp potentes, percussurum robusto, & fortes in populorum miserabiliumcp succursum, per omnes uerbi sui gladio minitatur. Cæterum si de tantis iniquitatibus reus, ut feror efficior, ad decus pertineret Ecclesiæ, aut tàm detestabilem hominem, per iustitiam è mundo diuellere, aut pœnitentem per misericordiam reparare. his nam geminis uolat alis, his permaximè fulcitur Ecclesia munimentis, misericordia uidelicet & iustitia, quarum si alteram esuriui diutius, reliquam sitio penitùs in meipsum.

meipſam. Et quoniam unus ex LXX. munera oblaturus in domo domini, factus eram, nec Hiſmaëlis in occurſum uenientis, nouí, pròh dolor, euitare uerſutias, ſperabam in medio ciuitatis adductus, non cum LXX. interfectis aliquando concidere, ſed cum CHRISTI thesauros abſconditos habentibus ſupereſſe. neſcio uerò quo iure pœnitentia peracta non releuer, quo iure contumax & excommunicatus & pertinax interficior ut infectus, q uinculis impeditus, petij ſemper & peto, & per perſonalem præſentiam me purgari. nam non ignorat iudex æternus, quod Dominis meis Obredunenſi & Petragoricenſi ſupplicans, pro miſericordia reſcripſiſſem, niſi caligantes per lachrymis oculi prohiberent. Fiat autem quod placet altiſsimo, fiat quæſo Pater miſericors, fiat ueſtro patrocinio Pater iuſte, ut examinatus in Pragenſi Eccleſia, ibiq́ue Hieroſolymitana militia honeſtatus, ſurdus, tacitus, ſemp & mutus, humiliatus ſemper in domino peregriner. fruſtrà namq; animarũ paſtores, leuem iuſtitiam, uberemq́ miſericordiam pro ſeipſis & alijs à domino peterent, quas adeò ipſi præmoniti petentibus denegarent, uel partem iuſtitiæ protegentes, quàm nihilo minus poſtulo rigoroſam, uir reus & palmes inutilis, nunquam ueriſimiliter quieturus, in uita tamdiù, in omni mundi angulo ſuſurraturus, condignam ſuorũ operum pœnam ploret, mare ſibi etiam clementiæ deſiccato, & remota calumnia, quæ in me ſanctæ Eccleſiæ non eſt opus, per meram iuſtitiam regiam & apertam, reum tollat è medio pœna una. denicq́ ut ſaltem adiutus in ſpiritu, ne diuturnis intolerabilibus anima corrumpatur anguſtijs, hac meritò ſucciſus è uita, miſerante domino in alia requieſcat.

PROPOSITVM QVODDAM FACTVM CORAM REGE HVNGARIAE.

SEreniſsime Rex & mitiſsime princeps, quanta de uirtutibus & probitatibus ueſtris diuulgata ſint, & diuulgentur per orbem, ego non poſſem mente concipere, neſcirem lingua depromere, nec explicare ſermone. multa enim & tàm magna ſunt, ita ut in omni terra exierit ſonus eorum, nec mirum etiam, cum dotauerit uos Deus illis quatuor cardinalibus dotibus, quæ habent hominẽ ſupra humana erigere, parem angelis, & proximum Deo facere, Prudentia uidelicet, Iuſtitia, Fortitudine, et Temperantia. Eſt enim Prudentia ſecundum q diffinitũ morales Philoſophi, diuinarum & humanarum rerũ notitia, iuſti atq́ iniuſti ſcientia. Quantum aũt ſereniſsime Princeps, in iſta uirtute præcellatis, ex hoc patet, q uos diuina colendo & humana perſpicaciter indagando, cum tanta maturitate & prouidentia reſiſtitis, regitis q́ regnum ueſtrum, quod ipſum & nomẽ nationis Hungaricæ ueſtro fœlici tempore glorioſum & famoſiſsimũ reddidiſtis, unde merito poteſt in uos applicari uerbum illud, quod dixit regina Saba, cum uidiſſet ſapientiam Salomonis: Beati ſunt uiri tui, beati ſerui tui qui coràm te ſtant. Barones ueſtri ſereniſsime Rex, regnicolæ ueſtri, ſubditi ueſtri, beatiſsimi dici poſſunt, & in ſapientia tanti principis meritò gloriari, nam ſecundum Platonis ſententiam, tunc regna, tunc ciuitates, tunc Reſp. beatiſsimæ dici poſſunt, cũ eas ſapientes regũt, uel earum rectores contigit ſapientiæ ſtuduiſſe. De iuſtitia uerò ueſtra inclite rex qd dicã? eſt enim iuſtitia cõſtans & perpetua uoluntas, ius ſuum cuiq́ tribuens, uos autem in iſta conſtanti & perpetua uoluntate, cuiuslibet quod eſt ſuum, ſic iugiter & laudabiliter inſudatis tribuere, quod apud uos nulla eſt exceptio perſonarũ. Vos non diſtinguitis potentem ab impotente, non diuitem ab egeno, non fœlicem à miſero, ſed omnes apud uos in ſua iuſtitia ſunt æquales, propter quod uerificatum eſt in uobis illud Propheticum: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis. Vnxit uos Deus oleo lætitiæ præ cunctis regibus mundi, omnem à uobis iniquitatem & malignitatẽ amouit, et meritò, nam in codice Iuſtiniani de ſumma trinitate et fide catholica ſcriptũ eſt. Cum rex iuſtus ſederit ſuper ſedem, non aduerſabitur quicquam ſibi malignum. De fortitudine autẽ & magnanimitate ueſtra multa dici poſſent, eſt enim fortitudo conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborũ diuturna perpeſsio, ſed quis Rex in mundo maiora pericula, grauiores labores aggreſſus eſt, quàm uos pro honore Regni ueſtri & cõmodis ſubditorum ueſtrorum? uos cui omnes ſeruiunt, obediunt, perſonam ueſtram, quam omnibus poſuiſtis tàm pro nihilo computaſtis, labores & pericula uobis fuerunt magna ſolatia, ubi de honoribus regni ueſtri & commodis ſubditorum ueſtrorum actum eſt, in quo ueriſsimè oſtendiſtis, quantam charitatem ad ueſtros regnicolas & honorem ſuum habeatis, cum ſicut in Euãgelio ſcribitur: Maiorem charitatẽ nemo habet, quàm ut ponet quis animam ſuam pro amicis ſuis. De Tẽperantia uerò & modeſtia ueſtra ſereniſsimè Princeps, non ſufficerem enarrare quæ ſunt. eſt enim, temperantia uirtus quædam cohibens illicitos animi motus, ſuaſu proſperitatis in nos impetũ facientes. inquiratur orbis, legãtur libri, reuoluantur hiſtoriæ, non inuenietur in Chriſtianitate Rex, uel Princeps potentior, non nobilior, non tempore fœlicior, & cui magis ad nutum cuncta ſucceſſerint. Et tamen in tantis proſperitatibus, in tanta eminentia nunquam eſt is in ſuperbiam elatus, animus ueſter nõ inflatur, non intumeſcit, ſed quantò uobis Deus maiora contulit, tantò ſemper benignior & humilior extitiſtis. propter quod reſpexit Deus humilitatem ueſtram, & ex hoc beatum uos dicunt omnes generationes. Reſpexit clementiam & pietatem ueſtram, & ex eis uerificauit in uobis illud quod ſcribitur: Miſericordia & ueritas Regis, cuſtodiunt thronos eius. & alibi ſcribens Ambroſius beatus dicit: Legi & perlegi multa uolumina ſcripturarum, nec inueni unquam pium mala morte mori. Has aũt quatuor Cardinales uirtutes, ſereniſsime Rex, quæ ſic abundantiſsimè refulgent in uobis. quædam quinta alijs excellentior, alijs pretioſior, alijs dignior, mirabiliter uos nobilitat & decorat. Fides uidelicet, & uera dilectio IESV CHRISTI, quæ quãta fuerit, & ſit in uobis, ex hoc patet, quod uos tanquam Chriſtianiſsimus & Catholicus Princeps Deum ſummè colitis, ſanctos ſuos multipliciter honoratis, Eccleſiam Romanam & perſonas Eccleſiaſticas in maxima reuerentia & deuotione, geritis & habetis, & quod mirabile in oculis omnium uidetur, cum naturaliter, ſubditi ſoleãt eorum dominos non laudare, uos ſic charitatiuè, ſic gratioſè cunctos ueſtros ſubditos gubernatis, quod omnes una uoce uos clamant Regem ſanctum, Regem iuſtum, Regem pium. quod profectò nõ eſſet, niſi opera ueſtra ſancta eſſent. Quod autem opera ueſtra ſancta ſint, licet ex multis rerum argumentis ſit patens, ex hoc præcipuè colligi poteſt, quod perſonam ueſtram & poſſe ueſtrũ, & totius Regni ueſtri ſacræ Ro. Eccleſiæ nuper contra infideles, ad augmentum fidei liberaliter obtuliſtis, petentes ab ea crucis uexillum, quod ipſa gratioſè contulit. Et ſpero in adiutorio IESV CHRISTI, cuius negotium agitur, quod ipſum negotium proſequimini fœliciter, & ad optatum perducetis effectum, ad honorem Dei, exultationem fidei, & laudem ac memoriam ueſtri nominis ſempiternam. ita quod CHRISTVS ad uos meritò dicet: Euge rex bone & fidelis, quia, ſuper populos meos, quos tibi commiſi fuiſti fidelis, eos ſcilicet dirigendo non in deſtructionẽ fidei, & pernitiem Chriſtianorum, ſed in exultationem fidei meæ, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituã ſcilicet in gloria paradiſi. Ad fomitem igitur ſereniſsime Rex tantarum uirtutũ ueſtrarum, ad fomitem tantæ iuſtitiæ, uel ſapientiæ, tantæ benignitatis & clementiæ ueſtræ, non ſine magna fiducia miſerunt inclytus Dominus meus Dux & commune Venetiarum, iſtos duos nobiliſsimos ciues ſuos, Dominum Andream Contarenum procuratorem ſancti Marci, & Dominum Michaëlem Faledro, uiros timentes Deum, uiros pacificos, uiros magnæ auctoritatis & prudentiæ, quorum quilibet ſuis meritis & uirtute, & progenitorum ſuorum, promouendus eſſet ad dignitatem ducalem, quandocumq́ caſus uacationis contingeret. Quibus & mihi licet indigno commiſerunt, quod cum omni inclinatione & reuerentia debita, maieſtati ueſtræ portaremus humiles & deuotas cum recommendatione ſalutes. Et ſic facimus, ſupplicantes ei qui eſt omnium uera ſalus, quod Vos & regimen ueſtrum dirigere, & conſeruare dignetur in ſua gratia fœliciter ut optatis. Præterea requiſiti per Reuerendũ in CHRISTO Patrem dominum Petrum Dei gratia Pactenſem & Lyparenſem Epiſcopum Apoſtolicæ ſedis legatum, quod ad uos mitterent ambaſiatores ſuper tractatu concordiæ, ad quæ dam

dam per ipſum expoſita, pro Reuerentia S.R.E. & Maieſtatis ueſtræ, miſerũt nos ad quæ rendam pacem, gratiam & amicitiam ueſtram, ſicut habuerunt cum prædeceſſoribus noſtris Regibus, cum quibus ne dum amicitias, ſed uetuſtiſsimas parentelas & affinitates hactenus coluerunt. nec miſerunt nos contendere, uel litigare, quia nõ decet inferiorem cum ſuperiore contendere, non decet minorem cum maiore litigare, ſed ſolummodo ut amica biliter & de plano inueniamus pacem & gratiam ueſtram, nam tanta eſt fiducia quam habent & in ſumma benignitate ueſtra, quod eſto quòd factum differentiarum hincindè uertentium foret, abſolutè in manibus ueſtris relictum, tunc non exigeretis ab eis niſi honeſta & tolerabilia ſtatui ſuo: quem ſtatum ſuum inclyte Rex, in ueritate Dei poteſtis prius reputare, & quicquid tenent & poſsident, in terra & mari, quod per Dei gratiam multum eſt, poteſtis ita tenere eſſe paratum ad cuncta beneplacita & honores ueſtros, in omnibus his quæ honeſtè, poſſent ſicut ſi propriæ foret in manibus ueſtris. & utinam datum eſſet à Deo, quod poſſetis ſic dilucidè, ſic apertè uidere corda & uoluntates noſtras, ſicut auditis uerba mea: nam ubi ex informatione ſiniſtra uobis data, per æmulos noſtros tractauiſtis, & tractatis nos pro inimicis, nos pro ueris amicis & ſeruitoribus haberetis, & ſic ſi Deus ꝓmittet, ꝙd uos et nos ſequatur concordium, uos experiemini, & de facto inuenietis, nos bonos amicos & ſeruitores ueſtros. Et dicam uobis plus, quantuncumque recedimus uel poſſemus recipere offenſas à uobis, iſtud tamen nunquam fieri poterit, quod recedamus à naturali amore & charitate, quam ad uos habemus, ita quod æmuli noſtri fortè de damnis noſtris poterunt gloriari, ſed nunquam gloriari poterunt, quod à deuotione ueſtra ſeparemur & parcat Deus eis, qui fuerunt in cauſa tantorum malorum inter uos & nos, qui fuerunt cauſa deſtructionis tot millium Chriſtianorũ, cum quibus de leui potuiſſet recuperari totum patrimonium *IESV CHRISTI*. qui fuerunt cauſa diſsipationis tot facultatum & bonorum, qui fuerunt cauſa, quod tot uiduæ & pupilli mares & fœminæ uadant per mundũ miſerabiliter mendicantes, quorum uoces continuè clamant ad Deum, non contra uos illuſtriſsime Princeps, ſed contra eos qui maius peccatum habent. ſpero tamẽ quod miſericordia Dei, de qua plena eſt terra, eos ad pœnitẽtiam quandoq; reducet: & quod fatebuntur & recognoſcent culpas & errores ſuos. Concludo igitur ſereniſsime domine, ſic dico, ſcriptum eſt: Cor Regis in manu Dei eſt, & ubi uoluerit inclinabit illud. cor ueſtrum & cuiuſque Principis eſt in manu Dei, ſine quo nil ſanctum, nil iuſtum, uel rectum, Iuxta ſententiam beati Iacobi Apoſtoli dicentis: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcẽdens à Patre luminum. Scio quod inclinabit Deus cor ueſtrum ad pacem, quam uobis pro hærede in terris reliquit, aſcendens in cœlos enim dixit: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, idcircò ſupplico omnipotenti Deo, quatenus ſic in tali die, qualis fuit feria ſexta nuper præterita, ipſe oſtendit ſtellam & lumen ſuum tribus regibus orientalibus uenientibus adorare filiũ ſuum, & ſicut in eadem die, ipſe miſit ſpiritum ſanctum in ſpem columbæ, ſuper filiũ ſuum in baptiſmo dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite. ita hodie per ſuam ſanctiſsimam pietatem oſtendat uobis lumen claritatis ſuæ, & infundat ſuper uos gratiam ſpiritus ſui ſancti, quod iſtos ueſtros ueros antiquos ſeruitores & amicos, qui ſic humiliter, ſic reuerenter uenerunt ad petendum pacem, gratiam & amicitiam ueſtram, benignè ſuſcipiatis, gratioſè exaudiatis, & liberaliter admittatis, & quod pax & perpetua dilectio ſit inter uos & eos, ad honorem Dei & Eccleſiæ Rom. propagationem, Chriſtiani nominis bonum ſtatum ueſtrum, & ſuam tranquillitatem, & commodum ſubditorum partium utriuſque. ita quod ex hoc Rex regum ſuper uos dicere poſsit: Hic eſt Rex meus dilectus, hic eſt Rex meus fidelis, in quo mihi complacui, ipſum audite, ipſum honorate, ipſum glorificate. quod ipſe concedat qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum amen. Iſti domini mei, & ego erimus parati, eſſe & tractare ſuper nobis cõmiſsis, ubi & quando Maieſtati ueſtræ placuerit ordinare.

OPERVM FRAN. PETRARCHAE,
TOMI SECVNDI FINIS.